00066845

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 05 October, 2018

SALUTARIS
LUX EVANGELII
TOTI ORBI PER DIVINAM GRATIAM EXORIENS,
ſive
NOTITIA HISTORICO CHRONOLOGICA
LITERARIA ET GEOGRAPHICA
PROPAGATORUM
PER ORBEM TOTUM
CHRISTIANORUM SACRORUM:
DELINEATA A

A-d-8
66845

JO. ALBERTO FABRICIO,
SS. Theol. D. & Profeſſore Publ. in Gymnaſio Hamburgenſi.

Accedunt Epiſtolæ quædam ineditæ JULIANI Imp. ex Bbl. illuſtriſſimi Comitis CHRISTIANI DANNESHIOLD de SAMSOA, τȣ̃ μακαρίτȣ: & 2) GREGORII HABESSINI Theologia Æthiopica, nec non 3) Index Geographicus EPISCOPATUUM Orbis Chriſtiani, additâ notitiâ Scriptorum, e quibus plerorumque hiſtoria & ſucceſſio Epiſcoporum peti poteſt.



LIBRARY OF THE BOMBAY BRANCH ROYAL ASIATIC SOCIETY

1731

HAMBURGI, Sumtu Viduæ FELGINER[illegible]

Sal/Sal
66845

00066845

CELSISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

FRIDERICO

PRINCIPI HEREDITARIO
DANIÆ, NORWAGIÆ,
GOTHORUMQUE
AC
VANDALORUM,
DUCI SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ,
ET DITHMARSIÆ
COMITI OLDENBURGI ET DELMEN-
HORSTI,
&c. &c. &c.

CHRISTIANI ORBIS NON INFICIANDÆ
SPEI ATQUE EXSPECTATIONI,

AUGUSTORUM PARENTUM
ET MAGNORUM AMABILI REGNORUM DELICIO,
FELICITATEM CELSISSIMÆ STIRPIS OLDENBURGICÆ
PER ANNOS DUCENTOS AMPLIUS CONTINUATAM
IN FILIIS SEMPER SUCCESSORIBUS;
PROFERENDAM SPONDENTI ETIAM IN POSTEROS
CUM VIRTUTIBUS REGIIS
PIETATE IN DEUM, HOMINUMQUE CHARITATE:
MATURUM EARUM AMOREM ET SCIENTIARUM
TENERIS PRÆ SE ANNIS FERENTI
HANCCE PROPAGATI PER ORBEM EVANGELII
HISTORIAM
ET IN EA AVITUM PATRIUMQUE
PROLATORUM IN ULTIMUM ORIENTEM AC SEPTENTRIONEM SACRORUM CHRISTIANORUM EXEMPLUM
FELICITER AC GLORIOSE IMITANDUM
OMINATUS
SUBMISSISSIME OFFERT
REGIÆ EJUS CELSITUDINI
DEVOTISS.
JO. ALBERTUS FABRICIUS.

AD LECTOREM.

Nihil admodum habeo, LECTOR CHRISTIANE, quod præfationis loco cum maxime huic quod vides ſcripto præmittendum ducam, niſi ut veniam petam a *Tua* æquitate, ſi argumentum quod tractandum in eo mihi propoſui, amplum certe ac præclarum, non ad plenum exhauſiſſe, *nec ſatis* pro dignitate *illuſtraſſe* Tibi videar. Operam certe dedi ut aliquam illi lucem afferrem pro mea *facultate*, anſamque præberem aliis qui poſt me ſive per partes in *illo* accuratius exponendo majore apparatu inſtructi diligentius *verſari*, vel univerſum plenius tractare voluerint. Ut vero illud præ cæteris explicandum mihi ſumerem, occaſioni mihi fuit caput penultimum elenchi ar-

gumentorum de Veritate Religionis Chriſtianæ, quem ante hos ſex annos edidi, & in quo argumentum de propagatione Evangelii admiranda, tribus tantummodo verbis attigi, breviterque tranſilii, dignum utique viſum quod uberius paullo atque ex inſtituto explicaretur. Hoc igitur facere conatus ſum præſenti Volumine, ac ſimul monere omnes quos nobiscum ſalutari hac luce colluſtrari dignata eſt Divina benignitas, ut & pro aliis hominibus ad CHriſtum adducendis, Dominum meſſis aſſidua prece imploremus, & nosmet tantum beneficium grata mente conſtantique fide ac pia vita amplectamur. Nam ut Johannes Picus Mirandulæ Comes * pridem monuit, *magna profecto inſania Evangelio non credere, cujus Veritatem ſanguis Martyrum clamat, Apoſtolicæ reſonant voces, prodigia probant, ratio confirmat, Mundus teſtatur, dæmones confitentur: ſed longe major inſania, ſi de veritate Evangelii non dubites, vivere tamen quaſi de ejus falſitate non dubitares.* Vale.

* Epiſt. 1. pag. 233. Opp.

INDEX

INDEX CAPITUM.

Cap. 1. *De propagatione Lucis Evangelicæ per totum Orbem terrarum*, Vaticinia, Præcepta & Teſtimonia *ex Sacris repetita litteris.*

2. Teſtimonia veterum *Judæorum, Ethnicorum et Chriſtianorum de propagatione et ſucceſſu Prædicationis Evangelicæ primis a nato CHRISTO ſæculis edita. Lucubrationes* recentiorum, *de Evangelii propagatione, hactenus publicatæ.*

3. *De* Judæorum *converſione &* Samaritanorum. *De PETRO Circumciſorum Apoſtolo. Galat. II. 7. De* Nazaræis. *De* Therapevtis *Philonis.*

4. *De converſione* Gentium, *poſt refractariam Judæorum repugnantiam, ſuſcepta ab Apoſtolis, ſpeciatim PAULO, qui teſtatus eſt concreditum ſibi Evangelium* τῆς ἀκροβυστίας, *ſive prædicandum inter Ethnicos Galat. II. 7.*

5. *Amplitudo & ſucceſſus propagatæ per Apoſtolos Lucis Evangelicæ. Notitia Alphabetica* Eccleſiarum, *quas plantatas* ab Apoſtolis *ex ipſis Apoſtolicis ſcriptis certo conſtat. Catalogus* Apoſto-

poſtolorum, *cum brevi elencho regionum & locorum ad quos penetraſſe ſinguli, non æque certa traditione feruntur.*

Cap. 6. *De blaſphemiis &* perſecutionibus *quas Judæi et Samaritani lætis Evangelii ſucceſſibus opposuere. Hieroſolymæ à CHristo prædictâ everſio.*

7. *De perſecutionibus quas in Chriſtianos moverunt per annos ferme trecentos Imperatores Ethnici.*

8. *De* Philoſophis *atque* Hæreticis, *Chriſtianiſmi incremento adverſantibus.*

9. *Gloria* Doctorum, *Evangelii præconum fidelium, dignorumque. De Apoſtolorum & primitivæ Eccleſiæ* miraculis, *ex promiſſo CHRISTI Marc. XVI, 17. Joh. XIV. 12. De* Catecheſi, *inſtitutione & Scholis primorum Chriſtianorum.*

10. *Gloria* Vitæ & morum *in primis Chriſtianis. Athenagoræ profeſſio:* Non loquimur magna, ſed vivimus. *Nunquam rebelles, aut vim ſuperiorum, vi repellentes primi Chriſtiani.*

11. *Gloria* Martyrum, *& ſanguine creſcens Eccleſia CHRISTI.*

12. Imperatores *Chriſtianis tandem faventes. Imperatores Chriſtiani, eorumque primus omnium CONSTANTINUS Magnus.*

13. *Edicta contra Paganos, & methodi ac viæ Chriſtianiſmi per Imperatores propagati.*

14. *De*

Cap. 14. *De apoſtaſia & perſecutione* Juliani *Imp. eamque inſecutis majoribus Christianismi incrementis. De quatuor Orientis Patriarchatibus.*

15. *De originibus & ſucceſſibus Chriſtianismi per* Italiam. *De Epiſcopatu* Romano, *regionibusque ſuburbicariis. De* Sicilia, Sardinia &c.

16. *De originibus & ſucceſſibus propagati Evangelii in* Hiſpania *&* Luſitania.

17. *De originibus & ſucceſſibus Religionis* Chriſtianæ *in* Galliis.

18. *In* Anglia, Scotia, Hibernia *inſulisque adjacentibus.*

19. *De propagatæ lucis Evangelicæ originibus ac ſucceſſibus in noſtra* Germania.

20. *In* Helvetia, Belgio &c.

21. *In regnis* Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Moravia, Transſylvania &c.

22. *De originibus & ſucceſſibus* Chriſtianismi *in regnis* Daniæ *et* Norwagiæ Succiæ*que: tum in* Livonia, Finnonia, Lapponia *&c.*

23. *De Evangelii luce allata* Roxolanis, *ſive* Moſcis, Bulgaris &c.

24. *De comminatione Divina, Apocalypſ. II. 5.* λυχνίαν *& Lucem Evangelii de loco ſuo ab indignis ingratisque removendam & tollendam prædicente: et de Christianismo multis in locis non contaminato tantum per errores hæretico-*

 rum,

rum, vitamque Christianorum minime Christianam: ſed etiam remoto et ejecto per Ethnicos, ac longe magis per Saracenos. Comminatio de ἐνεργείᾳ πλάνης *permittenda*, 2. *Theſſalon. II.* 11.

Cap. 25. *De perſecutionibus quas Saraceni moverunt, & de remediis ad Muhamedaniſmum propagandum adhibitis.*

26. *Violentiam & perſecutiones rem irreligioſisſimam, indignumque & ineptum eſſe remedium ad perſuadendam Religionem, argumenta & teſtimonia Ethnicorum, Chriſtianorum, Judæorum & Muhamedanorum.*

27. *De genuinis rectisque plantandæ & propagandæ Religionis Veræ remediis, ſolida aperta & conſtante Fide ac Doctrina, Exemplo & Patientia: quibus ſolis in Chriſtiana Fide prædicanda uſi ſunt Apoſtoli, eorumque ſucceſſores primi Chriſtiani.*

28. *De remediis excuſandis magis, quam per omnem modum defendendis, quibus interdum uſi ſunt interjecto tempore Reges quidam ac Principes. De Pontificum Romanorum laudabili induſtria Chriſtianismum latius propagandi, atque extinguendi Paganiſmi. Conſideratio verborum Apoſtoli ad Philippenſes* I. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

29. *De propagatione Chriſtianiſmi per connubia & ſpem opum ac potentiæ. De diſciplina arcani, propagationi Evangelii adverſa magis quam eandem promovente. De Helceſaitica disſimulatione.*

Cap.

Cap. 30. *De expeditionibus Cruciatis in Palæſtinam Saracenis eripiendam ſuſceptis, earumque ſucceſſu ac triſti tandem exitu.*
31. *De ordinibus Equitum ad propagandam Religionem Chriſtianam inſtitutis.*
32. *Miſſiones religioſæ, Jeſuitarum maxime ac Dominicanorum, earumque relationes ab A.* 1542. *in præſens usque tempus.*
33. *Congregatio Romana de propaganda Fide.*
34. *Seminarium Romanum de Fide propaganda. Seminarium Miſſionum.*
35. *De Miſſionibus religioſis Proteſtantium. Congregatio de propaganda Fide Londinenſis. Congregatio Regia Hafnienſis. De convertendis Judæis, Gentilibus & Muhamedanis Conſilia & ſcripta Variorum.*
36. *De originibus Chriſtianismi, & poſt ſuppreſſum eum inſtauratione in* India *Orientali.*
37. *In* Perſia.
38. *In* Armenia.
39. *In Regno* Chinenſi.
40. *In* Japonia.
41. *In regno* Tartariæ, *et vicino* Presbyteri Johannis.
42. *In variis* Aſiæ *Inſulis.*
43. *In variis Inſulis* Africæ.
44. *Origines & præclari ſucceſſus Religionis Chriſtianæ in* Africa. *Chriſtianismi plerisque in locis oppresſio per Saracenos.*

Cap. 45. *De Chriſtianiſmi originibus & ſucceſſu in regno Æ-* thiopiæ.

46. *De Chriſtianis in* Ægypto *& aliis Africæ partibus, regnis ac provinciis.*

47. *De* America, *num in illam quoque Apoſtoli penetraverint.*

48. *De* Americæ Septentrionalis *regionibus ac provinciis, & Chriſtianiſmi in illis originibus ac ſtatu.*

49. *De* America Meridionali.

50. *De Eccleſia CHRISTI contra portas inferorum firmiter ſubſtitura usque ad ſæculorum conſummationem & de Judæorum aliarumque Gentium a CHRISTO adhuc alienarum ſperanda vel non ſperanda Converſione. Remoram maximam hactenus objici ab ipſiſmet Chriſtianis, eorum disſidiis & vita parum digna Evangelio CHRISTI.*

INDEX Alphabeticus EPISCOPATUUM Chriſtianorum per totum orbem, amplius quater mille, cum notitia ſcriptorum qui exſtant de ſingulis, & unde plerorumque Epiſcoporum ſucceſſiones & vitas repetere liceat.

CAPUT

Caput I.

De Propagatione Lucis Evangelicæ per totum Orbem Terrarum, Vaticinia, Præcepta & Teſtimonia, ex ſacris repetita litteris.

a) VATICINIA.

HÆc ante me collecta ſunt ab *Euſebio*, Demonſtrationis Evangelicæ libro ſecundo, & ab auctore de promiſſionibus & prædictionibus DEI, qui Leonis M. temporibus teſtatur ſe ſcripſiſſe atque inter *S. Proſperi* Opera legitur, parte tertia c. 35. ſeqq. Inter recentiores à *Petro Daniele Huetio* demonſtrat. Evangelicæ propoſitione IX. cap. 150. ſqq. 154. ſqq. 158. *Hermanno Witſio* Tom. 2. Miſcellaneorum ſacrorum pag. 402. ſeqq. &c. Operæ pretium tamen duxi inſigniora quædam loca hic præmittere.

In ſemine Abraami & Iſaaci *benedicentur omnes gentes terræ*. Geneſ. XII. 3. XXII. 18. XXVI. 4. Actor. III. 25. Galat. III. 8.

Malachiæ I. 11. *Ab ortu Solis usque ad occaſum, magnum erit nomen meum in Gentibus, & in omni loco ſacrificabitur & offeretur nomini meo oblatio munda, quia magnum erit nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.*

Joël II. 28. *Et erit poſthæc, effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem - - Et erit omnis qui invocaverit nomen DOMINI, ſalvus erit.* Actor. II. 17. ſeq. Rom. X. 13.

Pſalm.

Pſalm. LXXII. 8. *Dominabitur à mari ad mare; & à flumine usque ad terminos terræ. 9. Coram illo procident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent.* 10. *Reges Tarſis & inſularum munera offerent: Reges Arabum & Saba donum offerent* (adde interpretes ad Eſaiæ LX. 6.) *Et adorabunt eum omnes Reges, omnes Gentes ſervient ei.* Pſalm. LXXXVI. 9. 10. Pſalm. LXXXVII. Zachariæ XIV. Amos IX. 11. 12. Sophoniæ III. 10. Actor. XV. 16. Confer B. D. Jo. Andreæ Quenſtadii part. 3. Syſtematis Theol. p. 469.

Eſaiæ IX. 2. Matth. IV. 16. *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in umbra mortis, lux orta eſt eis.* adde Eſai. LX. 1-10. Zachariæ II. 10-13. IX. 10. 11.

Eſaiæ LII. 7. *Quam pulchri ſuper montes, ſunt pedes annunciantis & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis ſalutem, dicentis Sion, regnabit DEus tuus! Vox ſpeculatorum levaverunt vocem, ſimul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt cum converterit Dominus Sion. - - 15. Iſte aſperget gentes multas, ſuper ipſum continebunt Reges os ſuum, quia quibus non eſt narratum de eo, viderunt, & qui non audierunt, contemplati ſunt.* Rom. XV. 21.

Hoſeæ II. 24. *Et dicam non populo meo, populus meus es tu: & ipſe dicet DEUS meus es Tu.* Rom. IX. 25.

Rom. XV. 8. *Dico autem JEſum CHriſtum miniſtrum factum Circumciſionis propter Veritatem DEI, ut confirmaret promiſſiones datas patribus, & ut Gentes pro miſericordia glorificarent DEUM ſicut ſcriptum eſt:* (Pſalm. XVIII. 50.) Propterea confitebor Tibi in Gentibus, DOMINE, & Nomini Tuo cantabo. *Et iterum dicit:* (Deut. XXXII. 43.) Lætamini Gentes cum populo Ejus. *Atque iterum:* (Pſalm. CXVII.) laudate Dominum omnes Gentes, & celebrate cum omnes Populi. *Atque rurſus Eſaias ait:* (Eſ. XI. 10.) Erit radix Jeſſe, & qui exſurget regere Gentes, in ipſum Gentes ſperabunt.

Pſalm. XXII. 28. *Reminiſcentur & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu ejus univerſæ familiæ Gentium.*

Pſalm. XLVII. 10. *Principes populorum congregati ſunt cum DEO Abraham.*

Pſalm. LXXXVI. 9. *Omnes Gentes, quaſcunque feciſti, venient & adorabunt coram Te, DOMINE, & glorificabunt Nomen Tuum.*

Pſalm.

Pſalm. LXXXVII. 4. *Recenſebo Ægyptum & Babyloniam inter ſcientes me: Philiſtæa & Tyrus cum Æthiopia &c.*

Pſalm. XCVI. 1. *Cantate DOMINO omnis terra.* 3. *annunciate inter Gentes gloriam Ejus, in omnibus populis mirabilia Ejus.* 7. *Afferte DOMINO familiæ Gentium, afferte DOMINO Gloriam & Honorem.* 10. *Commoveatur a facie Ejus univerſa terra: dicite in Gentibus, quia DOMINUS regnavit.*

Pſal. LXVIII. 12. *Dominus dabit Verbum evangelizantibus virtute multa.*

Michæ IV. 1. *Et erit in noviſſimo dierum, erit mons domus DOMINI præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles, & fluent ad eum populi. Et properabunt gentes multæ, & dicent: Venite, aſcendamus ad montem DOMINI, & ad Domum DEI Jacob, & docebit nos de viis ſuis, & ibimus in ſemitis ejus: quia de Sion egredietur Lex, & Verbum Domini de Jeruſalem.*

Matth. XXIV. 14. *Et prædicabitur iſtud Evangelium Regni* (DEI) *in toto terrarum Orbe, ut ſit teſtimonio omnibus Gentibus: & tunc veniet finis.* (Reip. Judaicæ *). Marci XIII. 10. *in omnes gentes primum oportet prædicari Evangelium.*

Johann. IV. 21. *Venit hora, & nunc eſt, quando neque in monte hoc* (Garizim) *neque in Hieroſolymis adorabitis Patrem - - Sed venit hora; & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & Veritate.* Adde Malachiæ I. 11. & Sophoniæ II. 11. quæ loca cum illo Johanneo confert Euſebius lib. 1. demonſtrationis Evangelicæ pag. 24.

Matth. XXVI. 13. *Amen dico Vobis, ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto Mundo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam ejus.* Adde Marci XIV. 9. S. Chryſoſtomus homil. 80. (81.) in Matthæum T. VII. edit. celeberr. Montfauconi. p. 765:

Εἶδες πῶς πάλιν τὴν εἰς τὰ ἔθνη ἔξοδον προαναφωνεῖ; καὶ ταύτῃ παραμυθούμενος αὐτοὺς ὑπὲρ τοῦ θανάτου, εἴγε τοσαύτη μϑ' τὸν σταυρὸν ἡ δύναμις ἐκλάμψει, ὡς πανταχοῦ

Vides quomodo iterum exitionem ad Gentes prænunciet, hic etiam diſcipulis de morte ſua conſolationem afferens: Siquidem tanta poſt crucem virtus ejus futura eſt,

* Adde Chamieri panſtratiam Catholicam T. 2. libro XVII. cap. 3.

ταχοῦ τῆς γῆς ἐκχυθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον. Τίς οὖν οὕτως ἄθλιος ὡς πρὸς τοσαύτην ἀντιλέξαι ἀλήθειαν; ἰδοὺ γὰρ ὃ εἶπε, γέγονε, καὶ ὅπου περ ἂν ἀπέλθῃς τῆς οἰκουμένης, ὄψει καὶ ταύτην ἀνακηρυττομένην. καί τοι οὐδὲ τὸ πρόσωπον ἐπίσημον ἦν, οὔτε μάρτυρας εἶχον πολλούς. οὔτε ἐν θεάτρῳ τὸ γεγενημένον· ἀλλ' ἐν οἰκίᾳ, καὶ ἐν οἰκίᾳ λεπροῦ τινος, τῶν μαθητῶν μόνων παρόντων. τίς οὖν αὐτὸ ἐξήχησε καὶ διαδοθῆναι ἐποίησεν, ἢ ἡ τοῦ ταῦτα λέγοντος δύναμις; καὶ βασιλέων μὲν μυρίων, καὶ στρατηγῶν ἀνδραγαθήματα, ὧν καὶ τὰ ὑπομνήματα μένει, σεσίγηνται· καὶ πόλεις ἀναστήσαντες, καὶ τείχη περιβαλόντες, καὶ πολέμους νικήσαντες, καὶ τρόπαια στήσαντες, καὶ ἔθνη πολλὰ δουλωσάμενοι, οὐδὲ ἐξ ἀκοῆς, οὐδὲ ἐξ ὀνόματός εἰσι γνώριμοι, καί τοι καὶ ἀνδριάντας ἀναστήσαντες καὶ νόμους θέντες. ὅτι δὲ πόρνη γυνὴ ἔλαιον ἐξέχεεν ἐν οἰκίᾳ λεπροῦ τινος, δώδεκα ἀνδρῶν παρόντων, τοῦτο πάντες ᾄδουσι κατὰ τὴν οἰκουμένην, καὶ χρόνος τοσοῦτος διῆλθε, καὶ ἡ μνήμη τοῦ γενομένου οὐκ ἐμαράνθη· ἀλλὰ καὶ Πέρσαι, καὶ Ἰνδοὶ, καὶ Σκύθαι, καὶ Θρᾷκες, καὶ Σαυρομάται, καὶ τὸ τῶν Μαύρων γένος, καὶ οἱ τὰς Βρετανικὰς νήσους οἰκοῦντες, τὸ ἐν Ἰουδαίᾳ γενόμενον λάθρα ἐν οἰκίᾳ παρὰ γυναικὸς πεπορνευμένης περιφέρουσι.

ut prædicatio per totum Orbem effundatur. Quis tam miſero ingenio & animo ut tantæ veritati repugnat? Ecce enim id quod dixit, factum eſt; & quocunque terrarum ibis, hanc mulierem prædicari audies: quanquam illa non inſignis perſona eſſet, nec multi teſtes eſſent præſentes, nec in theatro quodam res geſta eſſet, ſed in domo, & in domo leproſi, diſcipulis tantum præſentibus.

Ecquis hoc ita vulgavit, atque promulgari usque quaque fecit? Virtus Ejus qui hæc effatus eſt. Certe Regum ſexcentorum & Ducum, quorum & monumenta manent, res præclare geſtæ involvuntur ſilentio: ac licet urbes excitaverint, mœnibus illas cinxerint, in bellis victores fuerint, tropæa erexerint, gentesque multas in ſervitutem redegerint, nec fama nec nomine ſuo noti ſunt, quamvis & ſtatuas erexerint, & leges dederint. Quod autem muliercula oleum effuderit in domo leproſi, duodecim viris præſentibus, id per Orbem cantant omnes, ac poſt tantum temporis, rei geſtæ memoria non defecit: Sed *Perſæ, Indi, Scythæ, Thraces, Sauromatæ, Mauri* & qui *Britannicas* inſulas incolunt, quod in Judæa in domo quadam, nec palam, a muliercula factum eſt, prædicant.

Luc.

Luc. XXIV. 46. *Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat CHRISTUM pati & reſurgere a mortuis tertia die & prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes Gentes, incipientibus ab Hieroſolymis.*

L. DOMINUS ad Ananiam, de Paulo, futuro Apoſtolo, Actor. IX. 15. *Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, ut portet Nomen meum coram Gentibus & Regibus & filiis Iſraël. Ego enim oſtendam illi quanta oporteat eum pro Nomine meo pati.* Adde XXII. 14. 15. 21. XXIII. 11. XXVI. 16. 17. 18.

β) PRÆCEPTA.

DEI Vox apud Eſaiam XLV. 22. *Convertimini ad me, & ſalvi eritis omnes fines terræ - - quia mihi curvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua.*

CHRISTI Vox ad Diſcipulos ſuos Marci XVI. 15. *Euntes in Mundum univerſum, prædicate Evangelium omni Creaturæ.* Matth. XXVIII. 19. Luc. XXIV. 47.

Luc. XXIV. 46. *Sic ſcriptum eſt, & ſic oportebat CHRISTUM pati, & reſurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes Gentes, incipientibus ab Hieroſolyma. Et ego mitto promiſſum Patris mei in vos. Vos autem ſedete in Civitate* * *quoad usque induamini virtute ex alto.*

Actor. I. 8. *Accipietis virtutem ſupervenientis Spiritus S. in vos, & eritis mihi teſtes & Hieroſolymis & in tota Judæa, & in Samaria, & usque ad ultimas terras.*

Actor. XIII. 2. *Miniſtrantibus illis Domino, & jejunantibus dixit Spiritus Sanctus: ſegregate mihi Saulum & Barnabam in opus in quod aſſumſi eos.*

 Apoſto-

* Actor. I. 4. *præcepit eis, Hieroſolymis ne diſcederent, ſed exſpectarent promiſſionem Patris* (effuſionem Spiritus S.) *quam audiſtis per os meum.* Itaque & manſerunt προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδόν. Actor. I. 14. V. 12. VIII. 1. Apollonius adverſus Montaniſtas apud Euſeb. V. 18. Hiſt. Eccleſ. ex veteri traditione notat Dominum Apoſtolis ſuis præcepiſſe, ἐπὶ δώδεκα ἔτεσι μὴ χωρισθῆναι τῆς Ἱερουσαλήμ, *ne intra duodecim annos Hieroſolymis excederent.* Atque ita legendum apud Clementem Alex. VI. Strom. pag. 637. in Petri apocrypho μετὰ δώδεκα ἔτη ἐξέλθετε εἰς τὸν κόσμον, *poſt duodecim annos egredimini in mundum*, ut notarunt Jo. Pearſonius, p. 62. Opp. poſtum. Guil. Caveus in hiſt. literar. ſcriptorum Eccleſ. ubi de S. Petro, & Jo. Erneſtus Grabe T. [illegible]egii Patrum p. 67.

Apoſtoli à Judæis Evangelii contemptoribus convertentes ſe ad Gentes Actor. XIII. 47. *ſic enim præcepit nobis Dominus :* (Eſaiæ XLIX. 6.) *Ecce dedi te in lucem Gentium , ut ſis ſalus mea usque ad extremum terræ.*

Petrus Actor. X. 42. *Et præcepit nobis prædicare populo , & teſtificari quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt a DEO judex vivorum & mortuorum.*

Laudate Dominum omnes Gentes , celebrate eum omnes populi. Pſalm. CXVII. 1. Rom. XV. 11. ad quem locum conferendi ſermones tres de Converſione Gentilium , Gallicè habiti Londini, editique a *Claudio Groteſto de la Mothe.* Roterd. 1708. 12.

Paulus Actor. XVII. 30. *Et tempora quidem ignorantiæ deſpiciens DEus , nunc annunciat hominibus ut omnes ubique pœnitentiam agant* † *eo quod ſtatuit diem in quo judicaturus eſt Orbem in æquitate , in Viro in quo ſtatuit , fidem præbens omnibus , ſuſcitans eum à mortuis.*

Neque eſt in alio quoquam Salus , neque Nomen aliud ſub Cœlo datum hominibus , in quo oportet nos ſalvos fieri. Actor. IV. 12. *Omnis anima quæ non audierit Prophetam illum , exterminabitur de populo.* III. 23. ex Deuteron. XVIII. 19.

1. Corinth. IX. 14. *Ità & Dominus ordinavit iis , qui Evangelium annunciant , de Evangelio vivere.* & 16. *Si evangelizavero , non eſt mihi gloria , neceſſitas enim mihi incumbit : væ enim mihi ſi non evangelizavero. Quòd ſi volens facio , mercedem aſſequar : ſin invitus , hæc mihi procuratio credita eſt.*

Πίστιν παρασχὼν πᾶσιν , *Fidem offerens* DEUS *omnibus* , CHriſto è mortuis ſuſcitato. Actor. XVII. 31. qui omnes vult ſalvari & ad agnitionem Veritatis pervenire. 1. Timoth. II. 4.

Orare jubemur denique a CHRISTO Salvatore noſtro quotidie Matth. VI. 10 Luc. XI. 2. *Adveniat REGNUM Tuum : Fiat Voluntas Tua , ſicut in Cœlo ita & in TERRA.*

γ) TESTIMONIA.

Primus Petri ſermo ad Concionem hominum CXX. Actor. I. 15. de eligendo in Judæ locum Apoſtolo Matthia. Poſtea immiſſo ſecundum promiſſum CHRISTI in Apoſtolos Spiritu S. cœperunt loqui

† Actor. V. 31. XIII. 38. XIV. 15.

loqui variis linguis. II. 4. præſentibus *Parthis*, *Medis*, *Elamitis*, *Meſopotamiamque* habitantibus, & *Judæam*, *Cappadociam*, *Pontum*, *Aſiam*, *Phrygiam*, *Pamphyliam*, *Ægyptum* partesque *Libyæ* quæ eſt circa *Cyrenem*, & advenis *Romanis*: *Judæis* quoque & Proſelytis *Cretenſibus* & *Arabibus*: profeſſi omnes, ſe teſtes eſſe JESU a DEO ex mortuis ſuſcitati II. 31. III. 15. IV. 33. V. 32. X. 39. XIII. 31. Inde ad Petri concionem II. 14. ſtatim credentibus acceſſerunt tria circiter audientium millia II. 41. Dominus quotidie adjunxit Eccleſiæ τȣ̃ς σωζομένȣς. II. 47. Multi qui audierant crediderunt, & factus eſt numerus virorum quinque millia. IV. 4. Multitudinis credentium cor unum & anima una, & quæ poſſidebant omnia erant communia IV. 32. Per doctrinam conſtantiamque Apoſtolorum, nullis cedentem comminationibus IV. 19. V. 29. 42. & per miracula quæ faciebant, magis ſemper augebatur credentium *multitudo*, virorum & mulierum V. 14. VI. 1. 7. etiam ex ſacerdotibus VI. 7. & ex vicinis civitatibus. V. 16. Septem diaconi electi qui menſis miniſtrarent. VI. 3. ſeq. XXI. 8. *Samaria* recepit Verbum DEI, docente Philippo VIII. 14. & multæ regiones Samaritanorum, Petro & Johanne Evangelium ad eos afferentibus. 25. Baptizatus a Philippo Candaces Eunuchus Reginæ Æthiopum. 27-38. qui Philippus ab Azoto usque ad Cæſaream CHriſti Evangelium prædicavit. 40. Saulus in Paulum converſus IX. 3. ſq. XXII. 6. XXVI. 12. Judæos *Damaſci* ad CHriſtum adducit. IX. 22. & Hieroſolymis etiam Gentiles. 29. *Joppæ* Petro Tabitham defunctam excitante crediderunt multi in Dominum. IX. 42. Idem Petrus docetur in omni gente qui timet DEUM & operatur juſtitiam, acceptum eſſe illi. X. 35. XI. 18. XV. 11. Loquente Petro Spiritus S. Joppæ (præſentibus e Gentibus & Cornelio Centurione) cecidit Spiritus S. ſuper omnes qui audiebant dicentem X. 44. qui loquebantur linguis, & magnificabant DEUM. 46. XV. 8. *Antiochiæ* per Barnabam adjuncta eſt magna multitudo XI. 23. qui cum Paulo per annum ibi ſubſtitit, ubi primum auditum nomen CHRISTIANORUM. 26. Poſt Herodis perſecutionem & mortem, Verbum Domini creſcebat & multiplicabatur. XII. 24. XIII. 43. 44. 48. 49. XIV. 1. 3. 27. XV. 12. XVI. 5. XVII. 4. 34. XVIII. 10. XIX. 10. 20. 26. XXI. 19. 20. XXVIII. 24. Epiſcoporum mentio XX. 28.

Paulus & Barnabas Apoſtoli ad Judæos, Actor. XIII. 46. *Vobis oportebat primum prædicari Verbum DEI: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad Gentes. - - Audientes autem Gentes gaviſæ ſunt, & glorificabunt DEUM.* Paulus ad Judæos Corinthi XVIII. 6. *Sanguis veſter ſuper caput veſtrum, mundus ego: ex hoc ad Gentes vadam.* Adde XXVIII. 28.

Idem Paulus Rom. XVI. 25. *Secundum revelationem myſterii, temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum eſt per Scripturas Prophetarum ſecundum præceptum æterni DEI ad obeditionem Fidei, in cunctis Gentibus cogniti.* Adde quæ Petrus Actor. X. 36. ſeq.

Paulus ad Judæos Actor. XXVIII. 28. *Notum ſit vobis, quoniam Gentibus miſſum eſt hoc ſalutare DEI, & ipſi audient.*

Marci XVI. 20. *Illi autem profecti prædicaverunt ubique, DOMINO cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

Rom. X. 18. ex Pſalm XIX. 5. *In omnem terram exivit ſonus eorum, * & ad ultima Orbis terrarum verba eorum.*

Coloſſ. I. 23. *Si tamen permanebitis in Fide fundati & ſtabiles, & immobiles a ſpe Evangelii quod audiſtis, quod prædicatum eſt in univerſa Creatura quæ ſub Cœlo eſt, cujus factus ſum ego Paulus Miniſter.*

1. Corinth. I. 23. *Nos autem prædicamus CHRISTUM crucifixum, JUDÆIS quidem ſcandalum, GENTIBUS autem ſtultitiam: Ipſis autem vocatis Judæis atque Græcis, DEI Virtutem & DEI Sapientiam.*

1. Corinth. IX. 20. *Factus ſum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrarer: iis qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, cum ipſe non eſſem ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, lucri facerem. Iis qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem, cum ſine lege DEI non eſſem, ſed in lege eſſem CHRISTI, ut lucrifacerem eos qui ſine lege erant.*

Actor. XX. 21. *Nihil ſubtraxi utilium, quo minus annunciarem vobis & docerem vos publice, & per domos, teſtificans Judæis atque Gentilibus in DEUM pœnitentiam & Fidem in Dominum noſtrum JEſum CHriſtum. & 24. Nihil penſi habeo neque tanti vitam meam facio, dum curſum meum*

cum

* Ambroſius ſive Hilarius Romanus ad h. l. *Ubique audita eſt & pervenit in omnem locum Prædicatio CHRISTI: ubi enim præſentia hominis prædicantis defuit, ſonus tamen & fama pervenit.* Scriptorum etiam Apoſtolicorum. Confer B. D. Calovii Syſtema Theolog. T. VIII. p. 159. ſeq.

cum lætitia, & aſſignatum mihi a Domino JEſu munus abſolvam: hoc eſt ut teſtificer Evangelium Gratiæ DEI. Adde XXVI. 10. 23.

Actor. XI 18. *Ergo & Gentibus DEUS pœnitentiam dedit ad vitam.*

Matth. VIII. 11. *Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient & recumbent cum Abraham & Iſaac & Jacob in regno cœlorum. Filii autem regni ejicientur &c.*

Rom. III. 29. *An Judæorum DEUS tantum? nonne & Gentium? immo & Gentium.*

Rom. XV. 18. *Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit CHRISTUS in obedientiam verbis & factis, & in virtute ſignorum & prodigiorum, in virtute Spiritus DEI: ita ut ab Jeruſalem & in circuitu usque ad Illyricum repleverim * omnia Evangelio CHriſti.* Et iis quidem in locis ubi antè prædicatum illud non eſſet, ut notavit Origenes lib. 1. in Celſum p. 49. S. Chryſoſtomus ad h. l. homilia XXIX. p. 372.

Ἀρίθμει τοίνυν καὶ πόλεις, καὶ χώρας, καὶ ἔθνη, καὶ δήμους, μὴ τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίοις μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπὸ βαρβάροις, μὴ γάρ μοι τὴν διὰ τῆς Φοινίκης, καὶ Συρίας, καὶ τῆς Κιλίκων, καὶ Καππαδοκῶν ἔλθῃς ὁδὸν, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄπισθεν ἅπαντα λογίζου, τὴν Σαρακηνῶν, καὶ Περσῶν, καὶ Ἀρμενίων, καὶ τὴν τῶν ἄλλων βαρβάρων. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπε, καὶ κύκλῳ, ἵνα μὴ τὴν κατευθὺ λεωφόρον ἔλθῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν, καὶ τὴν κατὰ τὸν νότον Ἀσίαν περιδράμῃς τῇ διανοίᾳ. καὶ ὥσπερ νιφάδας θαυμάτων ἑνὶ λόγῳ παρέδραμεν, εἰπὼν ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων· οὕτω καὶ πόλεις ἀπείρους, καὶ ἔθνη, καὶ δήμους, καὶ χώρας ἑνὶ τούτῳ πά-

Numera itaque & urbes, & regiones, & Gentes, & populos, & non ſolum qui ſub Romanis, ſed & qui ſub Barbaris ſunt. Non enim mihi per ſolam Phœniciam, & Syriam, & Ciliciam, & Cappadociam ibis: ſed & quæ retro illas ſunt, colliges omnia, & Sarracenos, & Perſas, & Armenios, reliquosque Barbaros. Propter hoc enim dixit, & in circumjacentibus regionibus, ne recta viam ſolum publicam, ſed & omnem etiam Auſtralem Aſiam mente percurras. Et quemadmodum aceruos miraculorum uno ſermone percurrens dixit, *per potentiam ſignorum & prodigiorum*, ita & infinitas urbes, & gentes, & populos, & regiones uno rurſus complectitur ver-

λιν-

* [illegible] *docere.* πληρῶσαι τῆς διδαχῆς. Actor. V. 28. Vide Campegium Vitringam Obſerv. ſacrar. diſſ. 3. libri I. c. 5. p. 204. ſeq.

λιν συνῆλε ῥήματι, τῷ κύκλῳ. πόῤῥω γὰρ ἦν τύφυ παντός· καὶ ταῦτα διὰ τούτυς ἐφθέγγετο, ὥστε μὴ μέγα φρονεῖν ἐφ' ἑαυτῖς.

bo, cum dicit: τῷ κύκλῳ, id eſt, *per circuitum*, ſive in circumjacentibus regionibus. Procul n. erat ab omni faſtu, atque iſta propter ipſos loquitur, ne magna videlicet de ſeipſis ſentiant.

CAPUT II.

Teſtimonia Veterum Judæorum, Ethnicorum & Chriſtianorum de propagatione & ſucceſſu prædicationis Evangelii primis a nato CHriſto ſæculis edita. Lucubrationes recentiorum, de Evangelii propagatione hactenus publicatæ.

a) TESTIMONIA JUDÆORUM.

POntifices & Phariſæi apud Johannem XI. 48. *Quid facimus, quia hic homo (JEſus) multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani & tollent noſtrum locum & gentem.*

Luc. XIX. 47. *Et erat docens quotidie in templo. Principes autem Sacerdotum & Scribæ & Principes plebis quærebant illum perdere, & non inveniebant quid facerent illi. Omnis enim populus ab ore ejus pendebat.* Adde Marc. XII. 37.

Matthæi VII. 28. *admirabuntur ſuper doctrina Ejus, erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ eorum & Phariſæi.* IV. 25. *& ſecutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli & de Hieroſolymis & de Judæa & de terra trans Jordanem.*

Flavii Joſephi a) notiſſimum teſtimonium ex lib. XVIII. Antiquit. Judaic. cap. 4. (edit. novæ cap. 3.) licet a viris quibuſdam doctis

a) Quam in multis capitibus Evangeliſtarum narrationi ſuffragetur Joſephus, erudite nuper demonſtravit *Nathanaël Lardnerus* in Opere Anglice edito de fide Hiſtoriæ Evangelicæ, (*the credibility of the Goſpel Hiſtory*) Lond. 1727. 8. 2. Volum.

doctis vocatum in dubium, tamen laudatum ab Euſebio, aliiſque veteribus b) poſt eum multis, & in nullo non Joſephi Codice MS. Græco vel Latino obvium, adſcribam cum variis lectionibus collectis diligenter a clariſſimo viro Jo. Erneſto Grabio, c) probante Abrahami Wheloci judicium, cujus ſententia, *tollatur e medio potius atque penitus e Mundo Flavius Joſephus, quam ut illam a Chriſtiana Eccleſia gemmam, illam intelligo* περιοχὴν, *tolli patiamur.*

Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή· ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων, καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο. ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν· καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἵγε πρῶτον ἀγαπήσαντες· ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων· εἰς τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένον οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.

Deſcripta ſunt hæc verba ex editione Græco Latina, edita Coloniæ Allobrogum Anno Chriſti 1634. ad Codices MSS. Bibliothecæ Palatinæ emendata; quibus operæ pretium eſt ut etiam addantur variæ Lectiones e Codice MS. Chartaceo, antiquo, ab Augerio Busbequio olim Conſtantinopoli comparato, & in Bibliotheca Cæſarea repoſito: in cujus folio 254. extat hoc teſtimonium, productum a Lambecio *Tomo* VIII. Bibliothecæ Vindobonenſis p. 4. & aliæ quædam *lectiones*, quas quidam Græci Scriptores exhibent, ubi citant hoc teſtimonium.

Volum. Joſephus *inquam, licet a CHriſto* alienus, καί τοιγε ἀπιστῶν τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριστῷ, quæ ſunt Origenis de illo verba I. contra Celſum p. 35.

b) Scriptoribus Græcis antiquis, à quibus teſtimonium Joſephi laudari notavi in libro de Veritate Relig. Chriſtianæ p. 137. addendus Anaſtaſius contra Judæos, à Caniſio editus, & Euthymius Zigabenus. Idem teſtimonium in Codice Alex. Petavii inſertum etiam lib. 2. de bello Judaico c. 9. §. 1. Recentiore memoria *Abraham de Champ-Renaud* in Eclogis ſacris Bernæ 1706. 8. editis illud p. 213. ſeq. quaternis expreſſit metaphraſibus Latinis, epica, elegiaca, ſapphica, alcaica.

c) Præfat. ad libros duos Caroli Daubuz de illo teſtimonio, Lond. 1706. 8. & tomo poſteriore edit. præclaræ Joſephi, Haverkampſianæ p. 191. Amſt. 1726. fol.

Γίνεται ἢ.] MS. Cæſar. γίνεται δὴ· Eſt autem δὴ μεταβατικὸν, ut ſit verborum ſenſus, *Fuit porro circa hoc tempus*, &c. Sic Lambecius; ſed de hoc infra.

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον.] Euſebius in Demonſtr. Evangel. & Iſidorus Peluſ. legunt καθ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. Cedrenus, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον.

Ἰησοῦς.] Euſeb. in Hiſtoria Eccleſ. Ἰησοῦς τις.

Σοφὸς ἀνήρ.] Nicephorus Calliſtus, ἀνὴρ σοφός.

Εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή.] Niceph. λέγειν αὐτὸν χρή. ſed Cedrenus αὐτὸν ἐχρῆν.

Τῶν ἡδονῇ.] MS. Cæſar. Euſebius Hiſt. Eccl. Zonaras. τῶν σὺν ἡδονῇ· ſed in Euſeb. Demonſtr. Evang. omittuntur. Cedren. legit ἐν ἡδονῇ.

Δεχομένων.] Euſeb. in Demonſtr. Evang. σεβομένων.

Ἰουδαίους.] Euſeb. Hiſt. Eccleſ. Nicephor. Suidas, τῶν Ἰουδαίων. Euſeb. in Demonſtr. Evang. τοῦ ἰουδαϊκοῦ.

Καὶ ἑλληνικούς.] MS. Cæſar. Iſidorus Peluſ. Suid. Zonar. καὶ τοῦ ἑλληνικοῦ. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. καὶ ἀπὸ τοῦ ἑλληνικοῦ. Editio Froben. & Euſeb. Dem. Evang. καὶ ἑλληνικοῦ. Niceph. καὶ ἀπὸ τοῦ ἑλληνισμοῦ. Cedrenus vero hæc & ſequentia ſic legit; ſed ut videtur, παραφράζων his verbis: πολλοὺς γὰρ καὶ ἀπὸ ἑλλήνων ἠγάγετο Χριστὸς, ὃν Πιλάτου σταυρώσαντος οὐκ ἐπαύσαντο κηρύσσοντες περὶ αὐτοῦ οἱ γε τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες μαθηταί. E quibus patet, Cedrenum non ſecus atque alios legiſſe in teſtimonio hæc verba, ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν· contra quam quidam exiſtimavit.

Αὐτόν.] Euſeb. Demonſtr. Evangel. αὐτῶν ἐνδείξει.

Τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν.] Euſeb. Dem. τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχόντων.

Ἐπαύσαντο.] Euſeb. Hiſt. Eccleſ. ἐξεπαύσαντο.

Οἵγε πρῶτον.] Euſebius Hiſt. Eccleſ. & Demonſtr. Zonar. οἱ τὸ πρῶτον, & MS. Cæſ. cum Suida. Ἀγαπήσαντες] MS. Cæſ. Euſebius Hiſt. Eccleſ. Niceph. Suid. Cedren. legunt, αὐτὸν ἀγαπήσαντες.

Ἔχων.] Euſeb. Demonſtrat. Evangel. omittit hanc vocem.

Ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ.] MS. Cæſ. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. & Demonſtr. Zonaras, ταῦτά τε καὶ ἄλλα, &c. Iſidor. ταῦτά τε περὶ αὐτοῦ καὶ ἄλλα. Cedrenus, ταῦτα καὶ ἄλλα μαρτυρησάντων περὶ αὐτοῦ θαυμάσια καὶ εἰρηκότων. Niceph. ταῦτα καὶ ἄλλα

περὶ

περὶ αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων. MS. Cæſ. & Zonar. περὶ αὐτοῦ θαυμάσια.

Θαυμάσια.] Suidas, θαυμαστά. Euſeb. Dem. Evang. omittit.

Εἴς τε νῦν.] Euſeb. Dem. ὅθεν εἰς ἔτι νῦν. MS. Cæſ. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. Niceph. Zonar. εἰς ἔτι τε νῦν. Iſidor. ἴδε τοίνυν τῶν Χριστ. Suid. εἰς τε νῦν τὸ τῶν χριστιανῶν. Euſeb. Demonſtr. ἀπὸ τοῦδε τῶν χρ. οὐκ ἐπέλιπε.

Ὠνομασμένων.] Euſeb. Demonſtr. omittit. Suidas, ὠνομασμένον, ut & Hermias Sozomenus in ſua paraphraſi, quæ alias cum vulgata conſentit.

Οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.] Iſidor. οὐκ ἐξέλιπε τὸ φῦλον. Suidas, οὐκ ἀπελείπετο φῦλον.

D. HIERONYMI
VERSIO
Ex ejus LIBRO
De Scriptoribus Eccleſiaſticis.

a) EOdem tempore fuit Jeſus b) Vir Sapiens, ſi c) tamen virum eum oportet dicere. Erat d) enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum, qui libenter vera ſuſcipiunt: pluſimos quoque tam de Judæis quam de Gentibus ſui habuit Sectatores, & credebatur e) eſſe Chriſtus. Cumque invidia noſtrorum Principum, cruci eum Pilatus addixiſſet, nihilominus qui eum f) primum dilexerant, g) perſeverarunt: Apparuit h) enim eis tertia die vivens, multa i) & hæc & alia mirabilia, carminibus Pro-

Variæ Lectiones è Codice MS. Bibliothecæ Noribergenſis & Freculpho Epiſcopo Lexovienſi, Tom. II. Chron. Lib. II. cap. 5.

a) Freculph. *Eo.* - b) Freculph. *Sapiens Vir.* MS. Nor. omittit *Vir.*
c) Quidam Codices omittunt *tamen.*
d) Frec. *autem.* e) MS. Nor. etiam habet; ſed Frec. id omittit.
f) Frec. omittit *primum.*
g) MS. Nor. *perſeverarunt in fide*; Freculph. *perſeverarunt in eo.*
h) MS. Nor. & Frec. *autem.*
i) MS. Nor. & Frec. non legunt, *&.*

phetarum de eo vaticinantibus; & usque hodie k) Chriſtianorum gens ab hoc l) ſortita vocabulum non defecit.

Excerptum vel Paraphraſis

B. AMBROSII † EPISCOPI

Quæ in ejus Translatione ex JOSEPHO reperitur, ſubque emendatiùs HEGESIPPI nomine vulgata eſt, Lib. II. Cap. 12.

QUOD fuerit illo in tempore Vir Sapiens, (*de CHriſto nempe loquitur*) ſi tamen oportet, *inquit*, virum dici, mirabilium a) patratorem operum, qui apparuerit diſcipulis ſuis poſt triduum mortis ſuæ vivens b) iterum ſecundum prophetarum ſcripta, c) qui & hæc & alia innumerabilia de eo plena miraculis prophetaverunt: ex quo cœperit congregatio Chriſtianorum & in omne hominum d) penetrare genus; nec ulla natio Romani orbis e) remanſerit quæ cultus ejus expers relinqueretur. - - - - *Ita mente devius fuit, ut nec ſermonibus ſuis crederet, ſed locutus eſt propter hiſtoriæ ſuæ fidem, quia fallere nefas putabat; non credidit propter duritiem cordis*, &c. *Plus addit teſtimonio, quod incredulus & invitus negavit.*

k) Frec. hoc omittit. l) Frec. *Vocabulum ſortita.*

† Ut hos de excidio Judæorum Libros D. *Ambroſio* tribuamus, facit Codex MS. in Biblioth. Cantabrigienſi, in quo ſtatim fini Libri I. ſubjecta eſt hæc Scribæ nota: *Beatiſſimi Ambroſii Epiſcopi tranſlatio ex Joſepho. Liber primus explicit.* Viſum eſt idem quoque aliis. Variæ Lectiones ſunt hæ:

a) *Creatorem.* b) omittitur *iterum.* c) qui hæc.

d) penetravit. e) remanſit.

VER-

VERSIO Antiqua Archæologiæ Judaicæ PER M. AUR. CASSIODORUM Senatorem V. C. procurata.

Hoc teſtimonium ſic exhibetur in duobus antiquis Bibliothecæ Cæſareæ Codicibus MSS. membranaceis, inter Codices MStos Theologicos Latinos 497° & inter Hiſtoricos primo.

a) FUIT autem hisdem temporibus Jeſus, Sapiens Vir, b) ſi tamen Virum eum nominare fas eſt. Erat enim mirabilium operum c) effector, & doctor d) omnium eorum hominum qui audiunt libenter quæ vera ſunt, e) & multos quidem Judæorum, multos etiam ex Gentibus ſibi adjunxit. f) Chriſtus hic erat. Hunc accuſatione primorum noſtræ gentis g) virorum, cum Pilatus in h) crucem agendum decreviſſet, non deſeruerunt i) hi, qui ab initio eum k) dilexerant. Apparuit enim eis l) tertia die iterum vivus, ſecundum m) quod *Divinitus* inſpirati prophetæ, vel hæc vel

 alia

Variæ lectiones ex antiquiſſima Editione, quæ cum annum non exhibeat, typorum tamen inventionem propemodum æquare videtur, ac Vincentio Bellovacenſi, Lib. 7. ſpeculi hiſt. c. 23. & Codice *MS.* antiquiſſimo *Iſaaci* Voſſii, ante VIII. ſæcula exarato.

a) Vincent. Bellov. *Fuit his temporibus.*

b) V. B. *ſi eum virum nominare.* ſed Cod. MS. Voſſ. hæc omittit, & mox legit, *Hic erat mirabilium operum effector.* Quin etiam innuit Voſſius ſic alia quoque, quæ conſuluit exemplaria exhibere.

c) V. B. patrator.

d) Ed. Ant. omittit, *omnium*, & V. B. hoc & ſequens, *hominum.* Edit. Ant. legit, *hominum eorum qui libenter quæ vera ſunt, audiunt.* Ita & Rufin.

e) V. B. multosque ſibi Judæorum, & multos adjunxit ex Gentilibus.

f) Omnes ſic legunt præter editionem antiquam, quæ prorſus omittit hæc verba: *Chriſtus hic erat.*

g) V. B. omittit, *virorum.*

h) V. B. *cruce erigendum decreviſſet.* Ed. Ant. *crucem agendum eſſe decreviſſet.*

i) V. B. *eum hi.* k) Edit. Ant. *dilexerunt.*

l) Ed. Ant. *tertio.* V. B. *iterum tertia die.* Petrus Comeſtor. Hiſt. Evang. legit, *apparuit enim his iterum vivus.*

m) Ed. Ant. *quæ*, ſed V. B. omittit, *Divinitus.*

alia de eo innumera miracula n) futura eſſe prædixerant. Sed & in hodiernum Chriſtianorum, qui ab ipſo nuncupati ſunt, & nomen perſeverat & genus.

Utcunque verſio iſta non ſit Ruffini, certum tamen eſt, iſtum interpretem, Ruffini verſionem hic conſuluiſſe & deſcripſiſſe. Ita enim conſentiunt, ut nihil ſupra. Quapropter Codicibus Cæſaris potius quam Voſſii & antiquæ editioni, quoad omiſſiones, ſtandum eſſe videtur; præſertim cum nullus codex Græcus his faveat. Addo & aliud argumentum. Vetus interpres, Caſſiodori amicus, habuit proculdubio Sozomeni Hiſtoriam; at vero Sozomenus hæc omnia legit, ſuntque ex eo in Hiſt. Tripartitam tranſlata. Vidit itaque interpres iſte hæc verba, non modo in græcis Joſephi Codicibus, ſed & illis Sozomeni, lib. I. c. 1. haud ſecus ac in Ruffini verſione, quam deſcripſit.

Spicilegium Scriptorum, addendorum iis quos pro γνησιότητι teſtimonii Joſephi laudavi in libro de Veritate Relig. Chriſt. p. 138. ſeq.

Humfredus Ditton libro de Reſurrectione CHriſti parte 3. cap. 2. T. 2. edit. Gallicæ p. 8. ſq.

Tobias Eckardus in non Chriſtianorum de CHriſto teſtimoniis c. 5. p. 89. ſq. Quedlinburg. 1724. 4.

Ambroſius Gardeboſc, Carmelita in Tomo I. Hiſt. Eccleſiaſticæ, Toloſæ 17[illegible] fol. *Ludovici Ellies Du Pin* * argumenta oppugnans. *Memoires litteraires de Trevoux* 1713. *Septembr.* p. 1497. ſeqq.

Petrus Daniel Huetius in Demonſtratione Evangelica, propoſitione 3.

D. Joachimus Lange in cauſa DEI ac Religionis revelatæ Tom. 3. p. 48. ſqq. Halæ Sax. 1727. 8.

Daniel Maichelius in lucubrationibus Lambethanis p. 133. ſqq.

Joan-

n) V. B. *de ipſo futura prædixerant. Sed & usque in hod. diem Chriſtianorum qui ab eo dicti ſunt, perſeverat & nomen & genus.*

* Biblioth. ſcriptorum Eccleſ. T. I. p. 25. cui præter alibi a me allegatos aſſentiuntur *Joannes Richardſon* prælectione Eccleſiaſtica ſexta, inter editas Anglice poſt auctoris obitum Lond. 1726. 8. & *Armandus de la Chapelle*, eruditus Gallicus interpres libri præclari Dittoniani T. 2. p. 13. *Jo. Clericus* Artis Criticæ Tom. 2. pag. 291.

Joannes Marckius in hiſtoria exaltationis CHriſti, libro 2. p. 417. ſqq. deutſche Acta Erud. 142. T. 12. p. 711. ſq.

Henricus Mauroy, Ord. Minor. Theologus Pariſ. in apologia pro ex Judæis Chriſtianis parte 1. cap. 40. pag. 210. ſqq. Paris 1553. 4.

Daniel Papebrochius in Actis Sanctorum Tom. IV. Junii pag. 696. qui poſt allata Joſephi verba ſubjungit: *pulchra quidem hæc, & fortaſſis eo ſcripta, ut libri quamvis ex ſcientia parum certa conditi in favorem Judaicæ gentis etiam a Chriſtianis reciperentur.* Itaque ex Papebrochii ſententia ea erat tunc jam Chriſtianorum multitudo & auctoritas, ut Joſephus operæ pretium duceret illorum in hiſtoria ſua habere ſingularem rationem.

Conradus Samuel Schurzfleiſchius in ſpecimine quinto Schurzfleiſchianorum Irenæi Sinceri p. 29. ſqq. Witeberg. 1729. 8.

Frid. Spanhemius fil. Hiſtor. Eccleſ. Seculi primi Tom. 1. Operum pag. 533.

Nanus Tillemontius in hiſtoria Imperatorum T. I. p. 975. ſeq. edit. Bruxell. *Bibl. univerſelle* T. 24. p. 82.

Jac. Triglandius ſingulari ſcripto, ſed adhuc inedito.

William Whiſton, Daubuſii diligentem annotationem locorum Joſephi, ex quibus idem ſtylus in teſtimonio illo obvius apparet, integram inſeruit libro edito Lond. 1722. 8. *an eſſay toward reſtoring the true text of the Old Teſtament* p. 274-279. Idem in alio opere pugnat genuinum eſſe Joſephi locum, *authentick records* p. 954. ſqq. 960. Quod vero Joſephum ex Ebionitis ſive Nazarenis Chriſtianis fuiſſe non dubitat, ſecutus Daubuſii hariolationem p. 212. 214. ſq. mihi nec exploratum videtur nec veriſimile, qui malo aſſentiri Origeni cui, ut ſupra jam annotavi, alienus a CHriſto Joſephus viſus fuit, ἀπιςῶν τῷ ἸΗΣΟΥ ὡς Χριςῷ, & Ambroſio, cui *incredulus* audit, ſupra p. 20.

Hermannus Witſius Miſcellaneorum ſacrorum Tom. 1. lib. 1. pag. 306. ſeq.

Johannes Bodinus quoque tanquam probabile teſtimonium laudat capite 4. methodi hiſtoriarum, licet ut dubium oppugnat libro ſexto colloquii heptaplomeris MS.

Interpolatum viſum eſt viris præclariſſimis *Jacobo Perizonio* Epiſtola ad celeberrimum Virum Franciſcum Fabricium, ad calcem

hujus

hujus Chriſtologiæ Noachicæ & Abrahamicæ, p. 655. Lugd. Bat. 1717. 4. *Hadriano Relando* notis ad Joſephum, in editione præclara Havercampiana, & *Campegio Vitringa* lib. IV. cap. 7. Obſervatt. ſacrar. pag. 970. ſeq.

β) ETHNICORUM TESTIMONIA.

Tacitus XV. Annalium cap. 44. anno undecimo Neronis, CHriſti 65. de Chriſtianis loquens: *Repreſſa in præſens exitiabilis ſuperſtitio rurſus erumpebat, non modo per Judæam, originem ejus mali, ſed per Urbem etiam - - Igitur primo correpti qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens. - -*

Plinius, Proprætor Bithyniæ lib. X. Epiſt. 97. ad Trajanum ſcripta A. C. 104. *Viſa eſt mihi res digna conſultatione, propter periclitantium numerum. Multi enim omnis ætatis, omnis ordinis, utriusque ſexus etiam vocantur in periculum & vocabuntur. Neque enim Civitates tantum, ſed vicos etiam atque agros ſuperſtitionis iſtius contagio pervagata eſt.* Mox *propè jam deſolata templa, & ſacra ſolennia diu intermiſſa* memorat.

De Oraculorum defectu * conqueruntur Strabo VII. pag. 327. ἐκλέλοιπε δέ πως καὶ τὸ μαντεῖον τὸ ἐν Δωδώνῃ, καθάπερ τ' ἄλλα. Lucanus V. 111. - - *non ullo ſæcula dono*

Noſtra carent majore Deum, quam Delphica ſedes
Quod ſiluit.

Juvenalis VI. 554. - - *Delphis oracula ceſſant.* Statius VIII. Thebaid. 196. *mutisque diu plorabere Delphis &c.*

Cæterum ille defectus non ſolis Chriſtianismi incrementis adſcribendus, ſed, quod ut ait Cicero II. 57. de Divinat. *homines minus creduli eſſe cœperant*, vel ut notat Strabo lib. XVII. p. 813. deſerta propemodum oracula, quod Romani in Sibyllinis, aruſpicinâ, auſpiciis & ſervationibus de cœlo acquieſcerent: vel, ut canit Lucanus V. 112. quoniam *reges timuere futura, & ſuperos vetuere loqui.* Quid quod Ennii jam temporibus Apollo verſus facere deſierat, teſte Minucio Felice c. 26. Et ante bellum civile Cæſaris, *multos obducta-*

* Dominici de Colonia, S. I. *la Religion Chrétienne autoriſée par les Payens*, T. I. p. 130. ſq. Franciſcus Baltus contra Fontenellium &c.

per annos Delphica fatidici penetralia Phœbi conſtat e Lucano V. 69. Varias cauſas phyſicas comminiſcitur Plutarchus libro de oraculorum defectu. Neque tamen dubitandum, quin poſt propagatam Evangelii lucem magis magisque contemni, minusque conſuli conſueverint & nunquam fidem atque auctoritatem iterum poſt id tempus potuerint recuperare: licet reliquiæ quædam illorum * diu etiam Chriſtianorum Imperatorum temporibus adhuc ſuperfuerint.

γ) TESTIMONIA CHRISTIANORUM VETERUM.

CLEMENS Romanus Epiſt. ad Corinthios §. 5. de Paulo Apoſtolo: Κῆρυξ γενόμενος ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν τῇ δύσει, τὸ γενναῖον τῆς πίστεως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν, δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθών. *In Oriente ac Occidente Verbi præco factus, illuſtrem Fidei ſuæ famam ſortitus eſt, in Juſtitia Mundum univerſum inſtruens, & ad Occidentis penetrans terminos.*

S. IGNATII Epiſtola ad Philadelphienſes (interpolata) cap. 4. καὶ μία ἐκκλησία ἣν ἱδρύσαντο οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι ΑΠΟ ΠΕΡΑΤΩΝ ΕΩΣ ΠΕΡΑΤΩΝ, ἐν τῷ αἵματι ΧΡΙΣΤΟΥ οἰκείοις ἱδρῶσι καὶ πόνοις. *Et una Eccleſia, quam ſuis ſudoribus ac laboribus fundarunt ſancti Apoſtoli a finibus terræ usque ad fines, in ſanguine CHriſti.*

S. JUSTINUS Martyr dialogo cum Tryphone p. 345. οὐδὲ ἓν γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, εἴτε βαρβάρων εἴτε Ἑλλήνων, εἴτε ἁπλῶς ᾧτινιοῦν ὀνόματι προσαγορευομένων, ἢ ἁμαξοβίων ἢ ἀοίκων καλουμένων ἢ ἐν σκηναῖς κτηνοτρόφων οἰκούντων, ἐν οἷς μὴ διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ σταυρωθέντος Ἰησοῦ εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι τῷ Πατρὶ καὶ ποιητῇ τῶν ὅλων γίνονται. *Ne una quidem eſt hominum natio, ſive Barbarorum ſive Græcorum, ſeu etiam aliorum omnium quocunque appelletur nomine, vel in plauſtris degentium, vel domo carentium, vel in tentoriis viventium & pecora alentium, inter quos per nomen crucifixi JESU preces & gratiarum actiones Patri ac Conditori Univerſi non fiant.*

S. IRENÆUS lib. 1. cap. 2. ἡ μὲν γὰρ ἐκκλησία καίπερ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη; *Eccleſia enim per*

uni-

* Anton. van Dalen, Fontenellius &c.

univerſum orbem uſque ad fines terræ ſeminata, & ab Apoſtolis & a Diſcipulis eorum accepit eam Fidem &c. cap. 3. (10. edit. Clariſſ. Maſſveti, p. 49.) καὶ οὔτε αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρυμέναι ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασι ἢ ἄλλως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς Ἰβηρίαις, οὔτε ἐν Κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς ἀνατολάς, οὔτε ἐν Αἰγύπτῳ οὔτε ἐν Λιβύῃ, οὔτε αἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι. *Et neque hæ quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt: neque hæ quæ in Iberis ſunt, neque hæ quæ in Celtis* (Galliis,) *neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Ægypto, neque hæ quæ in Libya, neque hæ quæ in medio Mundi* (Hieroſolymis & in Judæa) *conſtitutæ.*

TERTULLIANUS in Apologetico c. 37. *heſterni ſumus & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, Palatium, Senatum, forum. Sola vobis reliquimus templa.* Et adverſus Judæos c. 7. *In quem alium univerſæ Gentes crediderunt niſi in CHriſtum qui jam venit? Cui enim & aliæ Gentes crediderunt, Parthi, * Medi, Elamitæ & qui inhabitant Meſopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & incolentes Pontum & Aſiam & Pamphyliam, immorantes Ægyptum, & regionem Africæ quæ eſt trans Cyrenem inhabitantes, Romani & incolæ, tunc & in Hieruſalem Judæi & cæteræ gentes: ut jam Getulorum varietates, & Maurorum multi fines, Hiſpaniarum omnes termini, & Galliarum diverſæ nationes, & Britannorum inacceſſa Romanis loca, CHriſto vero ſubdita; & Sarmatarum & Dacorum & Germanorum & Scytharum, & abditarum multarum gentium & Provinciarum & inſularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare non poſſumus: in quibus omnibus locis CHriſti nomen, qui jam venit, regnat: utpote ante quem omnium Civitatum portæ ſunt apertæ, & cui nullæ ſunt clauſæ, ante quem ſeræ ferreæ ſunt comminutæ, & valvæ æreæ ſunt apertæ.* Et paucis interjectis, cum mentionem feciſſet Salomonis, Darii, Pharaonis, Nabuchodonoſoris, Alexandri & Romanorum, ſubjungit: *CHriſti autem regnum ubique porrigitur, ubique creditur, ab omnibus gentibus ſupra enumeratis colitur, ubique regnat, ubique adoratur, omnibus ubique tribuitur æqualiter.*

ORIGENES lib. 1. contra Celſum p. 6. ἐπὶ δὲ Χριστιανοὺς ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος βουλὴ, καὶ οἱ κατὰ καιρὸν βασιλεῖς, καὶ τὰ στρατιωτικὰ, καὶ οἱ δῆμοι, καὶ οἱ τῶν πιστευόντων συγγενεῖς προσπολεμήσαντες

τῷ

* Actor. II 9.

τῷ λόγῳ, ἐκώλυσαν ἂν αὐτὸν νικηθέντα ὑπὸ τῆς τῶν τοσούτων ἐπιβουλῆς, εἰ μὴ θεία δυνάμει ὑπερέκυψε καὶ ὑπερανέβη, ὡς νικῆσαι ὅλον κόσμον αὐτῷ ἐπιβουλεύοντα. *In Chriſtianorum autem dogmata Senatu Romano, Imperatoribus, exercitibus, populis, ipſis fidelium neceſſitudinibus conſpirantibus, oppreſſa fuiſſent utique à tot inimicis infeſtata undique, niſi Divina virtute ſuſtentata è tot preſſuris emergerent, totumque mundum in ſe coortum vincerent.* Idem p. 7. Εἶτ' ἐπειδὴ πολλάκις ὀνομάζει κρύφιον τὸ δόγμα, καὶ ἐν τούτῳ αὐτὸν ἐλεγκτέον· σχεδὸν παντὸς τοῦ κόσμου ἐγνωκότος τὸ κήρυγμα Χριστιανῶν μᾶλλον, ἢ τὰ τοῖς φιλοσόφοις ἀρέσκοντα· τίνα γὰρ λανθάνει ἡ ἐκ παρθένου γέννησις Ἰησοῦ; καὶ ὁ ἐσταυρωμένος, καὶ ἡ παρὰ πολλοῖς πεπιστευμένη ἀνάστασις αὐτοῦ; καὶ ἡ καταγγελλομένη κρίσις, κολάζουσα μὲν κατ' ἀξίαν τοὺς ἁμαρτάνοντας, γέρως δ' ἀξιοῦσα τοὺς δικαίους; ἀλλὰ καὶ μὴν νοηθὲν τὸ περὶ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον, θρυλλεῖται γελώμενον ὑπὸ τῶν ἀπίστων. Ἐπὶ τούτοις οὖν λέγειν κρύφιον εἶναι τὶ δόγμα, πάνυ ἐστὶν ἄτοπον. *Deinde quoniam ſæpius nominat doctrinam clanculariam: coarguendum eſt hoc quoque, quando per totum orbem notior eſt Chriſtianorum prædicatio, quam philoſophorum placita. Quis enim Jeſum è virgine natum & crucifixum ignorat? quis reſurrectionem ejus multis creditam, & denunciationem judicii, redditurri pro dignitate pœnas peccatoribus & juſtis præmia? Quin & reſurrectionis futuræ myſterium vulgatum eſt, tametſi rideatur ab infidelibus. Quæ cum ita ſe habeant; perabſurdum eſt, doctrinam hanc vocare clanculariam.* Idem pag. 23. ὁ δ' ἡμέτερος Ἰησοῦς καὶ ὀνειδιζόμενος ὡς ἐκ κώμης γεγονὼς, καὶ ταύτης οὐχ Ἑλλαδικῆς, οὐδέ τινος ἔθνους ὄντος παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐν προαγωγῇ· δυσφημούμενος δὲ καὶ ἐπὶ τῷ πενιχρᾶς καὶ χερνήτιδος υἱὸς εἶναι, καὶ διὰ πενίαν καταλιπὼν τὴν πατρίδα, ἐν Αἰγύπτῳ μισθαρνῆσαι· καὶ οἱονεὶ (πρὸς τὸ ληφθὲν παράδειγμα) οὐ μόνον Σερίφιος γεγονὼς, καὶ ἀπὸ ἐλαχίστης καὶ ἀσημοτάτης νήσου, ἀλλὰ καὶ Σεριφίων (ὡς ἔστιν εἰπεῖν) ὁ ἀγενέστατος, δεδύνηται σεῖσαι τὴν πᾶσαν ἀνθρώπων οἰκουμένην, οὐ μόνον ὑπὲρ Θεμιστοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ Πυθαγόραν, καὶ Πλάτωνα, καί τινας ἄλλους τῶν ὁποιποτοῦν τῆς οἰκουμένης σοφῶν ἢ βασιλέων ἢ στρατηγῶν. Τίς οὖν μὴ παρέργως ἀνερευνῶν τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν, οὐκ ἂν αὐτοῦ καταπλαγείη κινήσαντα καὶ ὑπεραναβῆναι δυνηθέντα τῇ δόξῃ τὰ ποιητικὰ ἀδοξίας πάντα, καὶ πάντας τοὺς πώποτε ἐνδόξους; καίτοιγε οἱ ἐν ἀνθρώποις ἔνδοξοι σπάνιον εἰ ἐπὶ πλείονα ἅμα τὴν δόξαν ἀναλαβεῖν δεδύνηνται. ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ σοφίᾳ, ἄλλος δ' ἐπὶ στρα-

στρατηγίᾳ, βαρβάρων δέ τινες ἐπὶ ταῖς παραδόξοις ἐξ ἐπῳδῶν δυνάμεσι, καὶ ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις οὐ πολλοῖς ἅμα ἐθαυμάσθησαν καὶ ἔνδοξοι γεγένηνται· οὗτος δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις θαυμάζεται καὶ ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ ἐπὶ δυνάμεσι, καὶ ἐπὶ τῷ ἀρχικῷ. ἔπεισε γὰρ οὐχ ὡς τύραννος συναποστῆναι αὐτῷ τινας τῶν νόμων, οὐδ' ὡς λῃστὴς κατ' ἀνθρώπων ἀλείφων τοὺς ἑπομένους, οὐδ' ὡς πλούσιος χορηγῶν τοῖς προσιοῦσιν, οὐδ' ὡς τις τῶν ὁμολογουμένως ψεκτῶν· ἀλλ' ὡς διδάσκαλος τοῦ περὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων λόγου, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν θρησκείας, καὶ παντὸς ἠθικοῦ τρόπου, δυναμένου οἰκειῶσαι τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ τὸν κατ' αὐτὸν βιώσαντα. Καὶ Θεμιστοκλεῖ μὲν, ἤ τινι τῶν ἐνδόξων, οὐδὲν γέγονε τὸ ἐναντιούμενον τῇ δόξῃ· τούτῳ δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, ἱκανῶς δυναμένοις καλύψαι ἐν ἀδοξίᾳ αἰσχροῦ ψυχὴν καὶ πάνυ εὐφυοῦς, καὶ ὁ δοκῶν ἄτιμος εἶναι θάνατος σταυρωθέντι ἱκανὸς ἦν καὶ τὴν φθάσασαν δόξαν, καὶ τὴν προκαταλαβοῦσαν ἐξαφανίσαι, καὶ τοὺς (ὡς οἴονται οἱ μὴ συγκατατιθέμενοι αὐτοῦ τῇ διδασκαλίᾳ) προεξαπατηθέντας ποιῆσαι τῆς μὲν ἀπάτης ἀποστῆναι, καταγνῶναι δὲ τοῦ ἀπατήσαντος. Πρὸς τούτοις δὲ θαυμάσαι ἄν τις, πόθεν ἐπῆλθε τοῖς μαθηταῖς, ὡς λέγουσιν οἱ κακολογοῦντες τὸν Ἰησοῦν, μὴ ἑωρακόσιν αὐτὸν ἀναστάντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν, μηδὲ πεισθεῖσιν ὅτι θειότερόν τι ἦν ἐκεῖνος, πρὸς τὸ μὴ φοβηθῆναι τὰ αὐτὰ τῷ διδασκάλῳ παθεῖν, καὶ ὁμόσε χωρῆσαι τῷ κινδύνῳ, καὶ καταλιπεῖν τὰς πατρίδας ὑπὲρ τοῦ διδάξαι κατὰ τὸ Ἰησοῦ βούλημα, καὶ τὸν παραδοθέντα αὐτοῖς ὑπ' αὐτοῦ λόγον. *JEſus vero noſter, licet opprobretur ei patria vicus, isque non Græcanicus, nec alicujus gentis celebratæ: infametur & ipſe ut pauperculæ operariæque filius, & tum ob paupertatem relicta patria mercede famulatus in Ægypto, &, ut ad præſens exemplum illudam, non ſolum Seriphius natus è minima ignobiliſſimaque inſula, verum etiam Seriphiorum, ut ita dicam, poſtremus, valuit concutere totum terrarum orbem, non ſolum magis quam Athenienſis Themiſtocles, ſed magis etiam quam Plato, aut Pythagoras, vel ſapientum totius orbis quivis alius, aut regum imperatorumque. Quis igitur, modo exactius rerum naturam contempletur, non obſtupeſcat eum eluctatum ex omnibus quæ poſſent officere gloriæ, & à tergo reliquiſſe omnes qui unquam fuere celebres? quamvis paucis hominum contigerit pluribus ſimul nominibus gloriam conſequi; nam alius ſapientia, alius imperatoriis artibus, barbari vero nonnulli incantationum potentia, & alii aliis rebus infrequentibus admirationem ſibi paraverunt ac gloriam: hic autem præter cetera mirandus eſt ob ſapientiam, ob potentiam, ob imperandi ſcientiam.*

entiam. Non enim ut tyrannus ſubduxit ſecum alios à legum obedientia, nec ut latro manum aliquam ſuorum armavit contra homines, nec ut opulentus allexit obvios largitionibus, nec impoſtorum more attraxit: ſed ut doctor Divinæ religionis & ſcientiae, omniſque moralis diſciplinae, quae juxta eam viventes Deo conciliare valeat. Ac Themiſtocli quidem aliisve viris illuſtribus ad gloriam tendentibus nullæ fuerunt obſtacula: huic vero praeter jam dicta, quae poterant obſcurare quantumvis generoſum animum, in crucem acto etiam mors in ſpeciem ignominioſa poterat omnem exiſtimationem adimere etiam antea comparatam, ut ejus doctrina decepti, quemadmodum videbatur adverſariis, confeſtim ab ea reſilirent, ipſumque ceu impoſtorem damnarent. Nec minus mirandum quomodo diſcipulis ejus non viſa, ut obtrectatores JEſu dicunt, reſurrectione, nec ullam ipſius Divinitatem expertis, in mentem venerit, non timere talem exitum qualis praeceptoris fuerat, intrepideque periculis ſe committere, patriisque relictis ex voluntate JEſu vacare praedicationi verbi ab illo ſibi traditi. Idem p. 41. ἦλθε γὰρ ᾧ ἀπέκειτο τὰ ἀποκείμενα, ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ· ὁ ἄρχων τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ· καὶ σαφῶς γέγονεν οὗτος μόνος παρὰ τοὺς πρὸ αὐτοῦ πάντας, θαῤῥῶν δ' ἂν εἴποιμι καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν, Προσδοκία ἐθνῶν· ἀπὸ γὰρ πάντων τῶν ἐθνῶν πεπιστεύκασι τῷ Θεῷ δι' αὐτοῦ, καὶ, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Ἡσαΐου, ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἤλπισαν, εἰπόντος· Ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. *Venit enim cui repoſitum erat * Chriſtus Dei, princeps promiſſionum Dei, in quem ſolum ex omnibus anterioribus ſeculis, auſim dicere etiam ex futuris, competit, ut dicatur* Expectatio gentium: *omnium enim gentium homines crediderunt Deo per eum, & in nomine ejus ſpem fixerunt, juxta oraculum Eſaiae ** dicentis;* In nomine ipſius gentes ſperabunt. Idem pag. 48. 49. τοῖς δυναμένοις φρονίμως καὶ εὐγνωμόνως ἐξετάζειν τὰ περὶ τοὺς ἀποστόλους τῶν Ἰησοῦ, φαίνεται, ὅτι δυνάμει θείᾳ ἐδίδασκον οὗτοι τὸν Χριστιανισμὸν, καὶ ἐπετύγχανον ὑπάγοντες ἀνθρώπους τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ. οὐ γὰρ ἡ εἰς τὸ λέγειν δύναμις, καὶ τάξις ἀπαγγελίας, κατὰ τὰς Ἑλλήνων διαλεκτικὰς ἢ ῥητορικὰς τέχνας, ἦν ἐν αὐτοῖς ὑπαγομένη τοὺς ἀκούοντας. Δοκεῖ δέ μοι, ὅτι σοφοὺς μέν τινας (ὡς) πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν, καὶ ἱκανοὺς πρὸς τὸ νοεῖν ἀρεσκόντως πλήθεσι καὶ λέγειν, ἐπιλεξάμενος, καὶ χρησάμενος αὐτοῖς διακόνοις τῆς διδασκαλίας ὁ Ἰησοῦς, εὐλογώτατ' ἂν ὑπε-

* Geneſ. XLIX. 10. ** Eſaiæ XLII. 4.

ὑπενοήθη ὁμοίᾳ φιλοσόφοις κεκηρύχθαι ἀγωγῇ, αἱρέσεώς τινος προϊσταμένοις· καὶ οὐκέτι ἂν ἡ περὶ τοῦ, θεῖον εἶναι τὸν λόγον, ἀπαγγελία ἀνεφαίνετο· ἅτε τοῦ λόγου ὄντος καὶ τοῦ κηρύγματος ἐν πειθοῖ τῆς ἐν φράσει καὶ συνθέσει τῶν λέξεων σοφίας. καὶ ἦν ἂν ἡ πίστις, ὁμοίως τῇ τῶν τοῦ κόσμου φιλοσόφων περὶ τῶν δογμάτων πίστει, ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἐν δυνάμει Θεοῦ. νυνὶ δὲ τίς βλέπων ἁλιεῖς καὶ τελώνας, μηδὲ τὰ πρῶτα γράμματα μεμαθηκότας (ὡς τὸ εὐαγγέλιον ἀναγράφει περὶ αὐτῶν, καὶ ὁ Κέλσος κατὰ ταῦτα πεπίστευκεν αὐτοῖς, ἀληθεύουσι περὶ τῆς ἰδιωτείας αὐτῶν) τεθαῤῥηκότως οὐ μόνον Ἰουδαίοις ὁμιλοῦντας περὶ τῆς εἰς τὸν Ἰησοῦν πίστεως, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι κηρύσσοντας αὐτὸν καὶ ἀνύοντας; οὐκ ἂν ζητήσαι, πόθεν ἦν αὐτοῖς δύναμις πειστική; οὐ γὰρ ἡ νενομισμένη τοῖς πολλοῖς. καὶ τίς οὐκ ἂν λέγοι ὅτι τό, * Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων, δυνάμει τινὶ θείᾳ ἐν τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ ἐπλήρωσεν ὁ Ἰησοῦς; ἥν τινα καὶ ὁ Παῦλος παριστὰς (ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν) φησί· ** Καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως· ἵνα ἡ πίστις ἡμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ. κατὰ γὰρ τὰ εἰρημένα ἐν τοῖς προφήταις, προγνωστικῶς ἀπαγγέλλουσι † περὶ τῆς κηρύξεως τοῦ εὐαγγελίου, Κύριος ἔδωκε ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ, ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ. ἵνα καὶ ἡ λέγουσα προφητεία, ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ, πληρωθῇ, καὶ βλέπομέν γε, ὅτι εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ τῶν ἀποστόλων Ἰησοῦ φθόγγος, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ὁ τῶν ἀποστόλων λόγος. διὰ τοῦτο δυνάμεως μὲν πληροῦνται οἱ λόγου τοῦ μετὰ δυνάμεως ἀπαγγελλομένου ἀκούοντες. ἣν ἐπιδείκνυνται τῇ τε διαθέσει, καὶ τῷ βίῳ, καὶ τῷ ἕως θανάτου ἀγωνίζεσθαι περὶ τῆς ἀληθείας.

Eos qui prudenter & candide poſſunt res Apoſtolorum examinare, facile puto perſpicere, quod Divina virtute religionem Chriſtianam docuerint, tantoque ſucceſſu verbo Dei ſubjecerint homines: non enim eloquentia & diſſerendi ratio, artesque Græcorum Dialectica Rhetoricave pollebant in eis ad ſubigendos auditorum animos. Mihi ſane videtur, ſi aliquos opinione vulgi ſapientes, idoneosque ſapere ac loqui ad multitudinis gratiam elegiſſet JEſus, quorum in docendo uteretur opem, non evaſurus fuiſſet juſtam ſuſpicionem, quaſi more philo-

* Matth. IV. 19. ** I. Corinth. II. 4.

† Pſalm. LXVII. 12. CXLVII. 15.

philoſophorum novam aliquam ſectam ſuo nomine vellet inſtituere, neque promiſſum de Divinitate Doctrinæ repræſentatum eſſet: quaſi Sermo Dei & prædicatio ejus eſſet in perſuaſione locutionis & erudita elegantique ſtructura dictionum; & fides, ad morem illius quam de ſuis dogmatis habent philoſophi ſeculi, eſſet in ſapientia hominum, non in Dei virtute. Nunc vero quis videns piſcatores atque publicanos, ac ne prima quidem literarum rudimenta ſcientes, ut Evangeliſtæ ſcribunt de illis, & ipſe Celſus hac parte libenter credit vera dicentibus de eorum imperitia, confidenter non ſolum Judæos alloqui de fide in JEſum, ſed & inter reliquas gentes eandem efficaciter prædicare, non quæreret unde nacti ſint tantam perſuadendi vim? non enim erat vulgaris: Ecquis non dicat, promiſſum illud, Venite poſt me & faciam vos piſcatores hominum, *implevisse JEſum in diſcipulis Divina quadam potentia? quam & Paulus commendans, ſicut ſupra diximus, ait;* Et ſermo meus & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in demonſtratione ſpiritus atque virtutis; ut fides noſtra non ſit ſita in humana ſapientia, ſed in virtute Dei. *Nam ſicut dictum eſt per Prophetas, prænunciantes de prædicatione Evangelii;* Dominus dedit verbum Evangelizantibus virtute multa, Rex virtutum illius dilecti: *ut impleretur & alia Prophetia dicens;* Celeriter currit ſermo ejus. *Videmus ſane in omnem terram exiſſe vocem Apoſtolorum JEſu, & in fines orbis verba eorum: quapropter virtute implentur qui verbum cum virtute prædicatum audiunt, quam præ ſe ferunt & affectibus & tota vita, parati usque ad mortem pro veritate certare.* Idem pag. 53. Φαμὲν οὖν ὅτι τοῦ Ἰησοῦ τὸ ἔργον [illegible]σα ἔχει ἀνθρώπων οἰκουμένη, ἣ παροικοῦσιν αἱ τοῦ Θεοῦ [illegible] Ἰησοῦ ἐκκλησίαι τῶν μεταβαλόντων ἀπὸ μυρίων ὅσων κακῶν. *Affirmamus igitur JEſu res extare apud univerſi orbis habitati homines, quam late inter gentes incolunt fundatæ per JEſum Eccleſiæ Dei, quæ conſtant ex converſis ad meliorem mentem à malis innumeris.* Libro 2. contra Celſum ſub fin. pag. 110. Καὶ ταῦτα δὲ προεῖπον οἱ προφῆται, ὡς ἄρα διὰ τὰ ἁμαρτήματα τοῦ τῶν Ἑβραίων λαοῦ ἐκλέξεται ὁ Θεὸς οὐχὶ ἔθνος, ἀλλὰ λογάδας πανταχόθεν· καὶ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐκλεξάμενος, * ποιήσει τὸ ἀσύνετον ἔθνος γενέσθαι ἐν τοῖς θείοις λόγοις· αἰρομένης μὲν ἀπ' ἐκείνων τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας, τούτοις δὲ διδομένης. Ἀρκεῖ δ' ἀπὸ πλειόνων, ἐπὶ τοῦ παρόντος, παραθέσθαι τὴν ἀπὸ τῆς ᾠδῆς τοῦ Δευτερονομίου ** προφητείαν περὶ

* 1. Cor. I. 25. ** Deuteron. XXXII. 21.

ἐν τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως οὕτως ἔχουσαν, λεγομένην ἐκ προσώπου Κυρίου· Αὐτοὶ γὰρ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεοῖς, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. εἶτ' ἐπίλογος τοῦ Ἰουδαίου ἐπὶ τούτοις πᾶσί φησι περὶ τοῦ Ἰησοῦ, „ ἐκεῖνος μὲν οὖν ἄνθρωπος ἦν, καὶ τοιοῦτος, οἷον αὐ-„τὸ τὸ ἀληθὲς ἐμφανίζει, καὶ ὁ λόγος δείκνυσιν. οὐκ οἶδα δὲ εἰ ἄνθρωπος, * τολμήσας ἐπισπεῖραι πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ τὴν κατ' αὐτὸν θεοσέβειαν καὶ διδασκαλίαν, δύναται ἀθεεὶ ποιῆσαι ὃ βούλεται, καὶ κρείττων γενέσθαι πάντων τῶν ἀντιπραττόντων τῇ νομῇ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, βασιλέων τε καὶ ἡγεμόνων, καὶ συγκλήτου βουλῆς Ῥωμαίων, καὶ τῶν πανταχοῦ ἀρχόντων, καὶ δήμου. πῶς δὲ καὶ ἀνθρώπου φύσις, μηδὲν ἔχουσα κρεῖττον ἐν αὐτῇ, δύναται τοσοῦτον ἐπιστρέψαι πλῆθος; καὶ οὐ θαυμαστὸν εἰ τῶν φρονίμων· ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλογωτάτων, καὶ τοῖς πάθεσιν ἐγκειμένων, καὶ, ὅσον ἐπὶ τῇ ἀλογίᾳ, χαλεπώτερον μετατιθεμένων εἰς τὸ σωφρονέστερον. ἀλλ' ἐπεὶ δύναμις τοῦ Θεοῦ ** ὁ Χριστὸς ἦν, καὶ σοφία τοῦ Πατρός· διὰ τοῦτο ταῦτα πεποίηκε, καὶ ἔτι ποιεῖ, κἂν μήτε Ἰουδαῖοι μήτε Ἕλληνες βούλωνται, οἱ ἀπιστοῦντες αὐτοῦ τῷ λόγῳ. ἡμεῖς οὖν οὐ παυσόμεθα πιστεύοντες τῷ Θεῷ κατὰ τὰς Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑποθήκας, καὶ τοὺς τυφλώττοντας περὶ θεοσέβειαν ἐθέλοντες ἐπιστρέφειν· κἂν οἱ ἀληθῶς τυφλώττοντες λοιδορῶνται ἡμῖν ὡς τυφλώττουσι. *Id quod jam olim à Prophetis prædictum fuerat, propter peccata Hebræorum populi, electurum Deum non unam aliquam gentem, ſed ſelectos ex omnibus: & poſt electa* ea quæ ſtulta ſunt hujus mundi, *converſurum gentem brutam ad eloquia Dei, ablato ab illis Dei regno & his tradito. Sufficiet impræſentiarum unum è multis oraculum adducere, quod in Deuteronomio de futura gentium vocatione canit in hunc modum ex perſona Domini*; Ipſi ad æmulationem me moverunt in non diis, & ad iram provocarunt in idolis ſuis: Ego quoque ad æmulationem eos movebo in non gente, in gente inſipiente ad iram commovebo eos. *Tandem Judæus concludit ſic de JEſu,* Igitur homo erat ille, talis qualem & verba & res ipſe indicant. *At ego neſcio an homo, auſus univerſum orbem ad ſui cultum ſuamque doctrinam attrahere, potuiſſet ſine Deo tantum ſucceſſum habere, ſuperareque omnia ſuæ doctrinæ obſtacula, etiam Reges Imperatoreſque, Senatum ipſum Romanum, & omnes omnium populorum Principes. Quomodo enim homo natus*

* Joſephi locus, ſupra pag. 17.

** 1. Cor. I. 24.

natus & nullius præſtantioris naturæ particeps tantam ad ſe converteret multitudinem? quæ ſi ex ſapientibus modo conſtaret, nil mirum forſitan videretur; ſed ex hominum colluvione conflata eſt, qui nulla ratione ducuntur, ſed vitiis incumbunt plurimum, quique rationis expertes eo difficilius ad continentiam traducuntur. Sed quoniam potentia Dei Chriſtus erat & Patris ſui ſapientia, ideo talia fecit, & facit nunc quoque. Tergiverſentur licet Judæi Gentileſque verbis ejus credere, nos certe nunquam deſinemus Deo fidere juxta doctrinam JEſu Chriſti, & cæcutientes alios ad Dei cultum, ſi velint, convertere: etiamſi iſti vere cæcutientes nos cæcutire dictitent. Omitto alia loca ſimilia complura Origenis hoc opere & aliis ejus ſcriptis obvia. Sed inprimis operæ pretium eſt adſcribere hæc ex libro IV. περὶ ἀρχῶν cap. 1. *At vero in omni orbe terrarum, in omni Græcia, atque univerſis cæteris nationibus innumeri ſunt & immenſi, qui relictis patriis legibus & his quos putabant Deos, ab obſervantiam Moyſeæ Legis & diſciplinarum ſe CHRISTI cultum tradiderunt: & hoc non ſine ingenti odio adverſum ſe commoto eorum qui ſimulachra venerabantur, ita ut ab his frequenter cruciatibus affligerentur, nonnunquam etiam agerentur in mortem: amplectuntur tamen & cum omni affectu cuſtodiunt doctrinæ CHRISTI ſermonem. Et eſt videre, quomodo brevi tempore ipſa Religio crevit, pœnis multorum mortibuſque proficiens, ſed & bonorum direptionibus, atque ab his omni genere ſuppliciorum tolerato, & eo maxime mirum eſt, quod ne Doctores quidem ipſi vel ſatis idonei ſunt vel ſatis plures: prædicatur tamen in toto Orbe terrarum, ita ut Græci ac Barbari, ſapientes & inſipientes, Religionem Chriſtianæ Doctrinæ ſuſcipiant. Ex quo dubium non eſt, hoc humanis viribus aut opibus non agi, ut cum omni credulitate & poteſtate ſermo CHRISTI JESU apud omnium mentes atque animos convaleſcat.*

ARNOBIUS lib. 2. ad Gentes pag. 50. *Virtutes ſub oculis poſitæ, & inaudita illa vis rerum, vel quæ ab ipſo fiebat palam, vel ab ejus præconibus celebrabatur in Orbe toto, eas ſubdidit appetitionum flammas, & ad unius credulitatis aſſenſum mente una concurrere gentes & populos fecit, & moribus diſſimillimas nationes. Enumerari enim poſſunt atque in uſum computationis venire ea quæ in India geſta ſunt, apud Seras, Perſas, & Medos: in Arabia, in Ægypto, in Aſia, Syria, apud Galatas, Parthos, Phrygas: in Achaja, Macedonia, Epiro, in inſulis & provinciis omnibus quas Sol oriens atque occidens*

 luſtrat,

luſtrat, ipſam denique apud Dominam Romam, in qua cum homines ſint Numæ Regis artibus, atque antiquis ſuperſtitionibus occupati, non diſtulerunt tamen res patrias relinquere, & veritati coaleſcere Chriſtianæ. Adde Elmenhorſtium ad hæc verba libri primi p. 33. *unde tam brevi tempore totus mundus iſta religione completus eſt.* Et ad p. 13. *Negliguntur Dii, clamitant, atque in templis jam raritas ſumma eſt.*

LACTANTIUS de mortibus perſecutorum cap. 2. cum notaſſet & CHriſtum poſt reſurrectionem ſuam per XL. dies verſatum cum Apoſtolis ordinaviſſe eos & inſtruxiſſe ad prædicationem dogmatis ac doctrinæ ſuæ, diſponentem Teſtamenti Novi ſolennem diſciplinam, raptumque hoc officio expleto in cœlum: *& inde* inquit, *diſcipuli qui tunc erant undecim, adſumtis in locum Judæ proditoris Matthia & Paulo, diſperſi ſunt per omnem terram ad Evangelium prædicandum, ſicut illis Magiſter Dominus imperaverat, & per annos XXV. usque ad principium Neroniani Imperii per omnes provincias & civitates, Eccleſiæ fundamenta miſerunt. Cumque jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit, & editis quibusdam miraculis, quæ virtute ipſius DEI data ſibi ab eo poteſtate faciebat, convertit multos ad juſtitiam, DEoque templum fidele ac ſtabile collocavit. Qua re ad Neronem delata, cum animadverteret non modo Romæ ſed ubique quotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum, & ad Religionem novam damnata vetuſtate tranſire &c.* Idem lib. V. cap. 13. *Cum ab ortu Solis usque ad occaſum Lex Divina ſuſcepta ſit, & omnis ſexus, omnis ætas & gens, ac regio unitis ac paribus animis DEO ſerviat.*

Euſebius Orat. de laudibus Conſtantini p. 662, ποῖόν σοι εἶναι δοκεῖ &c. *Quid tam mirandum tibi videri poterit, quam viros abjectos & imperitos a piscatu penitus abducere,* καὶ τούτους νομοθέτας καὶ νομοδιδασκάλους ἀποφῆναι τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, *eosque legumlatores & doctores univerſi orbis terrarum conſtituere: nec ſolum promittere ſe eos facturum piscatores hominum* (Matth. IV. 19. Marc. I. 17.) *idque reipſa præſtare, verum etiam tantam virtutem tantamque facultatem illis tribuere, ut monumenta ſcriptis mandarent librosque ederent, iique tam magnam apud omnes haberent & auctoritatem & exiſtimationem, ὡς καθ᾽ ὅλης οἰκουμένης παντοίᾳ γλώσσῃ βαρβάρων τε καὶ ἑλλήνων μεταβαλλομένας* ...

πᾶσι τοῖς ἔθνεσι μελετᾶσθαι καὶ πιστεύεσθαι θεῖα εἶναι λόγια, *ut in omnes tam Barbarorum quam Græcorum linguas quæ in toto orbe terrarum exiſtunt converterentur, omnesque gentes in illis perdiscendis ſtudium & operam ponerent, proque certo crederent Divina eloquia in illis comprehendi.* Similia idem Euſebius lib. 1. præparat. Evangel. c. 3. aliisque in locis & lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 3. ubi ait ſalutare Evangeli Verbum, tanquam Solis jubar repente totum orbem luce ſua colluſtrasſe. οὐρανίῳ δυνάμει καὶ συνεργείᾳ ἀθρόως οἷα τις ἡλίου βολὴ τὴν σύμπασαν οἰκουμένην ὁ σωτήριος κατηύγαζε λόγος.

S. Chryſoſtomus homilia 2. in Johannem T. VIII. edit. novæ pag. 9. οὗτος δὴ οὖν βάρβαρος τῇ μὲν τοῦ εὐαγγελίου γραφῇ τὴν οἰκουμένην κατέλαβεν ἅπασαν. *Hic itaque barbarus Evangelio ſuo univerſum cepit orbem - - ac Græcorum quidem opiniones extinctæ deletæque ſunt, hujus vero res quotidie ſplendidiores evadunt* - - ἀλλὰ καὶ Σύροι καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Ἰνδοὶ καὶ Πέρσαι καὶ Αἰθίοπες καὶ μυρία ἕτερα ἔθνη εἰς τὴν αὐτῶν μεταβαλόντες γλῶτταν τὰ παρὰ τούτου δόγματα εἰσαχθέντα ἔμαθον ἄνθρωποι βάρβαροι φιλοσοφεῖν. *Verum Syri, Ægyptii, Indi, Perſæ, Æthiopes innumeraque aliæ gentes dogmata ab illo inducta in linguam ſuam transferentes, barbari licet eſſent, philoſophari didicere.* Alia Chryſoſtomi loca dabit Chamierus T. 2. panſtratiæ Cathol. lib. 17. cap. 3.

Idem Chryſoſtomus de laudibus Pauli Apoſtoli homilia 1. T. 2. pag. 477. ἐπειδὴ καλῶς ἑαυτὸν καθιέρωσε, καὶ τὴν οἰκουμένην προσήνεγκε, καὶ γῆν καὶ θάλατταν, καὶ ἑλλάδα καὶ βάρβαρον καὶ πᾶσαν ἁπαξαπλῶς ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ γῆν, ταύτην καθάπερ ὑπόπτερός τις γενόμενος ἐπῆλθε πᾶσαν, οὐχ ἁπλῶς ὁδοιπορῶν, ἀλλὰ τὰς ἀκάνθας &c. *Quia ſe ipſum conſecraverat DEO, etiam Orbem univerſum ſtuduit offerre, qui terram videlicet ac mare, Græciam ſimulque Barbariam, omnemque prorſus quanta eſt ſub Cœlo regionem quaſi volitans circumivit, non ſimplici labore velut in vacuum itinera percurrens, ſed peccatorum ſpinas pariter evellens, & verbum ſeminans ubique pietatis, fugans errores, veritatem reducens, ex hominibus angelos faciens, quinimo ipſos homines quaſi ex dæmonibus in angelos provehens.*

S. Hieronymus in V. Amos T. 3. p. 1412. *Paulus Apoſtolus quaſi turbo violentus & ſæva tempeſtas & tumentes maris gurgites perſequebatur, & opprimere nitebatur Eccleſiam DEI. Qui vocatus a Domino effuſus eſt ſuper*

per faciem univerſæ terræ, ut prædicaret Evangelium de Hieroſolymis uſque ad Illyricum, & ædificaret non ſuper alterius fundamentum ubi jam fuerat prædicatum, ſed uſque ad Hiſpanias tenderet, & mari rubro, imo ab Oceano uſque ad Oceanum curreret imitans Dominum ſuum & Solem Juſtitiæ de quo legimus (Pſal. XIX. 7.) a ſummo cœlo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus; *ut ante eum terra deficeret quam ſtudium prædicandi.*

Idem S. Hieronymus Epiſt. XXXV. ad Heliodorum, Epitaphio Nepotiani T. IV. p. 268. *Nunc paſſionem CHriſti & reſurrectionem Ejus cunctarum Gentium voces & litteræ ſonant. Taceo de Hebræis, Græcis & Latinis, quas nationes Fidei ſuæ in Crucis titulo Dominus dedicavit. Immortalem animam & poſt diſſolutionem Corporis ſubſiſtentem - - Indus, Perſa, Gothus, Ægyptius philoſophantur. Beſſorum feritas & pellitorum * turba populorum, qui mortuorum quondam inferiis homines immolabant, ſtridorem ſuum in dulce Crucis fregerunt melos, & totius Mundi una vox CHriſtus eſt.*

Idem Epiſt. LVII. ad Lætam p. 591. *Et ut omittam vetera, ne apud incredulos nimis fabuloſa videantur, ante paucos annos propinquus veſter Gracchus nobilitatem patritiam nomine ſonans, quum præfecturam regeret urbanam, nonne ſpecuum Mithræ, & omnia portentuoſa ſimulacra quibus Corax, Nymphus, Miles, Leo, Perſes Heliodromus pariter initiantur, ſubvertit, fregit, excuſſit: ** & his quaſi obſidibus ante præmiſſis, impetravit baptiſmum CHriſti. Solitudinem patitur & in Urbe Gentilitas. Dii quondam nationum cum bubonibus & noctuis in ſolis culminibus remanſerunt. Vexilla militum, Crucis inſignia ſunt. Regum purpuras & ardentes diadematum gemmas, patibuli ſalutaris pictura condecorat. Jam Ægyptius Serapis factus eſt Chriſtianus. Marnas Gazæ luget incluſus, & everſionem templi jugiter pertimeſcit. De India, Perſide, Æthiopia, Monachorum quotidie turbas ſuſcipimus. Depoſuit pharetras Armenius, Hunni diſcunt pſalterium, Scythiæ frigora fervent calore Fidei: Getarum rutilus & flavus exercitus Eccleſiarum circumfert tentoria, & ideo forſam contra nos æqua pugnant acie, quia pari Religione confidunt.*

THEODORETUS lib. 9. therapevticæ Gentium pag. 115. (T. IV. Opp. p. 610.) cum docuiſſet nec Romanos aut alios, Reges quan-

* Getarum. ** exuſſit.

quantumvis potentes, nec Legumlatores nec Philoſophos acutiſſimos tam multos & tam conſtantes ſibi parare ſectatores potuiſſe, addit : οἱ δὲ ἡμέτεροι ἁλιεῖς καὶ οἱ τελῶναι καὶ ὁ σκυτοτόμος ἅπασιν ἀνθρώποις τοὺς εὐαγγελικοὺς προσενηνόχασι νόμους. *At noſtri illi piſcatores* (Petrus) *& publicani* (Matthæus) *coriariuſque ille noſter* (Paulus) *cunctis nationibus leges Evangelicas detulerunt.* Καὶ οὐ μόνον Ῥωμαίους καὶ τοὺς ὑπὸ τούτοις τελοῦντας, ἀλλὰ καὶ τὰ Σαυθικὰ καὶ τὰ Σαυροματικὰ ἔθνη, καὶ Ἰνδοὺς, καὶ Αἰθίοπας, καὶ Πέρσας καὶ Σῆρας, καὶ Ὑρκανοὺς καὶ Βακτριανοὺς καὶ Βρεττανοὺς καὶ Κίμβρους καὶ Γερμανοὺς, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς πᾶν ἔθνος καὶ γένος ἀνθρώπων δέξασθαι τοῦ σταυρωθέντος τοὺς νόμους ἀνέπεισαν, οὐχ ὅπλοις χρησάμενοι καὶ πολλοῖς μυριάσι λογάδων, οὐδὲ τῇ τῆς Περσικῆς ὠμότητος χρώμενοι βίᾳ, ἀλλὰ πείθοντες καὶ δεικνύντες ὀνησιφόρους τοὺς νόμους, καὶ οὐδὲ δίχα κινδύνων τοῦτο ποιοῦντες, ἀλλὰ πολλὰς μὲν κατὰ πόλιν ὑπομένοντες παροινίας, πολλὰς δὲ καὶ παρὰ τῶν τυχόντων δεχόμενοι μάστιγας, καὶ στρεβλούμενοι καὶ καθειργόμενοι καὶ πᾶσαν ἰδέαν κολαστηρίων δεχόμενοι. *Neque ſolum Romanos, quique ſub Romano vivebant Imperio, ſed Scythas quoque ac Sauromatas, Indos præterea, Æthiopas, Perſas, Seras, Hyrcanos, Britannos, Cimbros & Germanos, utque ſemel dicam, omnes nationes & omne hominum genus permoverunt Crucifixi leges accipere, non armis uſi, non infinita vi militum delectorum, non immanitatis Perſicæ violentia, ſed verborum ſuaſu, oſtenſa legum quas prædicabant utilitate. Quod ſane ipſum nec ſine magno quidem periculo ſuo faciebant, ſed in ſingulis Civitatibus frequentes paſſi injurias, flagraque paſſim a quovis hominum genere ſubeuntes, dum torquentur, conſtringuntur vinculis, omnem denique crudelitatis ſpeciem patiuntur* - - Ἀλλὰ τοὺς μὲν νομοθέτας κατηκόντισαν, τὸ δὲ τῶν νόμων οὐ κατέλυσαν κράτος· πολλῷ γὰρ ἰσχυρότεροι μετὰ τὴν ἐκείνων ἀπεφάνθησαν τελευτήν. Πρὸς γάρτοι Πέρσας καὶ Σκύθας καὶ τὰ ἄλλα βάρβαρα ἔθνη μετὰ τὴν ἐκείνων οἱ νόμοι διέβησαν τελευτὴν, καὶ πάντων πολεμούντων οὐ μόνον Βαρβάρων ἀλλὰ καὶ αὐτῶν γε Ῥωμαίων, διέμειναν τὸ ἴσον ἔχοντες κράτος. Καὶ πάντα κάλων οἱ Ῥωμαῖοι κινήσαντες ὥστε τῶν ἁλιέων καὶ τοῦ σκυτοτόμου καταλῦσαι τὴν μνήμην, λαμπροτέραν αὐτὴν καὶ περιφανεστέραν ἀπέφηναν. *Verum illi, legiſlatores quidem confoderunt, at Legum vim abolere non potuerunt: multo enim valentiores poſt illorum necem apparuere: ad Perſas enim & ad Scythas, barbaraſque alias gentes, poſt illorum mortem Leges penetrarunt, omnibuſque contra reluctantibus non ſolum Barbaris*

baris ſed etiam Romanis, in eodem illo robore permanſerunt, omnem ſi-nem, quod dici ſolet commoventibus Romanis, ut piſcatorum, coriariique memoriam extinguerent, illuſtriorem illam clarioremque reddiderunt.

Iſidorus Peluſiota lib. I. Epiſt. 270. ad Agathonem: Ἔξεστί σοι συνιδεῖν, ἄριστε, ἐκ τῶν συμβάντων, τὰ μείζονα. Ὁ γὰρ Ἑλληνισμὸς πολλοῖς καὶ χρόνοις καὶ πόνοις καὶ πόροις καὶ ὅπλοις καὶ λόγοις κρατυνθεὶς ἠφανίσθη. ἡ δὲ ἡμετέρα θρησκεία ἰδιώταις καὶ ἀγραμμάτοις καὶ πτωχοῖς καὶ εὐτελέσιν ἐγχειρισθεῖσα, ἐν βραχεῖ καιρῷ δίκην ἀστραπῆς διῆλθε πανταχοῦ, οὐ τὰς ὄψεις μόνον ἀλλὰ καὶ τὰς γνώμας φωτίσασα, ὅτι ὁ μὲν ψευδέσι μύθοις συνέκειτο, ἡ δὲ δόγμασιν οὐρανίοις συνήρμοστο. *Optime vir, ex iis, quæ evenerunt, majora tibi perſpicere licet. Ethniciſmus enim multis & temporibus & laboribus & opibus & armis & litteris corroboratus ex oculis evanuit. Noſtra autem Religio plebejis & illiteratis* (Actor. IV. 13.) *& pauperibus atque abjectis hominibus demandata, brevi temporis ſpatio fulgebræ in modum quoquo gentium pervaſit, non oculos modo atque aſpectum ſed etiam mentes illuminans: quoniam videlicet ille ex commentitiis fabulis conſtabat, hæc autem ex cœleſtibus dogmatibus compacta erat.*

Julius Firmicus libro de errore profanarum religionum p. 445. *Quis locus in terra eſt quem non CHRISTI poſſederit Nomen? qua Sol oritur, qua occidit: qua erigitur ſeptentrio, qua vergit Auſter, totum venerandi Nominis Majeſtas implevit. Et licet adhuc in quibusdam regionibus idololatriæ morientia palpitent membra, tamen in eo res eſt, ut e Chriſtianis omnibus terris peſtiferum hoc malum funditus amputetur - - Modicum tantum ſupereſt, ut legibus veſtris* (Conſtantium & Conſtantem Impp. alloquitur) *funditus proſtratus Diabolus jaceat, ut extinctæ idololatriæ pereat funeſta contagio. Veneni hujus virus evanuit, & per dies ſingulos ſubſtantia profanæ cupiditatis expirat. Erigite vexillum Fidei &c.*

Auctor quæſtionum ad Antiochum Ducem quæſt. CXXXVII. inter S. Athanaſii Opera T. 3. edit. celeberrimi Montfauconi p. 301. Ὅτι δὲ ἀληθὴς ἐστὶ καὶ οὐ πλάνος ὁ Χριστὸς &c. *Quod autem verus ſit, non impoſtor CHRISTUS, ut vos, Judæi, arbitramini, id vobis non verbis ſed factis ſumus probaturi: Quæ, inquam, facta id hactenus per totum orbem clamant & teſtantur, ut & omnia quæ ipſe dixit, facta eſſe: dixit enim* (Luc. XXI. 33.) Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. *Quænam autem verba dixerit, attendamus. Dixit de*

veſtro

ſtro templo, (Matth. XXIV. 2.) Amen dico vobis, non remanebit lapis ſuper lapidem in ipſo, qui non deſtruetur. *Id ejus verbum factumne eſt nec ne? Dixit venturos Romanos, veſtramque ſublaturos gentem, urbemque & regnum.* (Matth. XXIV. 18.) *An ſub Veſpaſiano & Tito id factum eſt, nec ne? Dixit Legem & Prophetas usque ad Johannem Baptiſtam futuros, tuncque finem habituros* (Luc. XVI. 16.) *annon id factum eſt? Quis enim Propheta apud vos exiſtit poſt Joannem Baptiſtam? Nullus profecto.* Εἶπε πάλιν ὁ αὐτὸς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, ὅτι κηρυχθήσεται τὸ εὐαγγέλιον ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. ἆρα γέγονεν τοῦτο; *Dixit rurſus idem Dominus noſter JEſus CHriſtus verus DEUS noſter, Evangelium in toto Mundo prædicatum iri* (Matth. XXVI. 12.) *factum ergo id eſt, nec ne?* πάλιν εἶπεν, ὅτι πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι τῆς Ἐκκλησίας. ἆρα ἐψεύσατο; μὴ γένοιτο. *Dixit iterum, portas inferorum non prævalituras adverſus Eccleſiam,* (Matth. XVI. 18.) *numquid mentitus eſt? abſit.*

Idem quæſt. XLII. πλὴν οὐδὲ ἔμελλε συγχωρεῖν ὁ Θεὸς πεπλανημένην πίστιν κατακυριεύειν μετὰ τὴν σάρκωσιν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπὶ πάντα πέρατα τῆς γῆς. ὅθεν καὶ αὐτὸ τοῦτο, τὸ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι πιστευθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον, μαρτυρία ἐστὶν ἀψευδὴς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλη πίστις εὐσεβὴς ἐν τῇ ὑπὸ οὐρανόν. *Præterea non debuit permittere DEUS falſam fidem poſt incarnationem Filii ſui & Dei noſtri JEſu CHriſti per omnes terræ fines dominari. Unde hoc ipſum, quod in omnibus gentibus creditum ſit Evangelium, certum eſt argumentum, non aliam piam eſſe Fidem ſub Cœlo.* Plura B. D. Chriſtianus Kortholtus commentario in Epiſtolas Plinii & Trajani de Chriſtianis primævis Kilon. 1674. 4. pag. 145. ſeqq.

Auctor de promiſſionibus inter S. Proſperi opera pag. 114. *Omnis philoſophia Chriſtianæ ceſſit doctrinæ, quam utiliter expugnans, inimicorum jaculis deſtruxit inimicos.*

Auctor de Vocatione omnium Gentium inter SS. Ambroſii, Leonis M. & Proſperi Opera lib. 2. c. 17. *Nationes quibus nondum Gratia Salvatoris illuxit, diſpoſito tempore vocandas eſſe ad Evangelium.* Quod ſi forte, quemadmodum quasdam Gentes non olim in conſortium filiorum DEI novimus adoptatas, ita etiam nunc in extremis mundi partibus ſunt aliquæ nationes, quibus nondum Gratia

Salva-

„Salvatoris illuxit: non ambigimus etiam circa illas occulto judicio „DEI tempus Vocationis eſſe diſpoſitum, quo Evangelium quod non „audierunt audient atque ſuſcipient. Quibus tamen illa menſura „generalis auxilii, quæ deſuper omnibus ſemper hominibus eſt præ„bita, non negatur: quamvis tam acerbo natura humana vulnere „ſauciata ſit, ut ad cognitionem DEI neminem contemplatio ſpon„tanea plene valeat erudire, niſi obumbrationem cordis vera lux „diſcuſſerit, quam inſcrutabili judicio DEUS juſtus & bonus non ita „in præteritis ſæculis quemadmodum in noviſſimis diebus effudit. „Unde & beatus Apoſtolus ſcribens Coloſſenſibus (I. 26. 27.) ait: *Myſterium quod abſconditum fuit a ſæculis & generationibus, nunc autem manifeſtatum eſt ſanctis ejus, quibus voluit DEus notas facere divitias gloriæ ſacramenti hujus in Gentibus, quod eſt CHRISTUS in vobis.*

δ) *Lucubrationes recentiorum ſcriptorum de Propagatione Evangelii, hactenus publicata.*

Catalogo di Re e Imperadori pagani e infideli che furono primi nella Fede di CHRISTO in tutti i regni del Mundo: in *Stephani Luſignani* Cyprii, Ord. Prædicator. libro cui titulus: raccolta di cinque diſcorſi, intitolati *corone*, diſcorſo IV. cap. 26. p. 42. ſqq. in Padova 1577. 4.

Arnoldi Mermanni theatrum Converſionis Gentium totius Orbis, ſive Chronologia de Vocatione omnium populorum & propagatæ per univerſum Orbem Fidei, Chriſtianæque Religionis deſcriptio. Antwerp. 1572. 8. atque in Chronico Chronicorum Jo. Gualterii ſive Jani Gruteri Francof. 1614. 8. T. I. p. 96-180. ſubjuncto indice populorum converſorum Alphabetico, cui titulus inſcriptus *S. piſcatoris Petri ſagena*.

Martin Beers Eccleſiaſtæ Norimberg. Fortpflantzung des Evangelii von der Apoſtel Zeiten biß auf den ſeel. Lutherum. Nürnberg 1654. 12. Unſchuldige Nachrichten A. 1711. p. 322.

D. Joannis Pappi hiſtoria Converſionis plerarumque Gentium: in ejus Hiſtoria Eccleſiaſtica, Argentorati Anno 1584. 8. pag. 15-92. Witeb. 1621. Francof. 1661. 8.

D. Phi-

D. Philippi Nicolai de Regni CHRISTI apparentibus notis & hodierna propagatione Eccleſiæ per Europam, Aſiam, Africam & Americam, & univerſum terrarum Orbem, libro I. Hiſtoriæ de regno CHRISTI, vaticiniis Propheticis & Apoſtolicis accommodatæ cap. I. Francof. 1597. 1607. 8. & Tomo 2. Opp. Latin. Hamburg. 1617. fol. nec non Germanice, per M. Gothardum Artum, Francof. 1598. 1629. 1664. Hamb. 1651. 1669. & T. I. Opp. Germanice editor. curante B. Georgio Dedekenno Hamb. 1617. fol.

Joannis Schopfii, Abbatis Monaſterii Blaubeirnenſis, Academia JEſu CHriſti. Tubing. 1593. Spiræ 1616. 4. & Germanice a Georg. Draudio Francof. 1625. 8.

Petri a Streithagen Florus Chriſtianus. Colon. 1640.

Facies Eccleſiæ naſcentis in Europa, Aſia, Africa, expoſita ab *Ambroſio Gardèboſc*, Carmelita, parte I. tomi I. hiſt. Eccleſiaſticæ cap. 2. 3. & 4. Toloſæ 1713. fol.

Roberti Millar hiſtory of the propagation of Chriſtianity in ſeveral ages, and overthrow of Paganism, wherein the Chriſtian Religion is confirmed; the preſent ſtate of the Heathen is inquired into, and methods for their Converſion offered. Edinburgi, & ſecunda editio Lond. 1726. 8. duobus Volum. *Journal des Sav. 1726. Octobr. p. 274. the preſent ſtate of the Rep. of letters* 1728. *Septembr. pag.* 181. *Octobr. p.* 305. *ſeq.*

Benedicti Picteti Oratio de CHriſti trophæis, Evangelii progreſſibus & Populorum ad CHriſtum converſione, Genev. 1712. 4. & ad calcem decadis diſſ. Theolog. de Religionis Chriſtianæ præſtantia ac Divinitate. Genev. 1719. 8. *Nouvelles litteraires Tom X p.* 34. *ſeqq.*

Thomæ Tanneri origo & incrementum primæ DEI Eccleſiæ.

Joannis Marckii Oratio de propagati Chriſtianiſmi admirandis, ſubjuncta ejus hiſtoriæ Paradiſi illuſtratæ. Amſtelod. 1705. 4. *Bækſaal van Europe A.* 1705. T. 2. p. 219.

General inſtructions Divine, moral, hiſtorical, figurative, ſhewing the progreſs of Religion from the Creation to the end of the world, and tending to confirm the thruth of the Chriſtian Religion by *Theophilus Garenciers*. Lond. 1728. 8.

D. Jo. Müllerus, Paſtor ad S. Petri Hamb. præfatione ad Auguſtanam Confeſſionem, illuſtratam Germanice. Hamb. 1630. 4.

Ludovici Dunte buccina Evangelii, wie GOTT dem Herrn gefallen durch den Poſaunen-Schall der mündlichen Predigt ihm eine Kirche zu ſammlen. Lubec. 1632. 4.

D. Jo. Kahleri diſſ. de prædicatione Eccleſiæ univerſali. Rintel, 1700. 4.

Jo. Conradi Schwartzii initia Religionis Chriſtianæ vindicata.

Chriſtophori Cellarii programma XXXIX. de lumine Gentium quod primo Chriſtianorum ſæculo Orbem terrarum illuſtravit pag. 272. ſq.

The miraculous ſucceſs of the Goſpel in the firſt preaching, a good proof * of its Divine origine and authority, a ſermon by *John Denne*. Lond. 1725. 4.

Jo. Alphonſi Turretini Oratio decima, T. I. Opuſculor. editorum Brunſvic. 1725. 8. de variis doctrinæ Chriſtianæ fatis, ſive ætate ejus aurea ſub Apoſtolis, argentea uſque ad Conſtantinum M. inde ærea, tum a decimo ſæculo ferrea, atque iterum argentea a temporibus repurgatorum ſacrorum.

CAPUT III.

De Judæorum converſione & Samaritanorum. De Petro circumciſorum Apoſtolo, Galat. II. 7. De Nazaræis. De Therapeutis Philonis.

I.

PAulus ad Hebræos ſcribens III. 1. CHRISTUM vocat Ἀπόςολον ϗ Ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, *Apoſtolum & Pontificem maximum Confeſſionis noſtræ*, Pontificem maximum quidem, quod perinde ut apud Judæos Pontifex maximus in magno feſto expiationis

* Eodem argumento uſus S. Chryſoſtomus homil. 75. (al. 76.) in Matthæum T. VII. edit. novæ p. 726. ὃ καὶ μέγιςον σημεῖον τῆς τȣ̃ Χριςȣ̃ δυνάμεως, ὅτι ἐν εἴκοσι ἢ καὶ τριάκοντα ὅλοις ἔτεσι τὰ πέρατα τῆς οἰκȣμένης κατέλαβεν ὁ λόγος. *Quod Chriſti potentiæ maximum eſt argumentum, quod doctrina annis viginti vel triginta orbis terminos pervaſerit.*

τῆς, ſolennem & publicam totius populi nomine Confeſſionem a) edebat, ſacrificiumque pro illis offerebat, ita JEſus CHriſtus juſtus, ἱλασμὸς, expiatio eſt & propitiatio non pro Judaici populi tantum ſed *pro totius Mundi peccatis.* 1. Joh. II. 1. Apoſtolum autem, *Schiloa* b) & ἀπεςαλμένον ſive miſſum proprie ſe ſignificavit primo ad JUDÆOS c) & ad perditas oves Iſraël, Matth. XV. 24. quare etiam initio ad Evangelium prædicandum duodecim ſuos emittens diſcipulos, *in viam*, inquit, *Gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis, ſed potius ite ad oves quæ perierunt domus Iſraël.* Matth. X. 5. Et ad Chananæam Matth. XV. 26. *Non bonum eſt ſumere panem filiorum & mittere canibus.* Itaque Διάκονος περιτομῆς *Miniſter Circumciſionis* dicitur Rom. XV. 8. *propter veritatem DEI ad confirmandas promiſſiones Patrum.* Speciatim enim Judæis promiſſus erat magnus ille Propheta, ex ipſorum fratribus excitandus, Deuteron. XVIII. 15. licet Gentium quoque lumen futurum Geneſ. XLIX. 6. Actor. XIII. 47. & Gentes etiam deinde advocandas DEUS ſancte pollicitus fuerat, ut capite primo probatum dedimus. Itaque & ad Legem ac Prophetas implendum veniſſe ſe fuit profeſſus Matth. V. 17. & per totum fere tempus officii ſui inter Judæos verſatus doctrina & beneficis miraculis Actor. X. 38. eos inprimis ad faciendam pœnitentiam, ad fidem habendam Evangelio & ad Regnum cœlorum ſectandum amplectendumque adhortatus fuit Marc. I. 15. rarius miraculis editis in homine ethnico Matth. VIII. 8. & Chananæa XV. 22. vel Samaritano. Luc. XVII. 16. Samaritanis etiam quibusdam in eum credentibus Joh. IV. 39. ſeq. licet alii ex illis CHriſtum ejusque diſcipulos recipere recuſarent. Luc. IX. 52. ſeq.

a) Vide Codicem Talmudicum Joma cap. III. 8. IV. 2. VI. 2. & ibi notas Rob. Sheringamii. Jac. Rhenferdium in comparatione expiationis anniverſariæ Pontificis max. in V. T. cum unica atque æterna expiatione JEſu CHriſti. Franequ. 1696. 8. Sal. Deylingii Obſervatt. ſacrar. part. I. p. 201. ſqq. & Pauli Frid. Opitii programma præmiſſum recitationibus publicis in Epiſtolam ad Hebræos, Kilon. 1721. 4.

b) Grotius ad Geneſ. XLIX. 10. & ad verba Joh. IX. 7. Σιλωὰμ ὃ ἑρμηνεύεται, ἀπεςαλμένος. Miror eruditum virum Jacobum Altingium in præclaris commentariis de Schilo, qui ipſi *tranquillatorem* ſonat, nullam hujus interpretationis rationem habuiſſe.

c) tryal of the witneſſes of the Reſurrection of JEſus p. 76.

II. Jam in Cœlos adſcenſurus Optimus Servator, atque ante diſceſſum ſuum legatos ſuos ad totum genus humanum conſtituens Apoſtolos, præcepit quidem illis Evangelium prædicare πάσῃ τῇ κτίσει *omni creaturæ* Marci XVI. 15. hoc eſt *omnibus Gentibus*, d) μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη Matth. XXVIII 19. Luc. XXIV. 47. Εὐαγγελίου τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Coloſſ. I. 23. Diſerte autem addidit CHriſtus initium faciendum a JUDÆIS, Actor. I. 8. Luc. XXIV. 47. ἀρξάμενον e) ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. adde Actor. XIII. 46. Quod etiam ſancte obſervatum fuit ab Apoſtolis, magnoque ſucceſſu, ut ex iis quæ jam ſupra p. 11. 12. 13. & 14. allata a me ſunt, ſatis conſtat. Ipſam quoque magnam & ſolennem effuſionem Spiritus Sancti, prima ſtatim poſt CHriſti adſcenſionem Pentecoſte factam eſſe Hieroſolymis, teſtatur Lucas Actor. II. 1. ſeq. cum ex præcepto CHriſti Actor. I. 8. Luc. XXIV. 48. ad promiſſum illud donum cœleſte exſpectandum in illa urbe hærerent.

III. Qui etiam SAMARITANORUM civitates, recipere eum recuſantium Luc. IX. 53. adire Apoſtolos prohibuerat Matth. X. 5. jam deinceps illos voluit teſtes ſuos eſſe non ſolum Hieroſolymis ſed & in Samaria, Actor. I. 8. Hinc *Philippus* maxime Diaconus f) & *Petrus* ac *Johannes* Apoſtoli Samariam & multas Samaritano-

d) Hoc bene notavit Jo. Henricus Otho in Lexico Rabbinico p. 213. Sic enim & Judæi *creaturas* בריות ſolent Iſraëlitis opponere, ut in Bereſchit rabba, *Sermo & preces* של בריות Creaturarum *ſunt tantum pro rebus terrenis, preces vero* Iſraëlitarum, *pro loco ſancto*. Etiam in Codice Talmudico Avoda Sara cap. 1. p. 21. edit. B. noſtri Georg. Elieſeris Edzardi: אין כל בריה *Nulla creatura poteſt horam 503848 partibus diſtinctam concipere præter Bileamum impium de quo ſcriptum eſt Num. XXIV. 16. ſciens ſcientiam altiſſimi.* Cæteroqui pro quibusvis etiam hominibus tanquam creaturarum nobiliſſimis vocem בריאות poni à Judæis, jam notavit Scaliger elencho trihæreſii c. 13. probavitque laudatus Edzardus in prolegomenis pag. 45. atque If. Caſaubonus epiſt. 439. ad Carolum Labbeum obſervat in Geographia Arabica ſexcentis locis frequentiam Urbium ita deſignatam, ut dicat auctor eſſe in illis multas בריאם κτίσεις, *creaturas*, hoc eſt homines.

e) Subintelligendum τὸ πρᾶγμα. Vide Lambertum Bos de ellipſi Græcorum pag. 245.

f) Viri Apoſtolici etiam veteribus paſſim vocantur Apoſtoli, quo facilius factum eſt ut jam olim fuerint qui hunc Philippum, qui Samaritanis lucem Evangelicam attu-

tanorum κώμας & vicos Evangelio impleverunt Actor. VIII. 14. 25. *Simone* Mago, qui gratiam Spiritus S. pecunia redimere voluerat, graviter increpito, de quo legendus præter recognitiones Clementis & Irenæum atque alios Hiſt. Eccleſ. & de hæreſiarchis ſcriptores Palladius in vita S. Chryſoſtomi p. 6. Omitto *Doſitheum* Samaritanum & Doſitheanos de quibus B. Doctor meus Tho. Ittigius diſſ. de hæreſiarchis p. 22. ſq. *Juſtinus* quoque è Samaritano Chriſtianus & CHriſti Martyr inclytus fuit, de quo dixi lib. V. Bibl. Græcæ cap. 1. pag. 51. ſeq. ſicut de *Symmacho* Græco librorum Veteris Teſt. interprete, qui è Samaritano Chriſtianus Ebionita, lib. III. c. 12. pag. 337. Sed de Juſtino etiam conſules, ubi Iubebit, clariſſimi Viri, Franciſci Wokenii diſſertationem de Samaritaniſmo & Hebraismo Juſtini *Martyris* Witeb. 1729. 4. & in ejus meletematibus antiquariis 1730. 4. Imperatorum quidem legibus Samaritanos, ſi qui circumciſi reperirentur, quod ſolis erat conceſſum Judæis, condemnati ſunt teſte Origene 2. contra Celſum p. 68. De lege Juſtiniani Imp. qua Samaritanos ad Chriſtianiſmum amplectendum compulit, vide Procopii anecdota c. XI. p. 35. Codicem Juſtinian. lib. 1. tit. 5. lege 17. Novell. 129. 144.

IV. Judæis autem præcipue convertendis diligentem operam per longum tempus impenderunt Apoſtoli, atque in Apoſtolis PETRUS, cui propterea ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς ſive Apoſtoli ad circumciſos officium Divinitus demandatum monet Paulus Galat. II. 7. ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ εἰς τὰ ἔθνη. Ex v. 9. autem intelligitur hoc etiam accipiendum de JACOBO & de JOHANNE: *ut nos* (Paulus & Barnabas) *ad Gentes*, αὐτοὶ δὲ ἐς τὴν περιτομήν. *Sic illi ad Circumciſionem.* Venit igitur Petrus Antiochiam Galat. II. 11. ubi magna erat Judæorum multitudo: g) inde profectus Babylonem, duas illas luculentas Epiſtolas inſcripſit *diſperſis per varias regiones Judæis*, ipſius ut videtur prædicatione ad CHriſtum adductis: ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις διασπορᾶς Πόντου, Γαλα-

lit, confunderent cum Philippo Apoſtolo. Vide Iſidorum Peluſ. lib. I. Epiſt. 447. ſeq. De Philippo hoc Diacono autem conferenda Acta Sanctor. VI. Julii, & Tillemontius T. I. memoriarum Hiſt. Eccleſ. p. 158. ſeq. & T. 2. p. 490. edit. Pariſ. Guil. Caveus in T. I. vitarum Patrum Apoſtolicorum.

g) Jo. Malalæ Chronicon p. 312. Salmaſius apparatu ad Primatum Papæ p. 14. & de coma p. 496.

Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ασίας καὶ Βιθυνίας. h) Sicut autem negari nequit Petrum quoque Ethnicos ad CHriſtum adduxiſſe, quorum primitias Cornelium centurionem celebrat Lucas Actorum undecimo capite: ſic tenendum eſt PAULI quoque, licet Gentium Apoſtoli, Rom. I. 13. & cæterorum Apoſtolorum præclara fuiſſe etiam in Judæos merita, propter Evangelii lucem ipſis accenſam, ut conſtat clariſſime vel ex Pauli quæ ſuperſunt Epiſtolis, non modo illa ad Hebræos, quam Paulo fuere olim qui abjudicarent, i) ſed etiam ex cæteris, quæ ſine controverſia ad Paulum auctorem referuntur. Præcipue vir doctiſſimus *Joannes Braunius*, Palatinus, qui in Groeningenſi Academia docuit, multus eſt in eo ut erudite & perſpicuis argumentis doceat Eccleſias ad quas ſcripſit Paulus *Romanorum, Corinthiorum, Epheſiorum, Galatarum, Philippenſium, Theſſalonicenſium* ex Gentilibus pariter & Judæis ad CHriſtum converſis conſtitiſſe, tamen plures illorum fuiſſe ex Judæis, licet inter Gentiles viverent. Et in Epiſtolis ad Timotheum & Titum clariſſima exſtant veſtigia quantam Judæorum curam Paulus habuerit, ipſe Phariſæus Actor. XXVI. 5. & Phariſæi filius XXIII. 6. paratus anathema eſſe à CHriſto pro fratribus ſuis Iſraëlitis Rom. IX. 3. factus Judæis tanquam Judæus ut Judæos lucraretur. 1. Corinth. IX. 20. & profeſſus Evangelium eſſe Virtutem DEI in ſalutem omni credenti, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον, καὶ Ἕλληνι. Rom. I. 16. adde II. 9. 10. JACOBI quoque Catholicam Epiſtolam ad Judæos directam, ut ipſa inſcriptio palam loquitur; ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ. *Duodecim tribubus diſperſis.* Idem de Epiſtolis JOHANNIS & JUDÆ eſt probabile, in quibus nulla Ethnico-

h) Idem Salmaſ. apparat. p. 19. & 45. ſq. & lib. de Primatu p. 381. & contra Miltonum p. 285. & in funere linguæ Helleniſticæ p. 329. ſeq. Schelſtratenus parte I. Antiquitatis illuſtratæ p. 36. Illa διασπορὰ dicitur τῶν Ἑλλήνων, Joh. VII. 35. hoc eſt Judæorum inter Gentes diſperſorum. Vide Grotium & Lampium ad illum locum, & Salmaſium funere linguæ Heleniſt. p. 98. ſq. & 323. ſqq. Sic Jacobus quoque Epiſtolam ſuam dicavit ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ. Confer Jo. Braunium ſelect. ſacr. p. 152. ſeq. & 156. ſeq. Proprie autem à Petro intelliguntur οἱ διασπαρέντες de quibus Actor. XI. 19. ἀπὸ Στεφάνου hoc eſt poſt Stephani protomartyris lapidationem. Vide Jo. Alberti viri clariſſ. obſervationes ad h. l.

i) Vide quæ Bibl. Græc. lib. IV. c. 5. §. 14.

ſticorum ad quos ſcripſerint, ſed magis Judæorum veſtigia apparent. Vide laudati *Braunii* eximiam commentationem (quæ in ejus *Selectis ſacris* familiam ducit) *de Apoſtolorum Epiſtolis ad quos ſcriptæ ſint*, Amſtelod. 1700. 4.

Philippus Jacobus Hartmannus, ſive ut in titulo A. 1710. præfixo vocatur, *Sclerander* Theologus Regiomontanus in opere præclaro de rebus geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis, Berolin. 1699. 4. capite quarto tradit de ſocietate Chriſtianorum Hieroſolymis, & de Ordine hujus Ariſtocratico p. 73 96. Capite quinto de Chriſtianæ Societatis Hieroſolymitanæ Ordine populari pag. 97-100. & Capite ſexto de populi Hieroſolymitani membris p. 100-107.

V. De JACOBO minore, Fratre DOMINI, primo HIEROSOLYMORUM Epiſcopo, Baronius & Acta Sanctor. Calendis Maji, & Franciſcus Maria Florentinius ad Indiculum Apoſtolorum p. 144. 153. ſeq. ut prætercam quæ ipſe pridem notare me memini in Codice Apocrypho Novi Teſt. Succeſſio *Epiſcoporum* & ab A. C. 389. *Patriarcharum* Hieroſolymitanorum obvia in Actis Sanctorum Tom. 3. Maji & T. 7. pag. 696. ſeq. & compendio in T. X. Bibliothecæ meæ Græcæ p. 503. ſeq. Primus ex Ethnicis Chriſtianus Hieroſolymæ Epiſcopus fuit *Marcus* k) poſt Æliam Capitolinam inſtauratam ab Hadriano, l) Judæosque Hieroſolymam adire prohibitos, imo μὴ δ' ἐξ ἀπόπτου θεωρεῖν τὸ πατρῷον ἔδαφος, ne e longinquo quidem proſpicere patrium ſolo eis conceſſo, de quo Euſebius IV. 6. hiſt. καὶ δὴ τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας ἐξ ἐθνῶν συγκροτηθείσης, πρῶτος μετὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς ἐπισκόπους τὴν τῶν ἐκεῖσε λειτουργίαν ἐγχειρίζεται Μάρκος. Martyrologium Romanum Octobr: XXII. *Hieroſolymis beati MARCI Epiſcopi, clariſſimi & doctiſſimi Viri, qui primus ex Gentibus Hieroſolymorum Eccleſiam ſuſcepit regendam, ac non multo poſt ſub Hadriano Imperatore martyrii meruit palmam.*

VI. Extra Hieroſolymam quam multi ex Judæis non modo ſinguli ab Apoſtolis ad Fidem adducti, ſed etiam Eccleſiæ integræ CHriſto collectæ fuerint, uti ex iis quæ modo §. IV. dicta ſunt, jam quodammodo conſtat, ita uberius patebit infra capite quinto. In præ-

k) Adde Blondellum præf. libri de Epiſcopis & presbyteris p. II. & 16.

l) Confer ſi placet quæ de Hieroſolymis infra cap. VI.

præſenti tantummodo pauca juvat addere de NAZARÆIS, quod nomen 1) de Chriſtianis univerſe uſurpatum reperio, tanquam diſcipulis JESU ac ſectatoribus: qui duplici de cauſſa, & quod Nazarethi m) educatus, & quod *Naſir* DEI n) eſſet, idemque נֵצֶר ſurculus ille per Prophetas o) promiſſus, & נוֹצֵר cuſtos hominum p) Nazarenus, q) Nazaræus, r) Nazoræus, s) apud Evangeliſtas frequenter vocatur. De Chriſtianis etiam accipiendum, quod Epiphanius hæreſi XXIX. pag. 124. & Hieron. lib. 2. in Eſaiæ V. & lib. 1. in Amoſ. tradunt Nazaræos ter de die, mane, circa meridiem & veſperi diris devotos à Judæis. Tertullianus IV. 8. adverſus Marcionem: *Nazaræus vocari habebat ſecundum prophetiam* t) *CHriſtus Creatoris, unde & ipſo nomine nos Judæi Nazaræos appellant per eum: nam & ſumus de quibus ſcriptum eſt:* (Thren. IV. 7.) *Nazaræi exalbati ſunt ſuper nivem.* Eo ſenſu Paulus πρωτοςάτης τῆς τῶν Ναζαραίων αἱρέσεως à Judæis dicitur Actor. XXIV. 5. Sic Nazarenos pro Chriſtianis, & diſciplinam Nazarenam dixit Prudentius non uno in loco. נוצרים invitaturi Judæos: *venite adſcendamus Sionem ad Deum noſtrum.* Vide interpretes ad Jerem. XXXI. 6.

2) Nazareni ſpeciatim appellati qui ex Judæis Chriſto nomen dediſſent, ſpeciatim illi qui circumciſionem ſimul & Legis Moſaicæ ritus ac cerimonias neceſſario obſervandas contendebant, χριςιανίζοντες ἰȣδαῖοι, & Χριςιανοὶ ἰȣδαΐζοντες. Quorundam ex his eo progrediebatur Zelus, ut non ſolum Judæos natos, ſed etiam ethnicos qui vellent Eccleſiæ Chriſtianæ ſe adjungere, ad easdem cerimonias ſtatuerent obligari. Horum errorem diligenter confutarunt Apoſtoli in Concilio Hieroſol. Actor. XV. acerrime autem Paulus Apoſtolus

m) Matth. II. 23. Nazarethi viculi Galilææ, facies hodierna expoſita in icone apud Eugenium Rogerum p. 58. deſeriptionis terræ ſanctæ.

n) ἀντίτυπος Simſonis, de quo Judic. XIII. 5. ὅτι Ναζὶρ Θεȣ̃ ἔςαι τὸ παιδάριον ἀπὸ τῆς κοιλίας.

o) Eſaiæ XI. 1.

p) Job. VII. 20. Herm. Witſii meletemata Leidenſ. p. 285. 286.

q) Marc. I. 24. XIV. 67. XVI. 6. Luc. IV. 34.

r) Matth. II. 23. XXVI. 71. Joh. XVIII. 7.

s) Marc. X. 47. Luc. XVIII. 37. XXIV. 19. Joh. XVIII. 5. XIX. 19. Actor. II. 22. XXII. 8. &c.

t) Vide Grotium, Godfridum Olearium & alios eruditos interpretes ad Matthæi II. 23.

ſtolus usque adeo, ut diſerte etiam ediceret Galatis V. 2. *ſi circumcidamini, CHriſtus vobis nihil proderit - - evacuati eſtis à CHriſtó, qui in Lege juſtificati eſtis* ſive juſtificationem quæritis: *à Gratia excidiſtis.* Hanc diſceſſionem duraſſe usque ad Epiphanii & Hieronymi ætatem, notat Salmaſius de Coma pag. 496.

3) *Nazaræi* Hæretici neſcio an a ſuperioribus diverſi, de quibus varia, antiquioribus ſcriptoribus ignota, tradunt Epiphanius hæreſi 29. Philaſtrius, Hieronymus, Auguſtinus. De Evangeliis quæ apud Nazaræos jactata perhibent, dixi in Codice Apocrypho Novi Teſt. nam ut vir doctus Thomas Reineſius diſſ. de Sibyllinis oraculis p. 82. notat, *ipſi Nazaræi ante Urbis Hieroſol. excidium, Apoſtolorum antagoniſtæ, & apoſtatæ primi, Evangelio quod appellabant perfectionis, ſcripto verſibus & altero quod Evæ vocabant, itemque tertio quod Matthæi eſſe dicebant Ebraico, quodque Hieronymus poſt Beroeæ vidit, & interpretatus eſt, utebantur.* Hieronymus Epiſt. 89. ad Auguſtin. (edit. novæ 74. T. IV. p. 623. *Usque hodie per totas Orientis Synagogas inter Judæos hæreſis eſt quæ dicitur Minæorum** (confer Buxtorfii Lexicon Talmudicum in מין) *& à Phariſæis nunc usque damnatur: quos vulgo Nazaræos nuncupant, qui credunt in CHriſtum filium DEI, in quem & nos credimus: ſed dum volunt & Judæi eſſe & Chriſtiani, nec Judæi ſunt nec Chriſtiani.* Plura de Nazaræis dabunt *Jac. Rhenferdus* de fictis Judæorum hæreſibus §. 41. ſqq. *W. E. Tentzelius* Monathl. Unterred. A. 1694. p. 908. ſqq. *D. Jo. Laurentius Mosheim* in vindiciis antiquæ Chriſtianorum diſciplinæ adverſus *Jo. Tolandi* Nazarenum, Kil. 1720. 4.

D. Joachimus Langius in hæreſiologia ſæculi primi, diſſ. 4.

Matthæus Hillerus diſſ. de elogio crucis Dominicæ, *Honoratus Niquetus* S. I. in hiſtoria tituli S. Crucis lib. 1. c. 15. p. 103. ſqq. B. Doctor meus *Tho. Ittigius* de hæreſiarchis Apoſtolicæ ætatis p. 69. ſeq.

D. Jo. Guil. Baieri diſſ. de Nazarenis, CHriſto, Chriſtianis & hæreticis. Jen. 1692. 4.

4) *Nazarenos* pro Nazarethanis poſuit Hieronymus ad Matthæi XIV. 54. *Mira ſtultitia Nazarænorum: mirantur unde habeat ſapientiam Sapientia, & virtutem Virtus.*

* Hi Γενιςαὶ Juſtino Martyri, מין γένος. Vide Rhenferdum §. 12.

5) *Nazareni* Δεσπόσυνοι, quaſi dixeris *beriles* [*c*]*ognati*, * διὰ τὴν πρὸς τὸ σωτήριον γένος συνάφειαν, ἀπό τε Ναζάρων καὶ Κωχαβὰ, κωμῶν Ἰουδαϊκῶν, *qui e Nazaris & Cocbaba, Judææ vicis* in varias regiones diſperſi, Genealogiam CHriſti expoſuerunt teſte Africano apud Euſebium lib. 1. hiſt. c. 6.

6) *Nazaræi* pro Naſiræis per Votum quoddam ſeparati Deo- que conſecrati: de quibus *Bernardus Sebaſt. Cremerus* Theologus Harderovicianus in Naziræo, ſive commentario litterali & myſtico ad legem Naziræorum, Numer. VI. 1. & Simſonis hiſtoriam, Judic. XIII-XVI. Amſt. 1727. 4. *Joſephus* lib. 4. Antiquitat. Judaic. cap. 4. *Talmudici* in Codice נדרים *de votis*, & נזיר *de Naſiræis*, T. 3. Miſnæ à V. C. Guil. Surenhuſio editæ p. 104. 146.

Grotius ad Matthæi III. 4. ubi de Elia & *Johanne*.

Mechior Leydeckerus de Rep. Hebræorum lib. XII. p. 665. ſqq.

Matthæus Hillerus ſyntagmate hermenevtico p. 346. ſq.

Gotthardus Heideggerus Oratione de Naziræis, parte poſteriore recreationum ſacrarum, ſtatim in limine. Tiguri 1711. 8.

Proſper Stellartius de coronis & tonſuris libro ſecundo.

G. F. Meinhard diſſertationibus tribus de ritu Naſiræatus Jen. 1676. 4.

Jo. Clodii diſſ. de jure Naſiræatus, Witeb. 1672. 4. *Guſtavi Peringeri*, Upſal. 1683. 8. &c.

7) Judaicorum Naſiræorum exemplo etiam Monachos Chriſtianos hoc nomine a Chriſtianis ſcriptoribus appellari, tralatitium eſt. Heſychius: Ναζιραῖος ὁ Θεῷ κεχωρισμένος (vitioſe in Heſychii & Svidæ editt. κεχαρισμένος) καὶ ἀφιερωμένος, βαπτιστὴς, ἱερεύς. Svidas: Ναζηραῖος ὁ Θεῷ κεχωρισμένος καὶ ἀφιερωμένος μοναχός. Vide Cangii gloſſarium, & notas ad Alexiadem Annæ Comnenæ p. 422. Et primos Monachos veterum Naſiræorum & Philoſophorum exemplo intonſos manſiſſe notavit Salmaſius Epiſtola de Coma p. 519. ſq. 533. & CHriſtum ipſum ac fratrem Domini Jacobum p. 319. 355. 384. 421. 426. 429. De Aquilæ voto Nazaræatus vide Grotium ad Actor. XVIII. 18.

VII. Inter *Philonis* Judæi ſcripta notiſſimus eſt qui exſtat liber

* Caſaub. exerc. 1. ad Baron. p. 27. Montacutius p. 167. apparatus, Dodwell. pag. 38. diſſ. in Iræneum.

Ver περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν. *De vita contemplativa* ſive *de cultorum Numinis virtutibus.* Male οἰκετῶν excuſum in Pachymeris ſcholiis ad Dionyſium Areopag. T. 2. p. 64. Agit autem hoc in libro Philo de hominibus utriusque ſexus, contemplativam & ſolitariam vitam ducentibus, quos THERAPEVTAS ac THERAPEVTIDAS vocatos innuit, quod animæ quandam medicinam & ſingularem DEI cultum profiterentur. Pro ἱκετῶν Sandius mavult ἀσκητῶν, ſed ἱκετῶν apud Euſebium lib. 2. Hiſt. Eccleſ. c. 17. legerunt etiam Rufinus, qui vertit *ſupplicum*, & Hieronymus, Svidas, ac Nicephorus, licet vocabulum ἀρετῶν apud eos non reperio, quod videtur quibusdam additum ex nota lectoris qui adſcripſerat αἱρετικῶν. Solet autem Philo ἱκέτας pluribus locis appellare ſeriæ pietatis ſtudioſos, eosque cum Therapeutis ſuis ſive Eſſenis Theoreticis atque contemplativis confundere, de quibus etiam viri docti accipiunt gentem Eſſenorum Veneris expertem, de qua Plinius lib. V. Hiſt. c. 17.

Chriſtianos hoc libro deſcribi à Philone, è Judaiſmo transgreſſos, non dubitant Euſebius & alii veteres, Epiphanius XXIX. 5. Hieronymus in Catalogo cap. XI. Sozomenus lib. I. c. 12. hiſtor. Caſſianus II. 5. inſtitut. Monaſtic. Nicephorus II. 16. hiſt. Eccleſ. Svidas in Φίλων, Maximus & Pachymeres ad Dionyſ. Pſeudoareopagitam Epiſt. I. &c. Ita & titulus MS. apud Lambecium T. III. p. 69. Φίλωνος περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς πιστευσάντων ἐν Αἰγύπτῳ χριστιανῶν ἅμα καὶ μοναχῶν. Scholion MS. apud eundem p. 71. & celeberr. Montfauconum in Bibliotheca Coisliniana p. 140. Μέμνηται τούτων καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. Τινὲς δέ φασι ταῦτα τὸν Φίλωνα περὶ τῶν κοινῶν Ἰουδαίων εἰπεῖν. Ἄλλοι περὶ Ναζαραίων Ἰουδαίων (de Naſiræis, de quibus ſupra.) Ἄλλοι περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς πιστῶν, καὶ πεπιστευκότων εἰς χριστὸν, καὶ φυλαττόντων τὸν νόμον Μωϋσέως τυπικῶς. Ἄλλοι περὶ τελείων χριστιανῶν. Οἵας δὲ ἦσαν αἱρέσεως, τὸν μοναχικὸν ζῶντες βίον, Θεραπευταὶ εἰκότως ὠνομάζοντο. Καὶ ὁ μακάριος Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης μαθητὴς τοῦ ἁγίου Παύλου ὁ γενόμενος Ἀθηνῶν Ἐπίσκοπος, ἐν τῷ περὶ Ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας (cap. 6.) τοὺς μοναχοὺς ἔφη τὸ παλαιὸν καὶ θεραπευτὰς ὀνομάζεσθαι.

De Chriſtianis ex Judæis ſermonem eſſe Philoni, diſputant à recentiorioribus ſcriptoribus; licet *res non ſatis ad fidem proclivis* viſa fuerit Franciſco Combefiſio in Bibl. Concionatoria,

Cæſar Baronius ad A. C. 64. n. 5. ſeq.

Benedictus Bacchinus de origine Hierarchiæ Eccleſiaſticæ p. 246. ſeq.

Rob. Bellarminus lib. 2. de Monachis, cap. 5.

Guil. Beveregius in Codice Canonum vindicato p. 374. ſeq.

Thomas Bruno, in diatriba de Therapevtis Philonis, quam Paulus Colomeſius ad calcem Epiſtolarum Clementis Romani vulgavit Lond. 1687. 8.

Henricus Mauroy apologia pro ex Judæis parte I. c. 39. p. 204. ſqq. Paris 1553. 4.

Bernhardus de Montfaucon in notis ad librum Philonis Gallice a ſe redditum Pariſ. 1709. 12. & in Epiſtola ad virum illuſtrem Joannem Bouhierium. ibid. 1712. 12.

Sam. Parkerus filius ad Euſebii Hiſt. Eccleſ. Anglice editam.

Dionyſius Petavius ad Epiphan. p. 54.

Nicolaus Serarius libro tertio trihæreſii c. 17. T. 1. Opuſculor. p. 96. ſeq.

Tillemontius T. 2. memoriar. Eccleſiaſt. p. 94. & p. 508. ſeq. edit. Pariſienſis.

Iſaacus Voſſius, Var. Obſervatt. p. 46. ſeq.

Guil. Whiſton, eſſay on the Apoſtolical Conſtitutions p. 73. ſq. 248. ſeq.

Sed verior utique mihi videtur Photii ſententia, qui Codice CIV. Bibliothecæ ait à Philone libro de Eſſæis & altero de Therapevtis deſcribi genus duplex Cœnobitarum & monachorum Judæorum vitasque, *τῶν παρὰ Ἰȣδαίοις φιλοσοφησάντων τήντε θεωρητικὴν καὶ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν ὧν οἱ μὲν ἐσσηνοὶ, οἱ δὲ θεραπευταὶ ἐκαλȣ̃ντο.* Sane Moſis *γνωρίμȣς* ſive diſcipulos diſerte appellat Philo, neque verbulo tangit Chriſtianos fuiſſe, nihil quoque tradit quod Chriſtianis proprium, nihil de iis memorat quod pugnet cum Judaiſmo. Itaque & hanc ſententiam teſtati ſunt ſibi placere, & confirmarunt argumentis:

Cornelius Adami exercitatt. exegetic. p. 248.

Jacobus Baſnage in hiſtoria Judæorum Gallice edita lib. 2. c. 13. *Samuel Baſnage* Annal. ad A. C. 2. n. 19. T. 1. p. 174. ſeq.

David Blondellus lib. 1. de Sibyllis c. 7.

Jo.

Jo. Boubierius præſes ſummi Senatus Divionenſis, Epiſtolis eleganter & erudite ſcriptis ad laudatum Montfauconum, Galliceque editis Pariſ. 1712. 12.

Guil. Caveus in vita Marci Evangeliſtæ.

Jo. Clericus prolegom. ad hiſt. Eccleſ. ſæculi 1. & 2.

Jo. Baptiſta Cotelerius T. 1. monnmentor. Eccleſiæ Græcæ pag. 789.

Lud. Couſinus præf. ad Gallicam Euſebii verſionem.

Gisbertus Cuperus diatriba ſingulari, ſcripta Gallice ſed quod ſciam inedita.

Jo. Georgius Dorſcheus indice iniquitatis p. 85.

Martinus Hanckius lib. 2. de Romanarum rerum ſcriptoribus p. 86. ſeq.

Franciſcus Junius lib. 2. de Monachis, contra Bellarminum cap. 5.

Henr. Kippingius additamentis ad Jo. Pappi Hiſtor. Eccleſ. pag. 46.

Magdeburgenſes hiſtor. Eccleſ. Centur. 1. lib. 2. c. 3.

Steph. le Moyne notis ad Varia ſacra p. 1097.

Antonius Pagi ad A. C. 62. n. 3.

Lud. Ellies du Pin tomo VII. hiſtoriæ Judæorum Baſnagianæ, Gallicè Pariſiis editæ.

Joannes Placette in diſſ. ſubjecta libris de eleemoſyna, qui è Gallico Germanice etiam lucem viderunt Francof. 1717. 8.

Humfredus Prideaux in hiſtoria Veteris Teſt. Anglice primum deinde Germanice, Gallicè & aliis linguis vulgata. Bibl. Angloiſe T. 3. p. 534. ſq. 537.

Jo. Rainoldus Colloquio cum Jo. Hardto p. 781. ſq.

Jo. Richardſon prælectione V. Eccleſiaſtica, Parkero oppoſita.

Guil. Saldenus in Otiis Divinis p. 300.

Claudius Salmaſius de Coma p. 489. ſeq. qui promiſit uberius ſententiam ſuam adverſus Petavium eſſe demonſtraturum in tractatu de Ordine Monaſtico, ſed qui lucem non vidit.

Joſephus Scaliger trihæreſii c. 29. & Prolegom. de emendatione temporum & lib. 6. p. 539. & ad Chronicon Euſebii p. 14.

Jo. Jacobus Schudt diſſ. de Eſſenis Judæorum Aſcetis. Witeb. 1688. 4. præſide Jo. Helvico Willemero.

Robertus Turner libro Anglice edito de Conſtitutionibus Apoſtolicis adverſus Guil. Whiſtonum p. 4. ſqq.

Henricus Valeſius ad Hiſt. Eccleſ. Euſebii p. 34.

Nuper Vir clariſſimus *Jo. Joachimus Lange* de Therapevtis Ægypto & Eſſæis duas vulgavit diſſertationes, Halæ Sax. 1721. 4. in quibus contendit nec Judæos fuiſſe Philonis Therapevtas nec Chriſtianos, ſed Philoſophos Ethnicos Judaizantes. Atque confirmandæ illi ſententiæ nonnulla in medium allata video ab eruditiſſ. viro *Nicolao Nonnen*, Theologo Bremenſi in elaborata diſſ. quam pro Canonica Cantici Canticorum auctoritate edidit Trajecti 1725. 4. Sed cum Therapevtas ſuos Philo γνωρίμους Μωϋσέως diſerte appellet, ex libris ſacris (Moſaicis) τὴν πατρίαν φιλοσοφίαν ἀλληγοροῦντας, ſententiæ illi ſuffragari nolim, licet Eſſæorum inſtituta quædam cum Pythagoricis confert etiam *Jacobus Baſnage* in hiſtoria Judæorum lib. 3. c. XX. Alia argumenta Langii opinioni oppoſita videbis ubi lubebit in Celeberrimi Viri *Chriſtophori Auguſti Heumanni* Actis Philoſophorum parte XVI. & in *Friderici Caroli Zinckii* diſſ. de Therapevtis, Lipſ. 1724. 4.

CAPUT IV.

De Converſione Gentium, poſt refractariam Judæorum repugnantiam, ſuſcepta ab Apoſtolis, ſpeciatim PAULO, qui teſtatus eſt concreditum ſibi Evangelium τῆς ἀκροβυστίας ſive prædicandum inter Ethnicos, Galat. II. 7. De Helleniſtis.

I.

Pulchra imago Evangelii, Hieroſolymis inchoati prædicari, atque inde in omnes derivati gentes, apud Ezechielem Prophetam cap. XLVII. propoſita exſtat ſub deſcriptione aquarum a) egredientium e limine templi, & longe lateque promanantium

a) Confer B. Danielis Feſſelii Regnum CHriſti, in voce Bach.

tium intrantiumque mare, *& erunt piſces* b) *multi ſatis poſtquam venerint illuc aquæ iſtæ*, *& ſanabuntur*, *& vivent omnia ad quæ venerit torrens*, hoc eſt, ſalutari doctrina imbuentur. Nam ſimiliter ut ſuperioribus jam capitibus dictum eſt, *de Sion exitura erat Lex* c) *& Verbum Domini de Jeruſalem:* & initium prædicationis ſuæ Apoſtoli Hieroſolymis facere, diſerte à CHriſto juſſi ſunt Matth. X. 5. 6. Luc. XXIV. 47. ubi etiam debebant effuſionem Spiritus S. præſtolari Actor. I. 4. ejusque inflammati ac roborati gratia teſtes ejus eſſe *in Jeruſalem* inprimis *& in omni Judæa & Samaria* atque inde *usque ad ultimum terræ*. Actor. I. 8. Hoc profeſſi quoque Paulus & Barnabas ad Judæos Antiochiæ Piſidiæ Evangelium ſuſcipere non recuſantes modo ſed etiam blasphemantes: *vobis*, inquiunt, *OPORTEBAT PRIMUM proponi Verbum DEI*, ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ Actor. XIII. 46. per Verbum DEI intelligentes Doctrinam de pœnitentia & in CHriſtum Fide, τὸν λόγον τῆς Σωτηρίας XIII. 26. Evangelium Salutis noſtræ, λόγον τῆς χάριτος Verbum Gratiæ XIV. 3. τῆς παρακλήσεως, *Conſolationis* Actor. XIII. 15. quod *Verbum Veritatis* vocat Paulus Epheſ. I. 13. oppoſitum ἀνθρωπίνοις λόγοις σοφίας, *humanis verbis Sapientiæ* 1. Corinth. II. 4. 13.

II. Non poteſt tamen negari & CHriſtum ipſum d) & Apoſtolos, ſpeciatim Petrum etiam, & antequam ad Gentes accedere ſe palam Paulus & Barnabas profiterentur, hos quoque ab Ethnicis, ubi ferret occaſio, edocendis neutiquam abſtinuiſſe. Et cum initio cunctaretur Petrus id facere, Divinitus tamen erroris ſui admonitus, alacriter eum deſeruit, & in Centurione Cornelio Actor. X. aliisque ad CHriſtum adducendis fidelem ac diligentem præſtitit operam, nequicquam ringentibus Judæis Actor. XI. 2. nihilque diſertius eſt Petri profeſſione XV. 7. facta ab eo Hieroſolymis ad Chriſtianos præſentes ex Phariſæis: *Viri fratres, vos ſcitis quoniam ab antiquis die-*

b) *Piſciculi*, ἰχθῦς, notum in veteri Eccleſia ſymbolum Chriſtianorum, & propter baptiſmi undas, & quod piſcatores hominum Apoſtolos CHriſtus eſſe juſſit: & quoniam in ea voce etiam acroſtichis latet verborum: Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτήρ.

c) Eſaiæ II. 3. νόμος πίστεως Rom. III. 27.

d) vide ſupra p. 43.

diebus DEUS in nobis elegit, PER OS MEUM διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη τὸν λόγον τοῦ Εὐαγγελίου, *audire Gentes Verbum Evangelii & credere.* Et quanquam cum viro docto Joanne Lightfooto e) nolim per claves cœlorum Petro conceſſas Matth. XVI. 19. intelligere claves portæ Evangelicæ gentibus aperiendæ, quoniam hunc ſenſum verborum illorum Petro ipſi nunquam in mentem veniſſe ſilentium ejus arguit; attamen inter primos eum portam cœlorum Evangelicam doctrina ſua aperuiſſe etiam Gentibus, perſpicuum eſſe arbitror, ſicut poſt effuſum Divinum S. Spiritus chariſma primus Concionem illam efficacem habuit ad Judæos, qua ter mille homines ad CHriſtum converſæ leguntur Actor. 2. Itaque & Cardinalis Bellarminus inter prærogativas quas colligit Petri Apoſtoli lib. 1. de Romano Pontifice, hanc decimam ſeptimam evincit capite 22, quod Petrus omnium primus incepit prædicare Evangelium Gentilibus.

III. Præ cæteris vero Paulus & Barnabas ſolenni velut repudio dato Judæis refractariis & ἀπωσαμένοις Evangelium, & indignos ſeſe tanta Salute judicantibus in Antiochia Piſidiæ ſolenniter edixerunt ad Gentes ſe abituros, quod & ſtatim facere cœpere A. C. 46. Claudii 6. Actor. XIII. 46. XVIII. 6. XXVIII. 28. ſicut prædictum à Jeremia VI. 16. 17. 18. quem locum cum illo primo Actorum oportune confert Theodoretus lib. X. therapevticæ Gentium pag. 147. Hinc brevi collectæ CHriſto Eccleſiæ etiam ex Gentibus, ut teſtatur vel Apoſtolorum, Presbyterorum & Fratrum ex Judæis Hieroſolymæ A. C. 49. Claudii 9. collectorum Epiſtola ſcripta τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς τοῖς ἐξ ἐθνῶν *ad fratres ex Gentibus, Antiochiæ, in Syria & in Cilicia verſantes* Actor. XV. 23. Tum maxime Paulus, *Apoſtolorum* ſe *Gentium* profeſſus, atque in munere & miniſterio hoc ſuo ſeſe glorificans Rom. XI. 13. κήρυξ καὶ Ἀπόστολος, διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ I. Timoth. II. 7. & 2. Tim. I. 11. ad hoc delectus a CHriſto Actor. XXII. 21. πορεύου, ὅτι ἐγὼ εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε. *Vade, quoniam in nationes longe ego mittam te.* Rom. I. 5. *per quem accepimus gratiam & Apoſtolatum ad obediendum Fidei in omnibus gentibus*, ἀποστολὴν πίστεως

e) Hor. Talmud. ad Matth. XVI. 19. Jo. Strype pref. on ſome genuine remains of John Lightfoot. Lond. 1700. 8.

ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, pro *Nomine Ejus*: ideo *Græcis & Barbaris* agnoſcens ſeſe *debitorem*. Rom. I. 16. quod concreditum ipſi eſſet Evangelium prædicandum Ethnicis, atque incircumciſis: πεπίςευμαι τὸ ευαγγέλιον τῆς ἀκροβυςίας Galat. II. 7. & quidem eadem Divinæ auctoritatis efficacia qua Petrus, Jacobus & Joannes Judæos, ita Paulus & Barnabas Ethnicos docerent. ἵνα ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν. Hoc quanto Zelo deinde factum ab illis, ſpeciatim à Paulo fuerit, & quam longe lateque ille proficiſcens nullum refugerit laborem, nullum periculum, ut omnia impleret Evangelio, & Judæis ſe Judæum, Gentibus legis Moſoicæ ignaris tanquam * & ipſe ſine lege illa eſſet, & ſolam CHriſti legem agnoſceret 1. Corinth. IX. 2. ſollicite ſe præbuerit, aſſumto etiam ſecum *Tito* † ex Ethnicis, nec coacto circumcidi, Galat. II. 3. ſolamque in CHriſto gratiam & miſericordiam utrisque ſub Lege & ſine Lege peccatoribus Divinitus propoſitam, Rom. XI. 32. ſolamque efficacem ad DEum conciliandum, ferendamque Salutem commendaverit, & Epiſtolæ ejus adhortationibus ad Judæos atque Ethnicos ſalutaribus refertiſſimæ, & Lucas in Actis perſpicue teſtatur, e quo breviſſimam itinerum Paulinorum delineationem ** lectoris oculis ſubjicere licebit.

IV. Tendens Damaſcum PAULUS, Phariſæus ex Phariſæis cum vincula cædemque Chriſtianorum ſpiraret A. C. 35. Tiberii 21. illo in ipſo itinere prope urbem miranda ratione ad CHRISTUM converſus eſt. *Act. IX. 3.* Exinde in Arabiam ivit. *Gal. I. 17.* Damaſcumque reverſus *Act. IX. 25. Gal. I. 17. 2. Cor. XI. 32.* atque vix elapſus e perſequentium Judæorum manibus, Hieroſolyma tetendit. *Gal. I. 8.* profectusque inde Cæſaream, & inde in Syriam, Ciliciam & Tarſum. *Act. IX. 29. 30. Galat. I. 22. 23.* A. C. 39. Caji 2. hincque Antiochiam *Act. XI. 25. 26.* A. C. 42. Claudii 2. ac poſtea in Cyprum venit, *Act. XIII. 7.* moxque Antiochiam Piſidiæ, ac de hinc Iconium, Lyſtra, & Piſidiam Pamphyliamque provincias luſtravit: poſtque

Antio-

* Conf. Iſidorum Peluſiotam lib. 2. Epiſt. 138.

† ... *Timotheum* pro *Tito* legendum ſvadet vir Clariſſ. Sam. Battierius, T. 7. Bibl. Hiſtorico Theol. Bremenſ. p. 56 ſeq refellitur à J. C. Harenbergio T. 8. p. 104. & a Rev. Chriſtiano Wollio de parentheſi ſacra p 95.

** Joach Camerarius in vita Pauli Apoſtoli. M. Georg Lebrecht Wilke diatriba de peregrinatione Pauli Macedonici per Græciam, ad Livii XLV. 27. ſq. Lipſiæ 1688. 4. §. XLVI.

Antiochiam Syriæ repetens, *Act. XIII.* 14. 51. *XIV.* 1. 2. 3. 8. 19. 21. 26. denuo quoque Hieroſolyma *Act. XV.* 6. 7. ac tertio Antiochiam *Gal. II.* 11. indeque & Syriam & Ciliciam inſpexit: moxque Derben, Lyſtra, & Philippos Macedoniæ petiit *Act. XV.* 41. *XVI.* 1. 12. delatusque porro Athenas, *Act. XVII.* 15. 34. manſit poſt id Corinthi per ſesquialterum annum, *Act. XVIII.* 1. 11. & inde A. C. 54. Claudii 14. in Aſiam reverſus, Epheſum, Cæſaream, Hieroſolyma & Antiochiam *Act. XIX.* 1. Eccleſiasque etiam in Phrygia & Galatia inviſit, rurſusque Epheſi biennio toto commoratus *Act. XIX.* 22. Troadem inde, atque inde in Macedoniam ivit; *Act. XIX.* 24. *XX.* 5. moxque & in Achajam perrexit, & Corinthum ſalutavit: atque inde porro in Græciam profectus, ubi de inſidiis cognovit, quæ ſibi in Syriam ituro parabantur, Troadem, atque inde Aſſum, & Mitylenen, atque mox Miletum venit, *Act. XX.* 6. 9. 12. 13. 14. poſt quæ & Rhodum, Patara, Tyrum, Ptolemaida, ac tandem Cæſaream Stratonis, & Hieroſolyma * adiit *Act. XX.* 15. 17. *XXI.* 1. 3. 7. 8. 17. ibique in cuſtodiam datus, atque Cæſareæ per biennium aſſervatus, demum Romam ad Neronem miſſus eſt, *Act. XXI.* 30. *XXIII.* 25. pervenitque menſe Febr. A. C. 61. Neronis 7.

V. Non deſunt qui Luca in his finiente hiſtoriam, actus etiam miniſteriumque PAULI una concluſa putent. Sed *Euſebius* aliter lib. 2. c. 22. Hiſt. & 25. Ejusque auctoritatem recipiendam, usque adeo *Euthalius Diaconus* ſvadet, quinti ſcriptor ſæculi, ut plane veluti imperet, & quicquid etiam in contrarium afferri poſſit, ſatis ipſe confutet. Extat autem ejus *Prologus in Epiſtolas Paulinas*, in antiquiſſimis membranis; cujus partem *Eraſmus* & *Robertus Stephanus*, integrum vero *Boeclerus*, & poſt illum *Curcellæus* & *Zaccagnius* edidere. Euthalio aſſentiuntur inter recentiores viri doctiſſimi, ex quibus binos jam liceat laudare, viros ſupra laudes, Jo. Pearſonium in annalibus Paulinis, & Tillemontium in Pauli vita & laboribus in prædicando per Orbem Evangelio ſusceptis, de quibus quam diligentiſſime tomo primo memoriarum Hiſt. Eccleſ. Romæ itaque duobus annis in libera cuſtodia ſervatus ac demum quoque abſolutus Paulus, per alios quin-

que

* Quinque Pauli itinera Hieroſolymam ſuſcepta memorantur, Vide Petavii doctrinam temporum XI. 12. & dogmat. Theolog. de hierarchia Eccleſiaſt. lib. 1. c. 7. Hieronymi van Alphen diſſ. V. ad hiſtoriam Pauli Apoſtoli, Traject. 1719. 4.

que annos denuo provincias obivit ab A. C. 63. Neronis 9. donec tandem ſecundo Romam delatus 2. Tim. I. 17. IV. 16. & juſſu Neronis anno imperii XIV. à nativitate Dominica LXVIII. ſui autem miniſterii XXXV. ſecuri percuſſus eſt VIII. Kal. Mart.

V. De cæterorum Apoſtolorum expeditionibus Evangelicis inter Gentes, cum ſacrarum litterarum teſtimonia nos deficiant, de illis ex veterum traditione dicturus capite proximo, nunc brevi duntaxat conſideratione *Helleniſtarum*, quorum in Actorum libro Lucas ſemel iterumque meminit, præſens caput concludam.

De HELLENISTIS itaque Actor. VI. 1. IX. 29. & XI. 20. memoratis verisimillima adhuc mihi videtur ſententia *Ludovici Capelli*, qui p. 394. Opp. poſtumor. Helleniſtas interpretatur homines ex Ethnicis ad CHriſti ſacra adductos. Sicut *σεβόμενοι Ἕλληνες* dicuntur proſelyti juſtitiæ ex Ethnicis & *ἕλληνες ἐκ ἀναβαινόντων ἵνα προσκυνήσωσιν ἐν τῇ ἑορτῇ*. Johann. XII. 19. & VII. 35. *μὴ εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων* ad diſperſos in Ethnicis Judæos *μέλλει πορεύεσθαι καὶ διδάσκειν τοὺς Ἕλληνας & docere Ethnicos.* Actorum vero XI. 18. clariſſime Ἑλληνισαὶ a Judæis ita diſtinguntur, ut dubio locus vix ſit, Ethnicos non proſelytos Judæos intelligi. Nam cum Petrus demonſtraſſet ſe non prohibere potuiſſe DEum Evangelii gratiam & Spiritum S. etiam largientem Ethnicis, reſponderunt qui hoc audierunt Judæi *ἄραγε καὶ τοῖς ἔθνεσιν ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν δέδωκε εἰς ζωήν; igitur & gentibus dedit DEus pœnitentiam in vitam.* Quod de proſelytis juſtitiæ accipi non poteſt, de quibus *nulla illis* erat dubitatio, ſed de iis qui adhuc Ethnici ut Cornelius fuerat *ἀλλόφυλος*. Act. X. 28. *ἀκροβυστίαν ἔχων* XI. 3. Hinc notatur quosdam tamen fuiſſe *μηδενὶ λαλοῦντας τὸν λόγον εἰ μὴ μόνοις Ἰουδαίοις*, qui ſolis CHriſtum prædicaſſent Judæis, (Petrum & Barnabam Galat. II. 11. 12. 13.) a quibus nec *proſelyti* poſſunt excluſi videri, ſi qui præſentes adfuiſſent: ſtatim vero ſubjungitur v. 20. fuiſſe alios viros *Apoſtolicos* ingreſſos Antiochiam, *οἳ ἐλάλουν πρὸς τοὺς Ἑλληνιστὰς εὐαγγελιζόμενοι τὸν Κύριον Ἰησοῦν qui Evangelium de Domino JEſu docerent Helleniſtas*, ita enim legunt Codices univerſi quos viri docti inſpexere, præter MS. Alexandrinum qui legit Ἕλληνας, quod habendum pro gloſſa ſive interpretatione, ſicut etiam verſionum Vulgatæ, Syr. Arab. Copticæ & Æthiopicæ ſuffragia, quæ *Græcos* hoc eſt Ethnicos transferunt, eadem voce qua

utuntur etiam Actor. VI. 1. IX. 29. Sicut Ἑλληνιςῶν nomen pro Ethnicis occurrit in vita Simeonis Scylitæ junioris, n. 174. Tomo V. Act. Sanctor. Maji p. 373. Ut omittam quod ἑλληνίζειν ethnico more vivere apud Nazianzenum 1. in Julian. pag. 98. & apud alios ſcriptores Græcos paſſim & ἑλληνισμὸς pro Ethniciſmo tralatitium eſt. Quod vero ſpecioſiſſime objicitur, Actor. VI. 1. non poſſe de Ethnicis eſſe ſermonem, quod tunc nondum illi ad Eccleſiam admiſſi fuiſſent: ad hoc reſponderi poteſt, verba Lucæ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις non ita præciſe ſumenda, neque ordinem temporis tam ſtricte ab illo obſervatum, ut explicationi illi ideo locus non relinquatur.

2) Hoc ſi cui durius videatur vel incredibile, ei præferenda ſententia altera virorum doctiſſimorum, quibus Helleniſtæ ſunt Proſelyti ex ethnicis, atque deinde CHriſtum profeſſi, ut contendunt *Salmaſius* libro de Coma pag. 439. & præclaris commentariis de lingua Helleniſtica Lugd. Bat. 1643. & in funere atque oſſilegio linguæ Helleniſticæ, ibid 8. & præfat. ad librum de modo uſurarum. *Joannes Crojus* Obſervatt. in Novum Teſt. cap. 30. 31. 32. *Jo. Pearſonius* lectionibus in Acta Apoſtolor. p. 52. ſeq. *Sam. Baſnage* in Annalibus ad A. C. 35. n. 7. Eadem opinio probata Camerario, Bezæ, Balduino Walæo, *Jo.* Tobiæ Majori, Gerbrando van Leuwen, Joanni Chriſtiano Klemmio, nec non Jo. Caſpari Suicero, Carolo Mariæ du Veil, Matthæo Cottierio, Guilelmo Caveo, multisque aliis & noviſſime Venerando noſtro Wolfio curis elaboratiſſimis philologicis ad Novum Teſtamentum.

Reliquæ interpretationes licet minus longe veriſimilitudinis habent, tamen paucis a me perſtringentur. 3) Iſaacus Voſſius capite ult. de Sibyllinis (in variis Obſervatt. p. 287. & 307) Helleniſtas putat appellatos illos Judæos, qui Romanorum Gentilium partes ſecuti, vel in eorum ſtipendio fuere: quam conjecturam velut omni fundamento deſtitutam *rejicit Rich.* Simon lib. 1. hiſt. Critic. Novi Teſt. c. 27. p. 317. quanquam certum eſt non minus frequenti uſu, vocabulum ἑλληνίζειν uſurpari pro eo qui Græcorum ſequitur partes, (ut apud Laërtium in Anacharſi) quam qui Græce loquitur, ſicut utrumque conjungit Agatharchides apud Photium Cod. 250. ubi Boxum ait ἑλληνίσαι γλῶτταν καὶ γνώμην, *lingua & animi propenſione Græcum* fuiſſe. Sic βαρβαρίζειν quod barbare loqui notat, apud

Platonem

Platonem eſt τὰ τῶν βαρβάρων φρονεῖν ut Svidas recte interpretatur. Sic λακωνίζειν loqui Laconice, & Laconicam brevitatem in ſermone imitari, ſed apud Laërtium in Xenophonte II. Sect. 51. λακωνισμὸς eſt quod faveret Lacedæmoniorum partibus.

4) Richardus Simon loco laudato aſſentitur eorum ſententiæ, qui Helleniſtas interpretantur Judæos extra Judæam habitantes Græcienſes, ſermone uti ſolitos Græco (non Syriaco vel Hebraico.) Ita vocabulum illud intellexere Chryſoſtomus, Theophylactus, Oecumenius, & Syræ verſionis auctor & Maximus Margunius qui Græcobarbaram verſionem Novi Teſt. adornavit. Sermonis illorum Græci ἑβραΐζοντος veſtigia etiam in verſione LXX. Interpretum & in Novi Teſtamenti libris viſi ſunt ſibi viri docti deprehendere, Scaliger ad Euſebium num. 1734. Dan. Heinſius in Exercitationibus ad Novum Teſt. & exercitatione de lingua Helleniſtica & Helleniſtis Lugd. Bat. 1643. 8. Sed linguam ejuſcemodi Helleniſticam frequentatam uſu publico & communi, recte cum Salmaſio negant quoque alii, qui Hebraiſmos in verſione LXX Senum & in Novi Foederis monumentis dari non auſint diffiteri: cæteroqui Helleniſtas pro Judæis Græce loquentibus accipiunt etiam Jo. Druſius, Hugo Grotius, Joannes Boiſius in collatione veteris interpretis cum Beza p. 366. Ludovicus de Dieu, Jo. Seldenus, Jo. Coccejus præf. ad Codicem Talmud. Sanhedrin, Dionyſius Petavius, Conſtantinus l'Empereur, D. Abraham Calovius in Bibliis illuſtratis, Bartholomæus Maierus in Philologia ſacra, aliique.

Affinis eſt huic ſententia 5) *Johannis Lightfooti* qui Helleniſtas interpretatus eſt Judæos habitantes in Gentibus, neque linguæ gnaros Hebraicæ, ſed quamvis aliam illius, in qua verſarentur, Gentis linguam loquentes. Nec non 6) *Petri de Marca* Archiepiſcopi Pariſienſis lib. 6. de concordia Sacerdotii & Imperii c. 1. p. 59. quem ſi audiamus Helleniſtæ ſunt *Judæi* diſperſionis ſecundæ in provinciis Græcorum ſive Gentilium paſſim degentes. Iſaaci vero Voſſii quam paullo ante retuli opinio non procul recedit ab ſententia *Eraſmi* qui ſibi perſuaſit 7) nomen Helleniſtarum factionem etiam, non tantum nationem vel linguam aut locum ubi viverent innuere. Denique 8) *Stephanus Fourmont* Profeſſor Regius linguæ Arabicæ Pariſiis in Hiſtoria Academiæ Regiæ Inſcriptionum & elegantiorum litterarum

Gallice edita Pariſ. in 4. & Hagæ Comitis 1724. 12. T. 2. pag. 171. Helleniſtas quidem Actor. XI. 20. Ethnicos eſſe non dubitat, per Helleniſtas vero Actor. VI. 1. & IX. 29. putat intelligendos eſſe Judæos immixtos Syris per Græcos ſubjugatis, atque mores eorum & vivendi rationem adſuetis imitari; quamobrem & à Joſepho & in Talmude Syri & Ethnici, Syri & Helleniſtæ pro iisdem ponantur. Quod autem audaciore ſuſpicione addit pro Helleniſtis legi poſſe ἑλενιςὰς qui ita dicantur ab Helena Regina Adiabenorum, quam Judaica ſacra amplexam teſtatur Joſephus XX. 20. id veriſimilius poterit dici de illis *Helenianis*, quorum inter Judæos non Judæos mentio apud Juſtinum Martyrem in dialogo cum Tryphone, p. 307. & qui ut ab Herode Herodiani, ita ab Helena illa Helenianorum nomen ducere potuere, de qua neceſſe non eſt referre hoc loco quæ erudite notavit vir clariſſimus Johannes Henricus Majus in notitia Imperii Adiabeni, edita Marburgi Cattorum 1726. 8.

Caput V.

Amplitudo & ſucceſſus propagatæ per Apoſtolos Lucis Evangelicæ. Notitia alphabetica Eccleſiarum, quas plantatas ab Apoſtolis, ex ipſis Apoſtolicis ſcriptis certo conſtat. Catalogus Apoſtolorum & Apoſtolicorum Virorum ad quas penetraſſe ſinguli regiones non æque certa traditione feruntur.

I.

AD propagationem ſalutarem Evangelii, DEO ita moderante, longe lateque * promovendam, poſt entheam Virtutem Doctrinæ & Miraculorum, vehementer oportunæ fuere res hæ duæ, amplitudo Romani Imperii, magnam orbis terrarum partem occupantis: & diſperſio mirifica populi Judaici, facta per omnes vaſti illius Imperii provincias. Priorem pulcherrime & luculentiſſime deſcribit Agrippa Rex in Oratione habita Hieroſolymis ad rebellionem molientes Judæos, apud Joſephum lib.

* ἐπιςεύθη ἐν κόσμῳ. 1. Timoth. III. 16.

lib. 2. de bello Judaico cap. 16. Alteram, præter Philonem † legatione ad Cajum, idem Agrippa in eadem oratione pag. 191. edit. novæ Haverkampianæ his verbis deſignat perſpicue: ὁ δὲ κίνδυνος οὐ τῶν ἐνθάδε μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις κατοικούντων· οὐ γάρ ἐστιν ἐπὶ τῆς οἰκουμένης δῆμος ὁ μὴ μοῖραν ὑμετέραν ἔχων. *Periculum non ſolum vos manebit, ſed & quotquot alias civitates incolunt. Neque enim in toto orbe populus eſt, qui non ex vobis portionem habeat.* Ac ne paucos in ſingulis fuiſſe regionibus vel civitatibus Judæos putemus, ex eodem Joſepho conſtat magnum paſſim exſtitiſſe uno in loco numerum, ut Cæſareæ, ubi una hora narrat cæſa viginti Judæorum millia lib. 2. c. 18. (19.) p. 196. ſeq. nec minorem numerum in Civitatibus Syriæ, & Alexandriæ uno occubuiſſe impetu millia quinquaginta.

II. Per illam tam ample patentem Judæorum in tot regionibus frequentiam, & facilior aditus datus Apoſtolis, atque vaticiniis Prophetarum prænunciata Evangelii lux felicius eminere & longius aciem ſuam proferre potuit: per hanc vero Romani magnitudinem Imperii factum eſt, ut non obſtantibus Judaicæ nationis viribus ac multitudine, tamen pœnæ Divinæ ab illo ingrato & duræ cervicis Populo juſta ſeveritate ſumerentur, CHriſtique comminationem de Domo illorum deſerta relinquenda Matth. XXIII. 38. in præſentem usque diem ad plenum comprobaverit eventus, & prædicationi Evangelii per ipſas perſecutiones magna parte Orbis terrarum panderetur via, donec ipſi denique Romani Imperatores dulce CHRISTI ſubirent jugum, atque in CHRISTI Cruce Victoriam & Felicitatem Imperio ſuo, ſibique & ſubjectis ſuis Salutem optatam unice promitterent.

III. Quæ porro fuerit Apoſtolorum, CHriſti eos mittentis juſſui fideliter obſequentium induſtria, qui ſucceſſus, ignorare neminem permittit ſanctus Actuum liber, quem propterea pius in veteri Eccleſia mos * fuit quotannis à S. Paſchatos feſto publicis Chriſtiano-

† Confer Jo. Braunii ſelecta ſacra p. 10. ſeq.

* S. Chryſoſtomus homilia de diverſis locis Novi Teſt. Tomo V. edit. Ducæi p. 842. T. III. edit. novæ p. 81. Auguſtinus tractatu 6. in Johannem & ſerm. 4. in Paſcha, T. V. edit. Amſt. p. 678. Euthalius in eruditiſſ. Zaccagnii monumentis veteribus editus p. 443. Lex Theodoſii de feſtis libro XV. Codicis Theodoſ. tit.

ſtianorum cœtibus prælegere, meditandumque omnibus exponeret, ut quilibet admirandam hanc Eccleſiæ propagationem, ſolius Reſurrectionis CHriſti, cujus martyres Apoſtoli erant, & mirificorum effuſi in Apoſtolos Spiritus S. donorum fructum agnoſcentes, tanto minus de veritate ac Divinitate Religionis Chriſtianæ poſſent dubitare. Quanta autem fuerit amplitudo progreſſuum Evangelicæ prædicationis jam ipſorum temporibus Apoſtolorum, tum ex eodem Actuum libro patet, tum ex Eccleſiaſticæ & externæ hiſtoriæ monumentis intelligitur. Cumq; alibi ** ſcriptores hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cujus ſæculum primum huc maxime pertinet, magno numero recenſuerim, hoc loco brevem modo ſubjiciam elenchum ſcriptorum qui ſpeciatim prædicationem Apoſtolicam, & vitas atque itinera Apoſtolorum, Pauli maxime, lucubrationibus ſuis expoſuere: deinde referam notitiam diſtinctiorem locupletioremque eorum qui in illuſtrando ſacro Apoſtolorum libro ſunt verſati.

a) *Scriptores hiſtoriæ Apoſtolicæ & Eccleſiarum Apoſtolicarum.*

Antoninus Florentinus Archiep. de Eccleſia primitiva & geſtis ejus, ut elicitur ex Actis Apoſtolorum. Titulo ſexto ſummæ Hiſtorialis cap. 2.

Centuriæ Magdeburgenſes, Centuria I. lib. 2. cap. 2.

Philippus Jacobus Hartmannus de rebus geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis cap. VII. p. 107. ſeqq.

Joannes Braunius libro I. ſelectorum ſacrorum, de Apoſtolorum Epiſtolis, & ad quos ſcriptæ ſint. Amſt. 1700. 4.

D. Jo. Franciſci Buddei diſſ. de ſtatu Eccleſiarum Apoſtolicarum, earum præcipue ad quas *Paulus* Apoſtolus ſcripſit. Jen. 1710. 4. & in Miſcellaneis Theologicis parte 2. p. 215. ſqq. A. 1727. 4.

Ejusdem Eccleſia Apoſtolica, ſive de ſtatu Eccleſiæ ſub Apoſtolis commentatio hiſtorico dogmatica, quæ & introductionis loco in

* V. lege 5. Synodus LXX. Epiſcoporum ſub Gelaſio, Guil. Durandus in rationali lib. VI. c. 90. ſeq. &c.

** Bibl. Græcæ T. XII. p. 161. ſqq.

in Epiſtolas Pauli cæterorumque Apoſtolorum eſſe queat. Jen. 1729. 8.

De Epiſcopatu Apoſtolorum œcumenico, *Claudius Salmaſius* libro de Epiſcopis & presbyteris p. 198. ſeq.

Iſaacus Caſaubonus Exerc. XIV. ad Baron. n. IV.

Frid. Spanhemii filii de Apoſtolis duodecim & de Apoſtolatu ſtricte dicto, nec non de Converſionis PAVLI epocha, deque ejus Apoſtoli hiſtoria & nomine. Lugd. Bat. 1679. & in quaternario diſſertationum Hiſtorici argumenti T. 2. Opp. p. 289. ſeq.

Guil. Caveus introductione ad Vitas Apoſtolorum. *Henricus Dodwellus* diſſ. 1. ad Irenæum. *Stephanus Curcellæus* p. 716. ſqq. Operum: Hermanns Witſius Miſcell. ſacr. T. 2. Exerc. XIII. §. 9. *Frid. Adolfus Lampe* Commentario in Pſalm. XLV. Exercit. V. p. 213. ſeq.

Franciſcus Burmannus de Miniſtris Novi Teſt. extraordinariis diſſ. 2. uſque ad undecimam.

Anonymus Anglus in diſſ. de differentia inter Apoſtolos, Presbyteros ac Fratres, ad Actor. XV. 23. *Bibl. ancienne & moderne de Mr. Jean le Clerc* T. 26. p. 58. ſeq.

Carolus Bertheau Paſtor Eccleſiæ Gallicanæ Lond. Tom. I. ſermone X. ad 2. Corinth. IV. 7. de la Divinité de l' établiſſement de la Religion Chrétienne. Amſt. 1730. 8. p. 296. ſqq.

Anonymi Angli Miſcellanea ſacra, or a new method of conſidering ſo much of the hiſtory of the Apoſtles as is contained in Scriptures.* Lond. 1725. 8. In hoc opere expenditur Apoſtolorum miniſterium in prædicando ac propagando Evangelio, tum CHriſto ipſo adhuc inter eos verſante, tum poſt Spiritus S. effuſionem, ubi Judæis primum, deinde proſelytis, denique Ethnicis quoque Gratia DEI in CHriſto oblata exponitur.

Tho. Bilſonus de perpetua Eccleſiæ CHriſti gubernatione, *Dionyſius Petavius* lib. I. dogmat. Theol. de Hierarchia Eccleſiaſtica cap. V. *Nicolaus Serarius* in centum aſſertionibus de Apoſtolis T. 1. Opuſcülor. Theolog. p. 249. ſeqq.

Tillemontius tomo primo memoriarum Hiſt. Eccleſ. aliique Annalium rerumque Eccleſiaſticarum ſæculi Apoſtolici ſcriptores.

Joannis Bartis de ſtatu Eccleſiarum tempore Apoſtolorum.

I Hiſtoria

* Bibl. ancienne & moderne T. 26. p. 41.

Hiſtoria certaminis Apoſtolici adſcripta ABDIÆ, Babyloniæ Epiſcopo, & diſtributa in libros decem, cujus erudita cenſura legitur in Davidis Blondelli libro de papiſſa Johanna p. 118. Prodiit Pſeudo Abdias ille Baſileæ 1551. fol. vulgante Wolfgango Lazio, deinde Pariſiis 1560. 1566. 1571. 8. Coloniæ 1566. 1569. 1576. 12. & in Laurentii de la Barre hiſtoria Chriſtiana veterum Patrum Pariſ. 1583. fol. Denique notis illuſtratus in tomo primo Codicis Apocryphi Novi Teſtamenti, quem edidi Hamb. 1703. 1719. 8. Cum pervetuſto Codice Jureti editum Abdiam contuliſſe ſe non uno loco teſtatus eſt *Salmaſius*. Teſtimoniis a me præmiſſis addenda loca Vincentii Bellovacenſis, ſpeculi hiſtorialis VIII. 4. 5. & IX. 2. nec non Antonini Florentini ex parte prima ſummæ hiſtorialis ſive Chronici. Qui hos libros Abdiæ ſuppoſuit, circa A. C. 910 vixiſſe videtur Caſimiro Oudino, quem ſi placet vide T. 2. de ſcriptoribus Eccleſ. pag. 418. ſeq.

Anonymi PHILALETHI EUSEBIANI in vitas, miracula paſſionesque Apoſtolorum, rhapſodiæ. Coloniæ in ædibus Quentelianis 1531. 4. Ex his poſſe Abdiam, ſi tanti, non uno loco emaculari, notavit Chriſtianus Daumius litteris ad Nic. Heinſium Tom. V. ſylloges Epiſtolarum *Burmannianæ* p. 254.

Notitiam aliorum Actuum Apoſtolicorum ſub variis jactatorum nominibus dare me memini T. 1. Codicis apocryphi Novi Teſtamenti pag. 743. ſqq.

Ordericus Vitalis, qui circa A. C. 1141. ſcripſit, *conſpirans* cum Abdia in plerisque ubi de Apoſtolis diſſerit *lib.* 1. & 2. Hiſt. Eccleſ. in Normannicis du Cheſnii p. 396. ſq.

Nicetæ Paphlagonis Orationes encomiaſticæ Tom. I. auctarii noviſſimi Combefiſiani.

Acta Sanctorum & Græcorum *Menæa*, illis diebus quibus Apoſtoli cujusque memoria in Eccleſia vel Græca vel Latina vel utraque colitur.

Joachimi Camerarii hiſtoria JEſu CHriſti itemque eorum quæ de Apoſtolis ejus ſingilatim commemorari poſſe recte & utiliter viſa ſunt. Lipſ. ex officina Erneſti Vœgelini Conſtantienſis 1566. 8.

Joachimi Perionii, Benedictini Cormoeriaceni de rebus geſtis vitisque Apoſtolorum liber Colon. 1569. 12. & cum Abdia: cui etiam Maternus Cholinus junxit vitas SS. *Matthiæ* * Apoſtoli atque

* Addes hæc notatis in Codice apocrypho Novi Teſt. p. 783. T. I.

que *Marci* Evangeliſtæ, quas ait deprompyas *ex ſcriniis notariorum primitivæ Eccleſiæ*: & S. Matthiæ quidem, verſam ex Hebræo: à Lamberto ſcilicet Monacho Trevirenſi, quam meliorem deinde dedit Bollandus ad 24. Febr. T. 3. p. 433. ſupplementum etiam Bernardus Pez parte 3. anecdotorum p. 7. ſeq. Vitam illam Marci Græce & Latine vulgavit Henſchenius ad 25. April.

Georgius Major in vitis Patrum Witeb. 1544. 1559. 1578. 8. & Tom. I. Opp. junctim editorum in fol. & e Latinis Germanice interprete *Sebaſtiano Schwan*, Paſtore Ratzeburgenſi, Lubec. 1654. 4.

William Cave Antiquitates Apoſtolicæ, or the hiſtory of the holy Apoſtels and the two Evangeliſts SS. Marck and Luke. Lond. 1686. fol. & deinde præter quinquies amplius Anglice repetitas editiones, etiam Germanice Lipſ. 1696. 4. & Belgice 1698. fol.

Tillemontius tomo primo memoriarum Hiſt. Eccleſ. Gallice editarum Pariſ. 1693. 4. & Bruxellis 12.

Wilhelmi Reading Hiſtory of our Lord and Saviour JEſus CHriſt, with the lifes of the Apoſtles and Evangeliſts. Lond. 1716. 8.

b) De PAULO Apoſtolo.

Euthalius Sulcenſis, de quo ſupra p. 58. editus a Pelargo in Acta, Bœclero & Zaccagnio.

Jo. Chryſoſtomi * VII. homiliæ, T. VIII. Savil. T. V. Ducæi & T. II. edit novæ celeberrimi Montfauconi pag. 477. cum veteri verſione Latina non contemnenda *Aniani* Diaconi Celedenſis (circa A. C. 507.) cujus verſio cum præmiſſa Epiſtola ad Evangelum Presbyterum legitur etiam in Bedæ operibus T. VI. p. 823. ſq.

Procli CPol. homilia Græce & Lat. in Proclo Vincentii Riccardi, & T. I. Auctarii novi Combefiſiani p. 454. Plura apud Combefiſium T. VII. Bibl. Concionatoriæ, & apud Surium atque in Actis Sanctorum T. V. Junii 29.

Theodori Magiſtri T. 7. Chryſoſtomi Savil. pag. 829. incipit: τῆς μὲν ἐπιγραφῆς.

* Photius Cod. 270.

Theodori Daphnopatæ, Latine apud Surium 29. Junii. Græce incipit: ἅπας μὲν ἐγκωμίων λόγος.

Theodori Scutariotæ: Incipit: Παῦλος Ἀπόστολος Ἑβραῖος μὲν ἦν τὸ γένος.

Πράξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, breve ſcriptum de rebus geſtis Pauli & Petri quod Latinum fecit *Conſtantinus Laſcaris* A. C. 1490. in quo mentio ſecundi acceſſus Pauli ad Meſſanenſes. Incipit: ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν. Exſtat Græce cum Laſcaris verſione apud Placidum Reynam p. 92. 93. notitiæ hiſtoricæ Urbis Meſſanenſis, in theſauro Antiquitatum Siciliæ parte IX.

Theophanis Ceramei homilia LV. in Petrum & Paulum p. 370. Incipit: συνήδομαί σοι πόλις.

Aſterii, *Chryſoſtomi*, *Ephraim* Syri, *Maximi Planudæ*, *Nicetæ* Paphlagonis & aliorum homiliæ in eosdem, de quibus Tomo IX. Bibl. Græcæ X. IX. p. 134.

Sophronii Archiep. Hieroſol. in Petrum & Paulum, incipit: πάλιν ἡμῖν δυὰς ἀδιάλειπτος. Græce cum verſione ſua edidit Jo. Franciſcus Albanus ** Romæ 1666. qui poſtea Clemens XI. Papa.

Simeonis Metaphraſtæ, in eosdem, incipit: καὶ τῶν τεχνῶν οὐ μόνον τοὺς ἐξ ἀρχῆς πατέρας ἀποδεχόμεθα, Græce & Lat. in Actis Sanctor. T. 5. Junii 29. p. 411.

Breve martyrium Pauli Apoſtoli quod incipit: ἐπὶ Νέρωνος τοῦ καίσαρος Ῥωμαίων, in *Euthalio* Zaccagnii pag. 535. & apud Oecumenium in Act. Apoſt. & in Boecleri Novo Teſt. & D. Jo. Georgii Pritii introductione ad Nov. Teſt. p. 152.

De paſſione Petri & Pauli, libri duo qui ſub *Lini* nomine & è Græco verſi feruntur, quosque Latine ex Codice MS. edidit Jacobus Faber ad calcem commentariorum in Epiſtolas Pauli, Par. 1512. fol. Poſt Fabrum Laurentius Barre in hiſtoria Chriſtiana veterum Patrum Pariſ. 1583. fol. p. 51. inde occurrunt in Patrum Bibliothecis, ut in noviſſima Lugdunenſi 1677. T. 2. p. 67.

Petri & Pauli acta à *Paulo Æmilio Sanctorio* qui A. C. 1635 obiit, prodierunt Romæ 1597. & Venetiis, & Tomo 7. Act. Sanctor. Junii, p. 16. ſqq.

Vitæ

** Giornale de' letterati d'Italia T. 30. p. 62.

Vitæ Pauli ſcriptores.

Hieronymi Simonis van Alphen ad hiſtoriam Pauli diſſertationes V. Ultraj. 1717. 1718. 1719. 4.

Gotfrid Arnoldus in vita Petri & Pauli, Germanice edita Roſtoch. 1708. 8.

Claudius Dausquejus libris III. de ſanctitate Pauli Apoſtoli. Pariſ. 1624. 8. adde *Andream du Sanſſay* de Myſticis Galliæ ſcriptoribus, ſub init. Pariſ. 1639. 4.

Bartholomæus Gavantus T. 2. theſauri rituum p. 315. ſqq.

Antonius Godeau, Gallice, proſa * & carmine, Pariſ. 1651. 12. & ex Gallico Belgice. Roterd. 1719. 4.

Georgius Fridericus Græter, Francof. 1687. 8. Germanice.

David Hoogſtratanus libris VII. carmine Belgico. Amſterd. 1712. 4.

Joach. Langius in commentatione hiſtorico hermeneutica de vita & epiſtolis Pauli Apoſtoli. Halæ Magdeb. 1718. 4.

Sigiſmundus Laurentius Rom. 1651. fol. Italice.

Thomas Maſſutius S. I. libris XV. Lugd. 1633. 4.

Caſp. Hermanni Sandhagenii brevis in vitam Pauli iſagoge.

Jo. Schedius. MS. Vide Acta Erud. T. 1. ſupplem. p. 336.

Hermanni Witſii prælectiones de vita & rebus geſtis Pauli Apoſtoli, in meletematibus Leidenſibus. Lugd. Bat. 1703. 4.

De converſione Pauli *ad Actor. IX.*

S. Damaſi carmen 1. cum notis Martii Mileſii Sarazanii Rom. 1638. 4. & in Tomo XXVII. Bibl. Patrum Lugdunenſ. pag. 81. & ſub *Aldhelmi* nomine Unſchuldige Nachrichten A. 1711. pag. 168.

Petrus Blæſenſis T. XXIV. Bibl. PP. p. 1155. edit. Lugd.

Frid. Spanhemius fil. de converſionis Paulinæ epocha, & Pauli hiſtoria atque nomine T. 2. Opp. p. 311. ſqq.

N. de Hoyon, homiliis XII. Gallice. Salmur. 1656. 8.

D. Alberti Joachim de Krakewitz diſſ. de Paulo poſt converſionem adhuc Phariſæo. Roſtoch 1703. 4.

* David Ancillon melange critique T. 2. p. 292.

Georgii Læti commentarius. Lugd. Bat. 1641. 8.
Nic. Orani Leodi homiliæ. Colon. 1624. 8.
Sebaſtian Starck. Conſtantiæ 1614. 8. Germanice.
Melch. Steinbruckius homiliis XXII. Germanice. Lipſ. 1607.

De peregrinatione Pauli.

Petrus Appianus Benevicius.
Frid. Chriſt. Bucheri diſſ. Witeb. 1679. 4.
Chriſtophori Cellarii itinerarium Paulinum A. 1694. & in diſſtationibus Academicis p. 150. ſeq.
Pauli Cruſii Paulus naufragus. Lipſ. 1609. 8. *Jac. Stolterfothi* de navigatione Pauli. Lubec. 8. Germanice.
Georgii Læti peregrinatio Pauli Apoſtoli. Francof. 1650. 12.

Paulus Athenis *Actor. XVII.*

Jo. Mich. Heineccii Paulus διαλεγόμενος. Helmſt. 1698. 4.
Jo. Henrici Maji, filii de geſtis Apoſtoli in Urbe Athenienſium. Gieſſæ 1727. 4.
Arnoldi Moonen XV. homiliæ. Daventriæ 1693. 8.
D. Godfridi Olearii de geſtis Pauli in urbe Athenienſium. Lipſ. 1706. 4.

Temporum notatio.

Jacobus Uſſerius in Chronologia ſacra. *Tillemontius* tomo primo memoriar. Hiſt. Eccleſ. *Sam. Baſnage* T. 1. Annal.
Jo. Pearſonii Annales Paulini, in ejus Operibus poſtumis.
Jani Bircherodii ſeries chronologica actorum SS. Petri & Pauli, Hafniæ 1665. 4.
Jo. Jacobus Hottingerus in pentade diſſ. ſect. V. Unſchuldige Nachrichten A. 1724. p. 1076.

De palo Pauli. *Interpretes ad 2. Corinth. XII. 7.*

Diſquiſitio *Martini Chladeni*, Witeb. 1723. 4. M. *Chriſtoph. Heinſii.* Witeb. 1697. 4. *Gotthard Heideggeri* recreatt. ſacrar. pag. 119. ſqq.

ſq. 146. *Jo. Henr. Majus* fil. T. 4. Obſerv. ſacrar. pag. 75. ſqq. *Jo. Markii* Exerc. Bibl. 42. *Guil. Saldenus* Otior. theolog. lib. 1. c. 9. *Georgii Vechneri* diſſ. Leſnæ Polonor. 1644. 8. 1678. 8. *Georg Wolfg. Wedelius* Exerc. Medico philolog. decad. 7. exerc. 5.

Guſtavi Georgii Zeltneri diſſ. Altdorf 1707. 4.

De raptu Pauli. *Interpretes ad 2. Corinth. XII. 1.*

Thomas Aquinas in quæſt. diſputatis Tom. VIII. Opp. pag. 611. ſqq.

Carolus Bovillus. Pariſ. 1531 8.

Bibliotheca Theologico Philol. Bremenſis T. 7. p. 886. ſqq.

Henricus Philippus Herwartus. Numburg. 1671. 8.

Jo. Marckii Exerc. 24 textual. in Novum Teſt.

D. Jo. Olearii, Theologi Lipſienſis diſſ. nec non *Jo. Adami Oſiandri*, *Jac. Ziegleri* &c.

Commentarii in ACTA APOSTOLORUM.

Græci Veteres.

Ut deperditas omittam *Origenis* homilias, *Diodorum* Tarſenſem, *Theodoretum*, & *Euſebium* Emiſſenum: vel ineditum *Leonem Magiſtrum.*

Jo. Chryſoſtomi homiliæ LV. (lectæ etiam Photio Cod. CLXXIII. & Jo. Damaſceno III. 15. de orthodoxa fide) Græce Tom. IV. Savil. & Græce ac Latine T. IX. Montfaucon. & T. 3. in Novum Teſt. edit. Moſellianæ.

Oecumenii, Triccæ in Theſſalia Epiſcopi Catena in Acta, Græcè Veronæ 1532. fol. & Latine *Jo. Bernardo Feliciano* interprete Venet. 1545. 1556. 8. Baſil 1552. 8. & interprete *Jo. Hentenio.* Antwerp. 1545. & cum Hentenii verſione Græce & Latine. Pariſ. 1631. fol. Vide ſi placet Bibl. Græcæ Volum. VII. p. 788.

Andreæ presbyteri ſimilis Catena MS. in Bibl. Coisliniana, de qua celeberr. Montfauconus p. 75. ſeq. præmiſſa Capitum argumenta ex *S. Pamphilo.*

Anonymi

Anonymi LIV. breves homiliæ in Acta, MS. in Bibl. Cæſarea teſte Lambecio III. p. 63.

Theophylactus Græce cum verſione *Laur. Sifanii* Colon. 1568. fol. & Latine inter Theophylacti opera, eodem Sifanio interprete. Baſil. 1570. fol.

Argumenta capitum ab *Euthalio* Sulcenſi Epiſcopo circa A. C. 458. Græce & Latine in Alex. Zaccagnii monumentis veteribus p. 403. ſqq. Rom. 1698. 4. & in *Athanaſii* junioris ſinopſi S. Scripturæ T. 3. edit. novæ p. 187. Græcis pleraque expreſſa verſibus per *Cyrum Theodorum Prodromum* in ejus Epigrammatibus pag. 196. ſqq. edit. Græco latinæ Guidonis de Sowigni. Juliomagi 1632. 4.

Latini Veteres.

Aratoris ſubdiaconi Romani metaphraſis Epica Actorum cum *Arrii Barboſæ* * commentario. Salmanticæ 1516. fol. Vide Nic. Antonium Tom. 1. Bibl. Hiſpan. pag. 132. Plura de Aratore dixi in Bibl. Latina.

Caſſiodori complexiones in Actus Apoſtolorum editæ primum ab illuſtri Scipione Maffejo, Florentiæ, 1721. 8. & recuſæ Lond. 1722. 8. & Roterod. 1723. 8. cum præfatione Sam. Chandleri.

Bedæ Venerabilis expoſitio ad Accam Epiſcopum. Tomo V. Opp. Colon. 1688. fol. Laudat Richardus Simon in cenſura Bibl. Eccleſiaſticæ Dupinianæ, quæ Gallice nuper vidit lucem, *T. 1. p. 281.*

Ejuſdem Bedæ Retractationes & Quæſtiones in Actus Apoſtolorum. T. VI. Opp. ſtatim ſub init.

S. Haymonis commentarius. Colon. 1573. fol. Omitto deperditum *Iſidori* Hiſp. commentarium, memoratum Trithemio c. 232. vel ineditam metaphraſin metricam *Petri de Riga* in multis obviam Bibliothecis: ineditos item *Rabanum* Maurum, *Clementem* Anglum A. 1170. *Joannem Clivoth* Auguſtinianum A. 1395. *Johannis Hagen* ſive *de Indagine* quadruplicem expoſitionem A. 1475. *Jo. Latheburii* Minoritæ A. 1460. *Guil. Meſſelechi*, Ord. Præd. A. 1295. *Tho. Netter* Carmelitæ A. 1430. *Nicolai Tornacenſis* Moralia ſuper Actus Apoſt. *Werneri Rollevinckii*, Cartuſiani, *Bernardi de Roſergio* (du Roſier) qui A. C. 1464. obiit. Nec non

* *Mendoſæ* perperam excuſum in Bibl. Sacra viri diligentiſſima Jacobi le Long p. 611.

non *Alexandri de Villa Dei* Minoritæ circa A. 1240. poſtilla in Acta Apoſtolorum leoninis hexametris verſibus compoſita. *Dionyſium Barſalibi* Syrum MS. in Bibl. Bodlejana, &c.

Recentiores, addicti Romanæ Eccleſiæ.

Ambroſii Lexovienſis, Ord. S. Franciſci Lampas accenſa, MS. Pariſ.

Ben. Ariæ Montani elucidationes. Antwerp. 1580. 4.

Bartholomæi de Bregantiis Ord. Præd. Epiſcopi Vicentini A. 1270. defuncti, gloſſati & poſtillati Actus Apoſtolorum MS.

Johannis Benedicti ſcholia: nec non emendationes ſcholiorum Joannis Gagnæi. Pariſ. 1563. 8.

Nicolai du Bois, Doctoris Lovanienſis Academicæ lectiones, ſeu theoreticarum & practicarum quæſtionum reſolutiones in Actus Apoſtolorum, pars prima, Lovanii 1666. 4.

Jacobi Bonfrerii, S. J. Commentarius MS.

Tho. de Vio Cajetanus explanatione ſæpius edita in N. T.

Feliciani Capitonis, Archiepiſcopi Avenionenſis explicatio in Acta. Venet. 1561. 8.

Henrici Ludovici Caſtanei Epiſcopi Pictav. exercitationes. Pariſ. 1626. 1650. 4.

Chriſtophorus a Caſtro Andreæ Schotti fide inter explanatores Actorum Apoſtolicorum refertur.

Tullii Criſpoldi Commentarius. Firmi 1590. 4.

Eraſmus notis ad Novum Teſt. & apologiis adverſus Stunicam, Leum &c.

Hieronymi Fazelli commentarius, Panormi MS.

Jo. Feri enarrationes in caput primum. Colon. 1567. atque inde Venetiis, Pariſ. &c.

Liberti Fromondi Commentarius. Lovanii 1654. 4.

Johannis Gagnæi ſcholia in Evangelia & Actus Apoſtol. ex præcipuis Græcorum & Latinorum ſcriptis ſelecta. Pariſ. 1631. 8.

Jo. Hofmeiſterus in XII. capita priora. Colon. 1567. Pariſ. 1578. fol. laudatur in Caſaubonianis p. 24.

Cornelius à Lapide in Acta, Epiſtolas Canonicas & Apocalypſin. Antw. & Lugd. 1627. Antw. 1648. 1662. 1672. Venet. 1717. fol.

Jo Lorini Commentarius in Actus Apoſtolorum. Lugd. 1605. & auctior 1609. Colon. 1617. 1621. fol.

Jo. Steph. Menochii, S. I. hiſtoria ſacra de Actibus Apoſtolorum. Rom. 1634. 4.

Antonii Mariæ Miconi, Auguſtiniani, Acta Apoſtolorum elucidata, ſive in illa ponderationes. Genuæ 1681. fol.

Aloyſii Novarini Actus Apoſtolorum expenſi. Lugd. 1645. fol.

Nic. Orani, Leonii, Conciones XXX de converſione Cornelii Centurionis. Montibus Hannoniæ 1632. 8.

Benedicti Pererii commentarium Moguntiæ 1581. 8. Lipenii τ̃ μακαρίτȣ fide refero.

Antonii Perez Archiep. Tarraconenſis. Lugd. 1626. 4.

Bartholomæi Petri, Theologi Duacenſis, Duaci 1622. 4.

Arthuri Pitſei Obſervationes Catholicæ in Actus Apoſtolorum contra hæreticos. Antverp. 1636. 4.

Alphonſi Salmeronis S. I. Commentarius, tomo duodecimo Operum. Madrit. 1602. Colon. 1604. fol.

Caſparis Sanctii S. J. Lugd. 1616. 4. Coloniæ 1617. 4. *Hiſt. Critique de la Rep. des lettres T. V. p.* 243.

Ludovici de Sanſeverino Catena in Acta Apoſtolorum. Neapoli 1666. fol.

Thomæ Stapletoni antidota Apoſtolica in Acta Apoſtolor. Antwerp. 1595. & inter Opera Pariſ. 1620. fol.

Joannis de Sylveira, Ulyſſiponenſis, Lugd. 1678. fol.

Jo. Mariæ Velmatii, Minoritæ Actus Apoſtolorum verſibus expreſſi. Venet. 1638. 4.

Omitto ineditam metaphraſin *Gilberti Filbolii*, Poſſevino memoratam: catenas item ineditas *Auguſtini Triumphi* & *Joannis Hentenii*. Commentarioſque ineditos *Onuphrii Oſtecuti* & *Bertrandi Paryte*, Auguſtinianorum, *Alexandri Seton*, Angli, & Commentaria literalia & moralia *Joannis de Sorribas*, Hiſpani, Commentarios *Thomæ Vellidem*, *Joſephi Viveli*, &c.

Gallice.

Dionyſii Ameloti notæ, in ejus Novo Teſt. Gallice verſo Pariſ. 1667. 8. 1688. 4.

Antonii

Antonii Arnaldi. Vide infra *de Saci.*

Auguſtini Calmeti, Benedictini, in ejus Commentariis ad S. Scripturam Pariſ. in 4. & fol. editis.

Bernardini de Montreul, S. I. hiſtoria naſcentis Eccleſiæ. Gallice. Pariſ. 1639. 4. duobus Volum.

Arnoul Grebau Chanoine du Mans, environ A. 1450. a traduit de Latin en vers François les Actes des Apoſtes, achevez par ſon frere *Simon Grebau*, imprimez a Paris par Galiot du Pré. *Hæc Franc. Grudius Crucimanius* (Croix du Maine) *Bibl. Françoiſe p.* 24. Prodiit Pariſ. 1537. fol. & 1541. 1550. 4.

Antonii Arnaldi & *Iſaaci Lud. le Maiſtre de Saci* notæ, Pariſ. Lugd. Amſt. & Antwerp. 1700. 8. & Germanice Lipſ. 1712. 4.

Hiſpanice.

Petri de Valencia, Cordubenſis, advertencias para declaracion de gran parte de los Actos. MS. Madriti teſte Nic. Antonio T. 2. Bibl. Hiſpanæ p. 199.

Auguſtanæ Confeſſionis Socii.

Dan. Arcularii Commentarius, edente B. D. Balthaſare Menzero Francof. 1607. 8. Gieſſæ 1622. 4. & cum præf. B. D. Jo. Fechtii, additus commentario D. Jo. Gerhardi & Jo. Canuti Lenæi. Hamb. 1613. 4. atque in theſauro Evangelico D. Ægidii Hunnii.

Hermanni Bonni Superint. Lubecenſis Commentarius MS. e quo excerpta edita a V. G. Jo. Henrico von Seelen in Athenis Lubecenſibus Tom. 4. pag. 57. ſeq. & in ejusdem Bibliotheca Biblica Lubecenſi p. 4. ſqq.

Joannis Brentii homiliæ CXXII. Haganoæ 1536. & Tubing. 1588. fol. Tomo VII. Opp.

Joannis Bugenhagen, Pomerani Commentarius. Witeb. 1524. 8.

Georgii Calixti expoſitio litteralis. Brunſvig. 1654. 4.

Joch. Camerarius in notatione figurarum Orationis in ſcriptis Novi Teſt. Lipſ. 1573. 4.

Jo. Georgii Dorſchei Chronotaxis Actorum Apoſtolicorum edita cum commentariis illius in IV. Evangeliſtas, præmiſſa præfatione B. D. Jo. Fechtii de vita & ſcriptis auctoris. Hamb. 1706. 4. Annotatio-

notationes ejuſdem exegeticæ in Acta, lucem adhuc non viderunt quod ſciam.

Jo. Petri Grunbergii Acta Apoſtolorum publica Roſtoch. 1705. 4.

Jo. Gerhardi Commentarius cum analectis filii Jo. Erneſti Gerhardi Jen. 1669. 4. & cum commentariis Arcularii & Lenai. Hamb. 1713. 4.

Chriſtophori Hegendorfini ſcholia, Haganoæ 1525. 8.

Nicolai Hemmingii. Jen. 1567.

Ægidii Hunnii commentarium in Acta Lipenius memorat editum Witeb. 1604. 8. ſed nusquam ille reperitur, itaque B. D. Jo. Henricus Feuſtkingius cum theſaurum Hunnii Evangelicum, ſive Commentarios in Matthæum & Johannem ederet, eis Jo. Winckelmanni in Marcum & Lucam, in Acta vero, Dan. Arcularii adjunxit, Witeberg. 1706. fol.

Juſti Jonæ annotationes cum præf. ad Jo. Fridericum, Ducem Sax. Witeb. 1524. 8. Baſil. 1525. 1567. 8.

Francisci Lamberti commentarius Argent. 1526. Francof. 1539. 8. De hoc Theologo paullo poſt colloquium Marpurgenſe A. 1530. Marpurgi extincto, conſulere juvabit V. C. Jo. Georgii Schelhornii amœnitates litterarias T. IV. p. 307. ſeq. T. X. p. 1235.

Jo. Canuti Lenæi, Archiep. Upſalienſis Commentarius Holmiæ 1640. 4. & cum laudatis Arcularii & Jo. Gerhardi commentariis, Hamb. 1713. 4.

Lucæ Loſſii annotationes, Francof. 1558. 1572. fol. 2 Vol.

D. Martini Lutheri argumentum in Acta Apoſt. T. 4. Latin. Jen. Et loca quam plurima libri hujus explicata. Vide T. X. edit. Altenburg. p. 409. ſeq.

Jo. Tobiæ Majoris annotata Jen. 1647. 8. 1655. 1668. 4. & cum gemino indice M. I. E. R. 1670. 4.

Juſti Menii commentarius, Norimb. 1524. 8.

Sebaſtiani Niemanni commentarius MS. apud heredes, Lubecæ quem B. D. Aug. Pfeiferus dignum luce judicavit. Vide Nova Lit. maris Baltici A. 1704. p. 196.

Lucæ

Lucæ Oſiandri. Tubing. 1581. 4.

Chriſtophori Pelargi expoſitio. Francof. ad Oderam 1601. 8. addita *Euthalii* de vita & peregrinatione Pauli ecloga.

Gabrielis Rechaan Chronologia ſive clavis temporum Novi Teſt. ſuper Acta, itinera & dicta Pauli & Petri. Witeb. 1623. 8.

Georgii Remi commentarium MS. habuit D. Theophilus Spizelius ὁ μακαρίτης.

Eraſmi Sarceni prodiit Baſileæ 1540. 8.

Bernardi Schmidii parelii Apoſtolici, i. e. dicta & geſta ſelectiora ex Actis Apoſtojorum. Dresdæ 1675. 4.

Nicolai Selnecceri Commentaria cum præf. ad Auguſtum Electorem Sax. Jenæ 1567. 1587. 8.

Joannis Spangenbergii Acta Apoſtolorum breviter enarrata. Francof. 1546. 8. & Suecice, Joanne Gotho, interprete Roſtochii 1607. 8.

Melchioris Steinbruchii ſyſtema Collegii Apoſtolici intra Adſcenſionem & effuſionem Spiritus S. homiliis XXIV. expoſitum. Jenæ 1607. 8.

Victorini Strigelii ὑπομνήματα, argumenta & notæ, commentariis in libros Novi Teſt. Lipſ. 1565. 4.

Georgii Wirth, epitome Actorum Apoſtol. Francof. 1594. 4. & diſcurſus in Acta. ibid. 1611. fol.

Jo. Chriſtoph. Wolfius Paſtor ad S. Catharinæ Hamb. curis philologicis & Criticis in IV. Evangelia & Actus Apoſtolicos. Hamb. 1725. 4.

Germanice.

M. Jo. Andreas Grammlich Eccleſiaſtes Vinarienſis in meditationibus ad Acta, velut ſupplemento contemplationum Biblicarum Theologi Angli, Joſephi Halli. Francof. 1721. 4.

Jo. Chriſtianus Klemm, Theologus Tubingenſis in Novo Teſtamento cum ſcholiis, argumentis & poriſmatibus edito, in Bibliis Pfaffianis. Tubing. 1729. fol.

Jo. Ludwig Lindhammeri, Paſtoris militum præſidiariorum Berolin. uberior expoſitio & applicatio Actorum Apoſtolicorum. Halæ Sax. 1725. fol.

Chriſtoph Albrecht Löſeke Paſtoris Plavenſis ad Havelam paraphraſis cum explicatione libri Actorum Analytica & poriſmatibus doctrinæ & morum, ad methodum qua B. Georgius Michaël Laurentius cæteros Novi Teſt. libros illuſtravit. Halæ Sax. 1728. 4.

D. Jo. Frid. Mayeri, *&* μακαρίτου homiliæ nondum in lucem editæ.

Chriſtoph. Pelargi expoſitio. Francof. ad Oderam 1599. 4.

Georgii Rands, Francof. 1579. fol. cum expoſitione IV. Evangeliſtarum & Epiſtolarum ad Corinthios, Galatas & Epheſios.

Gabriel Rechaan Chronologia ſive clavis temporum Novi Teſt. ſuper Acta, itinera & dicta Pauli & Petri. Witeb. 1624. 4.

Jo. Rothmaleri Conciones CLXV. Jen. 1663. 1671. 4. duobus Volum.

Reformati.

Benedicti Aretii ſeries & digeſtio temporum & rerum deſcriptarum à B. Luca in Actis Apoſtolorum. Lauſannæ 1579. fol. Genev. 1583. 1590. Bernæ 1607. fol.

Theodorus Beza in notis ad Novum Teſt. ſæpius editis.

Jo. Boiſius, Canonicus Elienſis in collatione Veteris Interpretis cum Beza aliisque Recentioribus. Lond. 1655. 8.

Lambertus Bos, *Jac. Elſnerus*, *Jo. Alberti* & *Jo. Frid. Homberg* Obſervationibus in Novum Teſt.

Othonis Brunsfels annotationes. Argent. 1535. fol. 1573. fol.

Henrici Bullingeri Commentarius. Tiguri 1590. fol.

Jo. Calvini commentaria. Genev. 1554. 1560. 8. 1563. 1568. fol. & ex Latino etiam Anglice, Gallice, Germanice.

Jacobi Capelli Eccleſiaſticæ ſub Apoſtolis hiſtoriæ enarratio ad A. C. 59. MS.

Lud. Capelli hiſtoria Apoſtolorum illuſtrata Genev. 1634. 8. Salmurii 1683. 4. & me curante Lipſiæ 1691. 8.

Jo. Cocceji ſcholia Amſt. 1665. 4. & T. IV. Opp. Amſt. 1675. & Francof. fol. 1689.

Lud. de Dieu animadverſiones in loca difficilia. Lugd. Bat. 1646. 4. & in Critica ſacra in loca Veteris & Novi Teſt. Amſt. 1693. fol.

Jo. Druſius in præteritis ad Novum Teſt. Balthaſar Scheidius in præteritis præteritorum MS.

Tho.

Tho. Goodwin in caput XV. Lond. 1650. 4.

Jo. Jacobi Grynæi commentarius in Acta Apoſtolorum. Baſil. 1583. 4.

Rudolphi Gualtheri homiliæ CLXXV. Tiguri 1562. fol. atque deinde ſæpius. Etiam Anglice, Joanne Bridges interprete, Lond. 1572. fol. *Rodolphi Simleri* in eas notæ. Tigur. 1567. 8.

Franciſci Junii Acta Apoſtolorum ex Arabico Latine, cum interpretatione locorum obſcuriorum. Lugd. 1578. 8. & Francof. 1618. 8. Ejusdem ſcholia addita verſioni Latinæ Bibliorum. Hanov. 1603. fol.

Petrus Keuchenius annotationibus in varia loca Novi Teſt. Amſt. 1689. & 1709. 4. *Nortoni Knatchbull* animadverſiones &c.

Georgius Lætus in caput XXVII. & XXVIII. Lugd. Bat. 1639. 8. Franek. 1650. 12. & commentarius practicus in Converſionem Pauli. ibid. 1650. 4.

Jo. Lightfooti horæ Talmudicæ in Acta. Anglice Lond. 1645. 4. & Latine Lipſ. 1679. 4. & inter opera Lightfooti, Anglice. Lond. 1684. & Latine Roterd. 1686. fol. junctim edita.

Joannis Malcolmi Scoti commentaria & analyſis. Medioburgi 1615. 4.

Caſpari Megandri, Tigurini.

Chriſtophori Obenhein expoſitio. Baſil. 1565. 4.

Davidis Parei Commentarius T. 3. Opp. Francof. 1647. fol. pag. 316.

Jo. Pearſonii Annales Paulini & prælectiones V. in Actor. capita primora octo. in ejus Operibus poſtumis Lond. 1688. 4.

Conradi Pellicani commentarius. Tiguri 1582. fol.

Jo. Piſcatoris analyſis Logica, & ſcholia. Herborn. 1579. 8. & cum commentariis in Novum Teſt.

Jo. Priceus in Acta Apoſtolor. Pariſ. 1647. 8. & cum commentariis in alios Novi Teſt. libros & in Pſalmos Lond. 1660. fol. & inter Criticos ſacros Londini, Amſtelodami & Francofurti editos, in quibus etiam *Valla*, *Revius*, *Eraſmus*, *Vatablus*, *Caſtalio*, *Clarius*, *Zegerus*, *Druſius*, *Caſaubonus*, *Grotius*, *Camero*, *Gualtperius*, *Lud. Capellus*.

Caſpari Streſonis Commentarius practicus. Amſt. 1658. 1669. 4. & Hafniæ 1717. 4. duobus Volum. *Journal des Sav.* 1717 *Octobr.* *pag.* 363.

Salomonis van Til Acta Apoſtolorum ad Annales revocata una

una cum ejus exercitationibus Theologico Philologicis. Lugd. Bat. 1719. 4.

Daniel Toſſanus in commentariis ad pleroſque libros Novi Teſt. Hanov. 1604. 4.

Caroli Mariæ de Veiel Acta Apoſtolorum ad litteram explicata Lond. 1684. 8. *Acta Erud.* 1686. *p.* 504.

Balduinus Walæus commentario in libros hiſtoricos Novi Teſt. Lugd. Bat. 1653. 4.

Omitto ineditam expoſitionem *Jo. Georgii Sigwarti*, & non viſam mihi, *Petri Pauli Vergerii.*

Gallice.

Moſis Amyraldi paraphraſis. Salmurii 1654. 8.

Michaelis le Faucheur homiliæ in XI. priora capita. Genev. 1663. 8. quatuor Volum.

Petri Vireti commentarius. Genev. 1559.

Belgice.

Gerardi van Leuwen paraphraſis & Commentarius Amſt. 1708. 8. duobus Vol. & Germanice J. C. Seitzio interprete, Brem. 1708. 4.

Franciſcus Ridder, Roterdam 1679. 4.

Anglice.

Wilhelmus Burkittus in expoſitione Novi Teſt. ſextum jam nuper recuſa Londini. *Matthæus Henry* in illuſtratione librorum hiſtoricorum Novi Teſt. Lond. 1714. fol.

John Mayer. Lond. 1631. *Matthæus Polus. Thomas Taylor.*

Eduardi Wells paraphraſis & notæ Lond. 1709. 4. & Geographia hiſtorica Novi Teſt. JEſu CHriſti & Pauli Apoſtoli itinera. ibid. 1708. 8.

Daniel Whitby commentario & paraphraſi in Novum Teſt. Lond. 1700. fol.

Omitto

Omitto Acta Apoſtolorum verſibus expreſſa Anglice a *Chriſtophoro Tye*, Lond. 1570. 8.

Ex Arminianis.

Hugo Grotius notis ad Novum Teſtamentum.

Philippi a Limborgh commentarius in Acta, Epiſt. ad Romanos & Hebræos. Amſt. 1710. fol. & in Acta, Belgice e Latino, Roterd. 1713. 4.

E Socinianis.

Daniel Brenius annotationibus in Vetus & Novum Teſt. Amſt. 1664. fol.

Joannes Crellius commentario in magnam partem Actorum Apoſtolicorum. tomo 3. Opp. exegetic. Amſt. 1665. fol.

Andreas Wiſſowatius cujus Commentarius additus Jo. Lud. Wolzogenii ſcriptis in Bibliotheca fratrum Polonorum, ibidem 1668. fol.

IV. Mirifica fuit olim urbium quarundam clariſſimarum ambitio, vel quæ patriam inclyto cuidam civi præbuiſſet, ut ſeptem illæ magni certantes de patria Homeri, vel quæ primatum obtinuiſſent & metropoleos vel navarchidis dignitatem aut jus ſacrum aſyli, vel αὐτονομίαν, aut neocoriam ſibi poſſent vindicare, de quibus Joannes Vaillantus ad calcem numiſmatum Græcorum conſuli poteſt. Similiter nihil magis a multis ſæculis contenderunt *Eccleſiæ* Chriſtianæ, * quam ut *Apoſtolicæ* haberentur, hoc eſt ab ipſis fundatæ Apoſtolis: omni ſane laude futuræ digniſſimæ, ſi idem quoque ſtudium in ſervanda doctrina Apoſtolorum, & ſanctitate Apoſtolica imitanda poſuiſſe eas conſtaret. Quo ſenſu merito etiam Apoſtolicas illas Eccleſias appellaveris, quæ licet multis poſt Apoſtolorum obitum ſæculis demum conditæ, tamen ab illorum doctrina & exemplo non recedunt, certæ cum iisdem *unum ſe Dominum* habere, *unam Fidem, unum Baptiſma*. Epheſ. IV. 5. E contrario quid juvat Apoſtolos inſtitutores, vel CHriſtum ipſum Magiſtrum habuiſſe, deinde vero eum

* Confer Jo. Vorſtium Exerc. de ſedibus Epiſcopalibus §. 27. ſeq. in B. Tho. Crenii faſce I. Exercitatt. Philologico Hiſt. p. 101. ſeq.

Judæ inſtar prodere, vel cum angelo Epheſinæ Eccleſiæ charitatem primam deſerere. Et conſtat Apoſtolicas ſedes appellatas, quas minime Apoſtoli ipſi fundaverant, ſed Epiſcopales Eccleſiæ Catholicæ Cathedras quascunque, utpote Apoſtolicæ doctrinæ heredes: ut probat Chriſtianus Lupus ad Tertullianum de præſcription. c. XX. pag. 383. Ob antiquitatem tamen ipſam, & auctoritatem originis, merito honor ſingularis Eccleſiis illis primitivis habetur, & ad illas, quamdiu originis ſuæ decus ac prærogativam cuſtodiverunt, provocatur ab antiquis Eccleſiæ doctoribus, neque alio ſenſu eorum verba poſſunt intelligi, neque poſſunt valere, ſi interjecto tempore eædem Eccleſiæ varios errores dogmatibus Apoſtolicis vel interſperſerint improbe charitate prima relicta, vel prætulerint. S. Irenæus III. 4. contra hæreſes: *quid enim? & ſi quibus de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nonne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli converſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum & re liquidum eſt.* Tertullianus de præſcript. adverſus hæreticos c. 20. *Statim igitur Apoſtoli quos hæc appellatio Miſſos interpretatur, - - primo per Judæam conteſtata fide in JEſum CHriſtum & Eccleſiis inſtitutis, de hinc in Orbem profecti, eandem doctrinam ejusdem fidei, Nationibus promulgaverunt, & proinde Eccleſias apud unamquamque Civitatem condiderunt, a quibus traducem fidei & ſemina doctrinæ, cæteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur ut Eccleſiæ fiant: ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, ut ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum. Omne genus ad originem ſuam recenſeatur neceſſe eſt: Itaque tot ac tantæ Eccleſiæ, una eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, & Apoſtolicæ, dum una omnes probant unitatem.* & cap. 21. *conſtat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis matricibus & originalibus Fidei conſpiret, veritati deputandam, ſine dubio tenentem, quod Eccleſiæ ab Apoſtolis, Apoſtoli a CHriſto, CHriſtus a DEO accepit.* Et cap. 36. *Age jam qui voles curioſitatem melius exercere in negotio ſalutis tuæ, percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentur, apud quas ipſæ authenticæ litteræ eorum recitantur, ſonantes vocem & repræſentantes faciem unius cujusque. Proxima eſt tibi Achaja? habes Corinthum. Si non longe es a Macedonia, habes Theſſalonicenſes. Si potes in Aſiam tendere, habes Epheſum. Si autem Italiæ adjaces, habes Romam, unde nobis quoque authoritas præſto eſt. Iſta quam felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt: ubi*

Petrus,

Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur, ubi Paulus Johannis (Baptiſtæ) *exitu coronatur, ubi Apoſtolus Joannes, poſteaquam in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur.* Idem libro IV. in Marcionem capite 5. *Videamus quod lac à Paulo Corinthii hauſerint, ad quam regulam Galatæ ſint recorrecti, quid legant Philippenſes, Theſſalonicenſes, Epheſii, quid etiam Romani de proximo ſonent, quibus Evangelium & Petrus & Paulus ſanguine quoque ſuo ſignatum reliquerunt. Habemus & Joannis alumnas Eccleſias, nam etſi Apocalypſin ejus Marcion reſpuit, ordo tamen Epiſcoporum ad originem recenſus in Joannem ſtabit auctorem. Sic & cæterarum generoſitas recognoſcitur. Dico itaque apud illas, nec ſolas jam Apoſtolicas, ſed apud univerſas quæ illis de ſocietate ſacramenti confœderantur* &c. Similia S. Auguſtinus lib. 2. ad Creſconium c. 37. T. 9. Opp. p. 295. & lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 8. T. 3. p. 18.

Catalogus Alphabeticus Eccleſiarum quas fundatas ab Apoſtolis, ex ipſis ſcriptis Apoſtolicis colligitur.

In *Achaja* Rom. XVI. 5.

Alexandriæ in *Ægypto* Actor. XVIII. 24. XXVII. 5. *Marcus* Evangeliſta, primus Alexandriæ Epiſcopus. Vide Euſebium II. 16. hiſt. Eccleſ. Jo. Seldeni Origines Alexandrinas pag. XXIX. XXXVIII. Petavii dogm. Thelog. T. 3. pag. 697. ſq. 711. Baron. & Henſchenium ad 25. April. De Marci ſucceſſore *Abilio*, Baronius & Bollandus 22. Febr. de *Aniano* 25. April. quem a Marco primum Alexandriæ Epiſcopum ordinatum, uti ſecundum, Abilium a Luca, legitur in conſtitutionibus Apoſtolicis VII. 46.

Amphipoli Actor. XVII. 1.

Antiochiæ XI. 19. ſqq. XIII. 1. XIV. 26. ubi primum auditum Chriſtianorum nomen Act. XI. 26. Confer S. Cyrilli Catecheſ. XVII. 28. Euſebii II. 3. hiſt. Eccleſ. Athanaſ. qv. 45. ad Antiochum. Hinc Antiochenſis Eccleſia Chryſoſtomo mater omnium Eccleſiarum. Ad Antiochenos Pſeudo Ignatii Epiſtola, & ad Heronem Diaconum, poſtea quartum Epiſcopum Antiochenum. Petrum enim Apoſtolum, primum vulgo

vulgo Antiochiæ Epiſcopum faciunt, ſecundum S. Evodium, tertium S. Ignatium. De Herone, Martyrolog. Rom. 17. Octobr. Succeſſionem reliquorum vide Bibl. Græcæ T. XIV. p. 38. Memoria cathedræ Antiochenæ S. Petri celebratur in Martyrologio Rom. 22. Febr. Prochori unius de ſeptem primis *Diaconis*, Antiochiæ martyrium paſſo. 9. April. Philonis & Agathopodis Diaconorum 25. April. Evodii à Petro ordinati Antiochiæ Epiſcopi. 6. Maj. Conſtitutiones Apoſtolicæ VII. 46. Antiochenſibus Epiſcopum à Petro Evodium, a Paulo Ignatium conſtitutos tradunt, ubi vide, ſi placet notas eruditiſſimi Cotelerii. De Cyrenenſibus & Cypriis qui Evangelium prædicaſſe Antiochiæ feruntur in Actis S. Barnabæ Apoſtoli ex Actor. XI. 20. Vide Tillemont. T. I. memor. hiſt. Eccleſ. 1685. ſq.

De Concilio quod fertur Apoſtolorum Antiocheno, & de Canonibus qui in illo incerta fide conditi feruntur, dixi T. 3. Codicis Apocryphi Novi Teſtament. pag. 336. ſeq.

De *S. Theophilo* Epiſcopo, Martyrolog. 13. Octobr. De *S. Babyla* Epiſcopo Antiochiæ, martyre A. C. 250. Baronius & Bollandus ad 24. Januar.

De Cypriano Mago Antiocheno ad CHriſtum converſo a Juſtina virgine, Martyrolog. Rom. 26. Sept.

Idem Martyrologium Rom. 14. Jan. *In Syria S. JULIANI SABÆ ſenioris, qui Valentis Imp. tempore fidem Catholicam Antiochiæ prope collapſam, virtute miraculorum erexit.* Theopolis dicta poſt terræ motum eſt A. C. 536. Juſtiniani 2. teſte Evagrio IV, 6. Jo. Malala T. 2. p. 177. Cedreno &c. à Choſroë direpta incenſaque, ſola Eccleſia excepta, teſte Procopio II. 9. ſq: de bello Perſico. & 14. CCCLXVI. templa in ea numerat Volaterranus lib. XI. commentar. Urbanor. Sed illum numerum de diœceſi Antiochena alii intelligunt. Vide Andreæ Brancacci Syriam ſacram pag. 19.

A Choſroë Perſarum Rege direpta A. C. 540. inde à Saracenis capta A. C. 637. iisdem erepta in expeditione Cruciata A. 1098. ſed iterum ceſſit Saracenis A. 1268.

Antiochiæ Piſidiæ. Actor. XIII. 14. De Martyribus Antiochiæ Piſidiæ ſub Diocletiano, Martyrolog. Rom. 28. Sept.

Apolloniæ. Actor. XVII. 1.

In *Arabia*. Galat. I. 17. ſq.

In

In *Aſia*, 1. Petr. I. 1. Sed Paulus & Silas à Spiritu prohibiti. Actor. XVI. 6. deinde autem in Aſia Judæi & Græci auſcultarunt Evangelium XIX. 10. 26. Joannes ad ſeptem Eccleſias Aſiæ juſſus ſcribere Apocalypſ. I. 11. & II. ac III. per tot. de quarum ſtatu hodierno exſtat *Thomæ Smithi* libellus poſt Londinenſem A. 1671. editionem recuſus Trajecti 1694. 8. Septem illæ Eccleſiæ ſunt Epheſi, Smyrnæ, Pergami, Thyatiris, Sardibus, Philadelphiæ & Laodiceæ. De iisdem *Chriſtophorus Cellarius* parte 2. diſſ. 3. Academic. p. 414. ſqq. 438. Lipſ. 1712. 8. Martyrolog. Rom. 20. Mart. *In Aſia natalis S. Archippi commilitonis B. Pauli Apoſtoli*, Coloſſ. IV. 17. Philem. 2. S. Ignatii in Aſiam expeditio de qua Tillemont. T. 2. memor. hiſt. Eccleſ. p. 196. ſqq. Eccleſiarum Aſiæ fidem laudat Irenæus III. 3.

Athenis Actor. XVII. 15. ſeq. Martyrolog. Rom. 21. Jan. *Athenis natale S. Publii Epiſcopi, qui poſt S. Dionyſium Areopag. Athenienſium Eccleſiam nobiliter rexit.* Dionyſium à Paulo ordinatum memorant Conſtitutiones Apoſtolicæ VII. 46. Martyrolog. 26. Maj. *Athenis natale B. Quadrati Apoſtolorum diſcipuli* &c. Octobr. 4. *Athenis S. Hierothei, diſcipuli B. Pauli Apoſtoli.*

Babylone. 1. Petr. V. 13.

Berhœæ. Actor. XVII. 10. ſeq. TIMON Diaconus e ſeptem primis, Berrhoeæ Epiſcopus, ſecundum Martyrolog. Rom. 19. April. Hunc Boſtrenſem Epiſcopum facit Pſeudo Dorotheus, atque ſi Conſtitutt. Apoſtolicis VII. 46. credimus, primus Beroeæ Epiſcopus Oneſimus Philemonis ſervus fuit. Idem Martyrolog. 25. Jun. *apud Beroeam natalis S. Soſipatri, diſcipuli B. Pauli Apoſtoli.* Rom. XVI. 21.

In *Bithynia*, 1. Petr. I. 1. Sed Paulus ac Silas prohibiti a Spiritu. Actor. XVI. 6. De Luca Martyrolog. Rom. 18. Octobr. *Natalis B. Lucæ Evangeliſtæ, qui multa paſſus pro CHriſti nomine, Spiritu S. plenus obiit in Bithynia.* De multitudine Chriſtianorum ſub Trajano Imp. conſtat ex Plinii Proprætoris Bithynici verbis, ſupra p. 24.

Cæſareæ Stratonis, Actor. VIII. 40. IX. 30. X. 1. XXI. 8. Martyrolog. Rom. Febr. 2. *Cæſareæ in Palæſtina, S. Cornelii Centurionis, quem B. Petrus Apoſtolus baptizavit, & apud præfatam urbem Epiſcopali honore ſublimavit.* & 15. Mart. *Cæſareæ in Cappadocia paſſi S. Longini militis, qui latus DOMINI lancea perforaſſe perhibetur.* In Conſtitutioni-

 bus

bus Apoſtolicis VII. 46. incerta fide primus Cæſareæ Epiſcopus tradidur Zacchæus publicanus, ſecundus Cornelius (centurio), tertius Theophilus (ad quem Lucas ſcripſit.) Vide ibi Coteler[ium].

Canæ Galilææ Joh. 2. Templum cujus hodie oſtenduntur rudera. Vide Cornelii Bruni iter in Ægyptum p. 318.

In *Cappadocia.* 1. Petr. I. 1.

Cenchreis Rom. XVI. 1. & ult. Actor. XVIII. 18. primus Epiſcopus Lucius à Paulo ordinatus memoratur in Conſtitutionibus Apoſtolicis VII. 46.

In *Cilicia.* Galat. I. 21. Actor. XV. 23. 41.

In *Co* inſula Actor. XXI. 1.

Coloſſis. Epiſtola Pauli ad Coloſſenſes. *Epaphras* ſive *Epaphroditus* ab Apoſtolo Paulo Coloſſis Epiſcopus ordinatus traditur in Martyrologio Rom. 19. Julii, ſed in Conſtitutionibus Apoſtolicis VII. 46. *Philemon*, de cujus & Appiæ martyrio ſub Nerone, martyrolog. 22. Novembris.

Corinthi. Pauli Apoſtoli & Clementis Romani Epiſtolæ ad Corinthios. Vide & Act. XVIII. 1. ſq. Corinthi Epiſcopus *Silas*, ſi Dorotheo credimus & Hippolyto. Hic eſt *Silvanus*, Pauli cum *Timotheo* in prædicando Corinthiis Evangelio συνεργός. 2. Corinth. I. 19. De *Criſpo* & *Cajo* vide Baron. ad Martyrolog. Rom. 4. Octobr. de *Soſthene* 28. Novembris.

In *Creta* Actor. II. 11. & Tit. I. 5. De TITO Cretenſium Apoſtolo quem Paulus ordinaſſe Epiſcopum traditur in Conſtitutt. Apoſtol. VII. 46. Vide Acta Sanctor. 4. Januar. De *Philippo* Gortyn[æ] Epiſcopo, XI. April. de *Pinyto* X. Octobr.

In *Cypro* Actor. XI. 19. XIII. 4. ſeq. XV. 39. XXI. 3. Martyrolog. Rom. 10. Januar. *in Cypro B. NICANORIS, Diaconi de ſeptem primis, qui gratia Fidei & virtute admirandus glorioſiſſime coronatus eſt.* & 21 Febr. *Salamine in Cypro S. ARISTIONIS, qui ut Papias teſtatur, fuit unus de LXXII CHriſti diſcipulis.* & 29. April. *Apud Paphum in Cypro S. TYCHICI, diſcipuli B. Pauli Apoſt.* 11. Junii, ubi de Apoſtolo BARNABA Cyprio.

In *Cyrene* Actor. XI. 20. Cyrenæus Lucius, cujus Actor. XIII. 1. mentio, idem in Martyrolog. Rom. 6. Maj & ab aliis recentioribus primus Cyrenes Epiſcopus fuiſſe traditur.

In *Dalmatia* Titus: 2. Timoth. IV. 10. 19.

Damaſci Actor. VIII. 4. IX. 1. ſeq. Gal. I. 17. Martyrologium Rom. 25. Januar. *apud Damaſcum natalis S. ANANIÆ qui Paulum Apoſtolum baptizavit. Hic cum Damaſci & Eleutheropoli alibique Evangelium prædicaſſet, ſub Licinio judice nervis cæſus & laniatus, demum lapidibus oppreſſus martyrium conſummavit.*

Derbæ Actor. XIV. 20. XVI. 1.

Epheſi. Actor. XVIII. 19. 24. XIX. 1. ſqq. XX. 17. Epiſtola Pauli ad Epheſios. Apocalypſ. II. 1. Epiſtola Ignatii. Martyrolog. Rom. 24. ibique Baronius & Bollandus ubi de *Timotheo* Epheſi per Paulum ordinato Epiſcopo, & 16. Febr. de *Oneſimo* quem poſt Oneſimum Paulus Epheſiis Epiſcopum ordinaſſe traditur. Pro Oneſimo Johannes à Johanne Apoſtolo ordinatus memoratur in Conſtitutionibus Apoſtol. VII. 46. Porta perſecutionis, Epheſi, monumentum inſigne & plenum artis, deſcriptum aere in Turnefortii itinere Gallice edito T. 2. p. 205. M. Gottlob Friderici Gude librum *de ſtatu Eccleſiæ Epheſinæ ævo Apoſtolico* * quem ad prelum paravit Laubani, libenter videbimus. De ſtatu præſenti miſero Epheſi & candelabro Evangelii, ita ut comminatus erat Dominus, Apocalypſ. II. 5. remoto de loco ſuo & ablato, præter eundem Turnefortium Jac. Sponius & Tho. Smithus in notitia ſeptem Eccleſiam Aſiæ, nec non Cornelius Brun, itinere in Ægyptum & Syriam p. 29. ſqq. qui p. 32. deſcribit fontem, in quo Joannes Evangeliſta baptizaſſe traditur.

Ad *Galatas* Epiſtola Pauli Apoſtoli. vide & 1. Petr. I. 1. Galatiæ Eccleſiarum Epiſcopus ab Apoſtolis conſtitutus Creſcens, ſi fides Conſtitutionum Apoſtolicar. ſcriptori VII. 46. Ancyræ in Galatia Clemens Epiſcopus, Martyr ſub Diocletiano. Martyrolog. 23. Jan.

Eccleſiæ in *Galilæa.* Actor. IX. 31.

Hieroſolymæ Rom. XV. 26. Primus in illa urbe Epiſcopus Chriſtianorum ex veteri traditione Jacobus frater Domini, ſecundus Simeon Cleopæ F. tertius Judas Jacobi. Vide Cotelerium ad Conſtitutiones Apoſtolicas lib. VII. cap. 46. Tom. 1. Patrum Apoſtol. pag.

* Bibl. Germanique T. 19. p. 199.

p. 382. & Euſebium II. 1. hiſt. Eccleſ. præter ſepulchrum Salvatoris, quam plurima monſtrantur hodie licet parum certa fide Apoſtolicæ converſationis veſtigia. vide Cornelii Bruni iter in Ægyptum, p. 260. ſqq. 297. ſqq. præſentem Urbis faciem pulchre delineatam exhibet pag. 286. & templum *S.* ſepulchri pag. 288. Bethlehemum poſt p. 376.

In *Hiſpania.* Vide interpretes ad Rom. XV. 24. & quæ infra cap. XVI.

ab Hieroſolymis ad *Illyricum* uſque, omnia Evangelio impleviſſe ſe teſtatur Paulus Rom. XV. 19.

Iconii Actor. XIV. 1. 21. ubi celebratur *S. Thecla* virgo & martyr, à S. Paulo ad Fidem perducta, de qua conſuli poſſunt Acta edita à Clariſſimo Grabio in ſpicilegio Patrum, Baſilius Seleucienſis, & Baronius ad Martyrolog. Rom. 23. Sept. Idem Martyrologium 10. Novembr. *Iconii in Lycaonia ſanctarum mulierum* Tryphenæ *&* Tryphoſæ (Rom. XVI. 12.) *quæ B. Pauli prædicatione, & exemplo Theclæ in Chriſtiana diſciplina plurimum profecerunt.*

Joppæ. Actor. IX. 36. ſeq.

Eccleſia in *Judæa.* Actor. IX. 31. Epiſtola Pauli ad Hebræos. De Judæis intra & extra Judæam per Apoſtolos converſis hæc Theodoretus ad verba Pſalmi CXVI. Laudate eum omnes populi, Tom. I. Opp. p. 871.

Εἰς ἅπασαν πάλαι προδιεσπάρησαν Ἰουδαῖοι τὴν οἰκουμένην, τὸν ἕνα σέβειν δεδιδαγμένοι Θεόν. ἐπειδὴ τοίνυν οὐκ ἔτι μόνην ᾤκουν τὴν Παλαιστίνην, οὐδὲ εἰς ἕνα λαὸν ἐτέλουν ὑφ᾽ ἑνὶ βασιλεῖ τεταγμένοι, ἀλλὰ ἐν τοῖς ἔθνεσι διεσπαρμένοι, τοῖς μὲν ἐκείνων ὑπήκουον ἄρχουσι, καθ᾽ ἑαυτοὺς δὲ ἐπολιτεύοντο, τῇ τοῦ νόμου διαγορεύσει πειθόμενοι, εἰκότως οὐ λαὸν αὐτοὺς, ἀλλὰ λαοὺς

Per totum terrarum orbem Judæi olim diſſipati fuerunt, unum Deum colere edocti. Quoniam igitur non amplius unicam incolebant Palæſtinam, neque unum faciebant populum sub uno rege conſtituti, ſed inter gentes diſperſi, illorum qui[illegible] principibus obediebant, [illegible] ipſos vero vivebant legis præcepto obtemperantes; jure non

ὀνομάζει

ὀνομάζει. πλεῖστοι γὰρ καὶ ἐκ τούτων τὸ θεῖον ἐδέξαντο κήρυγμα. ἐν μὲν γὰρ Ἱεροσολύμοις τρισχίλιοι καὶ πεντακισχίλιοι κατὰ ταυτὸν ὑπὸ τῶν ἁλιέων ἐσαγηνεύθησαν. καὶ πολλαὶ δὲ μετὰ ταῦτα μυριάδες ἐγένοντο, ἔφησεν ὁ θεῖος Ἰάκωβος. καὶ ἐν Συρίᾳ δὲ, καὶ Κιλικίᾳ, καὶ Λυκαονίᾳ, καὶ Πισιδίᾳ, καὶ Ἀσίᾳ, καὶ Παμφυλίᾳ, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἔθνεσιν, προτέροις Ἰουδαίοις προσέφερον οἱ ἀπόστολοι τὰ θεῖα κηρύγματα.

populum ipſos, ſed populos nominat: quandoquidem plurimi etiam ex his Divinum ſuſceperant præconium. In urbe namque Hieroſolyma tria millia,* & quinque millia eodem tempore piſcatores piſcati ſunt, & poſtea multæ myriades fuerunt, ut ait divinus ** Jacobus. & in Syria rurſus, & Cilicia, & Lycaonia, & Piſidia, & Aſia, & Pamphylia, & in ceteris omnibus gentibus, primum Judæis Divina præconia Apoſtoli obtulerunt.

Laodicea. Apocalypſ. III. 14. Epiſtola Paulo ſuppoſita ad Laodicenſes, de qua dixi in Codice apocrypho Novi Teſt. De præſenti ſtatu videndus Thomas Smithus. Martyrolog. Rom. 6. Octobr. *Laodicea B. Sagaris Epiſcopi & Martyris, qui fuit unus de antiquis Pauli Apoſtoli diſcipulis.* Archippus primus ab Apoſtolis ordinatus Laodicenſium Phrygiæ Epiſcopus memoratur in Conſtitutionibus Apoſtolicis VII. 46.

In *Lycaonia.* Actor. XIV. 6.

Lydda & *Sarone* à Petro Actor. IX. 32. ſq. 38. Templi Chriſtiani Lyddenſis ſplendidi, Georgio ſacri rudera in Cornelii Bruni itinere in Ægyptum p. 257.

Lyſtra. XIV. 8. 21. XVI. 1.

In *Macedonia.* 2. Corinth. VIII. 1. ſq. XI. 9. Actor. XVI. 9. ſq. XIX. 22. XX. 1. ſeq. Martyrologium Rom. 13. Jul. *in Macedonia B. SILÆ, qui cum eſſet de primis fratribus, & ab Apoſtolis ad Eccleſias Gentium una cum Paulo & Barnaba deſtinatus, prædicationis officium gratia DEI plenus inſtanter conſummavit, atque in paſſionibus ſuis CHriſtum clarificans, poſtmodum requievit.*

In *Melita* inſula. Actor. XXVIII. 1. ſeq.

Neapoli. in Thraciæ finibus. Actor. XVI. 11.

M In

* Actor. II. 41. & IV. 4. ** Actor. XXI. 20.

In *Pamphilia.* Actor. XIV. 24. XV. 38.

Paphi, Actor. XIII. 6.

Pataris. Actor. XXI. 1.

In *Patmo* inſula quæ Palmoſa hodie. Apocal. I. 7. adde Chriſtophori Cellarii diſſ. Academicas p. 436. ſeq. Petrum Bellonium lib. 2. Obſervatt. c. 11. & Turnefortii iter p. 169. ubi monſtratas ſibi refert ædes in quibus Apocalypſin ſcripſiſſe Johannes traditur.

Pergami. Apocal. II. 12. De præſenti ſtatu vide ſi placet Thomam Smithum. Primus Epiſcopus, Cajus, ab Apoſtolis ordinatus memoratur in Conſtitutionibus Apoſtolicis VII. 46.

Pergæ in Pamphilia. Actor. XIII. 13. XIV. 25.

Ad *Philadelphienſes*. Apocalypſ. III. 7. Epiſtola S. Ignatii ad Philadelphienſes. Primus Philadelphiæ Epiſcopus *Demetrius* à Petro ordinatus memoratur in Conſtitntionibus Apoſtolicis ſub Clementis nomine ferri ſolitis VII. 46. Smyrnenſium Epiſtola de martyrio S. Polycarpi & duodecim Philadelphienſium A. C. 166. in tomo ſecundo Patrum Apoſtolicorum Cotelerii. De præſenti ſtatu adeundus, Thomas Smithus.

ad *Philippenſes* Pauli Epiſtola. adde Actor. XVI. 12. XX. 6. Martyrolog. Rom. 23. Jan. *Philippis in Macedonia S. Parmenæ qui fuit unus de ſeptem Diaconis.* & 26. Jul. *Philippis in Macedonia Natalis S. Eraſti, qui illis a B. Paulo Apoſtolo relictus Epiſcopus, ibidem martyrio coronatus eſt.* 3. Auguſt. *S. Lydiæ purpurariæ, quæ prædicante Philippis Paulo Apoſtolo prima omnium credidit Evangelio.* Pſeudo Ignatii Epiſtola ad Philippenſes, & Polycarpi.

In *Phœnicia*. Actor. VIII. 1. XI. 19. XXI. 2. Martyrolog. Rom. 27. Sept. *Bybli in Phœnicia S. Marci Epiſcopi, qui & Joannes à B. Luca nominatur.* Tripoleos in Phœnicia Epiſcopus ab Apoſtolis ordinatus fertur *Maroones*, de quo Cotelerius ad Conſtitutiones Apoſtolicas VII. 46.

In *Piſidia*. Actor. XIV. 24. ſupra, *Antiochia*.

In *Ponto*. 1. Petr. I. 1.

Ptolemaide, Actor. XXI. 7.

Puteolis. Actor. XXVIII. 13. ſq.

In *Rhodo* inſula. Actor. XXI. 1.

Romæ. Actor. XXVIII. 16. 30. Epiſtola Pauli ad Romanos. Epiſtola Clementis Romani. Ignatii ad Romanos. De Petri conflictu cum Simone Mago, Pſeudo Clemens in recognitionibus, Euſebius hiſt. Eccleſ. II. 13. ſq. De interfectis à Nerone per calumniam incenſæ Urbis Chriſtianis, Martyrolog. Rom. 24. Jun. Primus à Paulo ordinatus Romæ Epiſcopus Linus traditur, & alter ab illo Clemens in Conſtitutt. Apoſtol. VI. 46. adde quæ ad Irenæum III. 3. viri docti.

Salamine Actor. XIII. 5.

Samaria Actor. VIII. 5. IX. 31. docente Philippo Diacono.

In *Samothracia* Actor. XVI. 11. *Martyrologium* Rom. 16. Sept. *In Thracia* S. Sebaſtiana *à Paulo Apoſtolo ad Chriſti fidem perducta.*

Sardibus Apocal. III. 1. De præſenti ſtatu videſis Tho. Smithum.

Sarone Actor. IX. 35.

Sidone Actor. XXVII. 3.

Ad *Smyrnæos* Apocalypſ. II. 8. Smyrnæ primi Epiſcopi Ariſto, Stratæas & Ariſto ſecundus. Conſtitutt. Apoſtolic. VII. 46. Ad Smyrnenſes S. Ignatii Epiſtola & Smyrnenſium ad Philadelphienſes de martyrio S. Polycarpi A. C. 166. Græce & Latine edita cum Uſſerii Ignatio, & T. 2. patrum Apoſtolicor. Cotelerii & in actis Ruinarti ſelectis. Martyrolog. Rom. 26. Jan. *Smyrnæ natalis S. Polycarpi, qui B. Joannis Apoſtoli diſcipulus & ab eo ejusdem Civitatis Epiſcopus ordinatus totius Aſiæ princeps fuit.* Vide ibi Baronium, Bollandumque & Petrum Halloix T. 1. Illuſtrium Eccleſiæ Orientis ſcriptorum. De *S. Pionio* 1. Febr. De *Apelle* & *Lucio*, e primis CHriſti diſcipulis, 22. April. De præſenti ſtatu conſulendi Turnefortius, Sponius, Thomas Smithus & Cornelius Brun, itinere in Ægyptum p. 20. ſeq. ubi pulcherrime deſcriptam ære libenter videbis.

In *Syria*, Galat. I. 21. Actor. XV. 40. XX. 3. XXI. 3.

Tarſum miſſus Paulus Apoſtolus, Tarſenſis. Actor. IX. 30. XI. 25. Ad Tarſenſes pſeudo Ignatii Epiſt. Tarſenſium Epiſcopum fuiſſe Jaſonem referunt pſeudo Dorotheus & Menologia Kal. Maji, il-

lum inquam Jaſonem, cujus mentio Actor. XVII. 1. ſeq. Rom. XVI. 21. Martyrolog. Rom. XI. Octobr. *Tarſi in Cilicia ſanctarum mulierum ZENAIDIS ET PHILONILLÆ ſororum, quæ B. Pauli Apoſtoli conſanguineæ in Fide fuerunt diſcipulæ.*

Theſſalonicæ. Actor. XVII. 11. ſeq. Epiſtolæ Pauli ad Theſſalonicenſes. Adde Actor. XVII. 1. ſeq. 2. Timoth. IV. 10. Martyrolog. Rom. 4. Auguſt. *Theſſalonicæ Natalis* B. Ariſtarchi *diſcipuli & comitis individui S. Pauli Apoſtoli, a quo Theſſalonicenſium Epiſcopus ordinatus, poſt longos agones ſub Nerone coronatus a CHriſto, quievit.* Plura *Philippus Riceputus* S. J. in tomo primo Illyrici ſacri: cui jucundum erit, ubi lucem, quod peroptamus viderit, jungere opus promiſſum a Rev. & doctiſſimo Viro *Urbano Godfrido Sibero*, Profeſſore atque Eccleſiaſta Lipſienſi, de Theſſalonicæ * Antiquitatibus. Martyrolog. Rom. 8. Octobr. *Theſſalonicæ* S. Demetrii *Proconſulis, qui cum plurimos ad CHriſti Fidem perduceret, Maximiani Imp. juſſu lanceis confoſſus Martyrium conſummavit.*

Thyatiris. Apocal. II. 18. Lydia Thyatirenſis Actor. XVI. 14. De præſenti ſtatu videndus Tho. Smithus.

Troade Actor. XVI. 8. XX. 6. Martyrolog. Rom. 13. Octobr. *apud Troadem Aſiæ minoris urbem, natalis* Carpi, *diſcipuli B. Pauli Apoſtoli.*

Tyri. Actor. XXI. 3. ſeq. Rudera templi Tyri, apud Cornelium Brunum itinere in Ægyptum p. 326.

TRADITIONES, NON PERINDE CERTÆ.

1) *De SYMBOLO ante Diſceſſionem ab Apoſtolis compoſito.*

Rufinus in expoſitione Symboli: *tradunt majores noſtri, quod poſt aſcenſionem Domini, cum per adventum S. Spiritus ſuper ſingulos quosque Apoſtolos ignea lingua ſediſſent, ut loquelis diverſis variisque loquerentur, per quod eis nulla gens extera, nulla linguæ barbaries inacceſſa videretur & invia; præceptum eis à Domino datum, ob prædicandum DEI verbum ad ſingulas quemque proficiſci Nationes. Diſceſſuri itaque ab invicem, normam prius futuræ ſibi prædicationis in commune conſtituunt, ne forte alius ab alio abducti diverſum*

* De præſenti Theſſalonicæ ſtatu *Vincentius Coronelli* in memoriis hiſtorico Geographicis de regno Moreæ, Nigriponto &c. A. 1686.

diverſum aliquid his, qui ad fidem CHriſti invitabantur, exponerent. Idem de SYMBOLO ab Apoſtolis ante diſceſſionem compoſito multi poſt Rufinum ſcripſerunt, quorum loca attuli in parte tertia Codicis Apocryphi Novi Teſt. p. 339. ſeq. quibus addi poſſunt Alcuinus c. 41. de Officiis Divinis p. 1124. ſeq. Auguſtinum teſtem laudans, & Rabanus Maurus libr. 2. de inſtitutione Clericorum c. 56. T. 6. Opp. p. 31. & lib. 2. de ſacramentis Divinis p. 71. & lib. V. de univerſo c. 13. Otfridus apud Lambecium II. p. 760. Amalarius, Theodulfus Aurel. & alii apud Carolum le Cointe T. VII. Annal. 219. ſeq. Bertholdus ſive Bernaldus Conſtantienſis, Epiſtola ad Gebehardum in ſcriptoribus à Tegnagelio editis p. 255. ſeq. Atque hodie etiamnum Hieroſolymam adeuntibus locus oſtenditur in quo Symbolum Apoſtoli condiderint ut refert Gemellus Carreri T. I. itineris per univerſum Orbem ſuſcepti pag. 151.

2) *De tempore diſceſſionis.*

Auctarium Martyrologii Uſuardi, Lubecæ & Coloniæ editum (nam in ſincero Sangermanenſi nihil tale,) Idibus Julii: *Diviſio Apoſtolorum ad prædicandum Verbum DEI per univerſum orbem, quæ ut Beda ſcribit, anno a paſſione duodecimo facta eſt.* Petrus *Antiochiam venit, deinde Romam reſedit, & ibidem crucifigitur.* Paulus *mundum ſua prædicatione illuſtravit, & Romæ decollatur.* Andreas *Achàjæ crucifigitur.* Jacobus *Zebedei, Hieroſolymis decollatur.* Joannes *Epheſo in pace moritur.* Philippus *in Phrygia lapidatur & crucifigitur.* Jacobus *Alphéi, fuſte fullonis perimitur.* Bartholomeus *in India excoriatus decollatur.* Thomas *in alia India, quæ eſt in fine Mundi, transfigitur.* Simon & Thaddeus *in Perſida perimuntur.* Matthæus *in Æthiopia coram altari lancea perforatur.* Matthias *in Judæa martyrium complevit.* Petrus de Natalibus, Epiſcopus Equilinus in Catalogo Sanctorum quem A. C. 1382. ſcribere abſolvit, lib. VI. cap. 69. *Diviſio Apoſtolorum ad prædicandum*, Idibus Julii *celebratur, quia eo die, duodecimo anno poſt Adſcenſionem Domini ad evangelizandum Verbum DEI per Mundum diviſi aſſeruntur, ut impleretur oraculum Pſalmiſtæ David,* quia in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ, verba eorum. *Nam Oriens ceſſit* Thomæ & Bartholomæo, *meridies* Simoni & Matthæo, *aquilo* Philippo & Thaddeo, *medium Mundi* Matthiæ & Jacobo Juſto, *mediterranei maris provinciæ* Joanni

ni & Andreæ, *Occidentis regna* Petro & Jacobo Zebedæi; *totus Mundus* Paulo *Apoſtolo datus eſt, ſecundum quod in ejus collecta, Eccleſia aſſerit dicens*: DEus qui univerſum mundum B. Pauli Apoſtoli prædicatione docuiſti. *Et cantatur in hoc feſto in Miſſa Epiſtola*: Corde enim creditur ad Juſtitiam, *Rom. X. & Evangelium*: Euntes in Mundum univerſum, *Marci ult. quæ ſolennitati maxime conveniunt.* Conferenda Acta Sanctorum Julii XV. T. 4. p. 6. ſeq. Pſeudo Dexter in Chronico ad A. C. XXXIV. p. 36. *Ultima die Junii, Sancti DEI Apoſtoli quadraginta & octo diebus plus minusve poſt adventum Spiritus S. conveniunt in cænaculo Sion, quæ domus erat Mariae matris Joannis, cognomento Marci, ac habito conſilio, ſortitione Divina provincias Mundi prædicationis cauſa inter ſe partiuntur. Contigitque S. Jacobo Zebedæi filio Hiſpania, Joanni Aſia, Matthæo Æthiopia, Thomæ India, Philippo Stythia & Galliæ; quo tempore Canones eduntur & Apoſtolicæ Conſtitutiones componuntur, ad Sacramentorum & totius Eccleſiæ œconomiam.* Multa ad hunc locum Franciſcus Bivarius, in hoc utique ſequendus, quod nec uno eodemque ſuſceptam tempore diſceſſionem, & ſeptem ad minimum annos poſt CHriſti mortem interponendos judicat, antequam Apoſtoli Hieroſolyma relicta in varias regiones ad præconiandum Evangelium ſe contulere. Confer iterum Acta Sanctor. T. IV. Julii p. 10. ſeq.

3) *De Provinciis ſorte diviſis inter Apoſtolos.*

Rufinus lib. 1. Hiſt. Eccleſ. c. 9. *In ea diviſione orbis terræ quae ad praedicandum Verbum DEI, ſorte per Apoſtolos celebrata eſt, cum alias aliis provinciae obveniſſent, Thomae Parthia, & Matthaeo Æthiopia, eique adhaerens citerior India Bartholomaeo dicitur ſorte decretra.* Ex Rufino Socrates lib. 1. cap. 19. ἡνίκα οἱ Ἀπόστολοι κλήρῳ τὴν εἰς τὰ ἔθνη [illegible] ἐποιοῦντο, Θωμᾶς μὲν τὴν Πάρθων ἀποστολὴν ὑπεδέχετο, Ματθαῖος δὲ τὴν Αἰθιοπίαν, Βαρθολομαῖος δὲ ἐκληροῦτο τὴν συνημμένην ταύτῃ Ἰνδίαν. Quanquam vero ſortitione uſos Apoſtolos etiam in deligendo Matthia conſtat ex Actor. I. 25. tamen illam diviſionem per ſortem factam non ſine cauſa parum credibile viſum eſt Baronio ad A. C. XLIV. num. 20. neque neceſſe eſt eos ſecutos morem Romanorum, quibus ſolenne fuit provincias adituros ſortiri. Potius Spiritu S. impellente hoc factum,

factum, ex illis quæ à Luca referuntur, licet colligere, adde Sam. Baſnagium ad A. XLVI. n. 24.

4) *de Locis & regionibus quas ſinguli adiere.*

PETRUS Apoſtolus.

Hieronymus c. 1. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis: *Simon Petrus — poſt Epiſcopatum Antiochenſis* a) *Eccleſiæ, & prædicationem diſperſionis*

a) Antiochiæ docuiſſe Petrum conſtat ex Actor. XI. 20. ubi primum etiam auditum nomen Chriſtianorum. Confer Theodoretum Epiſt. 86. Tillemontii notam 25. ad vitam Petri, & 26. Benedictum Bacchinum de origine hierarchiæ Eccleſiaſticæ p. 196. ſeq. & notis ad Anaſtaſium de vitis Pontificum, ubi Petro XXXVII. annos & duos quaſi menſes Epiſcopatus tribuit, ex quibus XII. circiter tranſegerit in Oriente. Hieronymus in Chron. *Petrus Apoſtolus, quum primus Antiochenam Eccleſiam fundaſſet, Romam mittitur, ubi Evangelium praedicans XXV annis ejusdem Urbis Epiſcopus perſeverat.* Cathedræ Petri Romanæ memoria recolitur 22. Febr. vide Florentinium pag 335. & de prima Eccleſia quam à Petro tradunt dedicatam eſſe, p. 697. ſeq. Tillemontium ad vitam Petri, nota 28. Cathedram Petri ligneam adhuc certis diebus populo viſendam oſtendi narrat Baronius ad A. C. 45. n. 11. Sed de XXV. annis Epiſcopatus Romani, quos cum annis ſeptem Antiochenis memorat etiam liber Pontificalis Damaſo tributus, conſtans apud Euſebium & alios vetuſtiores ſilentium. Nicephorus CPol. duos tantum adſignat annos, alioqui notum eſt Apoſtolos non tam fuiſſe Epiſcopos τοπικοὺς unius civitatis, quam Doctores Oecumenicos uſque quaque Eccleſias CHRISTO colligentes. Ut omittam alia quæ Epiſcopatui Petri tot annorum Romano objiciuntur a Marſilio Patavino in defenſore pacis, Guil. Whitakero T. 2. Opp. p. 595. ſqq. Petro Molinæo novitatis Papiſmi lib 2. Nic. Vedelio libris de Petri Cathedra & Epiſcopatibus. Genev. 1624. à Jo. Rainoldo colloquio cum Hardto p. 404. ſqq. & Frid. Spanhemio filio in quaternione diſſertationum T. 2. Opp. p. 331. ſqq. qui cum

ſionis eorum qui de circumciſione crediderant in Ponto *, *Galatia*, *Cappadocia*, *Aſia & Bithynia*; *ſecundo Claudii anno* b) *ad expugnandum Simonem Magum Romam* c) *pergit*, *ibique viginti quinque annis cathedram ſacerdotalem tenuit usque ad ultimum annum Neronis*, *id eſt, decimum quartum.* (CHriſti 68.)

Epiphanius hæreſi XXVII. n. 6. Petrum & Paulum ſimul Romæ Epiſcopos ſcribit fuiſſe. ἐν Ῥώμῃ γὰρ γεγόνασι πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ Ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ Ἐπίσκοποι. *Romæ primi omnium Petrus & Paulus Apoſtoli pariter atque Epiſcopi fuerunt.* - - - πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως ἠδύναντο ἔτι περιόντων τῶν Ἀποστόλων ἐπισκόπους ἄλλους καθίστασθαι, διὰ τὸ τοὺς Ἀποστόλους πολλάκις ἐπὶ τὰς ἄλλας πατρίδας τὴν πορείαν στέλλεσθαι διὰ τὸ κήρυγμα τοῦ Χριστοῦ, μὴ δύνασθαι δὲ τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν ἄνευ Ἐπισκόπου εἶναι. ὁ μὲν πὰρ Παῦλος καὶ ἐπὶ τὴν Ἱσπανίαν ἀφικνεῖται, Πέτρος δὲ πολλάκις Πόντον δὲ καὶ Βιθυνίαν ἐπεσκέψατο. *Quanquam vel hac quidem ratione poterant viventibus adhuc Apoſtolis Petro & Paulo Epiſcopi alii ſurrogari; quod ii quidem prædicandi Evangelii gratia in alias urbes regionesque profectionem ſuſciperent, carere autem*

Epiſcopo

Ulrico Veleno & auctore der Bewährung etiam contendit nunquam Romam veniſſe Petrum, quod invita tota Antiquitate nolim ego contendere. Ex Lactantio autem c 2. de mortibus perſecutorum, conſtat a tempore quo Apoſtoli ad Evangelium prædicandum in omnem terram diſceſſerunt, & usque ad principium Neroniani Imperii per omnes provincias & civitates fundamenta Eccleſiæ miſerunt, annos XXV. effluxiſſe. Vide Antonium Pagi ad A. C. 43. Gregorius M. lib. VI. Epiſt. 37. ad Eulogium Alex. *Itaque cum multi ſint Apoſtoli, pro ipſ[illegible]men principatu ſola Apoſtolorum principis ſedes in autoritate convaluit quae in tribus locis unius eſt. Ipſe enim ſublimavit ſedem,* (Romanam) *in qua etiam quieſcere & praeſentem vitam finire dignatus eſt. Ipſe decoravit ſedem* (Alexandrinam) *in qua Evangeliſtam diſcipulum* (Marcum) *miſit. Ipſe firmavit ſedem* (Antiochenam) *in qua ſeptem annis, quamvis diſceſſurus ſedit.*

* Origenes apud Euſeb. III. 1. ex 1. Petr. I. 1. adde Tillemontium T. 1. memor. p. 169. ſeq.

b) Euſebius II. 14. Hiſt. ἐπὶ τῆς αὐτῆς Κλαυδίου βασιλείας.

c) ἐν Ἰταλίᾳ κηρύξας τὸ Εὐαγγέλιον. Oecumen.

Epiſcopo Romæ non poſſet: ſiquidem Paulus in Hiſpaniam profectus eſt, Petrus vero Pontum & Bithyniam ſæpius inviſit. Confer quæ ex Amaſenorum & Sinopenſium traditione referuntur in Actis Sanctorum 26. April. p. 417.

Eucherius de Petro: *Bithyniam pariter & Pontum, provinciasque confines dum Judæis prædicans circumivit, poſtremo Romam illuſtraturus acceſſit.*

Nicephorus lib. 2. Hiſt. c. 35. οὐχ ἧττον γὰρ καὶ Πέτρος τὴν γῆν διελθὼν καὶ τοῖς ἐκ περιτομῆς ἅπασιν ἔν τε Παλαιστίνῃ καὶ Συρίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ σχεδὸν γῇ τὸ κήρυγμα διασπείρας, κἀν ταῖς ἀρχαῖς τοῦ Νέρωνος τῇ Ῥωμαίων ἐπιδημήσας.

Alia certa & incerta de Petro & ejus geſtis dabunt *Abdias* libro I. *Marcellus* de Petri & Pauli actis. *Nicetæ* & aliorum homiliæ T. IX. Bibl. Græcæ pag. 134. memoratæ. *Theophanes* Cerameus homilia 55. *Hieronymus Xaverius* S. J. in hiſtoria Petri Perſice & Latine edita a Ludovico de Dieu Lugd. Bat. 1639. 4.

Acta Sanctorum T. V. Junii 29. ubi etiam *Simeonis Metaphraſtæ* de Petro p. 411. *Lini* p. 424.

Caroli Stengelii commentarius Auguſtæ Vindel. 1621. 4. &c.

Romæ fuiſſe Petrum probant ex teſtimoniis Papiæ, Ignatii, Caji, Irenæi, Origenis, Lactantii, Euſebii, Epiphanii & aliorum,

Fr. Agricola in atteſtatione SS. Patrum quod S. Petrus Romæ fuerit. Colon. 1605. 8.

Bellarminus lib. 2. de Pontifice Romano.

Auguſtinus Calmet diſſ. ſur le voyage de S. Pierre a Rome, ante commentarium in Epiſtolas Catholicas T. VIII. edit. in fol. p. 230. ſeq.

Jo. Cochlei de Petro & Roma, adverſus Ulricum Velenum, libri IV. Moguntiæ 1524. 4.

Georgius Corteſius adverſus negantes B. Petrum Romæ fuiſſe Venet. 1573.

Jo. Fiſcherus Roſenſis Epiſcopus p. 1299. Operum. contra Ulricum Velenum.

Jacobus Gretſerus lib. 2. defenſionis Bellarmini de ſummo Pontifice T. 1. p. 655. ſeq. contra Danæum, Junium, Sutlivium, Sibrandum.

Johannes Picardus ad Anſelmi Cantuarienſis lib. 3. Epiſt. 2. p. 563.

Alphonſus Salmero tomo ultimo Operum p. 413. ſeq.

Pro eadem ſententia pugnant etiam è Proteſtantibus non pauci, ut *Samuel Baſnage* ad A. C. 64. n. 9.

Gulielmus Caveus in vita S. Petri, capite X. ejusque appendice, adverſus Fridericum Spanhemium.

Barthol. Chriſtiani Richardi Corbachio Valdecienſis, adventus Petri Romam ex antiquitate Eccleſiaſtica adverſus eundem Spanhemium defenſus. Witebergæ 1703. 4. &c.

ANDREAS Apoſtolus.

Sophronius &, qui eadem fere habet ad verbum, Oecumenius:

ἈΝΔΡΈΑΣ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὡς οἱ πρὸ ἡμῶν παραδεδώκασιν, Σκύθαις καὶ Σογδιανοῖς καὶ Σάκκαις

ANDREAS frater * hujus, ut majores noſtri prodiderunt, Scythis, a) & Sogdianis, & Saccis

ἐκη-

* Simonis Petri, de quo Hieron. cap. 1. de Script. Eccleſ.

a) Origenes 3. in Geneſin apud Euſeb. III. 1. hiſt. Ἀνδρέας δὲ τὴν Σκυθίαν. Eucherius Lugd. quæſt. in Acta Tom. 6. Bibl. Patrum Lugd. p. 852. *per evangelizandum DEI verbum Apoſtoli ſeſe in Orbis partes intulerunt, quantum narrat hiſtoria, Bartholomæus in Indos, Thomas tetendit in Parthos, Matthæus Æthiopes, Andreas Scythas prædicatione mollivit; Joannes Aſiam Divina prædicatione correxit, Petrus Cappadociam atque Galatiam, Bithyniam pariter & Pontum provinciasque confines, dum Judæis prædicat, circuit: poſtremo Romam illuſtraturus acceſſit.* Iſidorus, de Andrea: *hic in ſorte prædicationis Scythiam atque Achajam accepit.* Dorotheus: πᾶσαν τὴν παρα-

ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν Σεβαστοπόλει ἐκήρυξε, τῇ μεγάλῃ, ὅπου ἐστὶν ἡ παρεμβολὴ Ἀψάρου, καὶ Φάσις ὁ ποταμὸς, ἔνθα οἰκοῦσιν Αἰθίοπες οἱ ἐσώτε-

prædicavit Evangelium Domini noſtri Jeſu Chriſti, & in Sebaſtopoli prædicavit, quæ cognominatur magna, ubi eſt irruptio Apſari, & Phaſis fluvius, illic

N 2

λίαν τῆς Βιθυνίας τε καὶ Πόντου, Θράκης καὶ Σκυθίας διῆλθεν εὐαγγελιζόμενος τὸν Κύριον. Hippolytus: Ἀνδρέας Σκύθαις καὶ Θρᾴκαις κηρύξας. ita & Martyrolog. Rom. 30. Nov. Theodoretus in Pſalm 116. ὁ θεσπέσιος Ἀνδρέας τὴν Ἑλλάδα ταῖς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖσι κατηύγασεν. Gregorius Naz. Orat. 25. p. 438. ἔστω Πέτρου ἡ Ἰουδαία, τί Παύλῳ κοινὸν πρὸς τὰ ἔθνη, Λουκᾷ πρὸς Ἀχαΐαν, Ἀνδρέᾳ πρὸς τὴν ἤπειρον, Ἰωάννῃ πρὸς Ἔφεσον, Θωμᾷ πρὸς Ἰνδικὴν, Μάρκῳ πρὸς Ἰταλίαν; Apud *Sinopenſes* in *Ponto* præconiaſſe Evangelium cum Petro, traditur in Menæis 30. Nov. pag. 486. & *actus* Andreæ olim jactatos, quos fecerit de *Ponto* veniens in *Græciam*, memorat Philaſtrius hæreſi 88. S. Paulinus natali IX. S. Felicis p. 610.

Hic pater ANDREAS, hic qui piſcator ad Argos
Miſſus, vaniloquas docuit miteſcere linguas,
Qui poſtquam populos ruptis erroris iniqui
Retibus explicuit, traxitque ad retia CHriſti,
Theſſalicas fuſo damnavit ſanguine Patras.

S. Hieronymus Epiſt. 148. ad Marcellam, *in omnibus locis verſabatur* (DEI ſermo) *cum Thoma in India, cum Petro Romæ, cum Paulo in Illyrico, cum Tito in Græcia, cum Andrea in Achaja, cum ſingulis Apoſtolis & Apoſtolicis viris in ſingulis cunctisque regionibus.* S. Chryſoſtomus ſive quisquis auctor homilia in XII. Apoſtolos T. 8. edit. novæ, appendice p. 11. Πέτρος ἐντεῦθεν μαθητεύει τὴν Ῥώμην. Παῦλος ἐκεῖθεν εὐαγγελίζεται κόσμον. Ἀνδρέας τῆς Ἑλλάδος σοφοὺς διορθοῦται. Σίμων διδάσκει τὸν Θεὸν τοὺς βαρβάρους. Θωμᾶς διὰ βαπτίσματος λευκαίνει τοὺς Αἰθίοπας. Ἰακώβου τὴν καθέδραν ἡ Ἰουδαία τιμᾷ, Μάρκου τὸν θρόνον Ἀλεξάνδρεια ἡ παρὰ Νεῖλον ἀσπάζεται. Λουκᾶς καὶ Ματθαῖος γράφουσι τὰ Εὐαγγέλια. Ἰωάννης ἔτι θεολογῶν μετ᾽ τέλος θεραπεύει τὴν Ἔφεσον. Βαρθολομαῖος παιδαγωγεῖ σωφρονῶν τοὺς Λυκάονας. Φίλιππος θαυμα-

ἐσώτεροι. b) Θάπτεται δὲ ἐν Πάτραις c) τῆς Ἀχαΐας, σταυρῷ d) παραδοθεὶς ὑπὸ Αἰγέα e) τοῦ βασιλέως Ἐδεσσηνῶν.

incolunt Æthiopes interiores. Sepultus eſt autem Patris civitate Achajæ cruci ſuffixus ab Ægea Præfecto Edeſſenorum.

Wala-

τουργῶν σώζει τὴν Ἱεράπολιν. ἅπαντες ἁπανταχοῦ πάντας εὐεργετοῦντες οὐ παύονται. Nicephorus Calliſtus lib. 2. hiſt. Eccleſ. c. 39. cum dixiſſet etiam Andreæ ſorte obtigiſſe, ut ad Gentes mitteretur, Καππαδοκία μὲν οὖν αὐτῷ καὶ Γαλατία καὶ ἡ τῶν Βιθυνῶν διελάγχανον. ἐπῆλθε γε μὴν καὶ τὴν ἣ τῶν ἀνθρωποφάγων ὠνόμασται, ἤτε Σκυθῶν ἐρημία, εὔξεινός τε Πόντος ἑκάτερος, τά τε πρὸς Βορρᾶν καὶ Νότον αὐτοῦ κλίματα, τό τε Βυζαντίου πεδίον, ἐφ᾽ ᾧ καὶ πρῶτον, ἐπίσκοπον τὸν θεῖον Στάχυν καταστήσας ἐν ἐκκλησίᾳ ἣν ἐκεῖσε πρῶτος οὗτος ἐπήξατο. εἶτα διὰ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας, Θεσσαλίας τε καὶ Ἀχαΐας ἐλθὼν &c. Quod de Stachye primo *Byzantii* Epiſcopo ab Andrea conſtituto tradit Nicephorus Calliſtus & hoc loco & VIII. 6. idem ante eum Nicephorus CPol. ſcripſerat in Chronico pag. 309. edit. Scaligeri, habent etiam Codinus Origg. CPol. n. 124. Martyrolog. Rom. 31. Octobr. & Menæa Græcorum, Philippus Cyprius & alii recentiores Græci apud Lambecium T. 3. p. 55. 56. 154. Sed antiquis ſcriptoribus hoc ignoratum, adeoque exigua dignum eſſe fide diſputant Tillemontius Tom. 1. memoriar. pag. 619. & Natalis Alex. ſec. 1. cap. 8. p. 15. Adde quos laudavi T. 6. Bibl. Græcæ p. 707. Longe minus probari poteſt à Petro datos primos Byzantio Epiſcopos, ut contra Baronium diſputat Sam. Baſnage ad A. C. 46. n. 29. Idem dixeris de Moſcorum traditione qui in *Ruſſia* S. Andream Evangelium prædicaſſe ajunt, ut notatum in Actis Sanctor. T. 1. Maji p. 54.

b) ἐσώτεροι recte, ut etiam apud Dorotheum: nec cum Bocharto legendum ἕτεροι. Hæc eſt quæ δευτέρα Αἰθιοπία infra ubi de Matthia, neque neceſſe eſt cum Huetio ibi legere ἐσωτέρα.

c) Florentinius pag. 116. ſeq. Gaudentius ſermon. 17. Martyrolog. Rom. 30. Nov. & Cathedra ſive ordinatio *Epiſcopatus* S. Andreæ *Patris*, in Martyrologio Hieron. quinto Februar. pag. 300. Florentinii, & in Actis Sanctor. T. 1. p. 594.

d) ἐπὶ ἐλαίας ὄρθιος. Hippolyt.

e) Niceph. II. 39. ὑπὸ τοῦ ἀνθυπάτου Αἰγεάτου. ita & Doroth.

Walafridus Strabus de S. Andrea T. XV. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 253.

Quis numerare valet populoſis oppida turmis
Illius eloquio qui fana profana fricabant
Credula pandentes Regi præcordia CHriſto.

Plura de hoc Apoſtolo dabunt *Heſychius* presbyter in laudatione S. Andreæ apud Photium Biblioth. Cod. 296. *Procli* CPol. *Arſenii*, *Epiphanii* Monachi, & *Nicetæ* ſermones quos laudavi T. IX. Bibl. Græcæ p. 54.

Abdias libro III. & quæ ad eum notata p. 457. ſq. T. 1. Codicis Apocryphi Novi Teſt. & p. 757. ſeq.

Paſſio S. Andreæ apud Lipomannum & Surium 30. Nov.

Theophanes Cerameus homilia quinquageſima.

Combefiſius in Bibliotheca Concionatoria T. VI. p. 1-60.

Andreas Sauſſæus de gloria S. Andreæ libri XII. Pariſ. 1656. fol.

JACOBUS major.

Sophronius:

ΙΑΚΩΒΟΣ ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, ταῖς δώδεκα φυλαῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, πᾶσιν ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀνῃρέθη δὲ μαχαίρᾳ ὑπὸ Ἡρώδου f) Τετράρχου τῶν Ἰουδαίων.

JACOBUS Zebedæi filius, duodecim tribubus quæ erant in diſperſione, omnibus prædicavit Evangelium Domini noſtri JEſu Chriſti. Interfectus eſt autem gladio ab Tetrarcha Judæorum.

Nicetæ Paphlagonis in hunc Jacobum T. 1. auctarii noviſſimi Combefiſ. p. 347. vide & T. 7. Bibl. Concionatoriæ p. 396. & Acta Sanctorum 1. Maji. Abdiam libro IV. &c. De *Hiſpania* quam hunc Jacobum fingunt quidam adiiſſe, dicetur infra cap. XVI.

PHILIPPUS Apoſtolus.

Sophronius:

ΦΙΛΙΠΠΟΣ ὁ Ἀπόστολος g) ἐν Φρυ-

PHILIPPUS Apoſtolus in Phry-

f) Ab Herode Agrippa A. C. 44. Claudii 4. Actor. XII. 2. Clemens Alex. apud Euſeb. II. 9. hiſt. referens eum qui Jacobum detulerat permotum viri conſtantia & ipſum Chriſtianum ſe profeſſum & cum Jacobo capite truncatum.

g) Nicetas pag. 382. τῆς Ἀσίας τὰ κλίματα περιιών. Idem

A. d. 8 66845

Φρυγίᾳ κηρύσσει τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, θάπτεται ἐν Ἱεραπόλει h) μετὰ τῶν θυγατέρων ἐνδόξως.

gia prædicat Evangelium Domini Jeſu. Sepelitur Hierapoli, cum filiabus honorifice.

Walafridus Strabus de S. Philippo:

Barbara qui docuit doctrinis agmina ſacris
Credere per Scythiam, ſalvantem ſæcula CHriſtum:
Inde Aſiam properat ſanctis convertere byblis,
Sic felix Aſiæ convertit dogmate regnum,
In qua poſt obitum fatali ſorte quieſcit.

Beda in collectaneis T. 3. Opp. p. 485. *Apoſtoli CHriſti, prædicatores Fidei & doctores Gentium, certis locis in Mundo ad prædicandum ſortes proprias acceperunt,* Petrus *namque Romam accipit,* Andreas *Achajam,* Jacobus *Hiſpaniam,* Thomas *Indiam,* Joannes *Aſiam,* Matthæus *Macedoniam,* Philippus *Galliam,* Bartholomæus *Lycaoniam,* Simon Zelotes *Ægyptum,* Matthias *Judæam,* Jacobus frater Domini *Hieroſolymam.* Paulo *cum cæteris Apoſtolis nulla ſors proprie traditur, quia in omnibus gentibus Magiſter & Prædicator eligitur.*

Thomas Cantipratanus lib. 2. apiarii c. 25. *Primo Cornelium, poſtea Romam obtulit* Petrus. *Maria Magdalena pretioſum unguentum.* Paulus *fere totum Mundum. Apoſtoli cæteri ſingulas regiones; utpote* Andreas

pag. 391. *αὐτὸς ἐν Φρυγίᾳ προσέβαλε ἅμα τῇ Λυκαονίᾳ καὶ τῇ Ἀσίᾳ.* Syriam, Aſiamque ſuperiorem Philippo & Bartholomæo tribuit Nicephorus II. 39. Myſiam & Lydiam nominant Menæa. Abdias quoque Scythiam. Iſidorus: *Philippus Gallis prædicat CHriſtum, barbarasque gentes vicinas tenebris & tumenti Oceano conjunctas ad ſcientiæ lumen fideique portum perducit.* Galatas Aſiaticos intelligit Baronius, refragante Petro de Marca: Galatas pro Gallis etiam in textum repoſuit Jac. Breulius, quod temere ab eo factum contendit Uſſerius c. 2. antiquitatt. Britannic. Eccleſ. Tamen *vellem teſtes alios, qui nobis Philippum Apoſtolum afferrent;* inquit Combefiſius Gallus notis ad Nicetam pag. 492. & Iſidoro fidem detrahunt Launojus, Tillemontius & alii.

h) Vide notas ad Clementem Alex. 3. Strom. p. 535. edit. Oxon. Acta Sanctor. 1. Maji, Florentinium p. 152.

dreas *Achajam*, Jacobus major *Hiſpaniam*, Joannes *Aſiam*, Thomas *Indiam*, Jacobus minor *Judæam*, Philippus *Perſidem*, Bartholomæus *Indiam citeriorem*, Matthæus *Æthiopiam*, Simon *&* Thaddæus *Meſopotamiam*, Matthias *Palæſtinam*, *Martyres generaliter ſanguinem*, *Confeſſores linguam*, *Virgines ſanctimoniam.*

Julianus Toletanus commentario in quatuor priores verſus Nahum, ad verba Prophetæ, qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina ejus: *Iſti ergo pedes Domini fuerunt, qui eum prædicando per univerſum mundum detulerunt.* Petrus *enim eum Romam*, Andreas *Achajam*, Joannes *Aſiam*, Philippus *Galliam*, Bartholomæus *Parthiam*, Simon *Ægyptum*, Jacobus *Hiſpaniam*, Thomas *Indiam*, Matthæus *Æthiopiam*, Judas Thaddæus *eum retulit Meſopotamiam.* Jacobus Alphæi *eum retinuit Hieroſolymam. Quisque ſua ſorte CHriſtum ſparſit ſine ſorde, per* Paulum *vero toto diſpergitur orbe.*

Plura de Philippo Abdias libro X. Metaphraſtes in Actis Sanctor. T. I. Maji, Latine p. 12. & Græce p. 733. Nicetas T. I. auctarii Combefiſiani noviſſ. p. 379. Bibl. Concionatoriæ T. 6. p. 464. Theophanes Cerameus homilia XLIX. & quæ notavi in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 738. 806. & T. 9. Bibl. Græcæ p. 135. ſeq.

De Philippo Diacono & Evangeliſta, Acta Sanctor. VI. Junii, T. I. p. 618. ſeq.

JACOBUS minor Alphæi F. Frater DOMINI,

Auctor Epiſtolæ ad Judæos undique diſperſos ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ. Per triginta annos rexiſſe Chriſtianam Hieroſolymis Eccleſiam traditur a S. Hieronymo, libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis c. 2. Ab minore diſtinguens Nicephorus II. 40. Jacobum Alphæi narrat Gazæ primum, deinde Eleutheropoli & in vicinis civitatibus, denique apud Ægyptios verſatum & Apoſtoli functum eſſe munere: quod leges etiam apud Glycam & alios juniores. Atque diverſum eſſe multis adverſus Baronium ad A. C. 44. n. 36. diſputat Franc. Combefiſius T. 2. auctarii novi Bibl. Patrum p. 840. & pag. 849. contendit haud ita liquere cuinam ex tribus Jacobis Epiſtola quam habemus Catholica tribuenda veniat. Vide etiam T. 6. Bibl. Concionatoriæ & Acta Sanctor. Maji T. I. p. 30. Malim tamen hac in parte Baronio aſſentiri, & Jacobum Alphæi cum fratre Domi-

Domini eundem facere, quam ſententiam vide ſi placet quibus argumentis confirmant Natalis Alex. ſæculo I. c. 8. pag. 17. ſeq. Tillemontius T. 1. memoriar. p. 405. 663. ſeq. & D. Jo. Henricus Michaëlis in introductione hiſtorico Theologica ad Epiſtolam Jacobi, Halæ Sax. 1722. 4. Sane videmus veteres etiam Jacobo Alphæi tribuere, quæ ad Jacobum fratrem Domini referre alii non dubitant. Sic de Jacobo Alphæi Walafridus Strabus:

Quem plebs Judæa ſævo bacchante tumultu
Pulſum de pinna fullonis fuſte necavit &c.

Plura ad Abdiam libro VI. Veterum Græcorum orationes encomiaſticas in Jacobum vide ſi placet laudatas T. 9. Bibl. Græcæ pag. 84.

BARTHOLOMÆUS.

Sophronius:

ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙ̃ΟΣ ὁ Ἀπόστολος, Ἰνδοῖς, h) τοῖς καλουμένοις εὐδαίμοσιν, i) ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον αὐτοῖς εὐαγγέλιον k) ἔδωκεν. Ἐκοιμήθη δὲ ἐν Ἀλβανοπόλει. l) τῆς μεγάλης Ἀρμενίας.

BARTHOLOMÆUS Apoſtolus, Indis iis qui dicuntur fortunati, prædicavit Evangelium Chriſti, & Evangelium quod eſt ſecundum Matthæum eis tradidit. Dormivit autem Albanopoli oppido majoris Armeniæ.

Conferendus Abdias libro VIII. Venantius Fortunatus V. 2.

Redditur avulſis ſpinis urbs Romula princeps
Principis egregii vomere culta Petri.
Paulus *ad Illyricos, Scythicas penetrando pruinas*
Dogmate ferventi frigora ſolvit humi.

Mat-

h) Indis citerioribus Æthiopiæ vicinis. Socrates lib. 1. c. 19. ex Rufino lib. 1. c. 9.

i) Nicetas p. 395. Ἄραψι τοῖς καλουμένοις εὐδαίμοσιν, τοῖς Ἰνδοῖς τῶν ταῦτα, καὶ τοῖς ἐῴοις Αἰθίοψιν. *Lycaonibus.* Chryſoſt. & Iſidorus.

k) Pantænus apud Euſeb. V. 10.

l) Οὐρβανόπολιν vocat Nicetas p. 396. Iſidor. *Albano.* Hippolyt. Ἀλβανῷ MS. Ἀλανῷ. Doroth. Κορβανοπόλει.

Matthæus Æthiopes attemperat ore vapores,
Vivaque in exuſto flumina fudit agro.
Bellica Perſidis Thomæ *ſubjecta vigori,*
Fortior efficitur victa tiara DEO,
Lucida perſpicuo datur India Bartholomæo,
Andreæ *monitis extat Achaja ſeges.*

Idem Venantius alio loco:

Inde triumphantem fert India Bartholomæum,
Matthæum eximium Naddaver alta virum.

Walafridus Strabus:

Ultima terrarum præpollens India conſtat
Quam tres in partes librorum ſcripta ſequeſtrant,
Idola quæ coluit paganis dedita ſacris,
Sed Bartholomeus *deſtruxit lurida fana* &c.

Philoſtorgius II. 6. memorat τὰς ἐνδοτάτω Ἰνδὰς ὅσοι χριστὸν ἔμαθον τιμᾶν ἐκ τῆς Βαρθολομαίου τοῦ Ἀποστόλου διδασκαλίας.

Hanc de Bartholomæo, Indorum Apoſtolo traditionem in dubium vocat V. C. Samuel Baſnage ad A. C. 46. n. 35. argumentis non adeo firmiſſimis ductus.

Græcorum orationes encomiaſticas in Bartholomæum laudavi T. 9. Bibl. Græc. p. 61.

MATTHÆUS Apoſtolus & Evangeliſta.

χώραν ἐκ χώρας ἀμείβων, καὶ ἔθνος ἐξ ἔθνους, de regione in regionem, ex gente in gentem profectus, denique ad Anthropophagos acceſſiſſe traditur à Nicephoro II. 41. Æthiopiam provinciam ſuſcepiſſe narrat Abdias libro ſeptimo: idem ferunt Rufinus lib. X. hiſt. Eccleſ. c. 9. Socrates lib. 1. c. 19. Martyrolog. Rom. 21. Sept. ut Eucherium, Venantium Fortunatum, cui etiam *Naddaver* alta, civitas magna Æthiopiæ memoratur, Gregorium M. Haymonem, alioſque juniores prætercam. Porro hoc non intelligendum de Habeſſinia, ſed de Æthiopia inferiore ſive Nubia. Vide Illuſtris Ludolfi commentar. ad Hiſt. Æthiop. p. 280. Alii alias regiones Matthæo tribunt. Hebræis enim primum prædicaſſe affirmat

Euſebius III. 24. Hiſtor. tum alias regiones adiiſſe: Perſidem Ambroſius in Pſalm. 45. ubi & obiiſſe martyrium teſtatur Martyrologium à Florentinio editum 6. Maji & 21. Sept. Macedoniam Iſidorus Hiſp. c. 77. de vita & morte Sanctorum, Freculphus & Druthmarus: Parthiam Mediamque *Paulinus* Nolanus carm. 27. & Menæa 16. Nov. Syriam ſuperiorem juxta Euphratem Simeon Metaphraſtes: quibus conſentaneum eſt quod Nicetas Paphlago, Hippolytus & Dorotheus in Synopſi, Hierapolin Matthæi martyrio illuſtrem fuiſſe ſcribunt.

Orationes Græcorum encomiaſticas in Matthæum memoravi T. 9. Bibl. Græcæ p. 122.

LUCAS Evangeliſta, & ſcriptor Actorum Apoſtolicorum.

Nicephorus lib. 2. cap. 43.

Λουκᾶς δ᾽ ἐξ Ἀντιοχείας εἷλκε τὸ γένος, ἥτις κατὰ τὴν κοίλην κεῖται Συρίαν· τέχνῃ μὲν ἰατρός· ἄκρως δὲ τὴν ζωγράφου τέχνην ἐξεπιστάμενος. Θήβαις δ᾽ ἐν ἑπταπύλοις τῷ θεσπεσίῳ περιτυχὼν Παύλῳ, τὴν πατρῴαν πλάνην ἀπείπατο Χριστῷ προσιών. ἀντὶ δὲ σωμάτων, τὴν τῶν ψυχῶν ἠλλάξατο θεραπείαν. καὶ δὴ τὸ κατ᾽ αὐτὸν εὐαγγέλιον συνεγράψατο Παύλου ὑπαγορεύσαντος. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰς τῶν ἀποστόλων πράξεις. συνδιαγαγὼν δὲ ἐν Ῥώμῃ τῷ Παύλῳ, ἐπανήκει τῇ Ἑλλάδι αὖθις. πολλοὺς δὲ τῷ φωτὶ τῆς θείας γνώσεως ποδηγήσας, ὑπὸ τῶν ἀθετούντων τὸν θεῖον λόγον, ἐπὶ καρποφόρου ἐλαίας ἀναρτηθείς· οὐ γὰρ ἦν ξύλον ξηρὸν ὥστε εἰς σταυρὸν διασκευασθῆναι. τῷ Θεῷ τὴν

Lucas autem Antiochiæ,* quæ in Cœleſyria eſt, ortus, arte quidem medicus, ſed & pingendi peritiſſimus, Thebis, quæ urbs ſeptem habuit portas, ad Paulum venit: atque ibi nuncio errori patrio remiſſo, ad CHRISTUM acceſſit, pro corporum curatore animarum medicus factus. Evangelium is ſuum Paulo dictante ſcripſit, atque itidem Apoſtolorum acta. Cum Paulo autem Romæ quum fuiſſet, in Græciam eſt reverſus, plurimosque ibi Divinæ doctrinæ & cognitionis luce illuſtravit: & tandem à Divini verbi contemptoribus ex fructifera oleæ arbore ſuſpenſus, quod aridi ligni unde crux fieret copia non eſſet, Deo ſpiritum commendavit: quum octua-

ψυχὴν

* Euſeb. III. 4. Hiſt. Hieron. c. 7. de Scriptoribus Eccleſ.

ψυχὴν παρατίθησιν. ὀγδοήκοντα ἐτῶν γενόμενος, ὥς φασιν.

ginta, ut dicitur, annos natus eſſet.

Andreæ Cretenſis, Oratio encomiaſtica in Lucam, quæ apud me eſt MS. incipit: ὄντως εὐφημία θεολογίας καὶ οἰκονομίας. Alias retuli T. 9. Bibl. Græcæ p. 107.

MARCUS Evangeliſta.

Nicephorus lib. 2. cap. 43.

[Ἀλλά] τοι περὶ μὲν Μάρκου καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν κηρύγματος ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν τῷ παρόντι τόμῳ ἡμῖν ἀρκούντως εἴρηται. οὗτος δὲ, ἀδελφιδοῦς ἦν Πέτρῳ τῷ Ἀποστόλῳ. ἐπὶ δὲ Τιβερίου Καίσαρος, τῇ Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ, ἔτι δὲ καὶ τῇ Βαρβαρικῇ πάσῃ τὸν Χριστοῦ λόγον εὐαγγελισάμενος, καὶ ὑπαγορεύοντος Πέτρου τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον συγγραψάμενος, ἐν Κυρήνῃ τε καὶ Πενταπόλει πολλὰ καὶ ἄπειρα ἐργασάμενος, καὶ ἐκκλησίας ἀνοικοδομήσας· κλήρους τε καὶ ἐπισκόποις, καὶ τἆλλα προσηκόντως διενεργήσας, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πάλιν ἐπάνεισι. ὅπου δὴ τὰς διατριβὰς ποιούμενος ἐν τοῖς Βουκέλου ὀνομαζομένοις μετά τινων ἀδελφῶν, παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν κηρύττων.

Sed enim de Marco, ejuſque in Ægypto prædicatione, in hoc ipſo libro* antea à nobis ſatis eſt dictum. Is enim Petri ſororis filius, imperante Tiberio, Ægypto & Libyæ, Barbariæque univerſæ, CHRISTI verbum evangelizans annunciavit, Evangelium ſuum dictante atque comprobante Petro ſcripſit, apud Cyrenæos & Pentapolitanos quam plurima admiranda fecit, eccleſias conſtruxit: clerum & epiſcopos, atque alia inſuper quæ opus erant, ritè & ordine conſtituit. Et tandem Alexandriam eſt reverſus: ubi cum quibuſdam fratribus in loco cui Buceli nomen erat, habitavit, libere CHRISTVM deprædicans.

Marco autem non *Alexandrinum* modo de quo ſupra p. 83. ſed *Aquilejenſem* etiam Apoſtolatum ſunt qui tribuunt. Vide Acta Sanctor. 25. April. T. 3. p. 346. & Ughelli Italiam ſacram T. V. p. 19. Præterea *Laureacenſem* in Norico. Vide Morocuti obſervationem in laudato Ferdinandi Ughelli loco, editionis novæ Venet. 1720. fol.

Græcorum narrationes & homilias encomiaſticas in Marcum retuli T. 9. Bibl. Græcæ p. 109. ex quibus non omittendum quod

* Lib. 2. Nicephori cap. 15.

quod Jo. Franciſcus Albanus qui *Procopii* Diaconi & Chartophylacis ſermonem Latine vertit, idem eſt qui deinde ſub Clementis XI. nomine Romanæ præfuit Eccleſiæ ad A. 1700. 23. Nov. ad A. 1721. 19. Mart.

Theodorus Bibliander de vita S. Maci Baſil. 1590. 8. ut omittam laudatos ſupra p. 67.

THOMAS Didymus, Apoſtolus.

Recognitiones Clementis IX. 29. *Ecce ex adventu juſti & veri Prophetæ, vixdum ſeptem anni ſunt in quibus ex omnibus gentibus convenientes homines ad Judæam, & ſignis ac virtutibus quæ viderunt, ſed & Doctrinæ majeſtate permoti, ubi receperunt fidem Ejus, abeuntes ad regiones ſuas, illicitos quosque Gentilium ritus & inceſta ſprevere conjugia. Denique apud* Parthos, *ſicut nobis THOMAS, qui apud illos Evangelium prædicat, ſcripſit, non multi jam erga plurima matrimonia diffunduntur, nec multi apud* Medos *canibus objiciunt mortuos ſuos, neque* Perſæ *matrum conjugiis aut filiarum inceſtis matrimoniis delectantur, nec mulieres* Suſides *licita ducunt adulteria: nec potuit ad crimina Geneſis * compellere, quos Religionis doctrina prohibebat.*

Metellus Tegerſeenſis Odis in laudem S. Quirini Matyris ſcriptis circa A. C. 1160. editisque a Caniſio T. I. (edit. novæ T. 3. parte 2. p. 130.) & a Mabillonio T. 3. act. ſanctor. Benedictinor.

Lydia regna quondam
Perſidæ cum principibus progenieque Regum
Se Fidei dederunt,
Primitivis Eccleſiæ temporibus ſubacta.
Rebus Apoſtolorum
Strenue geſtis Domini jura libens recepit.
Cœlica totus orbis.
Indiæ de finibus ortus dat ubi diem ſol,
Quæ tenet arva Thomas:
Usque Spanos occidui ſideris axe clauſos
Quos Jacobus *docebat:*
A Scytharum frigoribus perpetuis in ævum

Quæ

* Propter aſtrorum creditam ſuffragationem facinus patrandi occaſio petita ex themate genethliaco.

Quæ tulerat Philippus:

Ad peruſta proxima quadrantificat nigellos
Æthiopes Matthæus:
Mundus omnis dogmata jam reſcierat ſalutis
Barbarie relicta
Diſciplinam Catholicæ religionis hauſit.

Walafridus Strabus de Thoma:

Hunc igitur ſoboles miſit veneranda Tonantis
Eoas gentes almis convertere byblis;
Plurima magnificis patrantem ſigna triumphis
India dum ſacris coluit ſimulacra nefandis,
Sed confeſſa fidem Thoma lucrante ſalutem &c.

Venantius Fortunatus:

Bellica Perſidos Thomæ ſubjecta vigori.

Sophronius:

ΘΩΜᾶΣ ὁ Ἀπόστολος, καθὼς ἡ παράδοσις περιέχει, Πάρθοις m) καὶ Μήδοις καὶ Πέρσαις καὶ Καρμανοῖς n) καὶ Ὑρκανοῖς καὶ Βάκτροις καὶ Μάγοις o) ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου. Ἐκοιμήθη ἐν πόλει Καλαμίνῃ τῆς Ἰνδικῆς. p)

THOMAS Apoſtolus, quemadmodum traditum eſt nobis, Parthis & Medis & Perſis & Carmanis & Hyrcanis & Bactris & Magis prædicavit Evangelium Domini. Dormivit in civitate Calamina, quæ eſt Indiæ.

Calaminam exiſtere tantum in Utopia & cerebro male feriato, ſcribit Steph. le Moyne notis ad varia ſacra p. 1060. qui ſuſpicatur *καλιρόην* ſive Edeſſam ſub illo nomine latitare, ubi S. Thomæ oſtentatæ fuere reliquiæ. Kircherus vero Chinæ illuſtratæ c. 79. Calami-

O 3

m) Origenes apud Euſeb. III. 1.

n) Doroth. Γερμανοῖς. Ita & Oecumen.

o) Hippolytus editus Μάργοις. Combefis. Μάρδοις. Sed MS. Regium teſte Cotelerio, Μάγοις. Iſidor. *Trajanis.* lege *Bragmanis.*

p) Indorum Apoſtolum Thomam faciunt Ambroſius in Pſal. 45. Gaudentius ſermone 17. Nazianzenus, Paulinus, Hieronymus, Abdias, Metellus Tegerſeenſis, Metaphraſtes &c.

lurminam interpretatur, *Maliapuram* S. Thomæ Civitatem dictam a Luſitanis, Narſingæ ultra Indum fluvium metropolin, cum veteres ad citeriorem modo Indiam Thomam penetraſſe teſtentur, unde illi ſententiæ fidem detrahit præter laudatum Lemonium Samuel Baſnage ad A. C. 46. n. 32. ſeq.

Plura Abdias libro IX. Simeon Metaphraſtes apud Surium 20. Dec. & Nicephorus *lib. 2. Hiſt. cap.* 40. qui Parthos, Medos, Indos & Æthiopas inſulamque Taprobanem (Zeilan) adiiſſe, & Brachmanum gentem docuiſſe narrat. Græcorum in Thomam Apoſtolum homilias, Baſilii Seleuc. Chryſoſtomi, Nicetæ & aliorum memoravi T. 9. Bibl. Græcæ p. 149. ſeq. Itinerarium Thomæ in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 819. Nubianos per B. Thomam ad fidem CHriſti in Æthiopia eſſe converſos, ſcribit Haithonus Armenus c. 58. p. 102.

De Chriſtianis S. Thomæ dicetur infra cap. XXXVI.

JOHANNES Apoſtolus & Evangeliſta.

In Aſia CHriſti Evangelium prædicaſſe Johannem, & XIV. anno Domitiani relegatum in *Patmum* inſulam, atque inde reverſum Epheſum, communis eſt traditio veterum; Irenæi *III.* 3. Origenis apud Euſeb. III. 1. aliorumque repetita etiam a Nicephoro II. 42. qui cap. 46. præterea de Joanne altero presbytero, cujus monumentum Epheſi notavit Papias apud Euſebium III. 31.

Habeo MSS. duas Andreæ Cretenſis Orationes in Johannem Encomiaſticas, quarum una incipit: Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς ἡμᾶς σήμερον συνήγαγεν. Altera: ὥσπερ οἱ τῆς τῶν ἀγώνων ἥττας ἀπολειφθέντες. De aliis aliorum dixi T. 9. Bibl. Græcæ p. 98. & ad Abdiam libro V.

Chriſtiani S. Johannis, * a Johanne Baptiſta non ab Apoſtolo nomen habent, de quo hæc Jo. Baptiſta Tabernierius libro ſecundo itineris in Orientem: *Chriſtiani S. Joannis habitabant olim juxta Jordanem, in quo Joannes baptizabat, & à quo nomen acceperunt. Quando Mahometani occupabant Palæſtinam, licet Mahomed ſua manu his Chriſtianis dederit privilegium, quo defendebantur ab injuriis, alias enim nemo eorum ſuperſtes*

* Differre à Sabæis, notat Rich. Simon T. I. Bibl. critique chap. 12. p. 171. Confer quæ infra, ad calcem hujus capitis dicentur de diſcipulis Johannis Baptiſtæ, Act. XIX. 3. memoratis.

perſtes manſiſſet: poſt mortem tamen Mahumedis ſucceſſores ejus decreverunt abolere hanc gentem, & propterea deſtruxerunt eorum eccleſias, combuſſerunt eorum libros, eosque extremis ſuppliciis affecerunt. Compulſi itaque fuerunt fugere in Meſopotamiam & Chaldæam, ubi aliquandiu ſubjecti fuerunt Patriarchæ Babylonio, à quo tamen ſeparati ſunt abhinc annos 170. *vel circiter. Habitatum iverunt in Perſiam & Arabiam, in oppida circumvicina Baſſaræ, quorum hæc nomina:* Souter, Deſpoul, Rumez, Bitoum, Mano, Endean, Calafabat, Aueza, Dega, Dorech, Maſquel, Gunar, Carianous, Bálſara, Onezer, Zech & Loza. *In nullo oppido nec pago vivunt, in quo non ſit fluvius. Aſſeruerunt mihi quidam eorum epiſcopi Chriſtianos iſtorum locorum conſtare* 25000. *ferme familiis. Sunt inter eos mercatores, ſed plerique opifices, ut aurifabri, ferrarii, lignarii. Ipſi linguâ ſe vocant* Mendai Iahia, *i. e diſcipulos Joannis, à quo dicunt ſe fidem accepiſſe, libros & ritus. Singulis annis feſto quinque dierum rebaptizantur baptiſmo Joannis. Non baptizant niſi in fluviis, ſoloque die Dominico. Infans ter aſpergitur, ſingulis vicibus repetitis his verbis:* Beeſme-brader-Rabi, Kaddemin, Akreri, Menhal el gennet Alli Koulli Kralek, *i. e.* In nomine Domini primi & ultimi, mundi & paradiſi, ſupremi Creatoris omnium rerum. *Poſtea epiſcopo legente patrinus infantem immergit. Non cognoſcunt myſterium S. Trinitatis, & cum Mahumedanis tantum credunt Chriſtum Spiritum & Verbum Patris æterni. Nolunt admittere æternam generationem JEſu Chriſti quoad divinitatem. Epiſcopi ſunt uxorati, ſed priore eorum uxore mortua, nonniſi virginem ducere poſſunt. Quidam horum Chriſtianorum duas uxores habent.*

SIMON Zelotes, ex Cana Galilææ Cananites.

Sophronius:

ΣΙΜΩΝ Καναναῖος, ὁ ἐπικληθεὶς Ἰούδας, ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ Ἐπισκόπου, ὅς τις q) καὶ τὸν κλῆρον

SIMON Cananæus, cognomento Judas, frater Jacobi Epiſcopi, qui & ſucceſſit illi in Epiſ-

q) Doroth. ἐν Ἐλευθεροπόλει καὶ ἀπὸ Γάζης ἕως Αἰγύπτου κηρύξας τὸν χριστόν. Iſidor: *accepit Ægypti principatum.* Nicetas pag. 411. καταλείπεις μὲν ἑῴαν, πρὸς τὰ ἑσπέρια δὲ διὰ τοῦ πνεύματος ἐδηγούμενος μέγας ἥλιος καὶ περιφανὴς τῇ τε Λιβύῃ πάσῃ Ἀφρικῇ τε καὶ Μαυριτανίᾳ καὶ πᾶσι τε τοῖς τὴν ἑσπερίαν οἰκεῖν λα-

κλῆρον της Ἐπισκοπῆς ἐδέξατο μετὰ τὴν Ἰακώβου του δικαίου κοίμησιν. Ἔζησεν ἑκατὸν εἴκοσιν ἔτη. Σταυρῷ δὲ παραδοθεὶς ἐπὶ Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως, διωγμοῦ μεγάλου κινηθέντος, ἐκοιμήθη.

copatum, poſt obitum Jacobi cognomento juſti, vixit annos viginti ſupra centum. Crucifixus autem ſub Trajano Imperatore, mota perſecutione gravi, dormivit.

Jacobi ſucceſſorem Simeonem ab Apoſtolo fuiſſe diverſum probat Sam. Baſnage ad A. C. 31. num. 72. qui ad A. 46. n. 35. [illegible] etiam quæ Nicephorus II. 40. de Ægypto & Cyrene, & præter Nicephorum pſeudo Dorotheus, de Africa, Mauritania & Britannia Evangelii præconio illuſtratis per Simonem tradiderunt. De Perſide ſimilia apud Abdiam VI. 7. ſeq. Nicetæ Paphlagonis oratio encomiaſtica in Simonem T. 1. auctarii noviſſ. Combefiſiani p. 408. & T. Bibl. Concionatoriæ p. 20.

JUDAS Thaddæus, idem Lebbæus, Judas Jacobi r) auctor Epiſtolæ.

Walafridus Strabus:

> *Nymphiferas gentes, & Ponti barbara regna*
> *Judas ad Dominum doctrinis flexerat almis,*
> *Cujus in Armenia ſopitum morte, cadaver* &c.

Judæam primum & Galilæam, Samariam, Idumæam, deinde Arabiæ Civitates, nec non Syriæ & Meſopotamiæ regiones τῇ σαγήνῃ τοῦ Εὐαγγελίου ζωγρῆσαι, *ſagena Evangelii cepiſſe* traditur apud Nicephorum II. 40. De Meſopotamia conſentit etiam Beda retractatt. in Acta Apoſtolorum. Ægyptum Iſidorus nominat. De Simonis & Judæ Apoſtolatu in Perſide Abdias ~~VI. 7. ſeq.~~ Martyrolog. 28. Octobr.

Idem ad Abgarum Choſidenæ s) Regem Edeſſam t) veniſſe, traditur. Sed hoc ex Euſebii lib. 1. c. 13. rectius ad Thaddæum ex LXX. diſci-

χϑσιν ἐξανέτει λες γῆν. Ægyptum in Cyrenem addit Nicephorus II. 40.

r) Vide quæ ad Hieron. cap. 4. de ſcriptor. Eccleſ.

s) Hieron. in X. Matthæi.

t) Hæc *Robais* Haithono Armeno cap. 11.

diſcipulis referendum, ut notavit Sam. Baſnage ad A. C. 46. n. 36. De hoc dictum abunde in Codice apocrypho Novi Teſt. & in Florentinii notis ad Martyrologium Hieronymi p. 171. ſeq. Nicephorus quidem II: 40. parum veriſimiliter tradit Thaddæum illum è LXX. Edeſſæ docuiſſe antequam Thaddæus Apoſtolus in illam Civitatem ſe contuliſſet.

MATTHIAS.

Sophronius:

ΜΑΤΘΙΑΣ εἷς ὢν τῶν ἑβδομήκοντα, συγκαταριθμηθεὶς δὲ μετὰ τῶν ἕνδεκα Ἀποστόλων, u) ἀντὶ Ἰούδα τοῦ Ἰσκαριώτου τοῦ προδότου γενομένου, ἐν τῇ δευτέρᾳ x) Αἰθιοπίᾳ, ὅπου ἡ παρεμβολὴ Ἀψάρου, καὶ Ὕσσου λιμὴν, ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον, ἀγρίοις ἀνθρώποις οὖσι. Καὶ ἐκεῖ ἐκοιμήθη, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη ἕως τῆς σήμερον.

MATTHIAS, cum unus eſſet è numero Septuaginta, allectus eſt in ordinem undecim Apoſtolorum, in locum Judæ Iſchariotæ, qui fuit proditor. In altera Æthiopia, ubi eſt irruptio Apſari, & Hyſſi portus, prædicavit Evangelium, quum eſſent homines agreſtes. Et illic dormivit, & illic ſepultus eſt, usque ad hodiernum diem.

Conferenda narratio apocrypha de Matthia de qua ſupra p. 66. Acta Sanctor. T. 3. Febr. XXIV. ubi etiam ſermo Authberti Abbatis in Matthiam, ut Græcus Nicetæ Paphlagonis T. 1. auctarii noviſſ. Combefiſiani p. 422.

BARNABAS Cyprius.

Hunc *Cremonenſes* Apoſtolum ſuum, *Mediolanenſes* primum Epiſcopum venerantur. Vide Franciſci Ariſii Cremonam litteratam T. 1. p. 39. ſeq. Græci Actorum S. Barnabæ ſcriptores præconium ejus in *Cypro* inſula & *Salamina* urbe prædicant. Vide Acta Sanctorum T. 2. Junii XI.

De Epiſtola Catholica quæ exſtat ſub S. Barnabæ nomine, dictum ad Hieron. c. 6. de ſcriptoribus Eccleſ. & lib. IV. Bibl. Græcæ

u) Actor. I. ult.
x) *ἐν τῇ πρώτῃ Αἰθιοπίᾳ* Doroth. & Niceph. II. 40. ſed Iſidorus *in Judæa* Evangelium prædicationis ei datum ſcribit.

c. 5. p. 173. De Evangelio longe recentioris ætatis fœtu ſuppoſititio, parte 3. Codicis apocryphi Novi Teſt. In Cypri urbe Conſtantia ſepultum tradit etiam Haytonus Armenus c. 15.

TIMOTHEUS.

Sophronius:

ΤΙΜΟΘΕΟΣ δὲ ὁ Ἐπίσκοπος Ἐφέσου καταςαθεὶς ὑπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου, ἐξ ἐθνῶν ἦν, οὐκ ἐκ περιτομῆς. ᾧ καὶ πολλὰ μαρτυρεῖ Παῦλος, νουθετῶν τὴν καλὴν ὁμολογίαν τοῦ δοθέντος αὐτῷ χαρίσματος φυλάξαι, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐκεῖ ἐμαρτύρησεν.

TIMOTHEUS autem Epheſiorum Epiſcopus, ordinatus à beato Paulo, ex gentibus erat, non ex circumciſione. De quo multa teſtatur Paulus, admonens ut honeſtam profeſſionem † dati ſibi doni ſervaret, qui & glorioſe illic * teſtificatus eſt.

Conferenda Acta Sanctorum T. 2. Januarii XXIV. & Hermanni Witſii Miſcellanea ſacra T. 2. exercitatione XVI. quæque notavi in Codice Apocrypho Novi Teſt. & T. IX. Bibl. Græcæ, p. 150. ubi Græcorum Encomiaſticæ in Timotheum, primum ut ajunt Epheſi Epiſcopum, laudationes.

De Timotheo altero, quem Apoſtolicis temporibus ferunt Britannis Evangelium prædicaſſe, vide infra cap. XVIII.

TITUS.

Sophronius:

ΤΙΤΟΣ Ἐπίσκοπος Κρήτης, ἐν αὐτῇ καὶ ταῖς πέριξ νήσοις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριςοῦ. Ἐκεῖ καὶ ἐκοιμήθη καὶ ἐτάφη ἐν Κρήτῃ.

TITUS Epiſcopus Cretæ; in eadem & in circumjacentibus inſulis prædicavit Evangelium Chriſti. Ibidem autem & dormivit, & ſepultus eſt, nempe in Creta.

Alia de Tito Cretenſium Apoſtolo & primo ut ajunt Epiſcopo Gortynenſi T. 1. Acta Sanctor. Januar. IV. p. 163. ex Græcorum Menæis. Vitam ejus ſcriptam tradunt a Zena legisperito, ejus diſcipulo, cujus compendium MS. in Bibl. Cæſarea teſte Lambecio T. 8. p. 213.

† 1. Tim. VI. 12. * Martyrium ſubiit.

213. in limine ſtatim μετὰ πολλῆς φαντασίας genus Titi à Minóe Cretenſium Rege repetitur. Non magis credibile quod ex eodem Zena refert Petrus de Natalibus lib. 7. Catalogi Sanctorum cap. 108. Plinium Secundum in Creta ad CHriſti ſacra à Tito perductum, & cum filio ſuo baptizatum. Andreæ Cretenſis Oratio in Titum, Græce & Latine p. 155. edit. Combefiſianæ.

CRESCENS, cujus meminit Paulus 2. Timoth IV. 10.

Sophronius:

ΚΡΗΣΚΗΣ ἐν Γαλλίαις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη.

CRESCENS in Galliis prædicavit Evangelium, & illic ſepultus eſt.

Chalcedonis in Galatia Epiſcopum faciunt Dorotheus & Hippolytus.

EUNUCHIUS CANDACES.

Sophronius:

ΕΥΝΟΥΧΟΣ, Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ἐν Ἀραβίᾳ τῇ εὐδαίμονι, καὶ ἐν Ταπροβάνῃ νήσῳ ἐν τῇ ἐρυθρᾷ ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου. Λόγος δὲ περιέχει, ὡς καὶ μεμαρτυρηκέναι αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ ἐνδόξως ταφῆναι.

EUNUCHUS Candaces Æthiopum Reginæ in Arabia cognomento felici, & in Taprobana inſula maris rubri prædicavit Evangelium Domini. Ajunt autem eum & ibidem martyrium pertuliſſe, & honorifice fuiſſe ſepultum.

Plura de hoc Candaces Dynaſta infra cap. XLV.

De Septuaginta Diſcipulis CHriſti quibus Eccleſiis præfecti fuerint, traditiones incertioris * fidei.

H. deſignat libellum qui ſub Hippolyti, & D. eum qui ſub Dorothei nomine ambulat.

Agabus Propheta.

Amphias *Odyſſi*. H. D. Amphiatus in Martyrolog. Rom. 31. Octobr.

* Confer. Tillemontium T. I. memoriar. p. 460. ſeq. edit. Pariſ. & cenſuram Dav. Blondelli libro de Epiſcopis ac presbyteris p. 99. ſeq. quam etiam Dorotheo ſubjeci in mea editione ad calcem Vitæ Moſis p. 488. ſeq. Hamb. 1714. 8.

Ananias qui Paulum baptizavit, *Damaſci* Epiſcopus. H. D.
Andronicus *Pannoniæ*. H. ſed legendum Σπανίας ex D.
Apelles, *Smyrnæ*, *H*. *Heracleæ*. D. Sed ibi deinde memoratur Ἀμπλῆς
Smyrnæ Epiſcopus ante Polycarpum, ubi legendum Ἀπελλῆς
ex Rom. XVI. 10.
Apollo *Cæſareæ*. H. D.
Ariſtarchus *Apameæ*. H. D.
Ariſtobulus. *Britanniæ*. H. D.
Artemas. *Luſtræ*. H. D.
Aſyncritus *Hyrcaniæ*. H. Ὀυρβανίης D.
Barnabas, *Mediolani*. H. D. ubi Βαῤῥαβᾶς ὁ μετὰ Παύλου διακονήσας.
Barnabas *Heracleæ*. H.
Cæſar *Dyrrhachii*. H. D.
Cajus *Epheſi*. H. D.
Carpus *Beryti* in Thracia. H. leg. Βεῤῥοίας D.
Cephas Epiſcopus Κονίας. D.
Clemens *Sardiniæ*. H. Σαρδικῆς. D.
Cleophas. *Hieroſolymorum*. H. D.
Creſcens *Chalcedonis in Galatia*. H. & D. ubi male Κλήμης pro Κρήσκης
quod reponendum ex 2. Tim. IV. 10.
Demas ſacerdos idolorum. H. D.
Epænetus *Carthaginis*. H. D.
Epaphroditus, *Andriacæ*. H. D. *Adrianenſium*.
Eraſtus *Paneadis*. H. D. *Philippenſium*. Martyrolog. 26. Jul.
Evodus *Antiochiæ*. H. D.
Hermas *Philipporum*. H. Φιλιππουπόλεως. D.
Hermes *Dalmatiæ*. H. D.
Hermogenes & Phygellus Simonem Magum ſectati. H. D.
Hermogenes *Megarorum* Epiſc. D.
Herodion *Tarſi*. H. *Patrarum*. D.
Jacobus, Domini Frater, *Hieroſolymorum*. H. D.
Jaſon *Tarſi*. H. D.
Jeſus Juſtus *Eleutheropoleos* Epiſcopus H. D.
Linus *Romæ*. H. D.
Lucas Evangeliſta.

Lu-

Lucius *Laodiceæ* in Syriâ. H. D.
Marcus qui & Joannes, *Biblopoleos*, H. *Bybli*, D.
Marcus Evangeliſta, *Alexandriæ* Epiſc. H. D.
Marcus Conſobrinus Barnabæ, *Apolloniæ* Epiſc. H. Ἀπολλωνιάδος D. ubi Marinus non Marcus dicitur.
Matthias Apoſtolis additus.
Narciſſus *Athenarum*. H. D. al. *Patrarum*.
Nicanor obiit cum Stephanus ſuſtineret martyrium. H.
Nicolaus *Samariæ*, H. D. ἐπεροδόξησεν ἅμα τῷ Σίμωνι. D.
Olympius martyr Rom.
Oneſiphorus *Corones* Epiſc. H. D.
Parmenas. *Solorum*. H.
Patrobulus *Puteolorum*. H. D. (Patrobas Rom. XVI. 14. Martyrolog. Rom. 4. Nov.) al. *Neapoleos*.
Philemon *Gazæ*. H. D.
Philemon à quo Eunuchus Reginæ Æthiop. baptizatus eſt. *Trallium* Aſiæ. D.
Philologus *Sinopes*. H. D.
Phlegon *Marathonis* Epiſcopus. H. D.
Phygellus *Epheſi*. H. D.
Prochorus, *Nicomediæ* in Bithynia. H. D.
Pudens.
Quartus *Beryti*. H.
Rhodion martyr Rom.
Rufus *Thebarum*. H. D. Memoria ejus in martyrologiis 21. Nov.
Silas *Corinthi*. H. D.
Silvanus *Theſſalonicæ*. H. D.
Soſipater *Iconii*. H. D.
Soſthenes *Colophonis*. H. D.
Stachys *Byzantii* H. D.
Stephanus protomartyr.
Tertius *Iconii*. H. D.
Thaddæus qui Epiſtolum JEſu Edeſſam ad Abgarum attulit. H.
Timon, *Boſtræ* Arabum. H. D.
Trophimus cum Paulo Apoſtolo paſſus martyrium.
Tychicus Epiſcopus *Chalcedonis*. H. Chalcedonis Bithyniæ. D.

Tychicus *Colophonis*. H. D.
Urbanus *Macedoniæ*. H. D.
Zenas *Dioſpoleos*. H. D.

V. Concludam hoc caput brevi conſideratione duodecim diſcipulorum, qui Epheſi in *Aſia Paulo* profeſſi ſunt ſe in JOHANNIS baptiſma baptizatos fuiſſe Actor. XIX. 3. His Smalcius, Schlichtingius & Grotius a) ſpeciatim putat oppoſitum à Joanne Apoſtolo Evangelium, qui ad ſubterfugiendam crucem, Joannis Baptiſtæ ſectatores quam JEſu dici mallent. Sed nihil tale innuit vel Joannes vel Lucas, neque ullum apud veteres ſcriptores hujus rei veſtigium apparet, neque credibile videtur, diſcipulos Johannis potuiſſe CHriſto eum præferre, cujus doctrinæ hæc erat ſumma, b) ut quos baptizabat ad CHriſtum ut diviniorem ablegaret. Tantum ex Lucæ narratione conſtat, hos duodecim in Aſiam poſt baptiſmum profectos, non interfuiſſe neque adhuc inaudiiſſe de ſolenni illo dono Spiritus S. diſtributo largiter in Apoſtolos, neque interfuiſſe Concionibus Apoſtolicis in quarum auditores Spiritus S. gratia effuſa fuerat. Itaque interrogati num hoc Divinum munus accepiſſent, reſpondent, de Spiritu S. per dona ejusmodi extraordinaria conſpicuo ne fando quidem ſe accepiſſe, ἀλλ' οὐδὲ εἰ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν. Ubi non dubium eſſe poteſt verba: εἰ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν, hoc ſenſu accipienda eſſe, *ut Joh. VII. 39. οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον, promiſſus, ſed nondum miſſus erat, οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκός Actor. VIII. 16. Rogat igitur ex illis Apoſtolus, quonam baptiſmate tincti eſſent, quia jam ante illud tempus, quo Paulo Gratia hæc facta fuerat, conſueverat cum baptiſmate per Apoſtolos accepto baptiſma Spiritus S. conjunctum eſſe. Actor. II. 38. Reſpondent igitur illi duodecim, baptizatos eſſe ſe à Johanne: nihil enim aliud notant verba εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα, ut Paulus ipſe in reſponſione ſua evidenter docet. Illud vero baptiſma Johannes Baptiſta à baptiſmate igneo Spiritus S. diſerte diſtinguit Matth. III. 11. In memoriam itaque illis revocat Paulus, à Johanne

a) Confer quæ contra Grotium, Frid. Adolph. Lampe prolegom. in Johannem II. 3. p. 202.

b) De auctoritate prædicationis hujus Johanneæ præter laudatos in libro de Veritate Relig. p. 40. conſules B. Lutherum noſtrum in Poſtillis Eccleſiaſticis ad Evangelium Dominica Adventus. & Stephanum Curcellæum libro quinto inſtitutionis Relig. Chriſtianæ p. 214. Opp. * Jo. Pearſon ad Symb. Apoſtolicum p. 12.

hanne quoque baptizandos ad CHriſtum adductos & in eum juſſos credere, adeoque qui eum auſcultaſſent c) ab ipſo etiam in nomen Domini JEſu eſſe baptizatos, ut propterea rebaptizari eos jam opus neutiquam ſit. Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας, τῷ λαῷ ΛΕΓΩΝ εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσι, τουτέστιν εἰς τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. ΑΚΟΥΣΑΝΤΕΣ δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Non igitur novum baptiſmum jam Paulus confert ſed tantum manus illis imponit, quo facto etiam in ipſos larga Spiritus S. deſcendit gratia, ut poſt impoſitionem manuum Apoſtolorum factum Actor. VIII. 17. IX. 17.

Ab Hemerobaptiſtis potius, Epiphanio memoratis, vel a quibusvis aliis quam à Johanne Baptiſta & diſcipulis hiſce Epheſinis profectos, aut vehementer interjecto temporis fluxu mutatos ab illis aliquis crediderit *Chriſtianos S. Johannis*, de quibus præter ea quæ ſupra p. 110. ſeq. ex Tavernerio attuli, hæc ſubjungere juvat ex celeberrimi Wagenſeilii pera librorum juvenilium, parte altera ſynopſeos hiſtoriæ univerſalis p. 84. *Aſſyriæ, Orientis regionis, loca quædam inhabitat gens, quæ vulgo* Chriſtiani S. Johannis *appellatur. Eam, illorum, qui a Johanne Baptiſta, in Jordane, ſacratis nova religione undis, luſtrati fuere, progeniem reputat Ignatius a JEſu, Carmelita Diſcalceatus, & in Baſſora Meſopotamiæ Miſſionarius, in libello quem de hominibus iſtis Romæ A. 1652. edidit. Quod ſi verum eſt, commonſtrant iſti Pſeudochriſtiani miſeri, quantum longa dies valeat, in veritate ex animis mortalium eruenda, & ingerendis in locum ejus erroribus. Aliquos eorum, quibus iſti homines impliciti ſunt, noſſe, veris Chriſtianis ſalus eſt. Secundum hos ergo Johannes Baptiſta, non eo quo cæteri mortales conceptus eſt modo, ſed per ſolum parentum mutuum amplexum. Nempe Matrem quoque Domini, concepiſſe volunt ex aqua, quam, Dei juſſu, hauſerit ex aliquo fonte, ut perpetuo virginitas ei conſtaret. Cyaneum, ſive cæruleum colorem, cane pejus & angue averſantur, nec ullam rem, eo imbutam, vel digito attingere audent. Cauſam, ſic exponit, ille quem laudavimus Scriptor*: Dicunt quod aliqui inter Judæos habuerunt in ſomnis quandam viſionem, ex qua didice-

c) Adde Bezam ad h. l. Joh. Druſium lib. I. quæſt. Ebr. c. 83. Joh. Marckii exercitat 37. textual. Sam. Puffendorffi jus feciale Divinum p. 173. ſeq. D. Speneri τοῦ μακαρίτου Conſilia Theologica edita Germanice T. 3. p. 73. atque eruditiſſimi Wolfii noſtri Curas philologicas p. 1286.

didicerunt, quod per Baptiſmum Johannis debebat deſtrui lex Judæorum. Hoc audientes Judæi, & videntes S. Johannem Baptiſtam paratum ad baptizandum Dominum JEſum, invidia moti, attulerunt magnam quantitatem Indici coloris, qui dicitur Nil, ex quo res tinguntur cærulei ſeu thalaſſini coloris, & projecto dicto colore in aquas Jordanis, ubi baptizari debebat CHriſtus Dominus, aquas inquinaverunt & effecerunt eas immundas, ut dictum baptiſmum impedirent. Hoc videns DEUS Opt. Max. miraculoſe per Angelos juſſit offerri quoddam magnum vas, & impleri aqua pura ipſius Jordanis, & ſublevantes ipſum in aëre, S. Johannes in prædicto vaſe baptizavit Chriſtum Dominum, in aëre ſublevatum; & ex illo tempore DEUS maledixit & excommunicavit hunc cæruleum colorem. *Sunt inſuper Chriſtiani hi S. Johannis perſuaſi, Johannem ſuſcepiſſe liberos quatuor, ſed quos neutiquam uxor, verum Jordanus fluvius illi pepererit. Volunt mortuum eſſe in Perſidis civitate Sciuſter, morte minime violenta, poſt obitum vero, corpus, prout præceperat, cruci fuiſſe affixum, ut Chriſtum conſanguineum (cujus tamen umbram ſolam in cruce pependiſſe arbitrantur) etiam in hoc ſupplicii genere anteiret: ſic deinde conditum eſſe cadaver, haud procul a Sciuſter, in ſepulchro cryſtallino miraculoſe conſtructo, idque Jordanum fluvium prælterfluere. Denique tenent, tanquam a Johanne acceptos, libros plenos fabularum, incantationum, ſortilegiorum, nugarumque.*

CAPUT VI.

De **blasphemiis *&* perſecutionibus *quas Judæi & Samaritani lætis Evangelii ſucceſſibus oppoſuere.* Hieroſolymorum *à CHriſto prædicta everſio.***

QUanquam Judæorum populo ſingillatim promiſſa Divinitus per Prophetas Gratia Evangelii, & primis per CHriſtum ipſum & Apoſtolos annunciata & coram exhibita fuit Judæis: tamen primi quoque Judæi palam eam reſpuerunt, & a primo initio usque CHriſtum, Apoſtolos eorumque doctrinam

&

& acta atrocibus perpetuisque exceperunt calumniis & blasphemiis, quales in Servatorem conjectas annotaverunt Johannes VII. 12. VIII. 48. Lucas XXIII. 2. Matthæus XXVII. 63. Et poſt Christum in crucem actum Evangelica doctrina prædicata ab Apoſtolis, non modo ſcandalum Judæis erat, ut Ethnicis ſtultitia 1. Cor. I. 23. & Actor. XXVIII. 22. *de ſecta hac notum eſt nobis, quod ubique ei contradicitur*, γνωςόν ἐςιν ἡμῖν ὅτι πανταχȣ̃ ἀντιλέγεται, * ſed rejicientes illam identidem etiam blaſphemabant, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημȣ̃ντες Actor. XIII. 45. XVIII. 6. ὅσα μὲν ȣ̓κ οἴδασι βλασφημȣ̃σι Judæ 10. & 2. Petr. II. 12. ſicut Paulus ipſe, Saulus adhuc, ut a Judæis edoctus erat, Christianos perſequens ἠνάγκασε βλασφημεῖν, *coëgerat blaſphemare* Actor. XXVI. 11. Neque ab eo tempore illud ceſſarunt facere, ut teſtimoniis Juſtini Martyris, Euſebii & aliorum demonſtravi libro de Veritate Relig. c. 37. quibus in præſenti addere licet hæc Origenis homilia X. in Jeremiæ XII. 8. νῦν ἔτι ἐν δρυμῷ λέοντές εἰσι καταναθεματίζειν θέλοντες τὸν Ἰησȣ̃ν, καὶ δυσφημȣ̃ντες αὐτὸν καὶ ἐπιβȣλεύοντες τοῖς πιςεύȣσιν εἰς αὐτόν. *Etiamnum in ſylva leones ſunt Judæi, diris devovere cupientes Jeſum eique maledicentes, atque credentibus in illum inſidiantes.* & contra Celſum VI. p. 293 ubi ait Judæos κατὰ τὴν ἀρχὴν τȣ̃ χριςιανισμȣ̃ διδασκαλαίς κατασχεδάσαι δυσφημίαν, *jam ab initio calumnias adverſus Chriſtianos vulgaſſe. Et credidit* inquit Tertullianus, *Judæo vulgus, quod enim aliud genus ſeminariæ infamiæ noſtræ?* lib. 1. ad nationes c. 14. & contra Marcionem III. 23. notat *à Judæis coepiſſe infamiam & per ipſos propter ipſos blaſphemari nomen Domini in nationibus* ex Eſaiæ LII. 5. Rom. II. 24. Hieronymus lib. 1. in Amos p. 1378. edit. novæ: *Antiquum furorem & iracundiam tenentes, usque hodie in ſynagogis ſuis ſub nomine Nazarenorum blaſphemant populum Chriſtianum, & dummodo nos interficiant, volunt igne comburi.* & lib. 3. pag. 1440. *in toto orbe terrarum projectum eſt ſilentium Judæorum: ubicunque fuerint, muſſitant potius quam loquuntur: & quum blaſphemia eorum contra Dominum Salvatorem ad Cœlum usque perveniat, omnis interpretatio Scripturarum muta eſt & ſilens, & aures non penetrat Audientium.* Omitto recentiora teſtimonia quæ præter eos quos in libro de veritate Relig. p. 666. laudare me memini, annotarunt Jo. Henricus Hottingerus theſauro philolog. p. 53. Gisb. Voëtius T. 2. diſſ. ſelect. p. 81. Veneran-

* Tertull. Apologetic. c. 7. *Cum odio ſui coepit veritas ſimul atque apparuit inimica eſſe. Tot hoſtes ejus quot extranei, & quidem proprie ex æmulatione Judæi.* Confer Jo. Filleſaci ſelecta lib. I. p. 188. ſeq. Tillemontium T. I. memoriar. p. 155. ſeq.

nerandus Wolfius noſter T. 2. Bibl. Hebraicæ p. 1103. Jo. Jacobus Schudt ὁ μακαρίτης hiſt. Judaic. c. 24. p. 278. 288. & in memorabilibus Judaicis Germanice vulgatis T. 1. p. 134. Jo. David Baier in ſchediaſmate de Judæorum erga Chriſtianos hoſtilitate. Lipſ. 1700. & *Andreæ Conradi Werneri*, Gymnaſii Stadenſis *Rectoris*, diſſ. de veritate Divinæ de CHriſto doctrinæ ex *Judæorum* partim teſtimoniis partim criminationibus & calumniis *illuſtrata* & confirmata. Stadæ 1729. 4. *B. D. Chriſtiani Kolbelti* diſſ. de CHriſto crucifixo, Judæis ſcandalo, Gentilibus ſtultitia, Credentibus autem, DEI Potentia & Sapientia. ad I. Corinth. I. 18. 23. 24. Kilon. 1686. 4.

II. Sicut calumniis blaſphemiisque, & deriſione Actor. II. 13. ita quamdiu Judæos non deſtituit facultas, atrocioribus etiam injuriis, cædibus & perſecutionibus ſæviiſſe in CHriſtum ipſum primo, quem in crucem etiam ſuſtollendum falſis teſtimoniis adductis Pilato tradidere, poſtea in Apoſtolos ac naſcentem Evangelii doctrinam, neminem præterit: Et utrumque diſerte prædictum ab Optimo Servatore fuerat diſcipulis, ut animos eorum ad ferenda fortiter omnia communiret. Matth. X. 25. *Si Patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domeſticos ejus?* V. 17. *tradent vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos.* 21. *tradet frater fratrem in mortem - - - & eritis odio omnibus propter nomen meum.* Primo quidem adductos ad Synedrium graviterque increpitos dimiſerunt cum comminatione prohibentes *ne omnino loquerentur vel docerent in nomine JEſu.* Actor. IV. 18. 21. mox comprehenſos in cuſtodiam publicam conjecerunt V. 18. flagellatisque iterum denunciaverunt ut a prædicando JEſu abſtinerent, 40. Hinc gravis illa mota perſecutio * in qua ejectus ex urbe Hieroſolyma lapidatusque Stephanus protomartyr, ſummiſſis falſis in eum teſtibus, qui dicerent *ſe audiviſſe eum dicentem verba blaſphemiæ in Moſen & in DEum.* VI. 11. VII. 57. Hujus gravis perſecutionis vis, cujus adminiſter Saulus erat, non modo vehementer afflixit Chriſtianos Hieroſolymis VIII. 1. ſed quum illius metu omnes, Apoſtolis exceptis, diſperſi eſſent per regiones Judææ & Samariæ, non ceſſavit etiam per litteras & nuncios iisdem inſiſtere, eosque ad pœnam rapiendos & vinctos in urbem adducendos inveſtigare IX. 2. 21. XXII. 3. XXVI. 9. Nec gratius quicquam Judæis facere ſe poſſe ratus eſt Herodes Agrippa quam ſi Jacobum Hieroſolymis gladio

* Confer Euſebium lib. 2. hiſt. cap. 2. Sam. Baſnagium ad A. C. 37.

dio perimeret, Petrum in carcerem ducendum daret Actor. XII. 1. Omitto perſecutiones motas a Judæis Antiochiæ in Piſidia XIII. 45. & ſeqq. Iconii XIV. 2. Theſſalonicæ XVII. 5. Corinthi XVIII. 12. & quæ Hieroſolymis geſta Lucas memorat XIX. 13. XXI 27. XXIII. 12. XXIV. 1. XXV. 2. Atque idem Saulus, quem perſequentium Apoſtolos Judæorum ſatellitem eſſe dixi, mutatus deinde in Paulum & vas electum proferendi longe lateque Evangelii, quam multa à Judæis fuerit perpeſſus ipſe breviter innuit 2. Corinth. XI. 23. *in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupramodum, in mortibus frequenter. A Judæis quinquies quadragenas una minus plagas accepi. Ter virgis caſus ſum, ſemel lapidatus ſum.*

III. In ſolenni illa inſtructione qua JEſus diſcipulis ſuis addit animum, eosque ad Apoſtolatum nulla mundialis lucri, honorum aut volupis otii ſpe, ſed maletractationum omnis generis exſpectatione, & vitæ ipſius jactura fortiter gerendum inſtituit, Matth. X. verba v. 23. *hoc vobis confirmo, non vos ante obieritis urbes Iſraëliticas, quam veniat Filius hominis*, pertinent ad inſtantes pœnas certiſſime ſumendas à Judæis, & ad adventum vindictæ a populo ingrato repetendæ per excidium Urbis & Templi. Diſertis inde verbis JEſus Matth. XXIII. 38. Luc. XIII. 35. XXI. 24. Judæis cominatus fuerat templum eorum non modo evertendum ſed neque inſtaurandum iterum, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Hinc Paulus 1. Theſſ II. 16 ait perveniſſe iram DEI ſuper illos εἰς τέλος, *usque in finem*: quod diſertis verbis etiam futurum prænunciaverat Daniel Propheta IX. 27. *& erit in templo abominatio deſolationis* (βδέλυγμα ἐρημώσεως Matth. XXIV. 15. Marci XIII. 14.) *& usque ad conſummationem & finem manebit deſolatio.* Didymus de Spiritu S. lib. 3. p. 33. T. 9. Opp. Hieron. *Usque ad conſummationem Mundi profugi atque captivi in univerſis oberrant nationibus, non Urbem, non regionem propriam poſſidentes.* Itaqe fruſtra quoque fuerunt hactenus conatus ſive Judæorum, ſive aliorum, Judæis templum inſtaurare cupientium. Hieroſolyma exciſa à Romanis A. C. 70. ut CHriſtus prædixerat Marc. XIII. 2. tanta Judæorum impietate, ut Joſephus V. 16. de bello Judaico p. 362. non dubitet affirmare, ni Romani Urbis maturaſſent exitium, neceſſe fuiſſe ἢ καταποθῆναι ἂν ὑπὸ χάσματος, ἢ κατακλυσθῆναι τὴν πόλιν, ἢ τοὺς τῆς Σοδομηνῆς μεταλαβεῖν κεραυνοὺς,

ut illa aut terræ hiatu abſorberetur, aut eluvione deleretur, aut ſoli Sodomitici experiretur fulmina. Confer B. *D. Jo. Guil. Baieri* diſſ. de Chriſtianorum migratione in opidum Pellam * imminente Hieroſolymorum excidio. Jen. 1694. Judæos quidem Hieroſolymas, duce Barcocheba circa A. C. 134. ſibi cupientes inſtaurare, compeſcuit *Hadrianus* Imperator, a) qui cum de ruinis Hieroſolymæ ſolo æquatæ Æliam Capitolinam, b) Coloniam in vicino c) condidiſſet loco, ſub poena capitis propoſita Judæos ab illa prohibuit, ut præter alios d) refert Ariſto Pellæus apud Euſebium IV. 6. Hiſt. & Euſebius in Pſalmos p. 267. 382. 423. Tertullianus adverſus Judæos c. 13. *& exinde quod interdictum eſt, ne in confinio ipſius regionis demoretur quiſquam Judæorum.* & Apologetici c. 21. *quanta deliquerint - - probat exitus hodiernus ipſorum: diſperſi, palabundi, & cœli & ſoli ſui extorres vagantur per orbem ſine homine, ſine Deo rege, quibus nec advenarum jure terram ſaltem veſtigio ſalutare conceditur.* S. Hieronymus in Eſaiæ VI. T. 3. edit. novæ p. 65. *Denique poſt extremam vaſtitatem, etiam leges publicæ pependerunt, & prohibiti ſunt Judæi terram de qua ejecti fuerant, ingredi.* idem in Daniel. IX. p. 1117. *ita ut Judæa quoque finibus pellerentur.* Vide & Sulpitium Severum lib. 2. c. 31.

Anno XIX. *Conſtantini* Magni Cedrenus p. 234. teſtatur Judæos inſtaurationem templi iterum molitos, ſed ab Imperatore repreſſos fuiſſe. Καὶ Ἰουδαίους περὶ τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ πάλιν στασιάζοντας Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἠτιμωρησάμενος διεσκόρπισεν. S. Chryſoſtomus homilia ſexta adverſus Judæos T. 1. edit. novæ pag. 651. καὶ γὰρ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ τρὶς ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Κωνσταντίνου καὶ Ἰουλιανοῦ ἐπιχειρήσαντες διεκωλύθησαν. *Nam ſemel & iterum ac tertio ſub Hadriano ſub Conſtantino & Juliano conatus illorum* templi inſtaurandi *cobibitus eſt.* Et homilia V. p. 645. πάλιν ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῖς αὐτοῖς ἐπεχείρησαν.

* Euſeb. III. 5. Hiſt.

a) Tillemont hiſt. des Empereurs T. 2. p. 494. ſeq. edit. Bruxell.

b) Pagi ad A. C. 119. & 132. Baron. ad A. 137. Vaillantius in numis Coloniar. T. 1. p. 153. Chriſtian. Sigiſm. Liebe in Gotha numaria p. 313. ſq.

c) Guil. Beveregius ad Synodicum p. 61. ſeq.

d) Selden. lib. 2. de Synedriis c. 7. p. 187. Tillemont. p. 503. ſeq. Sam. Baſnage ad A. C. 136. n. 4. Vaſa templi Gizerico erepta, remiſſa à Juſtiniano Chriſtianis Hieroſolymam. Procop. II. 9. de bello Vandalico.

ὁ δὲ βασιλεὺς ἰδὼν τὴν ἐπιχείρησιν αὐτῶν, τὰ ὦτα αὐτῶν ἀποτεμὼν καὶ τὸ τῆς παρακοῆς σύμβολον ἐνθεὶς αὐτῶν τῷ σώματι, πανταχοῦ περιῆγεν ὥσπερ τινὰς δραπέτας καὶ μαστιγίας, διὰ τῆς τοῦ σώματος πηρώσεως ἅπασι καταδήλους ποιῶν, καὶ τοὺς πανταχοῦ σωφρονίζων, μηκέτι τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν πράγμασιν. *Sub Conſtantino eadem aggreſſi ſunt. At ille viſo ipſorum conatu, amputatis illorum auriculis, ac rebellionis ſigno impreſſo corpori illorum, per omnia loca circumferebat illos tanquam fugitiva mancipia & verberones, corporibus mutilatis conſpicuos illos faciens omnibus, ac eos qui per omnes regiones erant ſparſi, erudiens, ne in poſterum eadem conarentur.* S. Auguſtinus ſermone VI. c. 5. (T. 5. edit. novæ p. 23.) *Juſſit Imperator Romanus jam Chriſtianus, ut ad ipſam Jeruſalem non accederent Judæi*, renovata ſcilicet lege Hadriani Imp.

In eadem homilia quæ incipit: πόθεν ἡμῖν ἄρα πλείων ὁ σύλλογος p. 646. ſimilem conatum ſub *Juliano* Imp. irritum factum graphice Chryſoſtomus deſcribit, cujus verbis ex Juliani ipſius & aliorum ſcriptorum conſenſu fidem facere licebit.

ὃ δὲ μέλλω νῦν ἐρεῖν, καὶ τοῖς σφόδρα νέοις δηλόν ἐστι καὶ καταφανές, οὐδὲ γὰρ ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Κωνσταντίνου γέγονεν, ἀλλ' ἐπὶ βασιλέως πρὸ εἴκοσι ἐτῶν e) γεγενημένου ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ὑμετέρας. Ἰουλιανοῦ γὰρ τοῦ πάντας ἐν ἀσεβείᾳ f) τοὺς βασιλέας νικήσαντος, καλοῦντος αὐτοὺς ἐπὶ τὰς τῶν εἰδώλων θυσίας, καὶ ἐπισπωμένου αὐτοὺς πρὸς τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν· εἶτα τὸν παλαιὸν τῆς θεραπείας προβαλλόμενοι τρόπον, καὶ λέγοντες, ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων οὕτως ὁ θεὸς ἐθεραπεύετο· καὶ

Quod vero jam dicturus ſum, etiam admodum juvenibus eſt clarum ac perſpicuum. Non enim geſtum eſt ſub Adriano aut Conſtantino, ſed ſub Imperatore qui fuit ætate noſtra ante annos viginti. Etenim cum *Julianus*, qui Imperatores omnes ſuperavit impietate, vocaret Judæos ad ſacrificandum idolis, & ad ſuam impietatem protrahere conaretur, ac mox objiceret illis priſcum culturæ ritum, dicens: a veſtris majoribus Deus hoc modo cultus eſt; etiam nolentes

e) Numero rotundo utitur Chryſoſtomus. Julianus enim id ſuſcepit A. C. 363. Chryſoſtomus autem hæc dixit Antiochiæ A. 387.
f) Per ἀσέβειαν cultum Idolorum, ejusque propagandi ſtudium & odium in Chriſtianos intelligit.

ἄκοντες ὡμολόγουν τότε ταῦτα, ἅπερ ἡμεῖς ἀπεδείξαμεν νῦν, ὅτι τῆς πόλεως ἔξω θύειν οὐκ ἔνι, g) ἀλλὰ παρανομοῦσι πᾶν ὁτιοῦν ἐπιτελοῦντες ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας· ὥστε εἰ βούλει, φησὶν, ἡμᾶς θύοντας ἰδεῖν, ἀπόδος ἡμῖν τὴν πόλιν, ἀνάστησον ἡμῶν τὸν ναὸν, δεῖξον ἡμῖν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἀνάστησον τὸν βωμὸν, καὶ θύσομεν καὶ νῦν καθάπερ καὶ πρότερον· καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο οἱ μιαροὶ καὶ ἀναίσχυντοι παρὰ ἀνδρὸς ἀσεβοῦς καὶ Ἕλληνος ταῦτα αἰτοῦντες, καὶ τὰς μιαρὰς ἐκείνου χεῖρας καλοῦντες ἐπὶ τὴν τῶν ἁγίων οἰκοδομήν· καὶ οὐκ ᾐσθάνοντες ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦντες πράγμασιν, οὐδὲ συνεῖδον, ὅτι εἰ μὲν ἄνθρωπος ἦν ὁ καταλύσας ἐκεῖνα, ἐνῆν καὶ παρὰ ἀνθρώπου πάλιν λαβεῖν αὐτά· Θεοῦ δὲ ὄντος τοῦ καθελόντος αὐτῶν τὴν πόλιν, ἀμήχανον τὰ τῇ θείᾳ δόξαντα ψήφῳ, δύναμιν ἀνθρωπίνην παρατρέψαι ποτέ· ἃ γὰρ ὁ θεὸς ὁ ἅγιος βε-

tum fatebantur hæc, quæ nos nunc demonſtravimus; quod fas non eſſet extra civitatem immolare victimas: ſed totam, inquiebant, religionem violant, quicunque ſacrificant in terra aliena. Proinde ſi vis nos videre ſacrificantes, redde nobis civitatem, reſtitue templum, exhibe nobis ſancta ſanctorum, colloca aram, & ſacrificabimus nunc, quemadmodum olim. Nec puduit ſceleratos & effrontes hæc poſcere a viro impio paganoque, & impuras illius manus vocare ad exſtructionem ſanctorum; nec intelligebant ſe conari impoſſibilia; neque perpendebant, quod ſi homo illa demolitus eſſet, potuiſſet homo illis ea reſtituere: verum cum Deus eſſet, qui civitatem illorum ſubverterat, fieri nequaquam poſſe, ut quæ Deus decreverat, unquam verteret hu-

βουλε-

g) Homil. IV. adverſus Judæos pag. διὰ τῆς κατὰ τὸν τόπον ἀνάγκης λανθανόντως αὐτοὺς ἀπήγαγε τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα μανίας - - ὥσπερ οὖν ὁ ἰατρὸς ἵστησι τῆς ἀκαίρου ψυχροποσίας τὸν ἄρρωστον, τὸ σκεῦος ἀφανίσας, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τῶν θυσιῶν ἀπήγαγε, τὴν πόλιν αὐτὴν καθελὼν, καὶ ποιήσας αὐτὴν ἄβατον πᾶσιν. *Loci adeundi neceſſitate clanculum DEus Judæos abduxit à victimarum inſania: quemadmodum Medicus fracto vaſe ægrotum cohibet ab intempeſtivo frigidi potus appetitu, ſic & DEus, everſa Civitate ipſa, adeoque funditus diruta, ut omnibus facta ſit inacceſſa.* De eo quod extra templum & Hieroſolymam ſacrificia offerre non liceret, videſis B. Wolfgangi Franzii ſcholam ſacrificiorum diſp. 7. & 12.

βούλευται, φησὶ, h) τίς διασκεδάσει; καὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει; ὥσπερ γὰρ ἃ ἂν ἀναστήσῃ καὶ βουληθῇ μένειν, καθελεῖν ἀδύνατον ἀνθρώποις· οὕτως ἅπερ ἂν καθέλῃ, καὶ βούληται μένειν καθῃρημένα, ἀναστῆσαι πάλιν οὐκ ἔνι· ἔστω δὲ, Ἰουδαῖοι, ὅτι Βασιλεὺς τὸν ναὸν ἐδίδου, καὶ τὸν βωμὸν ἀνίστα, καθάπερ ὑμεῖς ὑποπτεύετε μάτην· μὴ καὶ τὸ πῦρ ἄνωθεν ὑμῖν ἀφεῖναι ἐκ τῶν οὐρανῶν δυνατὸς ἦν; τούτου δὲ οὐκ ὄντος, ἐναγὴς καὶ ἀκάθαρτος ἦν ἡ θυσία ὑμῶν· Διὰ τοῦτο γοῦν, οἱ παῖδες Ἀαρὼν i) ἀπώλοντο, ἐπειδὴ πῦρ ἀλλότριον εἰσήνεγκαν· Ἀλλ᾽ ὅμως εἰς ἅπαντα τυφλώττοντες, παρεκάλουν αὐτὸν, καὶ ἱκέτευον συνάρασθαι καὶ συνεφάψασθαι τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ· Ὁ δὲ καὶ χρήματα k) ἀνήλωσε,

mana potentia. *Nam, quæ Deus Sanctus*, inquit, *ſtatuit, quis diſſipabit? ac manum illius excelſam quis avertet?* Sicut enim quæcunque ille ſtabilierit, volueritque manere, nullus homo poteſt demoliri: ita quæcunque deſtruxerit, volueritque manere diruta, nemo poterit inſtaurare. Verum eſto ſane, Judæi; Rex templum reddiderit; aram prorſus erexerit, quemadmodum vos fruſtra potuiſſe fieri ſuſpicamini; num & ignem cœleſtem e ſublimi poterat vobis demittere? qui ſi defuiſſet, impium & impurum fuiſſet ſacrificium. Ob hoc enim perierunt filii Aaron, quod ignem alienum induxerint. Nihilomi-

καὶ

h) Eſaias XIV. 27.

i) Levitic. X. 1. ſeq. Numeror. III. 4.

k) Julianus Imp. expeditionem in Perſas ſuſcepturus Epiſtola XXV. Ἰουδαίων τῷ κοινῷ, *ad Judaeorum Communitatem* Vectigalia & tributa ipſis remittit, ut vota pro ipſius Salute & felici ſucceſſu conſiliorum ejus faciant. Et in fragmento p. 293. edit. Spanhemianæ de templo ipſorum ter everſo, τί περὶ τοῦ νεὼ φήσουσι τοῦ παρ᾽ αὐτοῖς τρίτον ἀνατραπέντος, ἐγειρομένου δ᾽ οὐδὲ νῦν. Ἐγὼ δὲ εἶπον οὐκ ὀνειδίζων ἐκείνοις, ὅς γε τοσούτοις ὕστερον χρόνοις ἀναστήσασθαι διενοήθην αὐτὸν εἰς τιμὴν τοῦ κληθέντος ἐπ᾽ αὐτῷ Θεοῦ. *Quid de templo ſuo dicent, quod cum tertio ſit everſum, nondum ad hodiernum uſque diem inſtauratum eſt? quod ego non ut illis exprobarem adduxi, utpote qui templum illud tanto intervallo a ruinis excitare voluerim in ejus honorem Numinis quod ibidem invocatum eſt.* Ammianus Marcellinus XXIII. 1. de Juliano: *Imperii ſui memoriam magnitudine operum geſtiens propagare, ambitioſum quondam apud Hieroſolymam templum, quod*

καὶ ἐπιστάτας τοῦ ἔργου ἔπεμψε τοὺς ἀπὸ τῆς μεγάλης ἀρχῆς, καὶ τεχνίτας πάντοθεν ἐκίνησε, καὶ πάντα ἐποίει, καὶ ἐπραγματεύετο, ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτοὺς ἄχρις εἰς τὸ θύειν ἐμβάλλῃ, προσδοκῶν ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν τῶν εἰδώλων θεραπείαν ἕξειν ῥᾳδίως, ὁμοῦ τι ἐλπίζων ὁ μεμηνὼς καὶ ἀνόητος τοῦ Χριστοῦ περιγράφειν τὴν ἀπόφασιν, τὴν οὐκ ἐῶσαν ἀναστῆναι τὸν ναὸν ἐκεῖνον· Ἀλλ᾽ ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, l) εὐθέως διὰ τῶν ἔργων ἐδήλου, ὅτι αἱ τοῦ θεοῦ ψῆφοι πάντων εἰσὶ δυνατώτεραι, καὶ ἰσχυρὰ τὰ ἔργα τῶν λόγων τοῦ θεοῦ· ὡς γὰρ ἥψαντο τῆς παρανόμου ταύτης σπουδῆς, καὶ γυμνοῦν ἤρξαντο τὰ θεμέλια, καὶ πολὺν ἐκένωσαν χοῦν, καὶ τῆς οἰκοδομῆς ἅπτεσθαι λοιπὸν ἤμελλον, πῦρ ἐκπηδῆσαν m) ἐκ τῶν θεμελίων τῆς

nus ad omnia obcæcati, obſecrabant ac ſupplicabunt, ut cum ipſis ſuſciperet & aggrederetur inſtaurationem templi. At is, qui & pecunias impendit, & præfectos miſit viros primates, & artifices undiquaque accerſi juſſit, nihil non fecit, nihil non tentavit, paulatim ac ſenſim hoc agens, ſperansque futurum, ut ſi poſſet illos ad ſacrificandum inducere, facile illos revocaret ad cultus ſimulacrorum. Simul & illud fore ſperabat inſanus ille ac væcors, ut Chriſti ſententiam fruſtraretur, quæ non patitur templum illud inſtaurari. Verum is, qui comprehendit ſapientes in ipſorum aſtutia, protinus ipſis factis declaravit illi, quod Dei decretum omnibus ſit potentius, quodque valida ſint opera ſermonum

poſt multa & internecivа certamina obſidente Veſpaſiano poſteaque Tito ægre eſt expugnatum, inſtaurare ſumptibus cogitabat immodicis, negotiumque maturandum Alypio dederat Antiochenſi, qui olim Britannias curaverat pro præfectis. Id conſilium cepiſſe Julianum ut prædictionem CHriſti mendacii argueret, notat Philoſtorgius VII. 9. & 14. Sed Danielis vaticinio & CHriſti prædictione fretus Cyrillus Hieroſol. cum inſtitutum Juliani comperit, ſtatim irritum illud fore adſtantibus confirmavit, teſte Rufino lib. I. cap. 37, Socrate III. 20.

l) Job. V. 13. 1. Corinth. III. 19.

m) Ammianus Marcellinus loco citato: *Cum itaque rei idem fortiter inſtaret Alypius, juvaretque Provinciæ Rector, metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris aſſultibus erumpentes, fecere locum exuſtis ali-*

τῆς γῆς εὐθέως κατέφλεξέ τε πολλοὺς ἀνθρώπους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς λίθους τοῦ τόπου ἐκείνου, καὶ τῆς ἀκαίρου φιλονεικίας ἔστησεν, οὐ μόνον τοὺς τὸ ἔργον ἐπιχειρήσαντας, ἀλλὰ καὶ Ἰουδαῖοι πολλοὶ, τοῦτο θεασόμενοι ἐξέστησαν καὶ ᾐσχύνθυσαν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς καί τοι τοσαύτην μανίαν ἔχων περὶ τὴν σπουδὴν ἐκείνην, δείσας μὴ περαιτέρω προελθὼν ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν καλέσῃ τὸ πῦρ, ἀπέστη ἡττηθεὶς μετὰ τοῦ ἔθνους παντός. καὶ

Dei. Nam, ſimulatque tentaſſent hunc impium conatum, cœpiſſentque nudare fundamenta, multamque terram exhauſiſſent, reſtaretque ut jam ſtructuram aggrederentur: protinus ignis exiliens ex fundamentis exuſſit multos, & intempeſtivam pertinaciam interrupit. Quibus auditis Julianus Imperator, quanquam tanta veſania deditus erat illi negotio, veritus tamen ne ultra progreſſus in ſuum ipſius caput

R νῦν

quoties operantibus inacceſſum: hocque modo elemento deſtinatius repellente, ceſſavit inceptum. Eandem rem præter Philoſtorgium laudatis locis, ſæpius teſtatur Chryſoſtomus ut homilia IV. in Paulum Apoſtolum T. 2. edit. novæ p. 492. & quod CHriſtus ſit DEus T. 1 p. 580. & contra gentes T. 2. p. 574. Chryſoſtomo aſſentiuntur S. Ambroſius Epiſtola 40. (al. 29.) ſcripta A. C. 388. ad Theodoſium: *Non audiſti, Imperator, quod cum juſſiſſet Julianus reparari templum Hieroſolymis, Divino, qui faciebant repagulum, igne flagrarunt.* Gregorius Nazianzenus Orat. IV. T. 1. p. 111. Rufinus Hiſtor. Eccleſ. lib. 1. c. 37. Socrates III. 20. Sozomenus V. 21. Theodoritus III. 20. Hiſt. Eccleſ. Tripartita VI. 43. Nicephorus lib. X. c. 32. Zonaras XIII. 12. Cedrenus p. 252. Glycas aliique juniores innumerabiles. Videtur etiam tangere Theodoretus quæſt. 38. in Deuteron. T. 1. Opp. pag. 186. ὕστερον μέντοι κατὰ τοῦ Σωτῆρος λυττήσαντες εἰς ἅπασαν μὲν γῆν καὶ θάλασσαν διεσπάρησαν. τετρακοσίων δὲ διεληλυθότων ἐτῶν οὐκ ἔτυχον ἀνακλήσεως. *Poſtremo qui ſævierunt in Salvatorem, per univerſam terram & mare diſperſi ſunt: & cum quadringenti anni*(nunc 1700. propemodum)*effluxerint, non ſunt reſtitutionem conſecuti.* Judæorum teſtimonia ex R. David Ganſii Zemach parte 2. p. 36. a & R. Gedaliæ Schalſchelet Hakkabala p. 109. attulit Wagenſeilius in confutatione carminis Lipmanni p. 231, cui jungendum quod ex Bereſith rabba in fine ſect. 64. refert Jo. Morinus Exercitatt. Biblic. p. 353. ſeq.

νῦν ἐὰν ἔλθῃς εἰς Ἱεροσόλυμα, ὄψει τὰ θεμέλια τῆς γῆς ἐκείνης· κἂν τὴν αἰτίαν ζητήσῃς τῆς καταστροφῆς, ὐδεμίαν ἀλλ᾽ ἢ ταύτην ἀκύσεις, καὶ τύτυ μάρτυρες ἡμεῖς πάντες, ἐφ᾽ ἡμῶν γὰρ, ὐ πρὸ πολλῦ ταῦτα γέγονε χρόνυ·

ignem accerſeret; deſtitit inops conſilii cum tota gente. Et nunc ſi redeas Hieroſolymam, conſpicies nuda fundamenta: quod ſi cauſam quæras, non aliam quam hanc audies. Hujus rei nos omnes teſtes ſumus. Noſtra enim ætate hæc non ita pridem acciderunt.

Inter recentiores, hic cui non dictus Hylas? e quorum numero præ cæteris poterunt conſuli:

Centuriæ Magdeburgenſes IV. cap. 10. pag. 882. & c. 14. pag. 1458. ſeq.

Ceſar Baronius T. IV. Annal. ad A. C. 363.

Jacobus Baſnage Hiſtoire des Juifs lib. VI. cap. 14. §. 17. ſqq. & qui dubiis ejus ſatisfecit vir eruditiſſ. *Maturinus Veiſſerius la Croſe* entretiens ſur divers ſujets d'Hiſtoire pag. 214. ſqq. *M. Jo. Georgius Lotterus*, Auguſtanus, in hiſtoria inſtaurationis templi Hieroſolymitani ſub Juliano Imp. tentatæ, ſed Divino miraculo impeditæ, modeſte vindicata. Lipſiæ 1728. 4.

Dominicus de Colonia S. J. la Religion Chretienne autoriſée par le temoignage des anciens auteurs payens T. 1. p. 50. ſqq.

Conradus Ike Theologus Bremenſis Oratione de Veritate Religionis Chriſtianæ ex Judæorum poſt CHriſtum natum fatis demonſtrata. Brem. 1723. *Bibl. Hiſt. Phil. Theol. Bremenſ. T. 7. p.* 178.

Sam. Johnſon; Julian's acts to undermine and extirpate Chriſtianity. Lond. 1683. 1689. 8.

Conradus Rittershuſius lib. 1. ſacrarum Lectionum c. 18. qui Euſebium rei teſtem laudans, Rufinum voluit dicere, in cujus libro decimo quem Euſebii hiſtoriæ addidit, narratio hæc occurrit.

Jo. Jacobus Schudt Compendio Hiſtor. Judaicæ cap. 7. pag. 424. ſqq.

Jac.

Jac. Thomaſius ad Jo. Meelfuhreri librum cui titulus Hiſtoriſches Spruch-Buch p. 619. ſqq.

Tillemontius T. VII. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 411. ſqq.

Antonius Auguſtinus Touttée diſſ. 1. de vita Cyrilli Hieroſol. c. XI. p. LXVI. ſeq.

Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius in telis igneis Satanæ p. 226. ſeq.

Hermannus Witſius Miſcell. ſacr. T. 2. Exerc. 11.

Joannes Ens, Oratione de perſecutione Juliani, &c.

IV. Ex *SAMARITANIS*, progreſſus Evangelii ſufflaminare conatus inprimis traditur blaſphemiis ſuis & præſtigiis *Simon* Magus, de quo tam multa & partem incredibilia narrant recognitionum & Clementinorum auctor, itemque Abdias, Nicephorus, aliique, ut illis repetendis lectorem morari nolim. Abunde etiam de illo dictum a viris doctis ad Irenæum & Epiphanium, & ab aliis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ & hæreſiologicis ſcriptoribus, & a D. Michaële Siricio in pravitatibus Simonis Magi, Gieſſæ 1664. 4. De cætero perſecutiones in Eccleſiam Evangelicam moviſſe Samaritani in ſcriptis Apoſtolicis nusquam leguntur, e quibus potius diſcimus Samariam variosque ejus vicos CHriſti fidem amplexos Joh. IV. 39. Actor. VIII. 5. 14. 25. & Eccleſiam Samaritanam pacis fructu uſam IX. 31. Confer, ſi placet, quæ ſupra p. 44. ſeq. breviter perſtringere me memini.

CAPUT VII.

De Perſecutionibus quas in Chriſtianos moverunt per annos ferme trecentos Imperatores Ethnici.

ETiam hoc CHriſtus futurum ſuis prædixerat, quod ſicut ipſe tradendus ad mortem erat Ethnicis, a) cum Judæi jus gladii magnam partem jam amiſiſſent; b) ſic & diſcipulis ſuis c) ho-

a) Matth. XX. 19. Marc. X. 33. Luc. XVIII. 32.

b) Jus blaſphemi plectendi lapidandique Synedrio Judaico relictum, reliquum gladii

c) horumque exemplo Chriſtianis aliis multa & magna fore perpetienda propter nomen JEſu à Gentibus, d) Romanis maxime eorumque præfectis & præſidibus, quos Imperatores in provinciis paſſim conſtituerunt, per quas Chriſti Eccleſia ſenſim propagari, & non obſtantibus graviſſimis eorum perſecutionibus majora ſemper incrementa capere incipiebat. Quam magnæ & graves fuerint hæ in Chriſtianos procellæ & injuriæ, edictorum atrocitate & furore præfectorum vel plebis, per annos circiter trecentos, exiguis ſubinde intercedentibus continuatæ intervallis, quam nulli ſexui parcitum, ætati nulli, nulli ordini: quam crudelibus pœnis ac ſuppliciis animadverſum in Chriſtianos, nullius præterea reatus convictos, vel falſo impacto accuſatos, nec Ethnicorum ſcripta nos patiuntur ignorare, & Eccleſiaſticis monumentis innumeris eſt teſtatiſſimum: quibus licet interjecto tempore, ut fit, multæ & incredibiles fabulæ admixtæ fuerint perverſo ſuperſtitioſorum & male feriatorum hominum ſtudio: tamen ex illis etiam, quibus certa fides conſtat, ſatis poteſt probari non Apoſtolos tantum, ſed illorum exemplo infinitos quoque alios per tria à CHriſto nato ſæcula paſſim & locis innumerabilibus alacriter cruciatus incredibiles, ignominias, exilia, ſpoliationes & ſupplicia graviſſima pro Salvatoris ſui Fide ac Nomine libenter pertuliſſe, ita ut tyranni citius defatigati fuerint cædendo & ſæviendo, quam conſtanter perpetiendo & JEſum morte ſua & ſuppliciis tolerandis honorando Chriſtiani.

Contra *Henrici Dodwelli* diſſ. XI. Cyprianicam de Martyrum paucitate in primævis Chriſtianorum perſecutionibus, conferenda quæ præter *Antonium Pagium* in Critica Baroniana ad A. C. 64. n. 3. aliisque in locis, & *Tillemontium* tomo 2. memoriarum, diſputant *Antonius*

jus & poteſtas de Majeſtatis *læſæ* crimine cognoſcendi crucifigendique a Romanis adempta, merumque imperium triburum præſidi provinciæ. Vide Benedictum Bacchinum de origine Hierarchiæ Eccleſiaſticæ pag. 145. Jo. Sibrandum de ſtatu Judææ ſub Procuratoribus, Zachariam Huberum lib. I. diſſ. & quæ notavi in Codice Apocrypho Novi Teſt. T. I. p. 245. & T. 3 p. 469. ſeq.

c) Sic Paulus & Silas rapti ad forum Romanorum Magiſtratuum Philippis Actor. XVI. 19. 20. Similiter Epheſi hoc accidit Paulo ejusque Comitibus Cajo & Ariſtarcho Macedonibus. XIX. 29. Paulus etiam cauſam agere juſſus apud Judææ à Claudio præfectum Antonium Felicem XXIII. 24. ejusque ſucceſſorem Porcium Feſtum, XXIV. 27. & denique Romæ apud Neronem Imp. XXV. 12.

d) Matth. X. 18. XXIV. 9.

nius Ruinartus in præfatione ad Acta Martyrum ſincera & ſelecta, Pariſiis atque Amſtelodami nitidis Wetſtenianis typis edita, quæ præfatio etiam adjecta Lactantii libello de mortibus perſecutorum, editionis Trajectinæ Clariſſimi Viri, Pauli Bauldrii: *Lud. Antonius Muratorius* T. 2. Analectorum Latinorum p. 200. ſeq. *Jo. Mabillonius* itinere Italico p. 138. ſeq. & *D. Thomæ Ittigii* ſelecta capita Hiſt. Eccleſ. ſæculi I. pag. 312. ſeq. 331. ſæc. 2. p. 284. quibus liceat etiam adjungere *Chriſtiani Wilhelmi Lüſcheri* diſſertationem Dodwello ac Guil. Fleetwoodo e) oppoſitam, Witebergæ A. 1697. 4.

De PERSECUTIONIBUS
primorum Chriſtianorum.

Præter commentarios ad Actorum Apoſtolicorum Volumen & ad Euſebii Hiſt. Eccleſiaſticam, Auguſtinum XVIII. 53. de C. D. Oroſiumque, & Sulpicium Severum, nec non ſcriptores recentiores Annalium Eccleſiaſticorum & Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, conſuli poſſunt:

L. Cœlii LACTANTII liber de mortibus Perſecutorum: de cujus editionibus abunde dixi in libro de Veritate Relig. pag. 237. ſq.

Joſephi Chriſtiani hypomneſticon c. 139.

Eodem Lactantio teſte lib. V. Inſtitutt. Divinarum cap. 11. DOMITIUS (ULPIANUS) *de officio Proconſulis libro ſeptimo RESCRIPTA PRINCIPUM nefaria collegerat, ut doceret quibus pœnis affici oporteret eos qui ſe cultores DEI profiterentur.*

Martyrologium Rom. 25. Aug. *Arelate in Gallia B. Geneſii, qui exceptoris* (ἐξισωτȣ) *officio fungens, cum impia edicta quibus Chriſtiani puniri jubebantur, nollet excipere, & projectis in publicum tabulis ſe Chriſtianum eſſe teſtaretur, comprehenſus atque decollatus, martyrii gloriam, proprio cruore baptizatus accepit.* Idem 7. Sept. *Nicomediæ natalis B. Joannis Martyris, qui cum videret crudelia edicta adverſus Chriſtianos in foro pendere, fidei ardore* f) *accenſus injecta manu illa detraxit atque diſcerpſit:*

e) Hic præf. ad partem 2 ſylloges Inſcriptionum Veterum teſtatur ſe de γνησιότητι Inſcriptionum à Mabillonio allatarum dubitare: cui vide etiam quæ opponit illuſtris vir Giſbertus Cuperus in notis ad Lactantium p. 139.

f) *Etſi non recte, magno tamen animo*, inquit Lactantius c. 13. de mortibus perſecutorum. Nomen non habet Euſebius VIII. 5. cui τῶν ἐκ ἀσήμων τις dicitur. *Joannem* vocat ex Uſuardo & Adone, Martyrolog. Rom. *S. Georgium* Papebrochius T. 3. April. p. 107. ſeq.

cumque hoc relatum eſſet Diocletiano & Maximiano Auguſtis in eadem Urbe conſtitutis, omnia ſuppliciorum genera in eum experiri juſſerunt quæ vir nobiliſſimus tanta alacritate vultus ac ſpiritus pertulit, ut ne triſtis quidem pro his videri potuerit.

Centuriæ Magdeburgenſes Centuriæ cujusque capite 3.

B. D. Chriſtiani Kortholti de perſecutionibus Eccleſiæ primævæ ſub Imperatoribus Ethnicis, deque veterum Chriſtianorum Cruciatibus liber, Jenæ 1660. 8. & ex altera pleniore editione, Kil. 1689. 4. (*Giornale de letterati di Parma A. 1690. p.* 183.) Et Germanice: Hiſtoriſche Beſchreibung der zehen groſſen Verfolgungen der Chriſten in der erſten Kirchen. Roſtock. 1664. 12. Hamb. 1698. 8.

D. Jo. Meiſneri diſſ. de perſecutionibus & martyriis Chriſtianorum veterum. Witeberg. 1670. 4.

Jo. Andreæ Quenſtadii diſſ. de perſecutione Vet. Eccleſiæ. Witeb. 1676. 4.

D. Andreæ Kesleri patientia Chriſtiana, oder Tractat von den Kirchen-Verfolgungen. Coburg 1630. 12.

Abrahami Andreæ διωγμογραφία ſacra.

Omitto *Henrich Benckendorfs* kurtz-gefaſte Hiſtoria von den zehn Haupt-Verfolgungen. Lipſ. 1727. 12. *D. Mich. Waltheri* homiliam LXXXII. in Epiſt. ad Hebræos p. 1026. ſeq. &c.

Martini Lidgren diſſ. de propagatione Religionis Chriſtianæ ſub Ethnicis Imperatoribus. Upſal. 1726. 8.

Jo. Baptiſtæ Maſculi hiſtoriam perſecutionum Eccleſiæ, Neapoli 1651. 4. editam, ſicut & *Bonifacii Simonetæ*, Abbatis Ciſtercienſis libros VI. de Chriſtianæ Fidei & Romanorum Pontificum perſecutoribus, vulgatos Mediolani 1502. fol. & Baſileæ 1509. cum ſummariis Stephani Dulcini, fol. non vidi. De Simoneta illo adire licebit Philippum Picinellum in athenæo eruditorum Mediolanenſium pag. 95.

Joſephus Bingham Anglus cui egregium opus Originum & Antiquitatum Eccleſiaſticarum debemus, peroptavit, & ipſe, ſi vita ſuppetiiſſet, adornaturus fuit hiſtoriam perſecutiorum & paſſionum priſcorum Martyrum ex avthenticis actis, ſine ſpuriis additamentis ineptorum ſcriptorum, legendarum & incerta fide martyrologiorum poſterioris ævi.

Caſparis Sagittarii de Martyrum Cruciatibus liber. A. 1673. Ejusdem de Natalitiis Martyrum, 1678. Jenæ, 4.

Jo. Baptiſtæ Riccioli Chronologiæ reformatæ III. p. 112. ſeq.

Antonii Gallonii, Rom. congregationis Oratorii Presbyteri de S. Martyrum cruciatibus liber, quo etiam inſtrumenta & modi cruciatuum tabellis ære deſcriptis exhibentur. Italice Rom. 1591. 4. & Latine Rom. 1594. 4. Colon. 1602. 8 Antw. 1591. 1668. 12.

Ad Chriſtum & Chriſtianos non pertinere quod in Suetonii CLAUDIO c. 25. legitur, eum *Judæos impulſore Chreſto aſſidue tumultuantes Roma expuliſſe*, contendit Paulus Chriſtianus Hilſcherus Paſtor nuper Palæodreſdenſis, ὁ μακαρίτης diſſ. de Chreſto, Lipſ. 1697. 4. Verius tamen puto Suetonium (ut multi fecerunt) Judæos de quibus idem traditur Actor. XVIII. 2. & apud Dionem lib. LX. p. 669. confudiſſe cum Chriſtianis, atque inde abſurdam blaſphemiam in Chriſtum pacis commendatorem unicum, & qui Romæ nunquam fuit, impegiſſe, ut ad Dionis locum oſtendi. De Chriſto per errorem in Chreſtum mutato exſtant virorum clariſſimorum Chriſtophori Aug. Heumanni & Michaëlis Roſſal diſſertationes.

De Perſecutionibus earumque fructu, & de *prima* g) NERONIS A. C. 64. (Baron. 66.) *Tillemontius* T. 1. Hiſt. des Empereurs p. 564. ſqq. edit. Amſt. & 1036. & T. 2. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 71. edit. Pariſ. & 493. ſqq. *Chriſtoph. Cellarii* diſſ. Academic. p. 614. ſq.

Viri docti ad *Suetonii* Neronem c. 16. & *Tacitum* XV. 44. Annal. *Lactantium* de mortibus perſecutor. cap. 2. *Euſebium* II. 25. Hiſt. &c.

Joſephus Scaliger de emendatione temporum lib. V. p. 471.

Campegius Vitringa de ſtatu Eccleſiæ Chriſtianæ a Nerone ad Trajanum lib. IV. Obſervatt. ſacrarum c. 7.

Alphonſi de Vignoles diſſertatio inſerta tomo octavo Hiſtoriæ Criticæ Reip. litt. Gallice à V. C. Philippo Maſſono editæ p. 74. ſeq. de tempore perſecutionis Neronianæ.

Chriſtianis falſo impactum crimen incenſæ Urbis Romæ, menſe Julio A. C. 64. de quo ex Tacito Sulpicius Severus II. 29. ut ſub Diocletiano regiæ incendio vaſtatæ de quo martyrolog. Rom. 2. Octobr.

Vetus

g) Tertull. c. 5. Apologetici; *tali dedicatione damnationis noſtræ etiam gloriemur; qui enim ſcit illum, intelligere etiam poteſt non niſi aliquod bonum grande à Nerone damnatum.*

Vetus inſcriptio reperta in Luſitania, obviaque apud Gruterum p. CCXXXVIII. Halloixium T. 1. ſcriptor. Oriental. pag. 299. NERONI CL. CAIS. AVG. PONT. MAX. OB. PROVINC. LATRONIB. ET HIS QVI NOVAM GENERI HVM. SUPERSTITION. INCVLCAB. PVRGATAM. non ſine cauſſa dubiæ fidei videtur Scaligero, Ittigio, Fleetwoodo & aliis. Tamen Neronem non Romæ modo Chriſtianos mortibus & ſuppliciis affeciſſe; ſed & *per omnes provincias perſecutione juſſiſſe excruciari, ipſum nomen exſtirpare conatum* ſcribit Oroſius VII. 7.

De perſecutione *ſecunda* ſub DOMITIANO ſive Nerone ſecundo circa A. C. 93. in qua etiam Joannes Apoſtolus in Inſulam Patmum relegatus traditur, videndi Euſebius II. 18. ſeqq. Dio LXVI. pag. 766. ubi quæ de Judæis dicuntur, ad Chriſtianos etiam pertinent. E recentioribus *Tillemontius* T. 2. Hiſt. Imperator. pag. 193. 875. & T. 2. memor. Hiſt. Eccleſ. pag. 117. 522. ſqq. *Thomas Ittigius* ſelectis capitibus Hiſt. Eccleſ. ſec. 1. p. 329. ſeq.

Exſtat numus, in cujus anteriore facie caput Domitiani laureatum, cui circumſcripta verba: *CÆS. DOMITIAN. Auguſtus, GERManicus Pontifex Maximus TRibunitiæ Poteſtatis XV.* In altera conſpicitur corona ex perſea, ambiens figuram hominis ſedentis, tunica induti manicata cinguloque adſtricta & ad ima veſtigia defluente, capitis calvities tecta galero, dextra perſeæ fructum tenet cum ramo, ſiniſtra crucem: prope navis cum Luna didiata. Hoc numo per Crucis ſymbolum non Chriſtianam religionem innui, nec afflictæ illius à Domitiano ſtatus memoriam, ſed Iſiaci ſacrigeruli habitu ſignari Domitianum, erudite probarunt Ulricus Obrechtus Epiſtola de Domitiani numo Iſiaco ad Eliam Brackenhoferum, vulgata Argentorati A. 1675. atque inter ejus Academica A. 1704. 4. junctim edita p. 461. ſeq. & Antonius Pagi ad A. C. 95. n. V. Atque crucem fuiſſe inter hieroglyphica Ægyptiorum, & vitam venturam deſignaſſe, ex Suida in σαυροὶ, Rufino aliisque notarunt Valeſius, ad Sozom. VII. 15. p. 153. Gretſerus lib. 1. de cruce c. 42. ſeq. Pignorius menſa iſiaca pag. 17. ſeqq. & 75. Segvinus in numiſm. pag. 6. Kircherus T. 3. Oedipi p. 268. Obeliſco Pamphilio pag. 366. & prodromo Copto p. 249. &c.

Προςάγμασι

Προςάγματος ſive edicti, καταπαύοντος τὸν κατὰ τῆς ἐκκλησίας διωγμὸν perſecutionem adverſus Eccleſiam jubentis ceſſare, meminit Hegeſippus apud Euſebium III. 20.

Sub NERVA reſpiratio Eccleſiis & pax. Confer Baron. ad martyrolog. 15. April.

De perſecutione *tertia* ſub TRAJANO A. C. 104. Thomas Ittigius in ſelectis capitibus ſæculi ſæcundi p. 279. ſeq. Tillemontius T. 2. Hiſt. Imperator. p. 361. 942. & T. 2. memor. hiſt. Eccleſ. p. 167. ſqq. 568. ſqq.

Baronius ad Martyrolog. Rom. 23. Januar. Vide & 5. Sept.

Jo. Teſmari proceſſus Gentilium in Chriſtianos ſub TRAJANO Imp. inſtitutus & illuſtratus.

Franciſcus Balduinus ad edicta vett. Principum de Chriſtianis pag. 34. ſeq. edit. Halæ Sax. 1727. 8.

Commentarii Virorum doctorum ad *Plinii* junioris & Trajani Epiſtolas, lib. X. 97. ſeq. de quibus in Bibl. Latina.

Juſſum Trajani de non puniendis Chriſtianis, editum ad relationem *Tiberiani*, Præſidis primæ Palæſtinæ. Vide Jo. Malelam p. 356. excerpta Peireſciana p. 818. Suidam in Τραϊανός. Viderint eruditi num ſatis magna cauſſa in dubium hoc vocandi ſit à ſilentio petita Euſebii, quamlibet Palæſtini, quod objicit doctiſſ. Cotelerius ad Ignatii Epiſt. ad Philadelph. c. 9.

Chriſtophori Cellarii programma XLIII. de bonorum alioqui Principum, Ulpii Trajani, M. Antonini & Septimii Severi acerbiore in Chriſtianos affectu. p. 300. ſqq. *Dominicus de Colonia* S. J. libro cui titulus: la Religion Chrétienne autoriſée par les Payens Tom. 2. p. 55. 56. ſqq.

De Perſecutione IV. ſub HADRIANO A. C. 125. B. Ittigius p. 183. ſelect. capit. ſæculi ſecundi, Tillemont T. 2. Hiſt. Imperator. p. 512. 1002. & T. 2. memor. hiſt. Eccleſ. pag. 224. 585. ſqq. Nullas contra Chriſtianos leges impreſſere *Hadrianus*, *Veſpaſianus*, *Pius*, *Verus* teſte Tertulliano c. 5. Apologetici. Confer Dominicum de Colonia T. 2. p. 26. libri laudati. Sed cum Judæos graviſſime Hadrianus perſequeretur, non mirum eſt ad Chriſtianos etiam mala multa redundaſſe, quos cum Judæis, ut ex illis profectos confundebant plerique & eodem odio proſequebantur, quod magis pateret ſi *Quadra-*

ti & *Ariſtidis* Apologiæ ad Hadrianum pro Chriſtianis ſcriptæ exſtarent, de quibus ad Hieron. c. 19. & 20. de ſcriptoribus Eccleſ.

Sulpicius Severus lib. 2. c. 31. *Quarta ſub Adriano perſecutio numeratur, quam tamen poſt exerceri prohibuit, injuſtum eſſe pronuncians, ut quisquam ſine crimine reus conſtitueretur.* Monitus ſcilicet à Serenio Granio h) Aſiæ proconſule, ὡς οὐ δίκαιον εἴη ἐπὶ μηδενὶ ἐγκλήματι βοαῖς δήμου χαριζομένους ἀκρίτως κρίνειν τοὺς χριστιανούς, adde Syncellum pag. 348.

Hadriani reſcriptum pro Chriſtianis, ad calcem apologiæ longioris S. Juſtini Martyris, qui ad illud provocat Apologia 2. p 99. Ejus verba laudat etiam Euſebius IV. 8. ſubjunctis c. 9. litteris ipſis Hadriani ad *Minucium Fundanum* Serenii ſucceſſorem. Ad idem reſcriptum Hadriani provocat Melito apud Euſebium IV. 26. & Xiphilinus in Antonino Pio, ſub init. Confer Franc. Balduinum ad edicta Principum vett. de Chrſtianis p. 75. & 83.

De ANTONINI Pii in Chriſtianos animadverſione & ſuppliciis B. Ittigius in ſelectis capitibus ſæculi ſecundi p. 286. ſq.

De perſecutione V. ſub M. ANTONINO A. C. 151. Tillemontius T. 2. Hiſt. Imperator. pag. 737. 1059. & Tom. 2. memor. hiſt. Eccleſ. p. 307. ſqq. 623. ſqq. Ittigius libro laudato p. 289. ſeq. De *Juſtini* Martyris Apologia ad M. Antoninum & Verum ſcriptis dixi lib. de veritate Relig. p. 43. ſeq. & de *Athenagora* ad eundem M. Antoninum & L. Commodum p. 52. De Apologiis deperditis *Melitonis Apollinaris* atque *Miltiadis* p. 160. 161. De *S. Pionii* Baron. ad Martyrolog. 1. Febr.

COMMODI Imp. juſſu rapti ad martyrium. Martyrolog. Rom. Auguſt 19. 25. &c.

De Epiſtolis M. Antonini pro Chriſtianis ad Aſiaticos, περὶ τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας, ad calcem Apologiæ longioris S. Juſtini. Ejusd. ad Athenienſes, ad Theſſalonicenſes, ad Lariſſenſes, vide Euſeb. IV. 26. Hiſt. Dominicum de Colonia T. 2. p. 225. ſqq.

Franciſc. Balduinus ad edicta Chriſtianor. de Chriſtianis p. 87. 93.

Pro mira *legionis fulminatricis* precibus impetrata exercitui M. Antonini pluvia, ex Dione Caſſio, Jul. Capitolino, Claudiano & Themiſtio, aliisque conſuli poſſunt *Theophilus Spizelius* ad calcem libri de athe-

h) Vide Lambec. III. pag. 349. Nic. Antonium Bibl. veteri Hiſpana lib. I. cap. 20. §. 434. ſeq.

atheiſmo eradicando p. 135. ſqq. ubi M. Antonini Epiſtola i) ad Senatum Rom. ne Chriſtianorum quenquam ideo quod Chriſtianus ſit, accuſare liceat: quam Latine ex MS. Vaticano protulit Angelus Roccha: *Græce & Lat.* ad calcem apologiæ longioris Juſtini Martyris p. 101. edit. Pariſ. Incipit: φανερὰ ὑμῖν ἐποίησα.

Baronius ad A. C. 176. n. 24. ubi icon *Jovis pluvii* ex columna Antoniniana, Bernhardus de Montfaucon T. 1. Antiquitatis illuſtratæ lib. 2. tabula 13. Sigebertus Havercampius ad Tertulliani Apologeticum c. 5. p. 63. Onufrius ad faſtos ſuos p. 233. Huetius demonſtrat. Evangel. propoſit. 3. §. 19. p. 65. ſq. *Dominicus de Colonia*, la Religion Chretienne autoriſée par le temoignage des anciens auteurs payens c. 3. p. 69.-122.

D. Chriſtian. Kortholt de Perſecutionibus Eccleſiæ primitivæ p. 226. ſqq.

Henricus Witſius Ægyptiacis A. 1696. editis p. 419. ſqq. *Jo. Richardſon* prælectionibus Eccleſiaſticis A. 1726. Londini vulgatis prælect. duodecima.

Chriſtoph. Cellarii diſſ. p. 313. ſqq. *Ulricus Obrechtus* diſſ. Academic. XVIII. p. 361. ſqq. *Petrus Kingius* diſſ. inſerta tomo ſecundo operum Walteri Moyle, *Guil. Whiſtonus* diſſ. contra Moylium (Act. Erud. A. 1727. p. 2059.) *Wilh. Wottonus* contra Dan. Larroquanum (id. A. 1702. p. 4.) Defence of the miracle by Tho. Woolſton, diſſ. contra Moylium. 1726. *Matthias Zimmermannus* Analect. p. 129.

Petrus Adolphus Boyſen de legione fulminatrice, Halberſtad. 1719. Acerra philologica Hallenſis, edita Germanice T. 1. p. 792. ſq.

Jo. Frid. Kœberg binis diſſertationibus, Geræ 1684. 4.

In dubium vocant præter Scaligerum & Sam. Baſnagium locis laudatis, contra tot teſtes vindiceſque:

Daniel Larroquanus diſſ. ſubjecta adverſariis Matthæi Larroquani parentis A. 1688. Lugd. Bat. 8. editis p. 553. ſqq.

Walterus Moly diſſ. contra Petrum Kingium, inſerta tomo ſecundo ejus Operum, editorum Anglice Lond. 1726. 8. (Bibl. Angloiſe T. 14. p. 525. ſq. Act. Erud. 1727. p. 258.) *Jo. Clericus* hiſt. Eccleſiaſtica ſecundi ſæculi Gallice edita, &c.

S 2 De

i) Hæc quidem ſuppoſititia videtur Scaligero p. 222. ad Euſebium, Salmaſio ad Capitolini M. Antoninum c. 24. Huetio demonſtr. Evangel. p. 68. D. Kortholto lib. de perſecutionibus p. 238. & Sam. Baſnagio T. 2. Annal. p. 156. 157.

De Perſecutione VI. ſub Septimio SEVERO Imp. A. C. 197. ad 203. *Tillemont* T. 3. Hiſt. Imperatorum p. 146. ſq. 425. ſeq. & T. 3. Memor. Eccleſ. p. 114. 636.

Joſephus Maria Suareſius ad arcum L. Septimii Severi Rom. 1676. fol.

Acta S. *Perpetuæ* & *Felicitatis* : *Baronius* & *Bollandus* ad VII. Martii.

D. Jo. Laurentii Mosheim diſquiſitio de ætate apologetici Tertullianei, initioque perſecutionis Severi, Lugd. Bat. 1720. 8. & ex meliore editione Helmſt. 1724. 4.

Præclarus Martyrum numerus glorioſe paſſorum ſub MACRINO & in his S. Aſclepiades Epiſcopus Antiochiæ memoratur in Martyrologio Rom. 18. Octobr. Paſſim alii paſſi ſub ALEXANDRO SEVERO Imp. ut 21. Octobr. 22. Nov.

De perſecutione VII. ſub MAXIMINO Thrace, A. C. 235 236. 237. Tillemont T. 3. Hiſt. Imperator. p. 514. ſq. 808. ſq. T. 3. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 263 690.

De perſecutione VIII. ſub DECIO, A. C. 250. quam odio Philipporum motam ſcripſit Hieron. in Chron. quod Philippos Chriſtianis faviſſe ſibi perſuaſiſſet, & de qua *Dionyſii* Alexandrini Epiſtolam memerat Euſebius VII. 22, 23. Hieron. Catalog. c. 69.

Jo. Pearſonus in Annalibus Cyprianicis, *Pagius* T. 1. p. 235. ſeq. *Tillemont* T. 3. hiſt. Imperator. 602. ſqq. 811. ſqq.

Tempora Decii, ſcriptorum inopia remanſiſſe obſcuriſſima, queritur Baronius ad Martyrolog. Rom. 17. Febr.

De lapſis in perſecutione Decii, Natalis Alex. Sec. 3. diſſ. 2. ſqq. & diſſ. 15 & 20. De ſacrificatis & thuratis ſive thurificatis, libellaticis, librorumque & vaſorum ſacrorum traditoribus, Tobias Pfannerus libro primo Obſervationum ſacrarum.

Edictum contra Chriſtianos ſub GORDIANI & PHILIPPI nomine ſuppoſititium in Actis S. Heliconidis apud Papebrochium 28. Maji p. 737. 738. adde Tillemontium hiſt. Imperator. T. 3. p. 824.

De perſecutione IX. ſub VALERIANO A. C. 257. vide Pagium & Pearſonii annales Cypr. & ad A. 260. Baron. Martyrolog. Rom. Auguſt. 9. 10. 13. 17. 21. 22. 23. 26. ſub Valeriano & Gallieno. Septembr. 10. 11. 14. 17. Octobr. 26.

Tille-

Tillemontii hiſt. Imperator. T. 3. p. 746. ſq. 913. ſq. & memor. Hiſt. Eccleſ. T. 4. p. 1. ſq. 584.

Valerianus ab *illo* tempore infelix, ut ad Saporem Perſarum Regem ſcripſit Conſtantinus M. apud Euſeb. de vita Conſtantini IV. 11.

Sub AURELIANO circa exitum A. C. 272. Tillemont T. 3. *hiſt.* Imperator. pag. 1085. ſqq. & Tom. 4. memor. Hiſt. Eccleſ. pag. 345. 681.

Sub NUMERIANO Imp. A. C. 283. Martyrolog. Rom. 16. Mart. 28. Auguſt. Dec. 1. 3. 8. 14. adde Tillemont. T. 4. memorar. p. 564. ſqq.

De perſecutione X. ſub DIOCLETIANO, & GALERIO MAXIMIANO ab A. C. 303. 23. Febr. fere per decennium. vide Pagium ad A. 302. n. 5. Sam. Baſnag. ad A. 303. & quæ viri docti ad Euſebium lib. VIII. ſq. & Ruinarti Acta ſelecta martyrum p. 330. ſq. ubi Euſebii liber de martyribus Palæſtinæ, Latine cum notis: Lactant. de mortibus perſecutor. c. 12. 13. Franciſcus Balduinus ad edicta Principum de Chriſtianis p. 112. 121. 126. Inſcriptiones Gruteri p. 280. Martyrologia ad 26. Novembris &c. Jo. Mariana de rebus Hiſpaniæ IV. 12. Jo. Morinus hiſt. de la delivrance de l'Egliſe p. 149. ſqq. 313. ſq. M. Velſeri Opera p. 448. ſq. Tillemont. T. V. memoriar. p. 1. 587. & ſub LICINIO pag. 502. 783. Morin. p. 339. ſqq.

Joannis Broëi diſſ. de initiis perſecutionis DIOCLETIANEÆ. Avarici Biturgum 1676. 4.

Franciſci Burmanni, filii, Oratio de perſecutione Diocletiani ejusque exitu glorioſiſſimo. Ultraj. 1719. 4. Nicolaus le Nourry diſſ. de ultimis Eccleſiæ perſecutoribus ad Lactantii lib p. 227. ſqq.

D. Abraham. Calovii de Confeſſione Martyrum ſub X perſecutionibus. Witeb. 1658. 1660. 4. & inter opera anti Socin. T. 2. Ulm. 1684. fol.

De Martyrio S. Mauricii & Legionis Thebæorum ſub Maximiano; Martyrolog. Rom. 26. Auguſt. & 22. Sept. 30. Sept. 20. Nov. *Jo.* Morinus l. c. p. 156. ſqq. Quanquam autem hujus martyrii hiſtoria fertur ſub S. Eucherii Lugdunenſis nomine, eamque celebrant Venantius Fortunatus lib. 2. carm. 15. T. X. Bibl. Patrum Lugd. pag. 537. & Walafridus Strabus T. XV. p. 220. & Marbodeus Redonen-

ſis ad calcem operum Hildeberti Cenom. p. 1355. ſeq. aliique juniores, & e recentibus Lud. Cellotius, Mauritiados Andegavenſis libris III. carmine Heroico, in ejus poëmatibus Pariſ. 1630. 8. p. 431. ſeq. Julius Baldeſanus in hiſtoria legionis Thebanæ, ſcripta Italice, Auguſtæ Taurinor. 1604. 4. Franciſcus Portocarrero S. J. Hiſpanice &c. Etiam Jo. Jacobus Huldricus de protomartyrum Tigurinorum religione, Tiguri 1628. 4. tamen argumentis non contemnendis eam vocant in dubium Sam. Baſnage ad A. C. 391. n. 6. Jacobus Baſnage Hiſtoria Eccleſiæ edita Gallice Tom. 3. pag. 1223. Joannes Dubordieu diſſ. Hiſtorica & Critica de martyrio Legionis Thebanæ, Anglice Lond. 1696. & Gallice Amſt. 1705. 12. Saltim veris quibusdam additum eſſe ſyrma falſarum traditionum, facile ſibi perſuaſerit, qui antiquiorum ſilentium, & ſequioris ætatis exaggerationes & commenta cogitabit.

CAPUT VIII.

De Philoſophis *atque* Hæreticis, *Chriſtianiſmi incremento adverſantibus.*

EX Judæis pariter & Ethnicis, ſtatim tempore naſcentis Eccleſiæ reperti ſunt non pauci, qui præter obtrectationes iraſque, odia & perſecutiones quæ doctrinæ CHriſti undique objiciebantur, etiam argumentis certabant, & rationibus eam validis oppugnare ſe poſſe volebant videri. CHriſto ipſi jam Sadduçæi, a) jam Phariſæi, b) jam alii ex Herodianis c) & Judæis d) modo movebant controverſiam de perſona e) & ſtatu, modo de moribus f) & mi-

a) Matth. XVI. 1. 12. XXII. 23. 34. Marc. VII. 1. Luc. XX. 27.

b) Matth. IX. 11. 34. XII. 2. 24. XV. 1. XVI. 1. 12. XIX. 3. Luc. XVI. 14. XVII. 20. Joh. VIII. 3.

c) Marc. XII. 13.

d) Joh. II. 18. V. 18. VI. 41. VIII. 31. ſeq. X. 24. Joh. VI. 60. quem locum reſpiciens Auguſtinus ad Pſalm. LIV. *prima hæreſis in diſcipulis Chriſti velut ad duritiem ſermonis facta eſt.*

e) Matth. XIII. 55. Marc. VI. 2. 14. XIV. 61. Luc. IV. 22. V. 21. VI. 2. XX. 2. Joh. V. 18. VI. 41. 52. 60. VII. 15. ſeq. X. 24.

f) Matth. IX. 11. XII. 2. XV. 2. Marc. VII. 2. Luc. V. 30. VII. 34. 39. XI. 38. XV. 2.

& miraculis g) modo de doctrina: h) quibus quomodo reſponderit atque os obturaverit optimus Salvator, objectionesque eorum diluerit ac repreſſerit, ex annotatis in ora paginæ Evangeliſtarum locis luculenter apparet. Ex iisdem quoque novimus promiſſum datum Apoſtolis, de gratia illis Divinitus largienda, qua poſſent reſpondere ad interrogata inquirentium, & objectionibus adverſantium ſatisfacere invicte. *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.* i) *Ego dabo vobis os & ſapientiam* k) *cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes adverſarii veſtri.*

II. Apoſtolis quoque negotium cum *Sadducæis* l) fuit, doctrinam de Reſurrectione ferre nolentibus: Stephano autem cum nonnullis de ſynagoga *libertinorum* & *Cyrenenſium*, & eorum qui erant e *Cilicia* & *Aſia* m) *ſed qui non poterant reſiſtere Sapientiæ & Spiritui qui in Stephano loquebatur.* οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ Πνεύματι ᾧ ἐλάλει. Præterea in inſula Papho, Paulo & Barnabæ ſeſe oppoſuit Pſeudopropheta Judæus *Barieſus* (auctori Operis imperfecti homilia 48. inter Chryſoſtomi opera, corrupte *Variſuus* n)) qui idem Elymas, hoc eſt magus dicitur Actor. XIII. 6, 7. Paulus ſingillatim Athenis gravem cum *Epicureis* & *Stoicis* Philoſophis habuit controverſiam XVII. 18. Omitto accuſationem ab Oratore *Tertullo*, de qua præter interpretes Act. XXIV. conſuli poſſunt Rev. D. Guſtavus Georg. Zeltnerus in Tertullo obtrectatore, Altdorf 1711. 4. & vir Clariſſ. Jo. Guil. Bergerus in diſſertatione quæ inſcribitur: Orator ex animi corporisque notitia informatus, Witeb. 1728. p. 25. ſeq.

III. Etiam contentiones inter Chriſtianos ex Judæis & Helleniſtas Actor. VI. 1. nec non inter fratres, Petrum cum incircumciſis verſatum indignantes XI. 2. & inter Petrum ipſum ac Paulum

g) Matth. IX. 34. XII. 24. 39. XVI. 1. Marc. III. 22. IX. 17. Luc. XI. 15. Joh. XII. 47.
h) Matth. XIX. 3. XXII. 15. 34. Marc. X. 2. XII. 13. Luc. VI. 7. X. 25. XIII. 14. XIV. 3. XX. 21. 27. Joh. IX. 16.
i) Matth. X. 19.
k) Luc. XXI. 15.
l) Actor. IV. 1. V. 17.
m) Actor. VI 9.
n) Cotelerius ad Conſtitutt. Apoſtol. VI. 8. & D. Ittigius appendice ad diſſ. de hæreſiarchis p. 12.

lum Barnabamque Gal. II. 11. ſq. quemadmodum etiam Paulo & Barnabæ cum fratribus ad legis Moſaicæ ritus obſtringere volentibus eos qui ex Gentibus ad CHriſtum convertebantur Act. XV. 2. quæ res poterat Evangelii curſui remoram non levem injicere, niſi mature compoſita diſſidia, & in concilio Hieroſolymitano ad plenum ſopita fuiſſent.

IV. Jam ex ipſis egreſſi ac ſurgentes, qui non erant de ipſis 1. Joh. II. 19. *Pſeudapoſtoli, operarii ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos CHriſti* 2. Corinth. XI. 13. ut *Hymenæus & Philetus* 2. Timoth. II. 17. & deſertores *Hermogenes* ac *Phygellus* 2. Tim. I. 15. *Demas* 2. Tim. IV. 10. *Alexander* 1. Tim. I. ult. 2. Tim. IV. 14. ac *Diotrephes*: 3. Joh. 9. 10. de quibus B. Doctor meus Thomas Ittigius diſſ de hæreſiarchis Apoſtolicæ & Apoſtolis proximæ ætatis p 84 ſeq. & de *Simone* Mago p. 23. ſeq. & de *Nicolao* ac Nicolaitis p. 87. ſeq. & de *Nazaræis* judaizantibus p. 69. ſeq. de quibus etiam ſupra dixi p. 49. Cæteri hæretici Apoſtolicæ ætatis, in ſcriptis Apoſtolicis non memorati, ſunt *Doſitheus* a quo *Doſitheani*, *Cleobius* ſive *Cleobulus*, *Thebutes* ſeu *Theobutus*, *Gorthæus* auctor *Gorthenorum*, *Masbothæus*, *Menander*, *Cerinthus* auctor Chiliaſtarum ſeu Milliariorum qui de Papia dicti etiam Papianiſtæ: & *Ebion*, a quo Ebionitæ ſive Ebionæi, ut minores ἐναλλαγὰς ſive mutationes hæreſeos Simonianæ *Adrianiſtas*, & *Cajaniſtas*, Theodoreto memoratos, & *Entychitas* (quorum etiam apud Clementem Alexandrinum VII. p. 549. mentio) prætercam: de quibus ſingulis laudatus Ittigius in diſſ. de hæreſiarchis, edita Lipſiæ 1690. 4. ejusque appendice 1696. 4. De plerisque horum etiam dicere me memini ad Philaſtrium, editum Hamb. 1721. 8. ut alios ſcriptores hæreſiologos veteres ac recentes innumerabiles ſilentio involvam.

V. Hæretici ſecundo poſt natum CHriſtum ſæculo, de quibus Irenæum, Tertullianum, Epiphanium, Theodoretum & e recentioribus eundem D. Ittigium conſulere juvabit, ſunt *Saturninus* ſive *Saturnilus*, *Baſilides* ejusque filius *Iſidorus*, *Carpocrates*, à quo *Carpocratiani*, *Marcellina* à qua *Marcelliniani*, *Epiphanes*, *Prodicus*, *Adamiani*, *Cajani* ſive potius *Cainiani*, *Quintilla* à qua *Quintilliani*, *Abelitæ*, *Sethiani* ſive *Sethoitæ*, & *Ophitæ* ſive *Ophiani*, *Valentinus* auctor *Valentinianorum*, ejusque aſſeclæ *Ptolemæus*, *Secundus*, *Heracleon*, *Marcus Marcitarum* auctor ſive *Marcoſiorum*: *Colorbaſus*, a quo *Colorbaſiani*, *Baſſus*,

Florinus,

Florinus, *Blaſtus*, *Bardeſanes*, *Bero* & *Helix* (niſi corruptum eſt nomen*) adverſus quos ſcripſit Hippolytus Portuenſis Epiſcopus; præterea e Valentinianis *Alexander*, *Theotimus*, *Axionicus*, *Caſſianus* quorum Theodoritus lib. I. de hæreticis fabulis mentionem facit, tum *Cerdo* & *Marcion* a quo *Marcionitæ*, *Lucanus* & *Apelles*: *Gnoſtici* ſive *Gnoitæ* quorum nomen pluribus commune, qui & dicti *Borboritæ* ſive *Borboriani*, *Coddianique*, *Coprianitæ*, *Phibionitæ* ſive *Phemionitæ*, *Stratiotici* quoque & *Socratitæ*, *Zacchæi*, *Naaſſini*: *Docetæ*, *Phantaſiodocetæ* ſive *Phantaſiaſtæ* (Prudentio *Phantaſmatici*) *Anthropomorphi*: *Scythianus*, *Marcianus* a quo *Marcianitæ*, *Julius Caſſianus*, & *Hæmatitæ* Clementi Alex. VII. pag. 549. memorati. *Melitonii* ſive *Melitani*, *Tatianus* a quo *Tatianitæ*, *Encratitæ*, *Hydroparaſtatæ* ſive *Aquarii*, *Accaophori*, *Saccophori*, *Severiani* ſive *Severianiſtæ*, *Apotactici* ſeu *Apotactitæ* qui etiam *Apoſtolici* †, poſſeſſioni rerum propriarum renunciantes: *Montanus* a quo *Montenſes* ſive *Montaniſtæ*, *Cataphryges*, *Proclum* ſecuti vel *Æſchinem*, *Pepuziani*: *Taſcodrugitæ* qui aliis *Aſcodrupitæ*, *Aſcodryptæ*, *Aſcitæ*; *Pattalorinchitæ*, *Artotyritæ*; *Alogi*, *Theodotus* Coriarius, *Theodotus* Trapezita, *Melchiſedechiani*, *Artemon* ſive *Artemas*, a quo *Artemonitæ*: *Hermogenes*, *Hermiani*, *Praxeas*, *Monarchiani*, *Patripaſſiani*, *Antitactæ*, *Peratæ*, & *Helceſaitæ*.

VI. Seculi tertii hæreticos etiam ut appellem ſaltim de nomine, hi fuere *Beryllus*, *Arabici*, *Privatus* & *Feliciſſimus*: *Novatianus* & *Novatus*, a quibus decantata *Novatianorum* appellatio, *Angelici*, *Noëtus* a quo *Noëtiani*, *Sabellius* a quo *Sabelliani*, quos *Unionitas* Prudentius nuncupat, *Pauli* duo *Samoſatenus* a quo *Samoſateniani*, *Pauliniſtæ*, *Homouſiani*, & *Antiochenus*: *Manes* ſive *Manichæus* a quo *Manichæi*: *Hierax* à quo *Hieracitæ*, *Nepos*, *Patriciani*, *Symmachiani*, *Paterniani* ſeu *Venuſtiani*, *Valeſii*, & *Origeniani* de quibus Baronius ad A. C. 256. n. 47.

VII. Non eſt animus inſecuta ſæcula ſimiliter percurrere, & hæreſium in illis multitudinem nominetenus ſignare, cum ex jam memoratis ſatis appareat, quantopere per tria prima ſæcula in il-

* Vide quæ notavi T. I. Opp. S. Hippolyti p. 225.

† diverſi ab Apoſtolicis, Albigenſium propagine Sec. XII. de quibus Everini & Heriberti Epiſtolæ apud Mabillonium T. 3. analect. p. 452. 467. S. Bernardus ſerm. 65. & 66. in Canticum, & Philippus a Limborch in hiſtoria Inquiſitionis p. 65.

lis Eccleſiæ naſcentis primordiis atque initiis inter medias perſecutiones & calamitates illatas undique, etiam certandum fuerit Apoſtolis & fidelibus eorum ſectatoribus cum perverſitate, ingenio, artibus, argutiis, pertinacia, ambitione, *altercandi* ſtudio & pravitate tot hæreticorum: ut qui hæc cogitet, miſeriam quidem ſtultitiæ humanæ & corruptionis ſatis non poſſit deplorare, inter tot mala autem oppugnationesque ac remoras & inſidias inteſtina tamen conſervatam à DEO & propagatam tam longe lateque fuiſſe & hoſtibus ſuis prævaluiſſe Eccleſiam CHriſti, admirari vehementer cogatur. Ut autem ex alio etiam ſpecimine pateſcat quam grave hoc ac multiplex veritati Evangelicæ oppoſitum heterodoxiæ & errorum impedimentum fuerit, age unicum de perſona CHriſti caput cum pugnantibus de illa ſententiis brevi tabella deſcribamus.

VIII. Apoſtolica doctrina eſt, DEUM manifeſtatum in Carne 1. Tim. III. 16. λόγον, Joh. I. 14. verum Deum 1. Joh. V. 20. per quem facta omnia Joh. I. 3. 10. Col. I. 16. Filium DEI proprium Rom. VIII. 32. atque unigenitum Joh. I. 14. & 18. natum ex Maria Virgine Luc. I. 34. nobisque ſimilem per omnia excepto peccato. Hebr. IV. 15. ſed in quo omnis plenitudo Divinitatis σωματικῶς Coloſſ. II. 9. atque hunc DEum exiſtentem in Chriſto, mundum reconciliaſſe ſibi ipſi 2. Corinth. V. 19.

Huic Apoſtolicæ de perſona CHriſti Θεανθρώπου doctrinæ vide quam multæ adverſæ hæreſes ſeſe objecerint, qui vel Divinitatem ejus vel Humanitatem, vel Incarnationis myſterium negandа aut in dubium vocanda vel ſecus exponenda ſibi ſumſere, de quibus ſingulis uberius Nicetas III. 39. theſauri orthodoxæ fidei, Tom. 25. Bibl. Patrum Lugd. Petavius libris de incarnatione, Forbeſius libro ſecundo inſtructionum Hiſtorico Theologicarum, Suicerus in voce λόγος, Imbonatus in adventu CHriſti ab hæreticorum calumniis vindicato, Fraſſenius in Scoto Academico T. 3. Franciſcus Gomarus p. 539. Opp. &c.

Fuere igitur 1) qui plane negavere, & CHriſtum ex Joſepho genitum ac Maria, nihilque ab aliis hominibus naſcendi ratione differre arbitrati ſunt. Sic præter *Ethnicos* ac *Judæos*, *Ebionitæ*, *Cerinthiani* & *Theodoſiani*, *Carpocratiani* & quidam e *Valentinianis*, atque ſi Marium Mercatorem audimus *Paulus* Samoſatenus ac *Photinus*.

2) qui

2) qui itidem negarunt ἐνανθρώπησιν τ̃ Λόγε, CHriſtum tamen à Virgine natum ſunt profeſſi. Sic ante *Muhamedanos*, *Socinianósque* aliud genus *Ebionitarum* de quibus Theodoritus V. 11. hæret. fab. *Valentiniani* Nii, *Sethiani*, *Helceſaitæ*, *Artemon*, *Beryllus*, *Bonoſus* &c.

3) qui Λόγον incarnatum affirmantes, negarunt eſſe coæternum ac ὁμοέσιον DEO Patri, ſed ante ſæcula quidem, tamen conditum, reliquarum vero rerum creatarum omnium conditorem: vel plane diſſimilis ſubſtantiæ, ut ſenſerunt *Eunomiani* (inde dicti Anomœi) & *Ariani*: vel ὁμοιέσιον ac ſubſtantiæ ſimilis, ex gratia ut *Aëtiani*, *ſemi Ariani*.

4) qui Λόγον incarnatum, ὁμοέσιον quidem & coæternum Patri, non tamen ab æterno αὐτυπόςατον ſive per ſe ſubſiſtentem, ſed in DEO ἐνδιάθετον fuiſſe docuerunt, donec eundem proferret, Mundum per eum conditurus, illumque in Veteri Teſtamento ſæpius apparuiſſe inque ſanctis hominibus operatum, denique ex Maria Virgine natum fuiſſe hominem. Ita vix negari poteſt ſenſiſſe *Tertullianum* & alios quosdam anteNicænos Patres Eccleſiæ.

5) qui Λόγον ex DEO prolatum ὑποςατικῶς ſtatuerunt tunc demum cum CHriſtus homo naſceretur, cui unitus ſit manſurus usque ad judicium extremum, quo facto iterum in hypoſtaſin Patris rediturus ſit. Hæc *Marcelli* Ancyrani hæreſis, de qua Jo. Pearſonius ad Symbolum Apoſt. p. 500.

6) qui Λόγον cum ipſa Patris perſona confuderunt, inde dicti Patripaſſiani, & υἱοπατορίας aſſertores: ut *Montaniſtæ κατὰ Æſchinem*, *Praxeas*, *Sylvanus*, *Hermogeniani*, *Noëtiani*, *Sabelliani*.

7) Qui corpus à Λόγῳ aſſumtum eſſe docuerunt expers animæ, ſed animæ loco ei fuiſſe Λόγον. Sic *Eunomius*, & *Ariani*.

8) Qui corpus animatum quidem conceſſerunt a Λόγῳ cooptatum eſſe ſed ἄνεν & ſine mente: itaque mentis vicem à Λόγῳ impleri. Ita *Apollinaris* eumque ſecnti *Timotheus*, *Vitalis* &c.

9) Qui animam CHriſti ſtatuerunt præextitiſſe, eamque junctam cum Λόγῳ antequam cum corpore jungeretur. Hoc *Origenis* dicitur commentum fuiſſe.

10) Qui non verum corpus aſſumtum eſſe docuerunt à

λόγῳ ſed tantum phantaſma & ſpeciem corporis, omniaque *κατὰ δόκησιν* peracta, ita *Simon* Magus, *Menander*, *Gnoſtici*, *Saturnilus*, *Baſilides*, *Julius Caſſianus*, *Colorbaſus*, *Cerdo*, & quam plurimi alii ab errore ſuo dicti *Docetæ*, *Phantaſiodocetæ*, *Phantaſiaſtæ*, *Anthropomorphi*.

11) Qui Corpus Chriſto tribuerunt ex cœleſti delibatum materia, nec matris corpori *ὁμοούσιον*. ita *Valentinus*, *Apelles*, *Apollinaris*, *Eutyches*, & recentiore memoria *Anabaptiſtarum* multi & *Weigelianorum*, *Boehmiſtarumque*.

12) Qui non unam perſonam CHriſti ſtatuerunt, ſed negata perſonali unione, *λόγον* homini CHriſto extrinſecus & *σχετικῶς* adhærentem: ita *Theodorus* Mopſueſtenus, & *Neſtoriani*, quibus præluſerunt jam ſecundo ſæculo qui JEſum à CHriſto & Divina virtute diſtinxere, ſive ut *Valentinus*, de quo Theodoritus V. 2. *οὔτε κατὰ τοὺς Οὐαλεντίνου μύθους ἄλλον εἶναι φαμὲν τὸν μονογενῆ, καὶ ἄλλον τὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν, καὶ αὖ πάλιν Ἰησοῦν.* & V. 11. *καὶ Βασιλίδης ὃ ὡσαύτως ἄλλον τὸν μονογενῆ, καὶ ἄλλον τὸν Λόγον καὶ ἑτέραν εἴρηκε τὴν Σοφίαν.*

13) Qui duas in CHriſto Naturas poſt unionem non amplius duas ſed unam eſſe contenderunt, alterutra vel abſorpta vel conflata per confuſionem ex duabus tertia. Sic *Eutychiani*, *Timotheani*, & ab errore ſuo appellati *Monophyſitæ* &c.

VII. Hanc hæreſium multitudinem quum Chriſtianis objiceret * Celſus, vide quid ei reſponderit Origenes lib. 3. p. 118.

Εἶτ᾽, ἐπεὶ, ὡς κατηγορῶν τοῦ λόγου, τὰ περὶ τῶν ἐν Χριστιανισμῷ αἱρέσεων ὀνειδίζει ἡμῖν, λέγων· "Εἰς δὲ πλῆθος σπαρέντες, αὖθις [αὖ] σχίζονται, καὶ τέμνον-

Et quia mox in Chriſtianorum ſectas invehitur dicens, *Poſtquam late ſparſi ſunt, iterum atque iterum ſciſſos, ſingulis ſuas factiones ſibi parantibus, & ut in multitudine diſſonantai,*

* Ad eandem objectionem reſponſum in delectu argumentorum pro veritate relig. c 38. p. 673. Vide ſis & Chryſoſtomum in homilia quæ incipit: *ἱκανῶς* [illegible] *ἡμῖν* T. 3. edit. Montfauconianæ p. 240. Georgium Colvenerium ad formicarium Jo. Nideri p. 23. Jo. Braunium la veritable religion des Hollandois pag. 140. ſeqq. Joannem Reynolds, three letters to the Deiſts, Lond. 1725. 8. ſub init & Frid. Guilelmum Schützium Lipſienſem ad S. Nicolai ædem archidiaconum in diſſ inaugurali de hæreſium in Eccleſia utilitate, Lipſ. 1724. 4. ad 1. Corihth. XI. 19.

“ται, καὶ στάσεις ἰδίας ἔχειν ἑκάστοι θέλουσι, φησὶ δὲ, ὅτι καὶ ὑπὸ πλήθους πάλιν διϊστάμενοι, σφᾶς αὐτοὺς ἐλέγχουσιν· ἑνὸς, ὡς εἰπεῖν, ἔτι κοινωνοῦντες, εἴγε κοινωνοῦσιν ἔτι, τοῦ ὀνόματος. καὶ τοῦτο μόνον ἐγκαταλιπεῖν ὅμως αἰσχύνονται. τὰ λοιπὰ δ᾽ ἄλλοι ἄλλαχῆ πτάχαται. καὶ πρὸς τοῦτο φήσομεν, ὅτι οὐδενὸς πράγματος, οὗ μὴ σπουδαία ἐστὶν ἡ ἀρχὴ καὶ τῷ βίῳ χρήσιμος, γεγόνασιν αἱρέσεις διάφοροι. ἐπεὶ γὰρ ἰατρικὴ χρήσιμος καὶ ἀναγκαία τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, πολλά τε τὰ ἐν αὐτῇ ζητούμενα περὶ τοῦ τρόπου τῆς τῶν σωμάτων θεραπείας· διὰ τοῦτο αἱρέσεις ἐν ἰατρικῇ παρὰ μὲν Ἕλλησιν εὑρίσκονται ὁμολογουμένως πλείονες· ἐγὼ δ᾽ οἶμαι ὅτι καὶ παρὰ βαρβάροις, ὅσοι ἐπαγγέλλονται χρῆσθαι ἰατρικῇ. πάλιν τε αὖ, ἐπεὶ φιλοσοφία ἀλήθειαν ἐπαγγελλομένη, καὶ γνῶσιν τῶν ὄντων, πῶς δεῖ βιοῦν, ὑποτίθεται· καὶ πειρᾶται διδάσκειν τὰ ὠφέλιμα ἡμῶν τῷ γένει, πολλὴν δὲ ἔχει τὰ ζητούμενα πράγματα διολκήν· διὰ τοῦτο αἱρέσεις ἐν φιλοσοφίᾳ συνέστησαν πλεῖσται ὅσαι. ὧν αἱ μέν εἰσι διασημότεραι, αἱ δὲ οὐ τοιαῦται. ἀλλὰ καὶ Ἰουδαϊσμὸς πρόφασιν ἔσχε γενέσεως αἱρέσεων, τὴν διάφορον ἐκδοχὴν τῶν Μωϋσέως γραμμάτων καὶ τῶν προφητικῶν λόγων. οὕτω τοίνυν, ἐπεὶ

aliis alios redarguentibus: nec jam quicquam præter nomen eis commune relinquitur, reliqua vero aliorum alia inſtituta eſſe: etiam ad hoc reſpondebimus, nullam unquam extitiſſe rem magnæ exiſtimationis & communi vitæ utilem, quæ non in varias ſectas diſſecta ſit. Medicinæ namque, quod ea ſit utilis ac neceſſaria humano generi, multasque quæſtiones habeat de modo curandi corpora, apud Græcos ex profeſſo plures ſectæ inveniuntur, & ſicut opinor etiam apud barbaros, qui medicinam profitentur. Rurſum philoſophia veritatis cognitionem recteque vivendi rationem pollicetur, conaturque nos res utiliſſimas docere in multas quæſtiones diductas, ideo ſectas habet plurimas, quasdam magis, quasdam minus inſignes. Nec non Judaiſmus ſectarum materiam præbuit, aliis aliter Moſis atque Prophetarum ſermones accipientibus. Eodem modo quia Chriſtiana religio magnum quiddam ac venerabile viſa eſt hominibus, non tantum ſervili ingenio præditis, ſicut Celſo videtur, verum etiam multis Græcorum eruditis: neceſſario exortæ ſunt ſectæ, non propter ſeditionis & contentionis ſtudium, ſed quod ex eruditis quamplurimi

σεμνόν τι ἐφάνη τοῖς ἀνθρώποις Χριστιανισμὸς, ὐ μόνοις (ὡς ὁ Κέλσος οἴεται) τοῖς ἀνδραποδωδεστέροις, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς τῶν παρ' Ἕλλησι φιλολόγων, ἀναγκαίως ὑπέστησαν, ὐ πάντως διὰ στάσεις καὶ τὸ φιλόνεικον, αἱρέσεις· ἀλλὰ διὰ τὸ σπουδάζειν συνιέναι τὰ Χριστιανισμοῦ καὶ τῶν φιλολόγων πλείονας. τούτῳ δὲ ἠκολούθησε, διαφόρως ἐκδεξαμένων τοὺς ἅμα πᾶσι πιστευθέντας εἶναι θείους λόγους, τὸ, γενέσθαι αἱρέσεις ἐπωνύμους τῶν θαυμασάντων μὲν τὴν τοῦ λόγου ἀρχὴν, κινηθέντων δὲ ὅπως ποτ' οὖν ὑπό τινων πιθανοτήτων πρὸς τὰς εἰς ἀλλήλους διαφωνίας. ἀλλ' οὔτ' ἰατρικὴν εὐλόγως ἄν τις φεύγοι, διὰ τὰς ἐν αὐτῇ αἱρέσεις. οὔτε φιλοσοφίαν τοῦ πρέποντος στοχαζόμενός τις ἂν μισοῖ, πρόφασιν τοῦ μισεῖν αὐτὴν πορίζόμενος τὰς πολλὰς αἱρέσεις. οὕτως οὐδὲ διὰ τὰς ἐν Ἰουδαίοις αἱρέσεις καταγνωστέον τῶν Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν ἱερῶν βιβλίων· Εἰ δὲ ταῦτ' ἔχει ἀκολουθίαν· πῶς οὐχὶ ὁμοίως ἀπολογησόμεθα καὶ περὶ τῶν ἐν Χριστιανοῖς αἱρέσεων; περὶ ὧν πάνυ θαυμασίως ὁ Παῦλος εἰρηκέναι μοι δοκεῖ τὸ, Δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται· ὡς γὰρ δόκιμος ἐν ἰατρικῇ, ὁ διὰ τὸ γυμνάσασθαι ἐν ποικίλαις αἱρέσεσι, καὶ εὐγνωμό-

ſtuduerunt earum rerum ſcientiam aſſequi, quibus Chriſtiana religio niteretur: unde ſubſecutum eſt, ut, cum omnes Divinas ſcripturas, quibus una crediderunt, vario intellectu exciperent, hæreſes obortæ ſint; quæ ab iis nomen ſibi deſumerent, qui doctrinæ hujus initium demirati ſunt, qualitercunque poſtmodum ut ab invicem diſſentirent probabilitatibus quibuſdam inducebantur. At neque medicinam ſanæ mentis homo fugiat propter ſectarum differentias, & parum honeſte faciat, ſi quis ſimili de cauſa abhorreat à philoſophia: ſicut neque propter Judaicas ſectas damnanda ſunt Moſis atque Prophetarum ſacra volumina. Quod ſi hæc non abſurde nobis dicta ſunt, annon pari modo etiam Chriſtianorum ſectas excuſare licet? de quibus miranda mihi videtur Pauli ſententia dicentis, * *Oportet ſectas in vobis eſſe, ut qui probati ſint manifeſti fiant inter vos.* Nam quemadmodum medicus is demum probatus eſt, qui variis medicorum ſectis examinatis probe ſeſe in earum pleriſque exercuit; & is in philoſophia profeciſſe intelligitur, qui, variarum opinionum diſſertationibus exercita-

* 1. Cor. XI. 19.

νως ἐξητακέναι τὰς πλείονας, ἑλόμενος τὴν διαφέρουσαν· καὶ ὡς ὁ πάνυ προκόπτων ἐν φιλοσοφίᾳ, ἀπὸ τοῦ πλείονα ἐγνωκέναι ἐγγυμνασάμενος αὐτοῖς, καὶ τῷ κρατήσαντι προσθέμενος λόγῳ. οὕτως εἴποιμ' ἂν καὶ τὸν ἐπιμελῶς ἐνιδόντα ταῖς Ἰουδαϊσμοῦ καὶ Χριστιανισμοῦ αἱρέσεσι, σοφώτατον Χριστιανὸν γενέσθαι· ὁ δ' ἐγκαλῶν τῷ λόγῳ διὰ τὰς αἱρέσεις, ἐγκαλέσαι ἂν καὶ τῇ Σωκράτους διδασκαλίᾳ, ἀφ' οὗ τῆς διατριβῆς πολλαὶ γεγόνασιν οὐ τὰ αὐτὰ φρονούντων σχολαί· ἀλλὰ καὶ Πλάτωνος ἐγκαλέσαι ἄν τις τοῖς δόγμασι διὰ Ἀριστοτέλην, ἀποφοιτήσαντα τῆς διατριβῆς αὐτοῦ ἐν καινοτομίαις· περὶ οὗ καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν. δοκεῖ δέ μοι ὁ Κέλσος ἐγνωκέναι τινὰς αἱρέσεις μηδὲ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ κοινωνοὺς ἡμῖν. τάχα γὰρ περὶ τῶν καλουμένων Ὀφιανῶν, καὶ τῶν Καϊανῶν, καὶ εἴ τις ἄλλη τοιαύτη ἐξ ὅλων ἀποφοιτήσασα τοῦ Ἰησοῦ συνέστη γνώμη. πλὴν οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸ ἔγκλητον εἶναι τὸν Χριστιανῶν λόγον.

tus, potiores ex his rationes ſequitur: ſic auſim affirmare, illum eſſe inter Chriſtianos ſapientiſſimum, qui Judæorum atque Chriſtianorum ſectas introſpexit diligentiſſime. Qui vero noſtram doctrinam propter ſectas ejus vituperat, damnabit etiam Socraticam, quod ex ejus philoſophi diſputationibus ortæ ſint diverſæ ſcholæ aliquot; damnabit & Platonis decreta, propter diſſentientem ab iis Ariſtotelem, & novis indulgentem opinionibus: qua de re jam ante * nobis dictum eſt. Celſus autem videtur mihi noſſe quaſdam hæreſes, quibus ne nomen quidem JEſu nobiſcum eſt commune. Fortaſſis enim audivit de Ophianis, qui vocantur, & Cainanis, & ſiqua alia ſimilis eſt ſententia modis omnibus à doctrina JEſu diſcrepans: verum iſta nihil ad inculpatiſſimæ religionis Chriſtianæ vituperationem attinent.

VIII. Scriptis etiam Ehnicorum Philoſophorum oppugnati Chriſtiani ſunt, ut à *CELSO*, poſt ſæculi ſecundi initia, quem ex aliis ſcriptis Epicureum apparere notat Origenes p. 8. quemque omnia Chriſtianorum & Judæorum perſpecta ſe habere gloriatum p. 11. 20. 31. 41. idem Origenes ne Evangeliſtas quidem legiſſe arguit p. 47. is tamen opus ſuum quod Judæis & Chriſtianis oppoſuerat, ambitioſe inſcripſit λόγον ἀληθῆ id. pag. 31. titulum ab Antiphonte mutuatus, atque in illo Epicureiſmum teſte Origene p. 141.

* Origenes lib. 2. contra Celſum p. 67.

163. 200. diſſimulavit. De præclaris Origenis libris octo, quibus Celſum ab eo confutatum novimus, dixi in delectu argumentorum de veritate Religionis p. 63. ſeq. Græcum Codicem e quo Chriſtophorus Perſona Latinam ſuam verſionem Romæ primum A. 1471. editam adornavit, CPoli afferendum curaverat * Nicolaus V. Pontifex. Ex altero Codice MS. eximio Bibliothecæ publicæ Baſileenſis, non pauca poſſe emendari, ** monuit V. C. Jo. Rudolphus Wetſtenius. Non omittendum quod Origenes l. I. pag. 34. 42. 43. memorat etiam ſuam διάλεξιν πρὸς τοὺς λεγομένους τῶν Ἰουδαίων σοφούς, *Colloquium cum eruditis Judæis*. Novam operis Origeniani editionem expoliendam atque illuſtrandam a celeberrimo atque eruditiſſimo Abbate D. Johanne Laurentio Mosheimio, cujus ſpes *** in diurnis commentariis de rebus eruditis nuper facta eſt, libenter & cupide videbimus.

IX. LUCIANUS Celſi illius amicus, cui etiam dedicavit ſuum Pſeudomantem, & in eo libros Celſi κατὰ Μάγων, Origeni quoque p. 53. memoratos celebrat, non quidem juſtum opus oppugnandæ ſeriis argumentis Chriſtianorum doctrinæ compoſuit, varia tamen ſcripſit, in quibus eorum ſacra, dogmataque, Apoſtolos & CHriſtum ipſum conatur riſum & jocum facere, nec abſtinet a ſarcaſticis & ignominioſis ludibriis conviciisque, ut in libello ad Cronium *de morte* Protei ſive *Peregrini* Cynici ex Pario Helleſponti oppido philoſophi exchriſtiani, cujus ſtatuæ apud Parios culti mentio apud Athenagoram legatione pro Chriſtianis c. 23. De hoc Peregrino Valeſius ad Ammiani XXIX. 1. pag. 555. & Godfridus Olearius ὁ μακκελίτης ad Philoſtratum p. 563. De Luciani ſcripto dixi lib. IV. Bibl. Græcæ c. 16. p. 500. atque in præſenti tantum addo viros clariſſimos Tan. Fabrum & nuper Jac. Elſnerum eruditis Obſervationibus ſacris ad Novum Foedus T. I. p. 497. perſuaſos apud Lucianum, T. 2. p. 565. ſq. edit. Amſt. deeſſe nonnulla, deleta & abraſa quod blasphemias in CHriſtum continerent: ſed cum relictæ ſint craſſæ ſatis & atroces, minus veriſimilitudinis habere videtur illa perſuaſio: potius notari meretur inter media etiam convicia Lucianum præbere egregiam

* Rich. Simon obſervatt. ad Dupinii Bibl. Eccleſiaſticam p. 25.
** Jo. Georgii Schelhornii amoenitatt. literar. T. XII. p. 667.
*** Gelehrte Zeitungen A. 1727. p. 10.

gium teſtimonium curæ Chriſtianorum in Confeſſores carceribus incluſos, de qua Petrus Poſſinus ad Catenam Patrum Græcorum in Marcum p. 226. nec non hoſpitalitatis in peregrinos, de qua Philippus Priorius diſſ. de litteris Canonicis c. VII. p. 22. ſeq.

X. Qui inter ejusdem Luciani opera legitur deridens Chriſtianorum ac perſtringens ſacra dialogus, *Philopatris*, ſive patriam ubique eſſe ubi cum virtute beate vivitur; eum alteri deberi ſcriptori multi quidem conſentiunt, atque in veteribus etiam editionibus ex MSS. annotatur ὅτος ὁ λόγος νοθεύεται τῶν Λουκιανοῦ. Stylum impeditum & obſcurum objicit Iſ. Caſaubonus in Caſaubonianis p. 140. Ad auctorem antiquiorem eſſe referendum putarunt Jac. Micyllus in argumento, Theodorus Marcilius in notis, Theophilus Raynaudus erotemat. de bonis & malis libris p. 195. & Hugo Grotius ad Pſalm. CIV. 3. qui temporibus *Trajani* compoſitum exiſtimant. Sed Artemidori ſomniorum interpetis in illo mentio T. 2. p. 775. quem conſtat ſub Antoninis ſcripſiſſe. Atque *Antoninorum* temporibus convenire hunc dialogum non dubitat Steph. le Moyne Var. ſacr. T. 2. p. 186. diſputatque Georgius Bullus defenſione Fidei Nicænæ ſect. 2. c. 4. p. 124. ſq. Henricus vero Dodwellus diſſertatione inter Gualteri Moylii opuſcula T. 1. p. 312. ſq. edita Anglice Lond. 1726 8. eum *Gallieni* ætate ſcriptum ſtatuit, circa A. C. 261. Vir eruditiſſimus Maturinus Veiſſerius la Croze, *Aureliani*, circa A. C. 273. Vide poecilem V. C. Chriſtophori Auguſti Heumanni lib. 3. p. 438. Ab his omnibus diſſentiens vir acutus Gualterus Moyle multis argumentis contendit ſcriptum videri, quum Imperio præeſſet *Diocletianus*, circa A. C. 302. diſſ. Epiſtolica de vera ætate Philopatridis T. 1. Opp. (Bibl. Angloiſe T. XIV. p. 524. Acta Erud. 1727. pag. 255.) Denique Vir egregius Jo. Matthias Geſnerus, qui & hunc dialogum cum nova verſione & notis edidit Jenæ 1714. 8. & jam pridem totum Lucianum illuſtrandum in ſe ſumſit, cujus notæ C. V. Tiberii Hemſterhuſii animadverſionibus utiliter jungentur in editione quæ paratur illius ſcriptoris nova Batava; Hic inquam Geſnerus ſingulari diſſertatione inſtituit probare auctorem Philopatridis eſſe Lucianum juniorem Sophiſtam (ad quem Epiſtola 32. *Juliani* Imp.) quique illum CPoli ad imitationem Nigrini ab antiquiore Luciano compoſiti ſcripſerit poſt felicem expeditionis Perſicæ ſucceſſum ſub Juliano allatum A. C. 363. Eam

ſententiam oppugnavit V. C. Tobias Eckardus erudita diatriba de non Chriſtianorum de CHriſto teſtimoniis cap. VII. pag. 109. ſeq. & 120. Quedlimburgi 1724. 4.

XI. THEOSTHENES, Peripateticus ubi & quando ſcripſerit non conſtat, hoc autem loco commemorandus mihi eſt quoniam adverſus Theoſthenem Evangeliorum calumniatorem libros quatuor apocriticorum ſive reſponſionum ſcripſit Macarius *Magnes*, ἱεράρχης ſive Epiſcopus tertio ſæculo inclinante, vel ſub quarti initia, ſiquidem & Philoſophus alter gentilis quem oppugnat, ut Clariſſimo Viro Joanni Boivino obſervatum, non alius eſt quam, de quo mox, Porphyrius. Fragmenta operis anti Theoſtheniani ſola exſtant, à Turriano & aliis producta in medium, de quibus dixi in delectu argumentorum pro Veritate Relig. p. 66. ſeq. Sed uberiora illius Græce & Latine habebimus, ubi vel Nicephori CPolitani opera, promiſſa a celeberrimo viro Anſelmo Baudurio & in his opus Iconomachis oppoſitum lucem viderint, aut Viro Rev. atque eruditiſſimo, Magno Cruſio, qui Pariſiis Potentiſſimi Regis Daniæ legato a ſacris eſt, placuerit cum eruditis ea communicare quorum ſpem fecit in diſſ. Epiſtolica A. 1728. 4. Lipſiæ edita p. 9. ſeq.

XII. De PORPHYRII Philoſophi Platonici, qui poſt A. C. 303. * ſeptuagenario major diem obiit, libris XV. adverſus Chriſtianos ita S. Cyrillus lib. 1. contra Julian. p. 28. Πορφύριος ὁ πικρὸς ἡμῶν καταχέας λόγους, καὶ τῆς Χριστιανῶν θρησκείας μονονουχὶ κατορχούμενος. Mox eidem dicitur ὁ θρασὺς καθ' ἡμῶν Πορφύριος. Librum Porphyrii de auctoritate Scripturæ vocat Adamus Neuſerus apud Joannem Wolfium T. 2. lectionum memorabilium p. 903. Demetrius vero Cantemirus in præfatione operis quod Muhamediſmo oppoſuit, Porphyrium ait animadverſiones ſcripſiſſe in quinque libros Moſis, Evangelium & Alcoranum, ſubjungitque hanc velut philoſophi illius de tribus Religionibus inter ſe collatis ſententiam: *Legem Judaicam puerilem, Chriſtianam impoſſibilem, & Muhamedanam porcis digniorem quam hominibus.* Scilicet Porphyrium tot ſæculis antiquiorem Muhammede per lapſum memoriæ confudit cum Averroë: ſicut etiam quod addit Porphyrium lectis primis Evangelii Johannis verbis pronunciaſſe: *quam ſublimia;*

* In delectu argumentorum p. 163. vitioſe excuſum A. 233. qui eſt annus quo natus eſt Porphyrius.

limia, bone DEUS, ſcribit hicce barbarus! conſtat ex Euſebio hæc ad Amelium Platonicum referenda, non ad Porphyrium; cujus quidem opus adverſus Chriſtianos jam pridem & temporis longinquitate interceptum & Imperatorum edictis, de quibus infra capite tertio decimo, ſuppreſſum. Ac facile aliquis ſubſcripſerit virorum doctorum judicio, a) qui optent exſtare & Chriſtianiſmo potius gloriæ futurum putaret, ſi ad nos Porphyrii opus perveniſſet. Verum non minus ego vehementer optem exſtare opera quæ Porphyrio oppoſuerant Chriſtiani doctores antiqui, Euſebius, Methodius, Apollinaris & Philoſtorgius, de quibus in delectu argumentorum p. 163.

XIII. Tempore Lactantii fuere duo qui in Bithynia ſcriptis oppugnandam ſibi Chriſtianam rem ſumſere, ut verbis diſertiſſimi auctoris referre placet. Ita enim ille lib. V. cap. 2. *Ergo quia defuerunt apud noſtros idonei, peritique doctores; qui vehementer, qui acriter errores publicos redarguerent; qui cauſam omnem veritatis ornate, copioſeque defenderet: provocavit quoſdam hæc ipſa penuria, ut auderent ſcribere contra ignotam ſibi veritatem. Omitto eos, qui prioribus eam temporibus nequicquam laceſſerunt. Ego cum in Bithynia oratorias literas accitus docerem; contigiſſetque, ut eodem tempore Dei templum everteretur: duo extiterunt ibidem, qui jacenti, atque abjectæ veritati, neſcio utrum ſuperbius, an importunius inſultarent; quorum alter antiſtitem ſe philoſophiæ profitebatur: verum ita vitioſus; ut continentiæ magiſter, non minus avaritia, quam libidinibus arderet; in victu tam ſumptuoſus, ut in ſchola virtutis aſſertor, parſimoniæ, paupertatiſque laudator, in palatio pejus cœnaret, quam domi. tamen vitia ſua capillis, & pallio, & (quod maximum eſt velamentum) divitiis prætegebat; quas ut augeret, ad amicitias judicum miro ambitu penetrabat; eoſque ſibi repente auctoritate falſi nominis obligabat; non modo, ut eorum ſententias venderet; verum etiam ut confines ſuos, quos ſedibus, agriſque pellebat, à ſuo repetendo, hac potentia retardaret. Hic vero, qui ſuas diſputationes moribus deſtruebat, vel mores ſuos diſputationibus arguebat; ipſe adverſus ſe gravis cenſor, & accuſator acerrimus, eodem*

a) D. Jo. Laurentius Mosheim, in inſtitutionibus Hiſt. Eccleſiaſticæ p. 107. *Vellem exſtaret putidus* (Porphyrii) *Commentarius, quem nemo noſtrum vel mediocri praditus ingenio metueret. Eruditionem haud ego detraxerim homini, ſed imbecillum judicium ac atræ bilis uberiorem copiam fuiſſe, cum cæteri libri, tum univerſa ejus hiſtoria teſtatur.* Adde conſentientem D. Nic. Hieronymum Gundlingium τὸν μακαρίτην in Gundlingianis XL. p. 463.

dem ipſo tempore, quo juſtus populus nefarie lacerabatur, tres libros *evomuit* contra religionem, nomenque Chriſtianum. *Profeſſus ante omnia, philoſophi officium eſſe, erroribus hominum ſubvenire; atque illos ad veram viam revocare; iſt eſt, ad cultus Deorum; quorum numine, ac majeſtate (ut ille dicebat) mundus gubernetur: nec pati, homines imperitos quorundam fraudibus illici; ne ſimplicitas eorum, præda, ac pabulo ſit hominibus aſtutis. Itaque ſe ſuſcepiſſe hoc munus, philoſophia dignum; ut præferret non videntibus lumen ſapientiæ, non modo ut ſuſceptis Deorum cultibus reſaneſcant, ſed etiam ut pertinaci obſtinatione depoſita, corporis cruciamenta devitent; neu ſævas membrorum lacerationes fruſtra perpeti velint. Ut autem appareret, cujus rei gratia opus illud elaboraſſet; effuſus eſt in Principum laudes; quorum pietas, & providentia (ut quidem ipſe dicebat) cum in cæteris rebus humanis, tum præcipue in defendendis Deorum religionibus claruiſſet; conſultum eſſe tandem rebus humanis, ut cohibita impia, & anili ſuperſtitione, univerſi homines legitimis ſacris vacarent, ac propitios ſibi Deos experirentur. Ubi autem religionis ejus, contra quam perorabat, infirmare voluit rationem; ineptus, vanus, ridiculus apparuit: quia gravis ille conſultor utilitatis alienæ, non modo quid oppugnaret, ſed etiam quid loqueretur neſciebat. Nam ſi qui noſtrorum affuerunt; quamvis temporis gratia conniverent, animo tamen deriſere, utpote cum viderent hominem profitentem, ſe illuminaturum alios, cum ipſe cæcus eſſet; reducturum alios ab errore, cum ipſe ignoraret, ubi pedes ſuos poneret; eruditurum alios ad veritatem, cujus ille ne ſcintillam quidem unam vidiſſet aliquando; quippe cum ſapientiæ profeſſor, profligare ſapientiam niteretur. Omnes tamen id arguebant; quod illo potiſſimum tempore id operis eſſet aggreſſus, quo furebat odioſa crudelitas. O philoſophum adulatorem, ac tempori ſervientem! Verum hic pro ſua inanitate contemptus eſt; qui & gratiam, quam ſpemvit, non eſt adeptus; & gloria, quam captavit, in culpam, reprehenſionemque converſa eſt.* Hunc *Maximum* Epheſium fuiſſe, quem Nicomediæ Julianus audivit, temporis vix patitur ratio, cui etiam cætera male conveniunt, ut omittam neminem quoque veterum, operis hujuſmodi a Maximo ſcripti meminiſſe. *Porphyrio* autem, quem intelligi contendit Baronius ad A. C. 302. n. 51. nec numerus librorum congruit, nec locus, cum libros XV. Porphyrius & in Sicilia ſcripſerit, ut omittam alia notata ab Holſtenio de vita Porphyrii c. 3. & ult. Pagio ad A. C. 302. n. 10. ſeq. & Tillemontio

not.

not. 24. ad vitam Diocletiani Tom. 4. Hiſt. Imperator. p. 531. ſeq & a Sam. Baſnagio ad A. C. 303. n. 6.

XIV. Alterum de quo Lactantius, Chriſtianorum adverſarium, HIEROCLEM intelligi conſtat, Præfectum Bithyniæ, facemque perſecutionis omnium atrociſſimæ Diocletianeæ, quæ cœpit à ſubruto in Bithynia Chriſtianorum templo in Terminalibus b) 23. Febr. A. C. 303. propoſito poſtridie edicto quo cavebatur *ut religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate, tormentis ſubjecti eſſent ex quocunque ordine aut gradu venirent*: etiam propoſita ubique βασιλικὰ γράμματα c) τὰς μὲν ἐκκλησίας εἰς ἔδαφος φέρειν, τὰς δὲ γραφὰς ἀφανεῖς πυρὶ γενέσθαι προστάττοντα; *Imperialia edicta, quibus Eccleſiæ quidem ad ſolum usque dirui, ſacri vero Codices flammis abſumi jubebantur*: καὶ τοὺς μὲν τιμῆς ἐπειλημμένους ἀτίμους, τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις, εἰ ἐπιμένοιεν ἐν τῇ τοῦ Χριστιανισμοῦ προθέσει, ἐλευθερίας στερεῖσθαι προαγορεύοντα. *Utque honorati quidem infamia notarentur, plebeji* d) *vero libertate ſpoliarentur, ſi in Chriſtianæ Fidei propoſito permanſiſſent.* Aliud deinde edictum ſucceſſit quo præcipiebatur τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους πάντας τοὺς κατὰ πάντα τόπον πρῶτα μὲν δεσμοῖς παραδίδοσθαι, εἶθ' ὕστερον πάσῃ μηχανῇ θύειν ἐξαναγκάζεσθαι. *Ut omnes ubicunque Eccleſiarum Antiſtites primum quidem conjicerentur in vincula, deinde vero Diis ſacrificare omnibus modis cogerentur.* Ita terminum imponere e) Chriſtianæ Religioni volebant Diocletianus & Maximianus, imo adulatoribus prope jam viſi ſunt impoſuiſſe, unde Inſcriptio vetus apud Gruterum pag. CCLXXX. DIOCLETIANUS JOVIUS ET MAXIMIAN. HERCULEUS CAES. AUG. AMPLIFICATO PER ORIENTEM ET OCCIDENTEM IMP. ROM. ET NOMINE CHRISTIANORUM DELETO QVI REMP. EVERTEBANT. & alia in eandem ſententiam: DIOCLETIAN. CAES. AUG. GALERIO IN ORIENTE ADOPT. SUPERSTITIONE CHRIST. UBIQVE DELETA ET CULTU DEOR. PROPAGATO. Sed qualia demum fuerint Hieroclis adverſus Chriſtianos ſcripta, Lactantii f) verbis cognoſcamus. *Alius eandem materiam mordacius ſcripſit: qui erat tum*

U 3 *è nume-*

b) Lactant. de mortibus perſecutor. c. 12.
c) Euſeb. VIII. 2. hiſt.
d) adde Tillemont. T. V. memoriar. p. 599.
e) Lactant. de mortibus perſecutor. c. 12.
f) Lactant. Inſtitutt. Divin. lib. V. c. 2. 3.

è numero judicum; & qui auctor in primis faciendæ perſecutionis fuit: quo ſcelere non contentus, etiam ſcriptis eos, quos afflixerat, inſecutus eſt, compoſuit enim libellos duos, *non contra Chriſtianos; ne inimice inſectari videretur; ſed* ad Chriſtianos; *ut humane, ac benigne conſulere putaretur. In quibus ita falſitatem Scripturæ ſacræ arguere conatus eſt, tanquam ſibi eſſet tota contraria: nam quædam capita, quæ repugnare ſibi videbantur, expoſuit; adeo multa, adeo intima enumerans, ut aliquando ex eadem diſciplina fuiſſe videatur. Quod ſi fuit; quis eum Demoſthenes poterit ab impietate defendere? qui religionis, cui fuerat aſſenſus, & fidei, cujus nomen induerat; & ſacramenti, quod acceperat, proditor factus eſt: niſi forte caſu in manus ejus Divinæ literæ inciderunt. Quæ igitur temeritas erat, id audere diſſolvere, quod illi nemo interpretatus eſt? Bene, quod aût nihil didicit, aut nihil intellexit. Tantum enim abeſt à Divinis literis repugnantia; quantum ille abfuit à veritate; præcipue tamen Paulum, Petrumque laceravit, cæteroſque diſcipulos, tanquam fallaciæ ſeminatores; quos eoſdem tamen rudes, & indoctos fuiſſe, teſtatus eſt: nam quoſdam eorum piſcatorio artificio feciſſe quæſtum: quaſi ægre ferret, quod illam rem non Ariſtophanes aliquis, aut Ariſtarchus commentatus ſit. Ipſum autem CHriſtum affirmavit à Judæis fugatum, collecta noningentorum hominum manu* g) *latrocinia feciſſe. Item cum facta ejus mirabilia deſtrueret, nec tamen negaret, voluit oſtendere Apollonium vel paria vel etiam majora feciſſe, nec tamen fidem Divinitatis ei adjunctam. Cum igitur talia ignorantiæ ſuæ deliramenta fudiſſet, cum veritatem penitus excidere connixus eſſet, auſus eſt libros ſuos nefarios ac DEI hoſtes, φιλαλήθεις annotare.* Huic Hieroclis ſcripto oppoſitus liber *Euſebii* de quo dicere me memini in delectu argumentorum de Veritate Religionis p. 77.

XV. Contra DEMETRIANUM, oblatrantem & adverſus DEUM qui unus & verus eſt, ore ſacrilego & verbis impiis obſtrepentem, *S. Cyprianus* Martyr inſignem librum ſcripſit, teſtatus adverſarium ſuum dediſſe operam ut cæteros concitaret, & odia ſuis maledicis vocibus ſeminando comites ſibi plures radicis atque originis ſuæ pullulatione faceret, ſæpius ſolitum ad Cyprianum venire ſtudio magis contradicendi quam voto diſcendi, & clamoſis vocibus perſonantem maluiſſe ſua impudenter ingerere quam noſtra patien-

ter

g) Calumnia ſimilis Suetonianæ ſupra p. 135.

ter audire. Lactantio qui lib. V. cap. 4. S. Martyri vertit vitio, quod teſtimoniis S. Scripturæ pugnat potius quam argumentis & ratione, reſpondit Jo. Fellus Oxon. Epiſcopus, docens nec Demetrianum adeo rudem & ignarum noſtrarum litterarum, & loca Prophetarum quæ ab Cypriano afferuntur, ſolidorum argumentorum eſſe loco & firmæ rationis.

XVI. CÆCILIUM pro cultu idolorum diſputantem ita inducit *Minutius Felix* h) partes præcipuas Colloquii ſuſtinente & ad Cæcilii objectiones reſpondente *Octavio*, unde dialogo nomen, ut denique manus det Cæcilius, & victum ſe gratuletur ipſe de ſuis triumphans erroribus. Sic PAPISCUM i) Alexandrinum Judæum convicit *Jaſon*, ſcriptore diſceptationis ſed quæ hodie non exſtat *Ariſtone Pellæo*, *καὶ τοιγε ȣ̓κ ἀγεννῶς ȣ̓δ' ἀπρεπῶς τῷ Ἰȣδαικῷ προσώπῳ ἐνιςάμενον πρὸς τὸν λόγον*, *quamvis ſtrenue ſatisque Judaice contradicentem adverſarium*, ut teſtis Origenes IV. contra Celſum p. 200. Judæum alterum TRYPHONEM k) diſputantem cum *Juſtino* Martyre per biduum Epheſi, ex dialogo illo qui exſtat, cognoſcere poſſumus: neque Juſtinum ſuo arbitratu eum confinxiſſe, ſed diſceptationem revera cum Judæo habitam narrare, non dubitat qui noviſſime illuſtratum edidit, Styanus Thirlby p. 334. Sed & cum Ethnicorum Philoſophis variæ eidem Juſtino controverſiæ interceſſere, unde ipſi enata ſcripta, *Ariſtotelicorum quorundam dogmatum everſio*, & *quæſtiones Græcanicæ de incorporeo*, *de DEO & de Reſurrectione*. Ultima denique cum CRESCENTE Cynico pugna, à quo etiam delatus, CHriſtum morte ſua fortiter ac lætus celebravit.

XVII. JULIANI Imp. libri ſeptem adverſus Chriſtianos l) quales fuerint, licet ex fragmentis ejus cognoſcere: hæc enim ut Celſi apud Origenem, ita Juliani apud *Cyrillum* Alexandrinum non pauca ſervata leguntur, qui ejus libro primo libros decem confutationis oppoſuit, adhuc ſuperſtites, cum ſcripta *Apollinaris*, *Philippi* Sidetæ & *Photii* m) contra Julianum deſideremus. Ejusdem *Philippi* Sidetæ n) Acta diſputationis de CHriſto in Perſide cum Gentilibus & Ju-

h) Vide delectum argumentor. pro veritate relig. p. 215. ſeq.

i) id. pag. 152. ſeq. k) id. pag. 46. l) id. pag. 102.

m) id. pag. 96. n) id. pag. 108.

& Judæis habitæ MSS. in Bibl. Cæſarea, teſte Lambecio V. pag. 137. *Zachariæ* Scholaſtici o) diſputatio cum AMMONIO Procli diſcipulo & GESSIO iatroſophiſta de Mundi æternitate: & *Joannis Philoponi* p) contra PROCLUM de eodem argumento, nec non *Gregentii* q) cum HERBANO Judæo dialogus plus ſimplici vice utraque lingua lucem viderunt, & in omnium ſunt manibus.

XVIII. Hiſce Chriſtianorum adverſariis poſtremo loco addam Sinenſem hominem JANG KUANG SIEN, cujus duorum Voluminum contra Chriſtianos argumenta refert Dominicus Fernandez Navarrete Ord. Præd. in opere edito Madriti 1676. fol. tratados hiſtoricos, politicos, ethicos y religioſos de la Monarchia de China lib. VI. c. 15. pag. 354. ſqq.

CAPUT IX.

Gloria Doctorum, *Evangelii Præconum fidelium dignorumque. De Apoſtolorum & primitivæ Eccleſiæ* miraculis *ex promiſſo Chriſti, Marc. XVI. 17. Joh. XIV. 12. De* Catecheſi, *inſtitutione & Scholis primorum Chriſtianorum.*

I.

INter perſecutiones tot & tantas eminere, atque adverſariis tam multis, tam potentibus & callidis reſiſtere non valuiſſet Eccleſia, neque in mediis injuriis, artibus, certaminibus, criminationibus, argutationibus & machinis hoſtium mojora ſemper incrementa capere ullo modo potuiſſet, niſi DEO placuiſſet ſingulari ratione propagationem doctrinæ Evangelicæ tueri ac promovere, quod factum præcipue miſſis Doctoribus præditis ea virtute & conſtantia quæ par eſſet rei magnitudini, & linguarum miraculorumque dono inſtructis. Itaque ſtatuit DEUS in Eccleſia *primum Apoſtolos, tum Prophetas & Doctores, δυνάμεις ſive virtutes miraculorum, & ſanationum dotes, procurati-*

o) id. pag. 108. p) id. pag. 117. q) id. pag. 11[illegible]

curationes a) *gubernationesque, genera linguarum.* 1. Corinth. XII. 28. *Evangeliſtas, & Paſtores ad* b) *conſummationem Sanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis CHriſti.* Epheſ. IV. 11. 12. graviterque monuit attendere ſibi ipſis & univerſo gregi, *in quo vos Spiritus S. poſuit Epiſcopos, ut DEI paſcatis Eccleſiam, quam ipſe ſanguine ſuo comparavit.* Act. XX. 28. Conſtituti Presbyteri. Actor. XIV. 22.

II. In Apoſtolis, primisque eorum ſucceſſoribus præcipue mirari neceſſe eſt hæc tria: 1) *fidem ac ſinceritatem*, quod poſt Iſcariotem, filium perditionis, perfidiæ ſuæ, cujus ſero eum pœnitebat, pœnas luentem laqueo, ne unus quidem fuerit qui non in teſtimonio de reſurrectione CHriſti perhibendo, & in propaganda Evangelii doctrina, nulla opum, honorum vel commodorum ſpe, reſpectu nullo permanſerit ad mortem usque, & qui non CHriſti cauſa libenter ignominiam, cruciatus & mortem ipſam alacriter pertulerit. 2) *induſtriam, ſapientiam, & labores*, quos inter pericula & perſecutiones ſuſceperunt perpetuos ac graviſſimos in itineribus, in cauſa dicenda coram magiſtratibus, in confutandis adverſariis, in erroribus ac præjudiciis eximendis, in docendo, hortando, erigendo, in conſtituendis Eccleſiis & regendis, atque in ſufficiendis Epiſcopis Doctoribusque. 3) *Succeſſum non inficiandum & admirabilem*, quod homines pauci, imbelles, egeni, idiotæ potuerunt efficere docendo & patiendo, ut omnibus ipſis etiam crudeliter interfectis, non modo non oppreſſa fuerit eorum doctrina, ſed ita prævaluerit, ut ſapientiſſimi etiam eidem ſenſim accederent, & potentiſſimi principes denique & Imperatores eandem profitendam aliis præirent. Hanc rem graphice expoſuit Matthæus Camariota, libro ſecundo de fato adverſus Gemiſtum Plethonem, cujus verba cum bona ut ſpero lectoris gratia apponam, addita verſione chariſſimi generi & Collegæ mei, qui Camariotam primum protulit in lucem c) Hermanni Samuelis Reimari, linguarum Orientalium in Gymnaſio Hamburgenſi Profeſſoris digniſſimi:

Εἴπερ ἠβούλετο λογίζεσθαι, ὡς εἰ μὴ θεῖα τὰ χριστιανῶν ἦν, καὶ	Si voluiſſet reputare, quod niſi Chriſtianorum res Divinæ eſ-

X ἀτεχνῶν

a) *ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις.* adde Salmaſium de fœnore trapezitico p. 409. 414. ſeq. b). Prophetæ & Doctores Act. XIII. 1.
c) Lugd. Bat. 1721. 8. pag. 222.

ἀτέχνως θεόθεν καὶ γινόμενα καὶ ταττόμενα, οὐκ ἂν ἐν τῇ ἀσθενείᾳ ἐνεδυναμοῦτό τε καὶ ὑπερίσχυε καὶ ἐτελειοῦτο. οὐκ ἂν τὸ τῶν ἁλιέων, καὶ σκηνοποιῶν, καὶ σκυτοῤῥάφων ἄσοφον, ὡς οὕτως εἰπεῖν, καὶ ὑπέρσοφον, κατεκράτει τῆς νομιζομένης σοφίας. καὶ τὸ ἐν Χριστῷ μωρὸν, ὑπέρτερον ἐδείκνυτο πανταχοῦ, τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ κατ' ἀνθρώπους σοφοῦ. οὐκ ἂν ἐλάλει Παῦλος, καὶ κατεσιγάζετο Πλάτων, καὶ οἱ Πλάτωνος ὀπαδοὶ πρὸς τὴν μαθητείαν μετετίθεντο Παύλου, τῆς Πλατωνικῆς φλυαρίας ἐκ πολλοῦ καταγνόντες τοῦ περιόντος. ὡς καὶ αὐτοὺς ἄλλοις τὰ Παύλου κηρύττειν, Παῦλον μιμουμένους, καὶ πάντα πᾶσι κατ' ἐκεῖνον γινομένους, ἵνα δὴ πάντας, ἢ τούς γε πλείους κερδάναντες, ὡς ὁ Παῦλος, παραστήσωσι τῷ Χριστῷ. οὐκ οὖν ἐφθέγγετο τελώνης εὐαγγελιζόμενος, καὶ πᾶσα ἡ ἑλληνικὴ σοφία, μωρία δὲ μᾶλλον εἰπεῖν οἰκειότερον, ὑπεξίστατο καὶ ὑπανεχώρει. οὐκ ἂν ὁ σκηνοποιὸς ἐγίνετο κρείττων, τῶν ἐν τοῦτο διὰ βίου προσησαμένων, συμμεμετρηκέναι τῷ βίῳ, τὴν περὶ τὴν ἑλληνικὴν ἅπασαν ματαιότητα πιθανολογίαν. οὐκ ἂν ἰδιῶται τυράννων ἐκράτουν, ἀγράμματοι ῥητόρων καὶ φιλοσόφων, ἐνδόξων ἄδοξοι, εὐκαταφρόνητοι ὧν λόγος ἄλλως πολύς· οὐκ ἂν μυριοπλασίους μὲν ὁσημέραι ποικίλως ἐθανα-

ſent, & vere Divinitus profectæ atque mandatæ, non in tanta infirmitate robur cepiſſent, aut prævaluiſſent, & perviciſſent: Neque piſcatores & tabernaculorum opifices, aut qui pellibus in hunc uſum conſuendis dabant operam, imperitia ſua, ſit venia verbo, vel inuſitata ſapientia, ſuperaſſent eam quæ nomen habet ſpeciemque ſapientiæ: & ſtultitia in Chriſto oſtenſa eſſet quovis modo ſuperior eſſe mundanæ inter homines ſapientiæ. Non loquente Paulo ad ſilentium redactus fuiſſet Plato, & Platonis ſectatores tranſiiſſent in diſciplinam Pauli, damnatis admodum Platonicis nugis: Ita quidem, ut ipſi etiam Pauli doctrinam docerent alios, Paulum imitati, & cum ipſo omnibus facti omnia, quo ejus quoque ad exemplum, omnes vel certe plurimos lucrati, CHriſto ſiſterent. Non Publicanus nunciaſſet Evangelium, & omnis ſapientia Græcanica, vel ut rectius dicam ſtultitia, ſenſim ceſſiſſet & ſeſe ſubduxiſſet. Non opifex tabernaculorum victoriam ab iis retuliſſet, qui id unum ætatem præ ſe ferebant, ut omnem vitam in univerſis Græcorum ineptiis apte perſuadendis conſumerent. Non homines plebeji

τοῦτο,

τοῦτο, πολλῷ δὲ πλείους ἦσαν οἱ προστιθέμενοι τῷ Εὐαγγελίῳ, ὡς νικᾶν τῶν ἀποσφαττομένων τὸν ἀριθμὸν, τῶν τῷ κηρύγματι προστιθεμένων, οὐδ' ὅσον ἐξεῖναι περιλαβεῖν λογισμῷ. ὡς οἷς διενοοῦντο, οἱ κατὰ καιροὺς γῆς καὶ θαλάσσης κρατοῦντες, ἢ καὶ ἄλλως ἑκασταχοῦ δυναστεύοντες, κατασιγάζειν τὸ κήρυγμα ἰδιωτῶν, οὐδὲν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τούτοις ἡττᾶσθαι. καὶ εὐαγγελικὸν λόγον εἰς τὰ γῆς παρατείνεσθαι πέρατα· ἑνὸς ἀποσφαττομένου, ἢ κατὰ κρημνῶν ὠθουμένου, ἢ θαλαττίῳ παραπεμπομένου βυθῷ, ἢ ἄλλον γέ τινα τρόπον ὑπεξαγομένου τοῦ ζῆν. μυρία γὰρ δὴ κατὰ τῶν Χριστοῦ ζηλωτῶν τὰ κολαστήρια, καὶ ποικίλοι οἱ θάνατοι· καὶ μυρίων ἐγειρομένων ἀπὸ τούτῳ, τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ τινα ἢ κρημνίζεσθαι, ἢ ἀποσφάττεσθαι, ἢ θαλάττῃ καταβαπτίζεσθαι, ἢ ἄλλον γέ τινα τρόπον ὑπεξάγεσθαι τῆς ζωῆς, πρὸς ἀμείνω τε καὶ μακαριωτέραν καὶ ἀεὶ διαμένουσαν μεταχωροῦντα ζωήν. ὃ καὶ παράδοξον, καὶ λόγον φύσεως ὑπερβαῖνον. τὸ γὰρ τιμώμενον ἅπαν, καὶ ἐπιδίδωσιν, ὡς τὰ πολλά. ὃ δὲ ἀτιμάζεται, τοῦτο καταφρονεῖταί τε, καὶ ὅτι τάχιστά γε ἄνθους ἀποῤῥεῖ δίκην ἐαρινοῦ, καὶ ἐκ μέσου γίνεται παντελῶς. ἐνταῦθα δὲ τὸ κηρυττόμενον οὐκ ἠτιμάζετο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπη-

triumphaſſent de Principibus, non illiterati de Rhetoribus & Philoſophis, non de celebribus inglorii, non contemti de iis qui ceteroquin erant quantivis pretii. Non plures quotidie fuiſſent vario ſupplicio ſublati, & longe plures tamen acceſſiſſent Evangelio, ut vix mente comprehendi poſſit, quantum multitudo eorum qui ſuſceperant præconium, occiſorum ſuperaverit numerum. Ut proinde, quibus artibus ſuccedanei terræ mariſque Domini, aut Dynaſtæ ſingularum Provinciarum, ſilentium cogitabant imponere præconio hominum plebejorum, iis omnibus nihilominus, vel tanto magis etiam diſceſſerint inferiores, ſermoque Evangelii ad terræ uſque fines extenſus ſit, dum alius jugulabatur; alius dabatur præceps, aut in mare dejiciebatur, aut alio modo privabatur vita. Infinita enim adverſus Chriſti ſectatores erant pœnarum genera, varia ſupplicia mortis: Multis interim eo ipſo excitatis, quod alios viderent pro Chriſto præcipites dari, jugulari alios, alios aquis ſubmergi, aut alio mortis genere multari, ad meliorem & feliciorem atque perennem vitam tranſituros. Quod & paradoxon eſt, &

λαύνετο. καὶ οὐκ ἀπηλαύνετο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκολάζετο καὶ οὐχ ἑνὶ κολάσεων εἴδει, ἀλλὰ ποικίλοις τε καὶ χαλεπωτάτοις. καὶ οὐχ ἁπλῶς οὕτως, οὐδ᾽ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ᾽ εἰς θάνατον ἡ κόλασις ἐτελεύτα· οὐδὲ τῶν τυχόντων κολαζόντων, καὶ ὧν λόγος ἄλλως ὀλίγος, ἀλλὰ βασιλέων, καὶ τυράννων, καὶ δυναστῶν, καὶ τῶν ὁπωσοῦν ἀρχόντων ἑκασταχῆ. καὶ μᾶλλον ἐπεδίδου τὸ κήρυγμα, ἢ πάντα ὅσα τις ἂν εἴποι ἐν κόσμῳ κατ᾽ ἀνθρώπους τιμώμενα. καὶ τοσούτῳ πλείους ἐζήλουν τε αὐτὸ, καὶ ἠσπάζοντο, καὶ ἐσέβοντο, ὅσῳ πλείους αἱ ἀτιμίαι κατὰ τῶν προσιεμένων ἐπενοοῦντο, καὶ κολαστηρίων εἴδη ἐμηχανᾶτο καθεκάστην βαρύτερα. καὶ ταῦτα ὑπὲρ τίνος; ὑπὲρ εὐκαταφρονήτου νομιζομένου ἀνθρώπου, θάνατον οἴκτιστον ἀποθανόντος καὶ ἐπονείδιστον, ὡς κακούργου ἐσταυρωμένου, τάφῳ ὡς νεκροῦ ἐντεθέντος. τὰ γὰρ σεμνὰ καὶ ὑπέρσεμνα σιωπῶ, καὶ τὸν τῆς φύσεως ὑπερβαίνοντα λόγον, ἅπερ οὐ τῆς ἀνθρωπότητος, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐτύγχανεν ἔργα καὶ θαύματα· οὐ τὰ πρὸ τοῦ σταυροῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τὸν σταυρὸν αὐτὸν καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὴν τριήμερον ἐκείνην ταφὴν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ταφῆς ἔγερσιν.

naturæ rationem ſupergreditur. Nam quæ habentur in honore, incrementa capiunt ut plurimum, ſed quæ vexantur contumelioſe, illa & habentur contemtim, & celeriter tanquam floſculi verni decidunt, & penitus tolluntur e medio. Hic autem præconium evangelii non vexabatur ſolum, ſed & propellebatur, & non propellebatur tantum, ſed & puniebatur, nec uno ſupplicii genere, ſed variis & truculentiſſimis, neque ſimpliciter aut quomodocunque, ſed pœna in necem deſinente, neque ab hominibus plebejis & nullius pretii, ſed Regibus & Principibus & Dynaſtis, & quocunque tandem nomine unuſquiſque tenebat ubique imperium. Magis vero creſcebat præconium, quam quæcunque humanarum rerum habentur in honore apud homines, tantoque plures id ſectabantur & accipiebant, & venerabantur, quo plures contumeliæ excogitabantur adverſus ſectatores, quoque graviora quotidie exquirebantur genera ſuppliciorum. Et pro quo quidem hæc omnia? Pro eo, qui contemtus eſſe credebatur homo, qui miſerrimam & ignominioſiſſimam mortem obierat, qui cruci erat ſuffixus ut maleficus, & in ſepulcro ut mortuus condi-

ὑπὲρ τοιούτου τοίνυν νομιζομένου, ἔπασχον ταῦτα, καὶ ὁ ἀριθμὸς τῶν τῷ κηρύγματι προστιθεμένων, εἰς ἄπειρον ἐπεκτεινόμενος ἦν, καὶ τὰ πέρατα διαλαμβάνων τῆς γῆς. οὐκ ἂν οὕτω γινομένου τούτου, εἰ μὴ θεῖόν τε καὶ ὑπερφυὲς τὸ γινόμενον ἦν, πάσης κοσμικῆς καὶ ἀνθρωπίνης ἐπινοίας καὶ μηχανῆς ἀνώτερον τῷ ὄντι γινόμενον· ὡς τὸ ἐλαυνόμενον τῶν μὴ ἐλαυνομένων ὑπερισχύειν, καὶ κατακρατεῖν, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν ἐξεῖναι· τῶν τιμωμένων τὸ ποικίλως ἀτιμαζόμενον. καίτοι εἰ τὸ κατὰ χριστιανοὺς ἀτιμαζόμενόν τε καὶ κολαζόμενον, τῶν τιμωμένων ὑπερίσχυσε πάντων, ἐν τῷ τιμᾶσθαι μὲν ἐκεῖνα, αὐτὸ δὲ ἀτιμάζεσθαι. ὡς ἐκ μέσου γενέσθαι παντελῶς, ἃ δὴ τίμια ἐνομίζετο, καὶ εἰς τοῦτο καταλῆξαι χρόνῳ ὕστερον, ἠρέμα ὑπεξιστάμενα, μᾶλλον δὲ ἀθρόον οὕτω καὶ ἄρδην ἀφανιζόμενα, ὡς μηδὲ ὄνομα γοῦν αὐτῶν ὑπολελεῖφθαι σχεδόν. εἰ τὰ κατὰ χριστιανῶν γινόμενα, ἐπὶ τοὺς ἐκεῖνα τιμῶντας, μηχανῇ τινί τις μετετίθει, πῶς ἂν οὐ βραχύν τινα γοῦν χρόνον ἰσχὺν ἔσχεν· ὅπου καὶ τοιούτου παντὸς ἐκτὸς ἐκ μέσου γεγένηται, οὐδενὶ ἄλλῳ, ἢ τῷ παθήματι καὶ τοῖς κινδύνοις, τῶν ὁσημέραι διωκομένων καὶ ἀποθνησ-

tus. Auguſtiora enim & myſtica taceo, quæ naturæ rationem ſuperant, quæque non humanæ ejus ſed Divinæ opera fuerunt naturæ & miracula: non ea ſolum, quæ ante crucem, ſed & quæ in cruce ipſa atque morte acta ſunt, tum tridui illam ſepulturam, & ſurrectionem e ſepulcro. Pro illo igitur, qui talis habebatur, hæc omnia ſuſcipiebant: & numerus eorum qui accedebant præconio, creſcebat in infinitum, ipſosque terræ complectebatur fines. Quæ ſane non ita contigiſſent, niſi Divina & ſupernaturali ratione eſſent facta, omnique mundana humanaque mente & fabrica vere ſuperiora fuiſſent. Ita quidem, ut quod ſupprimebatur, viribus antecelleret non ſuppreſſa, & quod variis vexabatur injuriis, plus quam dici poſſit, prævaluerit iis quæ habebantur in honore. Enimvero, ſi ignominia pœnæque adverſus Chriſtianorum doctrinam, impedire non potuerunt, quin de omnibus triumpharet, quæ habebantur in honore, etiam tum, cum hæc habebantur in pretio, illa in dedecore: ut prorſus ſublata ſint quæ putabantur honorifica, & in ignominiam poſtremis temporibus deſierint, ubi ſenſim exſpirave-

κόντων ὑπὲρ Χριστοῦ; ἀλλ' ὄντως ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, ἐν τῷ ἀτιμάζεσθαί τε, τῶν τιμωμένων πάντων ὑπερισχύει, καὶ ἐν τῷ διώκεσθαι, παντὸς τοῦ κόσμου ὑπερκοσμίως κατακρατεῖ, καὶ τῶν ἐλαυνόντων τοὺς ἐλαυνομένους ἀνωτέρους τηρεῖ, δεσμίους τε καταδεῖ τοὺς δεσμοῦντας, μαστιγίαις τε τοὺς μαστίζοντας ὑποχειρίους ποιεῖ, καὶ δουλαγωγεῖ τοῖς δούλοις τοὺς γῆς ἄρχοντας καὶ θαλάσσης. ἃ πῶς ἂν ὅλως ἐγίνετο ταύτῃ, εἰ μὴ θειά τις ἀοράτως δύναμις ἦν, ἡ δι' αὐτῶν καὶ ἐν αὐτοῖς ἐνεργοῦσα, καὶ πάντα αὐτῶν ἡττᾶσθαί τε καὶ εἴκειν παρασκευάζουσα. καίτοι τὰς γινομένας ἑκάστοτε παραδοξοποιΐας, θείας ἐνεργείας οὔσας ἀποτελέσματα, οὐκ ἀνθρωπίνης δυνάμεως ἐπινοίας καὶ μηχανήματα, δι' ὧν τὸ κατ' αὐτοὺς τοῦ κηρύγματος ὑπερφυὲς διεδείκνυτο· ταύτας τοίνυν ἁπάσας παρίημι λέγειν, πάντα λόγον νικώσας. ὅπου γὰρ τὸ ἀσθενὲς καὶ ἀτιμαζόμενον τοσαύτην ἔχειν ἰσχὺν διαδείκνυται, ὡς τῶν ἰσχυρῶν καὶ τιμωμένων πάντων

rant, quin potius ita confeſtim & funditus deleta erant, ut vix nomen eorum ſupereſſet. Si quis contrario, quæ in Chriſtianos patrata ſunt, adverſus eos, qui gentilium ſuſpiciebant placita, artificio quodam adhibuiſſet, quid brevi de ipſis factum eſſet, cum abſque his omnibus e medio ſublata ſint, alia re nulla quam tormentis & periculis eorum, qui quotidie perſecutionem & mortem adibant pro Chriſto. Sed vere vis Chriſti in infirmis robur capit, & dum contemtim habetur, omnibus iis quæ honorantur evadit ſuperior, & dum perſecutione premitur, mundum univerſum cœleſti potentia vincit, & vexatos vexantibus reddit potiores, vincula imponit vincientibus, flagris ſubjicit flagellantes, mariſque & terræ dominos mittit ſub jugum ſervorum. Quæ quomodo hac ratione potuiſſent omnino contingere, niſi Divina quædam eſſet & occulta vis, quæ per eos & in iis ageret, efficeretque ut omnia ipſis ſuccumberent cederentque? Nam quæ ubique mira evenerunt, Divinæ omnino potentiæ effectus, non humanarum virium inventa & opera, per quæ præconii iſtius demonſtrata eſt Divinitas, illa jam taceo omnia,

ὑπερτερεῖν, τίς λοιπὸν χρεία, τὰ ὑψηλότερα λέγειν, καὶ ἅπερ οὐκ ἀνθρωπίνης, ἀλλ' ἀτεχνῶς ὑπερφυοῦς καὶ θείας ὄντως ἔργα δυνάμεως.

quod oratione ſatis depingi non poſſint. Ubi enim infirmum, & contemtum tantum habuiſſe robur eſt oſtenſum, ut potentia omnia, & honorata ſuperarit, quid attinet porro de altioribus dicere, quæ non humanarum, ſed vere Divinarum & ſupernaturalium opera ſunt virium?

III. Miracula CHriſtus ipſe, ut prænunciatum à Prophetis d) fuerat, Eſaiæ XXXV. 5. 6. XLII. 6. 7. fecit complura e) & palam, pluribus locis & non inficianda atque plane inſignia, aquam convertit in vinum Joh. II. 1. cœcis natis viſum Joh. IX. 1. Matth. IX. 27. XII. 22. XV. 30. XX. 30. XXI. 14. Marc. VIII. 22. Luc. XVIII. 35. ſurdis auditum Marc. VII. 32. IX. 25. claudis rectum & alacrem inceſſum Matth. XV. 30. XXI. 14. loquelam mutis reſtituit Marc. VII. 32. IX. 25. Luc. XI. 14. Matth. XII. 22. XV. 30. inveteratos & deſperatos à medicis morbos verbo ſuſtulit Matth. IX. 20. XIII. 11. Joh. V. 1. aliaſque multas admirandas edidit curationes in paralyticis, in hydropicis, lunaticis, leproſis, aridis aut mutilatis membris, aut ſanguinis profluvio vel febri laborantibus: idem exiguo cibo pavit multa millia, Matth. XIV. 21. denique ſuſcitavit mortuos Luc. VII. 12. ſq. VIII. 55. Joh. XI. 1. & dæmonia ejecit Matth. XII. 22. Luc. XI. 14. atque omnia ea hunc fecit in finem, ut qui illa viderent, nullam haberent cauſſam, colorem nullum detrectandi fidem ipſius prædicationi, ſed collatis Prophetarum oraculis certo perſuaſi

d) Lactantius IV. 15. laudat etiam hæc, quæ veluti Sibyllina illis temporibus ferebantur:

νεκρῶν δ' ἀνάστασις ἔσται
Καὶ χωλῶν δρόμος ἐσ' ὠκὺς, καὶ κωφὸς ἀκούσει
Καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήσουσ' οὐ λαλέοντες.
νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει,
ζήσει τεθνηῶτας, ἀπώσεται ἄλγεα πολλοῖς.

e) Confer tabellam miraculorum JESU, præmiſſam editioni Germanicæ Novi Teſtamenti Hamb. 1712. 4. à B. Joachimo Morgenweg, Paſtore bene merito Orphanotrophii Hamb. quem hoc ipſo Anno 1730. 5. Januar. extinctum lugemus.

perſuaſi eſſe poſſent ipſum miſſum eſſe à Deo promiſſum magnum illum Prophetam. Joh. X. 38. & XIV. 10. *Credite mihi, me in Patre, & Patrem in me eſſe: ſin minus, propter ipſa facta mihi credite.* Et XV. 22. *Si non veniſſem & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* 24. *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem & viderunt & oderunt me & Patrem meum.* Eodem pertinet Joh. IX. 41. *Si coeci eſſetis,* hoc eſt, non poſſetis videre quæ facio miracula, *non haberetis peccatum: nunc vero, quia profitemini vos videre, peccatum veſtrum manet.* Hunc finem etiam apud multos Salvator Optimos obtinuit, ut propter doctrinam potentem Matth. VII. 29. Luc. IV. 32. & propter miracula ei crederent, Joh. IV. 12. II. 11. 23. VI. 14. VII. 31. VIII. 30. X. 42. XI. 45. XII. 11. qui tenui ejus ſpecie & mundialibus opibus deſtituta, offendi, & adverſariorum perſequentiumque potentia abſterreri facile poterant. Hunc in finem etiam memoriam dictorum & factorum ſuorum, ac ſpeciatim miraculorum ſcripto conſignari voluit a diſcipulis ſuis, Joh. XX. 30. *Multa & alia ſigna fecit JESUS in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt ut credatis, quia JESUS eſt CHriſtus Filius DEI, & ut credentes vitam habeatis in nomine Ejus.*

IV. Idem JESUS *approbatus a DEO virtutibus & prodigiis & ſignis quæ fecit DEUS per illum in medio populo Judaico* Actor. II. 22. diſcipulis ſuis dedit poteſtatem *ejiciendi ſpiritus immundos, & curandi omnem langnorem & omnem infirmitatem*, Matth. X. 1. *calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones & ſuper omnem virtutem inimici, ut nihil illis nocere valeret,* Luc. X. 19. *linguisque novis* quas prius non didicerant *loquendi* Marc. XVI. 17. & *eadem imo majora quam ipſe fecerat* edendi Joh. XIV. 12. Hanc facultatem ſibi conceſſam etiam verſante adhuc inter illos Domino ſtatim experti ſunt læti ac gaudentes Luc. X. 17. ſed longe magis CHriſto in cœlos recepto effuſa in illos Spiritus S. gratiâ, ſeſe palam illa exſeruit inprimis in eo, quod loqui cœperunt variis linguis Actor. II. 4. & baptizatis per impoſitionem manuum VIII. 17. IX. 17. XIX. 6. & concione ſua gratiam Spiritus S. impertiebant X. 44. XI. 15. ut & ipſi loquerentur linguis & prophetarent. XIX. 6. tum quod claudos natos in nomine JEſu ſurgere juſſerunt & ambulare Actor. III. 6. XIV. 7. 8. ſimiliter Paralyticum Æneam IX. 34. Tabitham

mortuam

mortuam. IX. 40. Eutychumque XX. 10. & ſola umbra Petri ægrotos obumbrante valetudo illis reſtitueretur V. 15. ut alia jam prætercam, exemplum in Ananiam Hieroſolymitanum uxoremque ejus editum V. 5. 10. & in Elymam XIII. 11. ejectum ſpiritum pythonem e puella XVI. 18. ſigna patrata a Philippo VIII. 6. 13. ab Anania Damaſceno IX. 18. Paulo & Barnaba XIV. 3. XIX. 11. 12. XXVIII. 8. 9. donum prophetiæ in Agabo. XI. 28. Petrum ex carcere liberatum ab Angelo XII. 7. ſeq. Paulumque & Silam XVI. 26. & viperam à Paulo excuſſam impune. XXVIII. 5.

V. Hocce linguarum & *miraculorum* viſibilium Divinum conceſſum munus, etiam poſt Apoſtolos morte ſua ſummum CHriſto teſtatos teſtimonium, per longum tempus, quamdiu illud DEO viſum fuit neceſſarium, in Eccleſia primitiva viguiſſe, & ſicut ipſum illud veritati Doctrinæ Evangelii, ita propagatum ubique Evangelium veritati miraculorum magnam adſtruxiſſe Fidem, monumenta antiqua primorum trium ſæculorum, & ſcriptores inſecuti præclaro conſenſu teſtantur, e quibus ſingulari ſtudio illorum notitiam tradidere viri docti, laudati a me in delectu argumentorum pag. 701. A Marci Antonini jam temporibus defeciſſe gratias illas extraordinarias contendit Henricus Dodwellus diſſ. 2. ad Irenæum c. 44. pag. 170. ita tamen ut ipſe fateatur tunc *non ceſſaſſe penitus, ſed paulatim atque gradatim, ſed nec ita ut fuerint pauca vel infrequentes ſi ad noſtra tempora conferantur, ſed ut reipſa copioſæ frequentesque, pro deceſſorum tamen menſura paucæ viderentur atque infrequentes.* Confer Antonium Auguſtinum Tutteeum notis ad Cyrillum Hieroſol. pag. 343. Neque S. Athanaſio debet invidiam facere, etiamſi poſſet probari, quod illius ætate miracula ceſſaſſe in Eccleſia CHriſti diſputat Guilelmus Whiſtonus in collectione veterum monumentorum dignorum fide (Collection of authentick records) p. 939. ſeqq.

VI. Impudentiam vero *Thomæ Woolſtoni*, Angli, qui cum miraculum legionis fulminatricis * ipſe contra Waltherum Molyum A. 1726. ſingulari ſcripto defendiſſet, idem deinde non dubitavit allegoricas quasdam veterum Eccleſiæ Patrum interpretationes miraculorum CHriſti, myſticasque accommodationes, atque eas ſæpe quas potuit reperire frigidiſſimas veritati factorum opponere, illorumque in Novi Teſt. libris ſerio & ſimpliciter narratorum ſenſum literalem

* ſupra p. 139.

commentis adſcribere anti-chriſtianis & ridiculis: omnis mecum jure meritoque Chriſtianus quilibet deteſtabitur & horrebit; dolebit etiam ſcandala hujusmodi blaſphema inter medios Chriſtianos ferri ac jactari palam ſine fronte, ſine pudore: eruditus autem & candidus lector facile obſervabit non modo Patrum ſententiæ eſſe prorſus contrariam, quibus propter allegorias ſuas, ſatis longe petitas quandoque, nunquam tamen in mentem venit CHriſti miracula ſenſumque eorum hiſtoricum inficiari, quem ſupponunt perpetuo, & ſexcentis locis illum ſe amplecti libenter ac dilucide profitentur, ut qui hoc teſtimoniis illorum allatis velit probare ſerio, videri poſſit lectores velle docere ejusmodi, qui Patres nunquam inſpexerint, in lectione autem veterum Eccleſiæ Doctorum verſatis operam ludere & oleum exiſtimabitur. Sed etiam omni ſanæ rationi repugnare hoc commentum, perſpicue patet vel ex eo, quod per allegorica miracula, & quæ non vere edita ipſi oculis ſuis vidiſſent, nec Apoſtoli nec alii permoti fuiſſent ad CHriſti Doctrinam amplectendam, mortemque pro ea ſubeundam. Quod autem propter allegorumena non ſit negandum τὸ ῥητὸν & proprius, nativus ac literalis ſenſus vel rejiciendus vel negligendus, recte jam olim monuit Philo Judæus, is qui allegoriis vel maxime indulſit, atque idem ſupra modum ut facerent aliis, etiam Origeni & Chriſtianis exemplo ſuo præivit. Ita enim ille libro de migratione Abrahami pag. 314. Εἰσὶ γάρ τινες οἳ τοὺς ῥητοὺς νόμους σύμβολα νοητῶν πραγμάτων ὑπολαμβάνοντες, τὰ μὲν ἄγαν ἠκρίβωσαν, τῶν δὲ ῥαθύμως ὠλιγώρησαν, οὓς μεμψαίμην ἂν ἔγωγε τῆς εὐχερείας. ἔδει γὰρ ἀμφοτέρων ἐπιμεληθῆναι, ζητήσεώς τε τῶν ἀφανῶν ἀκριβεστέρας, καὶ ταμίας τῶν φανερῶν ἀνεπιλήπτου. *Sunt quidem* f) *quidam qui dum ſcriptas leges pro ſymbolis habent rerum intelligibilium, his nimiam dant operam, illas vero negligunt & flocci faciunt, quorum mihi levitas reprehenſibilis videtur: debebant enim utraque curare, ut & latentia accurate inquirerent, & non intermitterent manifeſta cuſtodire.* Neque Origenem propterea, quod in allegoriis eſt frequens & ingenioſus, in dubium vocaſſe aut negaſſe τὸ ῥητόν, commentarii ejus ac tomi luculenter demonſtrant, in quibus hiſtoriam ſingulari ſtudio interpre-

f) Non dubito his verbis, Therapevtas ſuos à Philone tangi, quorum ἐξηγήσεις τῶν ἱερῶν γραμμάτων p. 697. ait γίνεσθαι δι᾽ ὑπονοιῶν ἐν ἀλληγορίαις.

terpretatur, * etiam diſerte interdum refellit eos, qui allegoriam velint veritati hiſtorici ſenſus inficiandæ prætexere, ut Commentar. in Matthæum T. 1. edit. Huet. pag. 382. *Ἐὰν δέ τις καταφρονῇ μὲν τῆς λέξεως, τετράπηται δ' ἐπ' ἀλληγορίαις si quis verba contemnat, ad allegorias autem animum convertat, δυσωπηθήσεται ἔκ τινων καὶ ἑλληνικῶν ἱστοριῶν, in ruborem dabitur etiam ex quibusdam Gentilium narrationibus &c.* Sic idem Origenes quanquam Celſum lib. IV. p. 196. confutat negantem ſcripta Moſis & Prophetarum allegoriam admittere, ita tamen hoc facit, ut hiſtoriam ſalvam cupiat, neque eam vocet in dubium inficieturve, longe magis deprecaturus calumniam ſi quis ei voluiſſet impingere, quod propter allegorias, quas ſubinde ingerit, etiam *τὸ ῥητὸν* miraculorum à CHriſto editorum ab ipſo negaretur.

VII. At enim cum veritas religionis Chriſtianæ præter alia duobus maxime fulcris ac tibicinibus innitatur, *promiſſis Divinis* Salvatorem generi humano ac populo Judaico Meſſiam mittendum prædicentibus, & *miraculis* quæ miſſum Divinitus JESUM demonſtrarunt: utraque hæc ſub idem tempus velut ex compromiſſo aggredi ac labefactare inſtituerunt nefario auſu ſcriptis ſuis *Antonius Collinus* g) & *Tho. Woolſtonus*, ille quidem cum Celſo ridens allegorias, Judæis ipſis cernens acutius, alterumque nobis exhibens Fauſtum Manichæum, cujus ea erat frons, ut apud Auguſtinum XII. 1. à quo luculenter confutatur, negaret ſe ulla teſtimonia de CHriſto in Prophetis inveniſſe, quamvis attentius eos & curioſiſſime legerit. Nam ſic & Collinus prophetias ullas proprie & *κατὰ τὸ ῥητὸν* de Meſſia editas negat præfracte, Danielis etiam, cujus nimis diſertum exſtat vaticinium, rejecta auctoritate. Woolſtonus autem cum Spinoſa † contendit quæcunque de miraculis CHriſti & Apoſtolorum ſunt litteris ſacris conſignata, nihil contendit eſſe niſi caſſas veri allegorias. Quoniam autem utrique reſponſum eſt à multis, præſertim in Anglia, juvat elenchum brevem ſcriptorum de utroque hoc argumento ſubjungere tanquam ſpicilegium eorum quæ in libro de veritate relig. p. 523. ſeq. 569. ſq. & 697. exhibui.

Y 2 Pro

* Vide Huetii Origeniana p. 174. Edmundi Gibſon Epiſt. Paſtoral. p. 28. ſeq. edit. Germanicæ.

g) Diem obiit Collinus 13. Dec. A. 1729.

† Tractat. Theologico polit. c. 6. & Epiſt. 23. Opp. poſthum. p. 454.

Pro COLLINI ſententia.

Antonii Collini diſcourſe of the Grounds and reaſons of the Chriſtian Religion. Lond. 1724. 8. *Bibliotheque Angloiſe* Tom. XI. pag. 87.

Ejusdem, Scheme of literal Profecy conſidered, in a View of the Controverſy occaſion'd by a late book intituled: a diſcourſe of the grounds &c. Præcipue contra Eduardum Chandlerum & A. A. Sykes. Lond. 1726. 8. *Bibl. Angloiſe T. XV. p.* 103. *Acta Erud. T.* 9. *ſupplementi p.* 445.

Thomæ Woolſton, the old apology for the truth of the Chriſtian Religion againſt the Jews and Gentiles reviv'd. Origenis Adamantii Epiſtolæ duæ circa Fidem vere orthodoxam & Scripturarum interpretationem. Cantabrig. in 8.

Ejusdem, four freegifts to the Clergy, or challenges to a diſputation on this queſtion, whether the hireling Prieſts of this age, who are all Miniſters of the letter, be not worshippers of the Apocalyptical Beaſt, and Miniſters of Antichriſt. An anſwer to the ſaid four free-gifts.

The Moderator, between an Infidel and an Apoſtate: or the controverſy between the author of the diſcourſe, and his Reverend Eccleſiaſtical Opponents, ſet in a clear light. with an exhortation to a Zealous debate about it, by *Thomas Woolſton*, fellow of Sidney College. Cambridge 1725. 8.

A ſupplement to the Moderator, between an Infidel and an Apoſtate, being a diſſertation on Daniels weeks from the authority of Fathers. by *Thomas Woolſton*. 1725. 8.

A ſecond ſupplement to the Moderator, or a diſſertation on ſome other Prophecys, cited by the Biſhop of Litchfeild againſt the author of the Grounds, by *Tho. Woolſton*. 1725. 8.

Contin

Contra COLLINUM.*

1. a letter in the univerſal Journal, Dec. 18. 1723.
2. an examination of a late diſcourſe of the grounds and reaſons of the Christian Religion, with the apology for Mr. *Whiſtons* liberty of writing. 8. 1724.
3. the Chriſtian Religion not founded on allegory, or a vindication of our Faith from the falſhood objected to it in a late diſcourſe. 1724. 8.
4. a liſt of ſuppoſitions or aſſertions in the late diſcourſe of the Grounds, which are not therein ſupported by any real or authentick evidence: for which ſome ſuch evidence is expected to be produced, by *William Whiſton.* M. A. 1724. 8.
5. two London Journals. April. 4. & 11. A. 1724.
6. the nature and uſe of a type; being the ſubſtance of two ſermons by *George Lavington.* L. L. B. with a Preface concerning a late treatiſe, intitled, a diſcourſe of the Grounds. 1725. 8.
7. the ſure word of Prophecy: a ſermon before the Univerſity of Cambridge at St. Marys Church, by *John Newcome.* B. D. Fellow of St. Johns Colledge. 1724. 8.
8. JESUS CHriſt the Prophet whom Moſes foretold: a ſermon preach'd at Norwich, by *Thomas Bullock* M. A. and Chaplain to the Biſhop of Norwich. To which is added a poſtſcript explaining a paſſage in St. Pauls Epiſtle to the Galatians. 1724. 8.
9. Prophetiæ de Meſſia, præſertim vero illa de Immanuele, in JESU ad litteram adimpletæ: Concio habita à *Carew Reynel*, S. T. B. & Collegii Corporis CHriſti Socio. Oxon. 1724. 8.
10. Concio habita in Eccleſia Stæ Mariæ, Cantabrigiæ, pro gradu Doctoratus, per *Thomam Manningham* S. T. P. & nuper Collegii Regalis Socium, 1724. 4.

* De ſcriptis, libro hujus Collini alteri de licentia cogitandi oppoſitis dixi in delectu argumentor, de Veritate Relig. p. 488.

11. the literal accomplishment of Scripture Prophecys, being a full anſwer to a late diſcourſe, by *William Whiſton.* M. A, 1724. 8.

12. Ejusd. ſupplement to the literal accompliſhment, containing obſervations on Dr. Clark's and Biſhop Chandlers diſcourſes: with diſſertations upon Iſaiahs Prophecy concerning a Son to be born from a Virgin: upon Daniels LXX weeks &c. Lond. 1725. 8. *Bibl. Angloiſe T. XI. p. 282. T. XII. p. 60. 243. ſeq.* Auserleſene Theologiſche *Bibl. T. I. p. 747.* Whiſtono myſtica nulla plane in Prophetiarum expoſitione de Chriſto admittenti reſponderunt præter Ed. Chandlerum Epiſcopum & Sam. Clarkium *Nicolaus Claget*, Archidiaconus Sulburienſis in libro cui titulus: truth defended and boldneſs in error rebuk'd: or a vindication of thoſe Commentators, who have expounded ſome Prophecies of the Meſſias not to be meant only of Him.

13. the nature of the Prophecy of the old Teſtament relating to the Meſſias, an anſwer to the firſt part of a late Authors book, intitled a diſcourſe &c. in a letter to a perſon of Honour, by a Miniſtre of the Church of England. 1724. 8.

14. a defence of Chriſtianity from the Prophecys of the old Teſtament, wherein are conſider'd all the objections againſt this Kind of proof, advanc'd in a late diſcourſe, by the right Reverend Father in God *EDWARD CHANDLER*, a) Lord Biſhop of Coventry and Litchfeild. 1725. 8.

15. a vindication of the defence of Chriſtianity from the Prophecies of the Old Teſtament, in anſwer to the ſcheme of literal prophecy conſidered, by *Edward Chandler* Lord Biſhop of Coventry and Litchfield, with a letter from *Mr. Maſſon*, concerning the religion of *Macrobius*, and His teſtimony touching the ſlaughter of the Infants of Bethlehem: with a poſtſcript upon Virgil's 4 the eclogue. Lond. 1728. 8. 2 Volum.

16. a letter to the author of the Grounds and Reaſons of Chriſtianity, by a Divine of the Church of England. 1724. 8.

17. a

a) Bibl. Angloiſe T. XII. p. 446. Hiſt. literaire de l'Europe 1726. Nov. p. 219.

17. a diſcourſe of the connexion of the Prophecys in the Old Teſtament, and the application of them to CHriſt, by *SAMUEL CLARKE*, D. D. Rector of St. James's Weſtminſter. 1725. 8.

18. Ejusd. the true Grounds and Reaſons of the Chriſtian Religion, in oppoſition of the falſe ones, ſet forth in a late book, intitled the Grounds &c. 1725. 8. & cum Clarkii libro de exiſtentia & attributis DEI, ſextum edito 1728. 8.

19. an anſwer to a letter concerning the Grounds and Reaſons of the Chriſtian Religion, with a poſtſcript, wherein the Hiſtorical and Critical eſſay on the thirty nine Articles is brifly and impartially conſiderd, by a Divine of North Britain. 1725. 8.

20. a preſervative againſt a late diſcourſe of the Grounds 1725. 8.

21. the reaſoning of Chriſt and his Apoſtles in their Defence of Chriſtianity conſider'd, in ſeven Sermons preach'd at Hackney in Middleſex 1724. to which is prefix'd a preface taking notice of the falſe repreſentations of Chriſtianity, and of the Apoſtles reaſoning in defence of it, in a book intituled the Grounds and Reaſons &c. by *Thomas Bullock*, M. A. 1725. atque iterum 1726. 8.

22. an eſſay upon the truth of the Chriſtian Religion: wherein its real foundation upon the old Teſtament is ſhewn. Occaſioned by the diſcourſe &c. by *ARTHUR ASLEY SYKES*, b) M. A. Rector of Rayleigh in Eſſex. 1725. 8.

23. the uſe and intent of Prophecy in the Church: in ſix diſcourſes deliver'd on 1. Petr. I. 19. at the Temple Church 1724: to which are added three diſſertations, by *Thomas Sherlock* c) D. D. Dean of Chicheſter, & Maſter of of the Temple. 1725. 1726. 8. & Gallice *Abrahamo le Moine* interprete, Amſt. 1729.

b) Bibl. ancienne & moderne T. 23. pag. 298. T. 24. pag. 229. 299. Journal des Sav. 1726. Jul. p. 422. Hiſt. literaire del'Europe 1726. Nov. p. 234.

c) Bibl. Angloiſe T. XIII. p. 250. 471.

1729. 8. l'uſage & les fins de la Prophetie dans les divers Ages du Monde.

24. a Chronological treatiſe upon the ſeventy weeks of Daniel, wherein is evidently ſhewn the accompliſhment of the predict events, as eſpecially of the cutting off of the Meſſiah after the predicted VII. weeks, according to the expreſs letter of the Prophecy, and in moſt exact agreement with Ptolemy's Canon: ſo alſo of the deſtruction of Jeruſalem by the Romans, in the LXXth week, or ſeparate one week in the literal, obvious and primary ſenſe, however this be groundlesly call'd in queſtion by a late writer in a diſcourſe of the grounds and reaſons of the Chriſtian Religion: a particular diſquiſition upon the three lateſt hypotheſes of theſe weeks published among us, viz. that of the late learned Bishop *Lloyd*, that of the late learned Dr. *Prideaux*, and that of the Reverend Mr. *Lancaſter*. All which hypotheſes are here fully conſider'd, and the late Bishop *Loyd's* in generally ſupported and eſtablished, with Chronological Tables ſuited to the whole. by *Benjamin Marshall*, M. A. Rector of Naunton in Gloceſtershire. Lond. 1725. 8. Ejusd. three letters in further vindication, adverſus Lancaſtrium, Whiſtonum, & Collinum: 1728.

25. a vindication of Chriſtian Religion, in two parts 1. a diſcourſe of the nature and uſe of miracles, 2. an anſwer to a late book intitled a diſcourſe &c. by *Samuel Chandler*. 1725. 8. 1728. 8. Cicero 4. Tuſc. *defendat, quod quisque ſentit, ſunt enim judicia libera.*

26. Ejusdem, reflections on the conduit of the modern Deiſts, in their late writings againſt Chriſtianity, occaſion'd chiefly by two books, entitled a diſcourſe of the grounds &c. and the ſheme of litteral Prophecy conſidered. with a preface containing ſome remarks on Dr. Roger's preface to his VIII. ſermons. A. 1727.

27. a diſſertation on the unreaſonableneſs, folly and danger of Infidelity, occaſion'd by a late virulent book, intituled a diſcourſe, by *Theotimus Philalethes*. 1725. 8.

28. Ex-

28. Examen du ſyſteme literal de la Prophecie, a l'occaſion de la diſpute qui a été allumée par un livre, portant pour titre, raiſons & fondements de la Religion Chretienne, a la Haye 1726.

29. letters to the Author of the diſcourſe, ſhewing that Chriſtianity is ſupported by facts well atteſted, that the words of Iſaiah chap. VII. 14. *behold, a Virgin ſhall conceive & bear a ſon*, in their literal & only ſenſe, are a Prophecy of the conception and birth of the Meſſias, fulfill'd in JEſus: & that the Goſpel application of ſeveral other paſſages in the old Teſtament is juſt. by *John Greene*. 1726. 8.

30. Remarks on the various interpretations of the more ſure word of Prophecy 2. Pet. I. 19. which have lately been publiſhed by the Dean of Chicheſter & the Author of Miſcellanea ſacra. In vindication of that paſſage from the objections of the Ground &c. with a different account of the place deſigned, in vindication of it, againſt the mention'd author. 1726. 8.

31. a brief defence of the Chriſtian Religion: or a teſtimony of God to the truth of the Chriſtian Religion, by *Theophilus Lobb*. M.D. 1726. 8.

32. an eſſay towards a ſummary of Chriſtianity, by a Gentleman. 1726. 8.

33. a review of the controverſy between the Author of the diſcourſe &c. & his Adverſarys. 1726. 8.

34. a diſcourſe proving the Reſurrection of CHriſt, & ſhewing that it is a ſufficient Demonſtration of Chriſtianity, by *John Greene*. 1726. 8.

35. Ejusdem, a defence of the argument for the truth of Chriſtianity of Miracles, and the Goſpel application of ſeveral paſſages in the Old Teſtament: or a reply to a book, entitled: a letter to the author of the diſcourſe of the Grounds &c. in anſwer to Mr. Greens letters, in two letters to the ſaid Author. 1728.

36. a litteral expoſition of two Prophecys by St. Matthiew out of the old Teſtament, & ſaid by him to be fulfill'd in the perſon of JEſus CHriſt. the firſt in the VII of Iſaiah, verſe 14. the ſecond, in the XI. of Hoſeah, verſe 1. 1726. 8.

37. A diſſertation of the extreme folly and danger of Infidelity, offer'd to the ſober Reaſon of mankind by *Tho. Curteis*, Rector of Wrotham in Kent. 1726. being occaſion'd by a late virulent book, falſly entitled, a diſcourſe on the grounds and reaſons of the Chriſtian Religion.

38. *Rob. Flemming*, fulfilling of the Scriptures, editio poſtuma, 1727.

39. *Tho. Harris*, legal prefigurations aſſerted and vindicated, 1727.

40. A brief expoſtulation with the author of the new litteral ſcheme of Prophecy. 1727.

41. The neceſſity of Divine Revelation and the truth of the Chriſtian Revelation aſſerted in VIII. ſermons by *John Rogers*, D. D. In the preface are ſome remarks on a late book, entitled the sheme of a literal Prophecy conſider'd. Lond. 1727. 8. 1729. 8.

42. A vindication of the civil eſtablishment of Religion, d) wherein ſome poſitions of Mr. Chandler, and the author of the literal ſheme, and an anonymous letter on that *ſubject*, are occaſionly conſidered: with an appendix, containing a letter from Dr. Marshall, of Miracles, and an anſwer on the ſame, by John Rogers, D. D. Canon of Wells. Lond. 1728. 8.

43. the true grounds of the expectation of the Meſſiah, in two letters. The one printed in the London Journal April 1. 1727. the other in vindication of it, being a reply to the anſwer publiſh'd at the end of a letter to Dr. *Rogers* by *Philalethes*.

44. Chriſtian Religion ſupported by the Prophecies of the Old Teſtament; or a defence of the argument drawn from Prophecy, by *Brampton Gurdon.* Lond. 1728. 8.

43. *Tho.*

d) ſtate of the Rep. of letters 1728. Octobr. p. 284.

45. *Thomæ Bullock*, ſermones VII. Anglice editi A. 1726. cum longa præf. adverſus Collinum: e) ſerm. 1) de natura & argumentis Revelationem Divinam probantibus, ad I. Joh. IV. 6. 2) characteres interni excellentiæ Relig. Chriſtianæ ad Joh. VIII. 46 47. 3. & 4) argumentum a miraculis petitum ad Joh. X. 37. 38. & Joh. XV. 24. 5. 6. 7.) Veritas Chriſtianæ Relig. probata ex Veteri Teſt. ad Hebr. VIII. 7. 8. 9. Luc. XXIV. 25. 29. & Actor. III. 25. *Bibl. Angloiſe* T. 13. p. 284.

46. The reaſoning of CHriſt and his Apoſtles vindicated in two parts 1) defence of the argument from miracles, proving the argument from prophecy not neceſſary to a rational defence of our Religion. 2) being a defence of the argument from prophecy, proving the Chriſtian ſheme to have a rational fundation upon the Prophecies of the Old Teſtament. in anſwer to a book intituled, the ſheme of literal Prophecy conſider'd, by *Thomas Bullock*. Lond. 1728. 8.

47. The Prophecies of the old Teſtament, reſpecting the Meſſiah, conſider'd, and prov'd to be litterally fulfill'd in JEſus. by *John Gill*. Lond. 1728. 8.

48. Chriſtianity the perfection of all Religion Natural and Reveal'd: wherein ſome of the principal Propheſies relating to the Meſſiah in the old Teſtament, are ſhewn to belong to him in a literal ſenſe &c. by *Tho. Jeffery*. Lond. 1728. 8.

49. a litteral expoſition of two remarkable propheſies, Eſ. VII. 14. & Deut. XVIII. 5. by *William Gardiner* 1728.

50. Our bleſſed Lord JEſus of Nazareth prov'd to be the Chriſt, f) from the literal ſenſe of the Prophecies in the Old Teſtament, in ſeveral lettres to the author of the grounds. Letter 1. ptoving the Chriſtian Religion not founded of Judaiſm, but on the Love of God to Man, as being the only way to everlaſting happineſſ, and eſtablish'd before the Creation. Judaiſm inſtituted only to manifeſt the Meſſiah, and now abrogated, as having anſwer'd the purpoſe of its inſtitution. 1728. 8.

e) Bibl. Angloiſe T. XIII. p. 284. f) ſtate of the Rep. of letters 1728. Febr. p. 119.

51. *Benjamin Marshall's* three letters in further vindication of the late Biſhop *Lord's* hypotheſis of Daniel's Prophecy of the ſeventy weeks. 1) to the Rev. Mr. *Lancaſter.* 2) to Mr. *Whiſton*, 3) to the author of the ſheme, and his pretences for referring this prophecy to the perſon and times of Antiochus Epiphanes. Lond. 1728.

52. La Religion Chrêtienne prouvée par l'accompliſſement des Prophecies de l'ancien & du nouveau Teſtament. Paris 1728. 4. auctore *Franciſco Baltus*, S. J.

Contra THO. WOOLSTONUM. g)

Eduardi Gibſon, Londinenſis Epiſcopi paſtoral letter to the people of his Dioceſe, occaſion'd by ſome late writings in favour of infidelity. Lond. 1728. 4. Woolſtonus licet non nominatus tangitur pap. 24. ſq. 27. ſq. 36. Inſignis hæc Epiſtola Germanice etiam prodiit Hanoveræ 1729. 4. & Gallice Amſt. 1730. 8.

Richardi Smalbroke Epiſcopi S. Davidis, vindication of the miracles of our bleſſed Saviour, in wich Mr. Woolſton's diſcourſes on them are particularly examin'd, his pretended Authorities of the Fathers againſt the Truth of their literal ſenſe are ſet in a juſt light, and his objections in point of Reaſon are anſwer'd. Lond. 1728.

g) Scriptum Woolſtoni de miraculis primum editum A. 1727. 8. hoc titulo: *a diſcourſe on the miracles of our Saviour, in a view of the preſent controverſy between Infidel's and Apoſtates.* Huic ſucceſſerunt alia quinque, in quibus ſingula quædam miracula, in poſtremo etiam reſurrectionem CHriſti oppugnat, inſertis ſubinde, quo effrenatius poſſet indulgere calamo, velut ſub Judæi Rabbini nomine Epiſtolis IV. p. 29. V. pag. 43. VI. pag 4. ſacras narrationes ridentibus. Singulis ſcriptis dedicatio ironica præfigitur, ad Epiſcopos Angliæ celebratiſſimos 1) ad Londinenſem, *Edmundum Gibſonum*, 2) ad Lichfeldenſem *Eduardum Chandlerum*, 3) ad Epiſcopum S. Davidis *Richardum Smalbroke*, 4) ad Epiſcopum S. Aſaphi, *Franciſcum Hare*, 5) ad Bangorenſem, *Thomam Sherlok* & 6) ad *Joannem Potterum*, Oxonienſem Epiſcopum. Denique Apologiæ ſuæ non dubitavit dedicationem ad Reginam ipſam præmittere Titulus eſt: *Defence of the diſcourſes on the miracles of our Saviour, againſt the Biſhops of S. David's and London, and his other adverſaries.* 1729. 8. Etiam Woolſtoni videntur ſcripta ſub nomine Nathani Jones edita, *Liberty vindicated* & *Inſtructions to the Lord Biſhop of S. David's in defence of Religions liberty*, &c.

1728. & 1729. 8. Pars prima tribus prioribus oppoſita Woolſtoni ſchediaſmatibus ſpem facit etiam ſecundæ, quibus tria reliqua ejus confutanda ſunt.

A defence of the Lord Biſhop of S. David's in anſwer to Jonathan Jones. Lond. 1729. 8.

A compendious Vieuw of the Grounds of Religion, both natural and reveal'd, by *Tho. Seaton*, A. M. Lond. 1729. 8.

Preſervative againſt the growing infidelity and apoſtacy of the preſent age, by *William Tilly*. Lond. 1729. 8.

Two diſcourſes, the firſt an appeal to the miracles of JEſus, as proofs of his Meſſiaship: the ſecond, a demonſtration of the Truth and Certainty of his Reſurrection from the Dead, by *George Wade*. Lond. 1729. 8.

Thomæ Ray vindication of our Saviour's Miracles, in anſwer to Mr. Woolſton. 2 Volum. Lond. 1728. 1730. 8.

Free thoughts on Mr. Woolſton and his writings, in a letter to a Gentleman at Leyden. Lond. 1730. 8.

The miracles of JEſus vindicated. ibid. 1729. 8. auctore ut fertor *D. Pearce*.

An expoſtulatory letter to Mr. Woolſton, or account of his writings, by a Clergyman in the Country. ibid. 1730. 8.

Johannis Entick evidence of Chriſtianity aſſerted from facts, as authoriſed by ſacred and prophane Hiſtory. Lond. 1729. 8. præmiſſis adverſus Woolſtonum prolegomenis.

The tryal of the witneſſes of the Reſurrection of JEſus, Lond. 1729. 8. Scriptum ingenioſum, quo tanquam in forenſi cauſſa, more in Anglicanis judiciis recepto, teſtium de Reſurrectione CHriſti fides diſceptatur, & argumentis in utramque partem expenſis, & illorum utrinque iterum repetito momento ac pondere, pro teſtimoniorum veritate ſententia dicitur. Authorem *Tho. Sherlokium* alii, alii virum in toga civili nobilem ſuſpicantur.

A defence of the Scripture-hiſtory, ſo far as it concerns the reſurrection of Jairus's Daughter, te Widow of Nain's Son, and Lazarus. Lond. 1730. 8.

The Reſurrection of our Saviour rightly tim'd, and duly evidenc'd: a ſermon by *Carey Reynell* in anſwer to ſome objections lately reviv'd by Mr. Woolſton. Oxon. 1726.

An anſwer to the Jewish Rabbi's two letters againſt CHriſt's Reſurrection and his raiſing Lazarus from the dead; in a letter to Mr. Woolſton, with ſome obſervations on Mr. Woollſton's own reflections on our Saviours conduct. Lond. 1729. 8. by a free-thinker.

A dialogue between Mr. Grounds and Sheme and Thom. Woolſton. 1729. 8.

The miracles of JEſus, vindicated, part. 1. containing the proofs of JEſus's Reſurrection ſtated; and the objections to it anſwered. Lond. 1729.

An impartial examination and full confutation of the arguments brougt by Mr. Woolſton's pretended Rabbi &c.

Abrahami Marckland, VIII. ſermons upon the miracles of our Saviour. inter varios ejus ſermones ſacros numero XXVII. editos Lond. 1728. 8.

D. Chriſtiani Mundenii Theologi Helmſtadienſis diſſ. Theologica de miraculis CHriſti Salvatoris noſtri, contra Tho. Woolſtonum. Helmſt. 1730. 4.

Chriſtophori Wolle, ad D. Petri Catechetæ Lipſienſis, ſchediaſma hiſtorico Theologicum de JEſu ſpirituali in Anglia redivivo, ubi de hiſtoria, uſu & abuſu allegoriarum Patriſticarum in exegeſi ſacra, contra Thomam Woolſtonum erudite & ex inſtituto diſſeritur. Lipſ. 1730. 4.

Tho. Woolſtoni de miraculis CHriſti paralogiſmi examinati a *Chriſt. Gottlieb Joechero*, Profeſſore Philoſophiæ Lipſienſi, qui etiam ſcriptorum de hac controverſia in Anglia editorum notitiam & de illis judicium præmiſit. Lipſ. 1730. 4.

M. Gottlob Fridericus Gude diſcuſſione myſticæ miraculorum & fatorum CHriſti interpretationis, contra Frid. Adolphum Lampium, cum Woolſtono tamen neutiquam facientem. Lipſ. 1729. 4.

SPICILE-

SPICILEGIUM ſcriptorum de miraculis JESU, *addendum memoratis in delectu argumentorum pro veritate Relig.* cap. 43.

Jacobus Abbadie de veritate Relig. Chriſtianæ parte 3. cap. 2.

Cæſar Pegorius Theologie Chrétienne ſect. V. c. 5. p. 117. ſqq. & ſect. I. c. 4. p. 11. ſq.

D. Mich. Alberti diſſ. de Medicina CHriſti Divina & miraculoſa: in ejus Medicina Theologica p. 606. ſqq. Halæ Sax. 1726. 8.

Theodori Antonidis illuſtratio XX miraculorum CHriſti. Leoward. 1697. 4. *Boekſaal van Europe* 1697. T. 2. p. 226.

Didaci de Baëza, Hiſpani, S. J. duo volumina Lugd. 1619. & 1631. fol. edita, quorum alterum tractat de CHriſti geſtis & miraculis, nobilioribusque prophetiis adimpletis: alterum de prophetiis JESU nondum adimpletis, & nobilioribus ejus ſermonibus ac ſimilitudinibus.

D. Jo. Franciſci Buddei, ἡ μακαρίτου, Galilæa rebus geſtis & miraculis CHriſti clara. Jen. 1718. 4.

Antonius van Drieſſen over alle de Wonderwerken van JEſus, Utrecht 1717. 4. *Bibl. Philologico Theol. Bremenſ. T. 1. p. 371.*

Franciſci Hutchinſoni homilia de Veritate Religionis Chriſtianæ ad Joh. XV. 24. *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Anglice Lond. 1718. & ex Anglico Germanice ad calcem libri, Hiſtoriſcher Verſuch von Hexerey. Lipſ. 1726. 4. p. 290. ſq.

D. Henrici Klauſingii, Theologi Lipſ. diſſertatio de miraculis CHriſti, Divinitatis ejus teſtibus, Lipſ. 1728. 4.

D. Jo. Laurentii Moshemii de Judæis miracula quærentibus, ad Joh. IV. 48. *niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis.* Helmſt. 1715. 4.

Jo. Arnoldi Noltenii argumentum pro Veritate Relig. Chriſtianæ ex miraculis deſumtum, ab iis autem qui eadem per opem

Satanæ h) patrari contendunt, haud parum labefactatum, nativo reſtitutum robori. Francof. ad Viadrum 1718. 4.

Sylveſtri Petraſancta, S. J. thavmaſia veræ Religionis, tomo primo, de miraculis comparatis Vet. & Novi Teſt. Rom. 1643. 4.

Alphonſus Salmero S. J. tomo ſexto Operum, qui eſt de miraculis Domini noſtri JEſu CHriſti.

Campegii Vitringæ myſtica conſideratio miraculorum CHriſti, ex Belgico Germanice Francof. 1727. 4.

Frid. Wagneri, Paſtoris & Inſpectoris Eccleſiæ Näuenſis in Marchia, conſideratio primi JESU miraculi Joh. II. 9. im freywilligen Heb-Opfer XXXVI. Beytrag p. 510. 581. 607. 627. ſeq.

De Veritate RESURRECTIONIS CHRISTI, Scriptores addendi laudatis in delectu argumentor. cap. 44.

Petrus Allixius in Conſiderationibus librorum S. Scripturæ, ex Anglico editis Germanice parte 2. p. 364. ſqq. 378. ſqq.

Anaſtaſius, homilia Latine edita in Petri Stevartii collectione Vett. ſcriptorum & cum antiquis lectionibus Henr. Caniſii T. 1. edit. novæ clariſſ. Viri Jac. Baſnage p. 492.

Anonymi Einleitung zur Oſter-Hiſtoria. in V. C. Jo. Chriſtiani Clodii Hiſtoria der Gelehrſamkeit dieſer Zeit. Lipſ. A. 1721. p. 409. ſqq.

Anonymi alterius monoteſſaron ἀναςάσιμον, in analectis litterarum ſocietatis & ſcientiarum T. I. p. 282. ſqq. Lipſ. 1725. 4.

Iſaacus

h) τέρατα ψεύδους ediquidem, Matth. XXIV. 24. Marc. XIII. 22. 2. Theſſ. II. 9. Apoc. XIII. 13. XVI. 14. Deuteron. XIII. ſed non poſſe à Satana vera patrari miracula ad errorem confirmandum, probant præter Jacobum Serces, ſingulari libro Gallice edito Amſt. 1729. 8. Samuel Werenfels diſſertatione V. p. 342. ſqq. *les miracles ſignes certains de Verité*: Jo. Adolphus Turretinus in diſſertationibus A. 1721. editis, D. Jo. Franciſcus Buddeus diſſ. Epiſtolica de pythoniſſa Endorea, &c.

Iſaacus Barrow Tom. 2. Opp. ſermone XXVIII. & XXXIX. ad Actor. I. 3. & Luc. XXIV. 46. p. 406. 422. ſqq.

Guil. Beveregius Tom. VI. ſermonum Anglice editorum, ſermone ſexto.

Adrianus a Cattenburch ſpicilegio Theologiæ Chriſtianæ lib. 3. c. 13. p. 364. ſeqq.

Steph. Curcellæus Inſtitutt. Relig. Chriſtianæ lib. V. c. 13. ſeq. p. 253. ſqq.

Jo. Dallæus, melange des ſermons T. II. p. 130. ſqq.

Humfredi Dittoni præclarus liber de Reſurrectionis CHriſti veritate jam quartum editus Anglice. Lond. 1727. etiam Gallice verſus a V. C. Armando de la Chapelle. Amſt. 1728. 8. & Belgice ab Oſtadio Amſt. 1729. 8.

D. Jo. Gerhardi διάσκεψις de glorioſa Salvatoris noſtri JESU CHriſti Reſurrectione, diſpp. Academic. p. 1395. ſqq. Jen. 1655. 4.

Henrici Hammondi ſermo T. IV. Opp. p. 525. ſeq. the bleſſing influence of CHriſts Reſurrection, ad Actor. III. 26.

Richardus Kidder in demonſtratione Meſſiæ, quam Anglice edidit T. 2. p. 112. ſqq.

D. Laurent. Ottonis Laſii Offenbahrung JEſu Chriſti nach ſeiner Auferſtehung. Sorau 1721. 8.

Philippus a Limborch Theologiæ Chriſtianæ lib. 3. cap. 14.

D. Wilhelmi Lyſeri diſſ. de Reſurrectione JEſu CHriſti, ejusque antecedentibus, ad 1. Corinth. XV. 3. 4. Witeb. 1636. 4.

Joannes Marckius libris tribus hiſtoriæ exaltationis CHriſti, quorum primo de Reſurrectione CHriſti ex ſcriptis Apoſtolicis diſſerit, ſecundo Veritatem ejus confirmat ex prædictionibus & typis Vet. Teſtamenti: tertio tractat de adſcenſione ejus in Cœlos & ſeſſione ad dextram DEI. Lugd. Bat. 1729. 4. Acta Erud. edita Germanice parte 142. T. XII. p. 693.

D. Jo. Laurentii Mosheim Beweiß des Lebens JEſu aus dem Tode der Apoſtel ad 2. Corinth. IV. 10. 11. in ejus ſermonibus ſacris Tomo 1. ſub init. Hamb. 1725. 8.

B. D. Godfridi Olearii demonſtratio Apoſtolica Reſurrectionis JESU CHriſti, 1. Corinth. XV. 3. ſeq. illuſtrandæ Evangeliſtarum ea de re Hiſtoriæ inſerviens. Lipſ. 1709. 4. & ad calcem ejus Obſervationum in Matthæum p. 741. ſqq. Lipſ. 1713. 4.

Cæſar Pegorier, Theologie Chrétienne ſect. V. cap. 19. pag. 170. ſeqq.

Alphonſus Salmeron S. J. tomo undecimo Operum, tractatibus primis ſeptendecim, & XXVII. XXVIII.. & XXXIII. ſeq. Colon. 1614. fol.

Joannes Tillotſon ſermone V. inter XV. illos Germanice verſos ex Anglico, editosque cum præf. D. Bernhardi Waltheri Marpergeri, Dresd. 1728. 1730. 8.

Jean Colas de la Treille ſermons T. 2. p. 370. ſqq. l'incredulité & la conviction de S. Thomas. ad Joh. XX. 24. - 28. Amſt. 1727. 8.

Gregorius William, Oſſorienſis in Hibernia Epiſcopus in Opere. Lond. 1636. fol. edito quod inſcribitur: the right way to the beſt Religion p. 953. ſqq.

De CATECHESI primorum Chriſtianorum.

VII. Miraculis præconum primorum Evangelii Divina ſuffragabatur doctrina, qua pro diverſitate occaſionum modo per domos inſtituebant ſingulos, & lacte Evangelii, primisque elementis more catechetico i) imbuebant rudes & robuſtiori cibo digerendo adhuc inhabiles, qua de re præter interpretes ad 1. Corinth. III. 2. Hebr. V. 12. conſulendi:

D. Mich.

i) *κατήχησις* dicitur inſtitutio, cujus echo ſive ſonus aures audientis perſonat: inde doctrina voce tradita, *ἀπήχημα*, ut apud Æſchinem Axiocho: *καὶ ταῦτα δὲ, ἃ λέγω, Προδίκου ἐστὶ τοῦ σοφοῦ ἀπηχήματα.* Fallitur magnus Salmaſius qui libro de Helleniſtica p. 103. negat eſſe e Græcis qui vocabulo *κατηχήσεως* hoc ſenſu fuerint uſi præter Plutarchum lib. de fluminibus. Sed Sexti Empirici loca notavi p. 216. 285. 339. quibus adde hæc Prophyrii quæſt. Homer. *ἡμεῖς δὲ ἐκ τῆς παιδικῆς κατηχήσεως περ-*

D. *Mich. Waltherus*, pater, in gloria Catechiſmi, edita Germanice. Norimb. 1645. 8.

Jo. Caſp. Suiceri theſaurus in voce Γάλα, γαλακτοτροφέω, & κατηχέω.

Adami Wilde exercitatio exegetico hiſtorico polemica de forma Catecheſeos Paulinæ ad Ebr. VI. 1. ſeq. edita Præſide B. D. *Joanne Fechtio*, Roſtoch. 1702.

Gebhardi Theodori Meieri diſſ. de tribus novellorum naſcentis Eccleſiæ Chriſtianorum initiamentis, baptiſmo, catechiſmo & manuum impoſitione. Helmſt. 1690. 4.

D. *Jo. Georgii Walchii* diſſ. de Apoſtolorum inſtitutione Catechetica. Jen. 1728. 4.

D. *Gregorius Langemack*, Superintendens Stralſundenſis, in parte prima hiſtoriæ Catecheticæ, quam anno ſuperiore 1729. 8. Stralſundi vir meritiſſimus edidit, & pro ſingulari ſuo in me amore, nomini meo inſcripſit.

Jacobi Lenfant diſcours ſur les formulaires & ſur les Confeſſions de Foi. Ante editionem Catechiſmi Heidelbergenſis Berolinenſem, & cum ſcripto cui titulus l'innocence du Catechiſme de Heidelberg, demontrée contre deux libelles d'un Jeſuite du Palatinat. Amſt. 1723. 8. Bibl. Germanique T. V. p. 201.

Presbyteros & doctores τῶν ἐν ταῖς κώμαις ἀδελφῶν, *qui per ſingulos vicos fratribus, inſtituendis dabant operam*, memorat Nepos apud Euſebium VII. 24. Hiſt.

De Catechetis Alexandrinis *Pantæno*, *Clemente*, *Origene*, *Heracla* & *Dionyſio*, Jacobus Goar ad Euchologion Eccleſiæ Græcæ pag. 721. ex Euſebio: & Philippus Sidetes in fragmento quod edidit illuſtravitque Henricus Dodwellus ad calcem diſſertationum ad Irenæum, & quod integrum hoc loco, eſt enim breve, ſubjicio:

ὃ ἔφην μᾶλλον ἐν τοῖς πλείστοις ἢ νοοῦμεν. Lucius Luciani: ἐμὲ ὃ παρέδωκεν ἀπελευθέρῳ τινὶ τῶν ἑαυτοῦ νεανίσκων, καὶ εἶπε καθηχεῖν ὅσα ποιῶν μάλιστα ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην.

Καί φησι Φίλιππος ὁ Σιδήτης ἐν λόγῳ k) κδ΄. τοῦ διδασκαλείου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἡγήσατο, κατὰ τοὺς χρόνους ἀκμάσας Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου, οἷς καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστιανῶν πρεσβευτικὸν προσεφώνησεν· Ἀνὴρ ἐν αὐτῷ Χριστιανίσας τῷ τρίβωνι, καὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς σχολῆς προϊστάμενος. Οὗτος πρὸ τοῦ Κέλσου κατὰ Χριστιανῶν γράψαι προθυμηθεὶς, ἐντυχὼν ταῖς θείαις γραφαῖς εἰς τὸ ἀκριβέστερον l) ἀγωνίσασθαι, οὕτως εἵλετο τῷ παναγίῳ Πνεύματι, ὥστε διδάσκαλον, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον, ἀντὶ διώκτου γενέσθαι τῆς πίστεως ἧς ἐδίωκεν. Τούτου μαθητὴν γενέσθαι φησὶν ὁ Φίλιππος τὸν Στρωματέα Κλήμεντα, καὶ Πάνταινον m) τοῦ Κλήμεντος. Ὁ δὲ Πάνταινος καὶ αὐτὸς Ἀθηναῖος ὑπῆρχεν φιλόσοφος Πυθαγόρειος. Εὐσέβιος δέ φησι τοὐναντίον ὅτι Πάνταινος τοῦ Κλήμεντος διδάσκαλος γέγονεν, οὗ καὶ ὡς διδασκάλου ἐν ταῖς Ὑποτυπώσεσιν μέμνηται. Οὗτος δὲ ὁ Πάνταινος ἔσχεν μαθητὴν διάδοχον τοῦ διδασκαλείου μετ᾽ αὐτὸν προϊστάμενον, κατὰ μὲν Φίλιππον, Ὠριγένην· κατὰ δὲ Εὐσέβιον, Κλήμεντα, καὶ μετὰ Κλήμεντα Ὠριγένην. Πλὴν εἴτε οὗτος, εἴτε ἐκεῖνος, τέταρτος προέστη τῆς Χριστιανικῆς

Inquit etiam *Philippus Sidetes* libro XXIV. Scholæ præfuit *Alexandrinæ* primus *Athenagoras*, qui *Hadriani* floruit temporibus atque *Antonini*, quibus etiam *Legatoriam* Orationem pro *Chriſtianis* inſcripſit; Religionem *Chriſtianam* in ipſo quoque *pallio* profeſſus, & Scholæ *Academicæ* præfectus. Hic cum in animo haberet *Chriſtianos* (ante *Celſum*) Scriptis oppugnare, luſtratis ea mente Scripturis ut ſuſceptam oppugnationem inſtitueret accuratius, ita captus à Spiritu S. eſt, ut, ad exemplum magni Pauli, ex Perſecutore Doctor effectus ſit illius fidei quam fuiſſet perſecutus. Hujus diſcipulum ait *Philippus* fuiſſe *Clementem* (cognomine) *Stromatea*, *Clementiſque Pantænum*. *Pantænus* vero ipſe etiam *Athenienſis* (civis) Philoſophus erat (ſecta) *Pythagoræus*. *Euſebius* autem ex adverſo dicit *Pantænum Clementis* fuiſſe Præceptorem, cujus etiam tanquam *Præceptoris* meminerit in *Hypotypoſibus* (*Clemens*.) Cæterum ille *Pantænus* diſcipulum habuit Succeſſorem, &, poſt illum, Scholæ præfectum, pro *Philippi* mente, *Origenem*; pro *Euſebii* autem ſententia, *Clementem*, & poſt *Clementem*, *Origenem*. Utcunque *ſive hic ſive ille* quartus præfuit

k) μδ΄. MS. Baroccian. 142.

m) Τὸν Κλήμεντα MS.

l) Ἀγωνίσαι καὶ MS.

διατριβῆς Ὠριγένης. Μετὰ Ὠριγένην, Ἡρακλᾶς, μετὰ τοῦτον, Διονύσιος. μετὰ τοῦτον, Πιέριος. μετὰ Πιέριον, Θεόγνωστος. μετὰ τοῦτον, Σεραπίων· μετὰ τοῦτον, Πέτρος ὁ μέγας ἐπίσκοπος, μάρτυς γενόμενος. μετὰ Πέτρον, Μακάριος, ὃν Πολιτικὸν ἐκάλουν οἱ ἐπιχώριοι. Μετὰ τοῦτον, Δίδυμος. μετὰ Δίδυμον, Ῥόδων· ὃς καὶ μετήγαγε, κατὰ Φίλιππον, τὴν διατριβὴν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τῇ Σίδῃ, κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου. Τούτῳ h) Ῥόδωνι λέγει μαθητεῦσαι ὁ Φίλιππος, ᾧτινι καὶ πλεῖστα μαρτυρεῖ περὶ εἰδήσεως λόγων, τῶν τε καθ' ἡμᾶς καὶ τῶν ἔξωθεν.

tamen, ſeu (ſucceſſerit) hic, ſeu ille, (*Pantæno*;) quartus (certe) *Chriſtianæ Scholæ* præfuit *Origenes*, poſt *Origenem Heraclas*, poſt illum *Dionyſius*, poſt quem *Pierius*, poſt *Pierium Theognoſtus*, poſt hunc *Serapion*, poſt quem magnus ille *Petrus* Martyrio inclytus. Poſt *Petrum Macarius*, *Politicus* à conterraneis cognominatus. Poſt illum *Didymus*, poſt *Didymum Rhodon*, qui etiam, temporibus *Philippi* Scholam tranſtulit in ipſam illam (*Philippi*) civitatem *Siden*, imperante ſeniore *Theodoſio*. Hujus *Rhodonis* ſe diſcipulum fuiſſe ait *Philippus*, cui etiam egregium perhibet (*Philippus*) de noſtra (*Chriſtiana* ſcilicet) externaque (*Gentili*) Eruditione teſtimonium.

Lud. Thomasſini, diſcipline de l'Egliſe part. I. liv. 2. chap. 9. T. I. p. 210. ſqq. des écoles anciennes. & des ecoles en France part. 2. liv. 2. c. 26. ſqq. en Eſpagne, Afrique, Italie, Angleterre &c. & Part. 3. liv. 2 c. 19. ſqq. T. 2 p. 229. ſqq.

Jo. Andreæ Schmidii de ſchola Alexandrina Catechetica præfatio ad Andreæ Hyperii libellum de Catecheſi, recuſum Helmſt. 1704. 8. & diſſ. de inſtitutione Catechetica. 1701. 4.

De *Protogenis* presbyteri *ſchola Edeſſena*, (διδασκαλεῖον & παιδευτήριον vocat Theodoretus IV. 16. Hiſt.) vide Thomaſſinum T. I. p. 211.

Jo. Reinbolti diſſ. de catecheſi veterum ſub D. *Jo. Cothmanno* Roſtoch. 1645. 4.

Mich. Waltheri, filii, de catechiſatione veterum. Witeb. 1688. 4.

 Jo. Bene-

h) Ῥόδων MS.

Jo. Benedicti Carpzovii, filii, ad S. Auguſtini o) librum de catechizandis rudibus, Lipſ. 1688. 8. & inter ejus diſſertationes junctim editas p. 857. ſqq.

Jo. Henrici Krauſii diſſ. hiſtorica de Catechetis primitivæ Eccleſiæ, Lipſ. 1704. 4. Nova literar. Hamb. 1704. pag. 17[illegible].

D. *Chriſtoph. Henning Zeibich* in hiſtoria Catechiſmi Vinarienſis, Germanice edita A. 1728. 8.

B. Jo. Franciſcus Buddeus præf. ad Frid. Bechmanni annotationes poſtumas in Catecheticas inſtitutiones Conradi Dieterici, Jen. 1706. 4. & Iſagoges hiſtorico Theolog. lib. 2. cap. 1.

Caſpar Calvoer T. 1. ritualis eccleſiaſtici lib. 2. ſect. 1. c. 2.

Gotfridi Arnoldi erſtes Chriſtenthum lib. 2. c. 13.

M. Chriſtianus Frid. Williſch, Rector Gymnaſii Altenburg. in delineatione hiſtoriæ Catecheticæ. Altenb. 1717. 4.

Idea hiſtoriæ examinis Catechetici in Diario Theologico, Unſchuldige Nachrichten A. 1716. p. 707.

Leonardus Bohnerus Norimbergenſis in inſtitutione Catechetica p. 14. ſqq. Altdorf 1727. 4.

Jo. Georgii Eccardi de catechiſatione medii ævi, præfatio ad Monachi Weiſſenburgenſis catecheſin Theotiſcam, ſcriptam ſæculo IX. & monumenta varia Theotiſca: Hanover. 1712. 8. *Acta Erud.* 1712. pag. 523.

De CATECHUMENIS Chriſtianorum Veterum, eorundemque ſcrutinio & Symboli traditione, & quæ interjecto tempore acceſſit diſtinctione illorum in audientes, adſpirantes ſive genu flectentes & electos; nota omnia ex *Tobiæ Pfanneri* libro edito Francof. 1685. Vinariæ 1688. 12. & aliis virorum doctorum commentariis quos laudavi in Bibliographia antiquaria cap. XI. §. 25. quibus addes *Joannem Bonam* lib. 1. rerum liturgicarum c. 16. *Gabrielem Albaſpinæum* libro ſecundo Obſervationum Eccleſiaſticarum, *Jo. Morinum* in Operibus poſtumis Pariſ. 1703. 4. *Edmundum Martene* libro 1. de antiquis ritibus baptiſmi p. 29. 37. 78. 87. ſqq. qui etiam de officio Catechiſtæ videndus p. 26. ſeq. *Carolum le Cointe* in Annalibus Francorum T. 2.

o) Tom. VI. Opp.

T. 2. p. 131. ſqq. *Joſephum Binghamum* volumine quarto Originum Eccleſ. quas ex Anglico verſas Latine jam evolvere poſſunt ſtudioſi beneficio C. V. Jo. Henrici Groſchovii, Halberſtadienſis, libro decimo cap. 1. & 2. *Samuelem Baſnage* T. 2. Annalium p. 563. ſqq. *Matthiam Zimmermannum* libro, fiunt non naſcuntur Chriſtiani pag. 404. ſeqq. & noviſſime V. C. *Leonhardum Bohnerum* Noribergenſem in inſtitutionibus Catecheticis p. 60. ſeq. &c.

De CONCIONIBUS & PRÆDICATIONE *in primitiva Eccleſia.*

VIII. Si quos haberent χρείαν ἔχοντας ςερεᾶς τροφῆς, p) *ſolidioris cibi* capaces atque *indigos* Apoſtoli & qui his ſucceſſere: neque illis defuerunt doctrina, prædicatione, ſcriptis etiam Epiſtolis, dogmaticisque lucubrationibus; ſed id egerunt in omnem modum, *ut nihil ſubtraherent utilium, quo minus annunciarent iisdem omne conſilium DEI, & docerent eos publice & per domos teſtificati Judæis atque Gentilibus in DEUM pœnitentiam, & Fidem in Dominum noſtrum JEſum CHriſtum* Actor. XX. 20. 21. & 27. *non ambulantes in aſtutia, nec adulterantes Verbum DEI, ſed in manifeſtatione Veritatis commendantes ſe ad omnem conſcientiam hominum in conſpectu DEI,* 2. Cor. IV. 2. Ne dicam ſtudium eorum indefeſſum in deligendis, inſtruendisque Paſtoribus & conſtituendis *Eccleſiis*, de quibus Epiſtola utraque ad Timotheum, & ad Titum ſcripta luculentum nec inficiandum teſtimonium perhibent; vel etiam curam diligentemque in admiſtrando baptiſmo, & manuum impoſitione, & ſacræ Cœnæ celebratione, ut ea decenter & iis accedentibus fieret, qui ſeſe dignis modis prius probaſſent.

IX. *Sicut* autem CHriſtus ipſe ad hoc prædicationis munus miſſum ſe profeſſus fuit Luc. IV. 18. (ex Eſaiæ LXI. 1.) Matth. IV. 17. Marc. I. 39. ita inter præcipuas functiones ſuas hanc prædicandi Matth. X. 7. - 27. Marc. III. 14. XVI. 14. & Evangelizandi 1. Corinth. I. 18. fuiſſe conſtanter agnoverunt, eamque diligentiſſime obierunt Apoſtoli, ut Paulus, ſolitus eum in finem intrare ſynagogas,

p) Hebr. V. 12. Arrianus Epictet. ear. II. 16. οὐ θέλεις ἤδη ὡς τὰ παιδία ἀπογαλακτισθῆναι καὶ ἅπτεσθαι τροφῆς ςερεωτέρας.

gas, & de Scripturis diſſerere, & ad CHriſtum homines adducere Act. XVII. 2. 3. XVIII. 4. 19. XIII. 15. ſeq & viri Apoſtolici ut Apollo potens in Scripturis, XVIII. 24. 28. & horum veſtigia legentes fideliſſimi quique Epiſcopi ac Doctores ſuccedentibus temporibus: cui ſententiæ conſentaneum, quod nuper in noviſſimo Concilio Lateranenſi ſub Benedicto XIII. Rom. A. 1725. tit. 1. c. 3. *Epiſcoporum munus præcipuum* eſſe agnoſcitur *Verbi DEI prædicatio: quod ſuo præcepto induxit, exemploque firmavit æternus animarum Paſtor.*

Præter *Bernardinum Ferrarium* (cujus libri tres q) de veterum Chriſtianorum concionibus, prodiere etiam Pariſ. 1665.) *Joach Hildebrandum* aliosque laudatos a me Bibliograph. antiquariæ cap. XI. §. 20. de hoc argumento conſules *Lud. Thomaſſinum* de diſciplina Eccleſiaſtica parte I. lib. 2. c. 44. T. I. p. 315. ſeq. & parte IV. lib. 2. c. 97. T. 3. p. 433. ſeqq. *Friderici Borromei* Archiep. Mediolan. libros tres de concionante Epiſcopo, Mediolan. 1632. fol. *Lud. Bailium* in ſapientia foris prædicante, ſive Bibliotheca Concionatorum parte 2. Paris 1666. 4. B. D. *Chriſtianum Kortholtum* vom öffentlichen Gottesdienſt der alten und neuen Chriſten, *Mich. Gottlieb Hanſchii* Abbildung der Predigten im erſten Chriſtenthum. Francof. 1725. 8. *Godfridi Arnoldi* erſtes Chriſtenthum lib. 2. c. 12. *Petrum Roques* in parte I. libri eximii cui titulus *le Paſteur Evangelique*, Baſil. 1723. 4. *M. Frid. Andream Hallbauer* r) in dem nöthigen Unterricht zur Klugheit erbaulich zu predigen, catechiſiren &c. parte I. Jen. 1723. 8.

X. Denique, quamvis de induſtria alienos ſe profeſſi ſunt Apoſtoli ab ſapientiæ humanæ artibus, & eloquentiæ concinnatæ ac in verba ſollicitæ ornamentis, 1. Corinth. I. 17. ſeq. IV. 1. 4. 13. dulcibus in animos inſinuationibus Rom. XVI. 18. ſophiſticoque acumine & σεσοφισμένοις μύθοις 2. Petri I. 16. II. 3. teſtati etiam per ejusmodi lenocinia evacuari potius crucem CHriſti, ac deteri 1. Cor. I. 17. tamen & ipſi probarunt in doctrina ſua Divinam vim & Divinam ſapientiam, ibid. & Rom. I. 16. cui reſiſti non poterat, Actor. VI. 10. & in iis quos præficerent Eccleſiis, hoc requirebant in primis, ut potentes eſſent exhortari in doctrina ſacra, & *eos qui contradicunt*

q) Argumentum eorum dabit Lud. Ellies du Pin T. 17. Bibl. p. 102. ſeq. edit. Amſt.

r) Unſchuldige Nachrichten 1724. p. 427. ſeq.

tradicunt arguere Tit. I, 9. Quod etiam factum cum felici ſucceſſu non modo ore & per litteras ab Apoſtolis & Apoſtolicis viris, ſed etiam poſtea inter continuatas ab Ethnicis Imperatoribus perſecutiones ſcriptis ad illos ab Eccleſiæ Doctoribus Apologiis, quibus & veritas Evangelii CHriſti ac Divinitas contra Gentilium Philoſophorum argutias aſſereretur, & vanitas atque impietas idololatriæ atque Ethniciſmi demonſtrata omnibus pateret. Haſce vetuſtiſſimorum Chriſtianorum Apologias, ſive quæ adhuc exſtant, Græcorum quidem *Juſtini* a) *Tatiani* b) *Athenagoræ* c) *Theophili* Antioch. d) *Hermiæ* e) *Clementis* Alexandrini f) *Hippolyti* g) *Origenis* h) *Euſebii* i) *Athanaſii* k) *Gregorii* Naz. l) *Jo. Chryſoſtomi* m) *Theodoreti* n) & *Cyrilli* Alex. o) & Latinorum, *Tertulliani* p) *Minucii Felicis* q) *S. Cypriani* r) *Arnobii* s) *Commodiani* t) *Lactantii*, u) *Julii Firmici* x) *S. Auguſtini*, y) *Pauli Oroſii* z) *Prudentii* aa) & *Antonii* Fuſſalenſis: bb) ſive quæ interciderunt Græcorum itidem *S. Irenæi*, cc) *Claudii Apollinaris*, *Melitonis & Miltiadis* dd) *Macarii Magnetis* ee) *Methodii*, *Philoſtorgii* ff) *Euſebii* Cæſarienſis gg) *Apollinaris* Laodiceni hh) *Euſebii* Emeſeni ii) *Photini*, *Sophronii*, *Cæſarii*, kk) *Diodori* Tarſenſis ll) *Iſidori* Peluſiotæ mm) *Philippi* Sidetæ: nn) & Latinorum *Niceæ*, *Vitellii* Afri, oo) *Paulini* Nolani & *Ambroſii* Mediolanenſis. pp) Has jam memoravi in delectu argumentorum pro Veritate Relig. ut adeo plura jam de illis verba facere non ſit neceſſe. Tantum addo Apologias ſcriptas a *S. Pionio* presbytero, qui ſub M. Aurelio Antonino & L. Vero *martyrium ſubiit*, memorari in Martyrologio Romano Calendis Februarii, ubi videndus Baronius: & 13. Januar. traditur *Leontius* Cæſarienſis in Cappadocia Epiſcopus ſub Licinio adverſus Gentiles, & ſub Conſtantino adverſus Arianos plurimum decertaſſe.

 Caput

a) Vide delectum argumentor. p. 42. ſeq. b) id. p. 50. c) p. 52. d) p. 55. e) p. 57. f) p. 58. g) p. 61. h) p. 63. i) p. 72. k) p. 78. l) p. 83. m) p. 88. n) p. 97. o) p. 100. p) p. 207. q) p. 215. r) p. 218. s) p. 224. t) p. 227. u) p. 231. x) p. 240. y) p. 242. z) p. 249. aa) p. 251. bb) p. 178. cc) p. 159. dd) p. 160. 161. ee) p. 64. ff) p. 163. gg) p. 163. 165. hh) p. 163. 167. ii) p. 166. kk) p. 167. ll) p. 168. mm) p. 169. nn) p. 102. oo) p. 174. pp) p. 175.

Caput X.

Gloria* Vitæ *&* Morum *in primis Chriſtianis. Illorum Profeſſio:* Non loquimur magna, ſed vivimus. *Nunquam rebelles aut vim ſuperiorum, vi repellentes primi Chriſtiani.

I.

Egregium promovendæ propagationis Evangelii momentum fuit & hoc, quod non Apoſtoli modo virique Apoſtolici eſſent tanquam ignes, qui & doctrinæ lumine & vita atque exemplo prælucerent aliis: ſed & ab illis edocti accenſique Chriſtiani per Divinam Gratiam conſtitutum apud ſe haberent deſiſtere à malitia, quotquot CHriſti nomine vellent appellari. Itaque vere potuerunt & hoſtium etiam conſcientia ac teſtimonio hoc de ſe ſuisque affirmare, a) non ſe Verbis magnificis laudare quæ factis ſuis refellerent, ſed reipſa & ſerio colere quam profiterentur & morte ſua obſignaturi erant pietatem atque innocentiam. Juſtinus Martyr in cohortatione ad Græcos c. *36.* p. 33. *οὐ γὰρ ἐν λόγοις ἀλλ᾽ ἐν ἔργοις τὰ τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας πράγματα.* Atque iterum: *οὐ μελέτη λόγων ἀλλ᾽ ἐν πράξει ἔργων τὰ ἡμέτερα.* Athenagoras Apologia p. 12. *οὐ λόγους διαμνημονεύοντες ἀλλὰ πράξεις ἀγαθὰς ἐπιδεικνύοντες.* & p. 37. *οὐ γὰρ μελέτη λόγων, ἀλλ᾽ ἐπιδείξει καὶ διδασκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα.* Clemens Alex. 1. Strom. pag. 319. Chriſtianorum Philoſophiam ait *ἔργα ἐπαγγελλομένην, οὐ λόγους.* Minutius Felix c. 38. *Nos non habitu ſapientiam ſed mente præferimus, NON ELOQUIMUR MAGNA (οὐ μεγαλαυχοῦμεν,* Pricæus ad Jacobi III, 5.) *SED VIVIMUS.* Cyprianus de bono patientiæ ſub init. p. 211. *Nos qui Philoſophi non verbis ſed factis ſumus, nec veſtitu ſapientiam ſed veritate præferimus, qui virtutum conſcientiam magis quam jactantium novimus, qui non loquimur magna ſed vivimus, quaſi ſervi & cultores DEI;* Salvianus prooemio lib. 1. de gubernatione DEI: *Nos qui rerum magis quam verborum amatores, utilia potius quam plauſibilia ſectamur &c.* Eodem pertinet quod Origenes 3. contra Celſum p. 128. ſeq. notat Eccleſias Chriſtianas aliis cœtibus longe præſtare virtute, provocans ad Eccleſias quæ tunc erant Athenis, Corinthi at-

a) B. Kortholtus de origine & natura Chriſtianiſmi ex mente Gentilium c. XI.

atque Alexandriæ. Notumque Plinii teſtimonium lib. 10. Epiſt. 97. ad Trajanum Imp. referentis Chriſtianos *ſacramento non in ſcelus aliquod ſe obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent.* Nec dubitat Galilæis ſive Chriſtianis hoc perhibere teſtimonium Julianus Imp. quod φιλανθρωπίαν colerent & σεμνότητα κατὰ τὸν βίον, b) atque in pauperes, ſingulariter beneficos ſeſe præberent: inque religione ſua conſtantiſſimos c) & mortis contemtores. d) Atque licet inter illos quoque reperti fuerint quidam improbi, ut inter ipſos CHriſti diſcipulos Judas Iſchariotes, tamen de univerſitate aliud perſuaſum ipſis etiam Ethnicis, unde Tertullianus lib. 1. ad Nationes c. 5. *Ipſi in colloquio, ſi quando adverſus nos, cur ille, inquitis, fraudator? ſi abſtinentes Chriſtiani: cur immitis? ſi miſericordes: adeo teſtimonium redditis, non eſſe tales Chriſtianos, dum, cur tales ſint, qui dicuntur Chriſtiani, retorquetis.* Et cap. 4. *Aliquos retro, ante hoc Nomen* (Chriſtianum) *vagos inter improbos norant, emendatos repente mirantur, & tamen mirari quam aſſequi malunt.*

II. Operæ pretium eſt ſicut in præcepta vitæ à CHriſto & Apoſtolis tradita tanquam in normam, ita in mores & ſanctimoniam primorum Chriſtianorum tanquam in exemplum intueri, quod non ſine fructu ac voluptate facturos mihi perſvadeo candidas & CHriſtum amantes animas: non ſine rubore etiam, ſi qui poſterorum temporum noſtræque ætatis frigus ac ſocordiam cum primitivo illo charitatis fervore voluerint conferre. Scriptores qui de vita & moribus primorum Chriſtianorum ex inſtituto tractarunt, hi fereſunt:

Paganinus Gaudentius, Profeſſor Piſanus, libro de vita Chriſtianorum ante tempora Conſtantini. Florent. 1639. 4.

Joannes Fronto, Cancellarius Pariſienſis, in Epiſtola ad Franciſcum Harlæum de moribus & vita Chriſtianorum in primis Eccleſiæ ſæculis. Pariſ. 1660. 4. & inter alias ejus Epiſtolas, Leodii Eburonum, 1674. 12. & me curante Hamburg. 1720. 8. nec non Germanice, Gothæ, Georgii Mich. Laurentio interprete.

b) Julianus Epiſt. 49. p. 429. apud Sozom. V. 16. & fragment. p. 405. Miſopogone p. 363.
c) Epiſt. 63. pag. 453.
d) pag. 288.

Chriſtoph. Adamus Rupertus, Profeſſor Altdorfinus, Oratione decima, quæ eſt de Eccleſiæ Veteris ſanctitate & ſimplicitate, moribus hodiernis oppoſita. Norimb. 1663. 12. p. 418. ſeq.

D. Chriſtianus Kortholt im öffentlichen GOttesdienſt der alten und heutigen Chriſten, einander entgegen geſtellet. Kilon. 1672. 12. Calumnias Ethnicorum idem refellit in libro de vita & moribus Chriſtianis primævis per Gentilium malitiam afflictis ibid. 1683. 4. & in Pagano obtrectatore, libro præſertim tertio. Kilon. 1698. 4.

D. Horneck Epiſtola ad Virum illuſtrem de Divina vita Chriſtianorum primitivorum (magnam partem è Jo. Frontone expreſſa) Anglice ad calcem ejus libri qui inſcribitur : *the beſt exerciſe*, & Germanice Conrado Bruſkio interprete. 1699. 8. & ex verſione Jo. Bernardi Heinzelmanni, ad calcem Jo. Worthightoni librorum duorum von der groſſen Pflicht der Gelaſſenheit. Hanoveræ 1717. 4.

Eduardus Waterhuſius in diſſertatione Anglice edita de pietate, charitate & politia antiquorum temporum & primorum Chriſtianorum. Lond. 1655. 8.

D. Mich. Schreiberi de concordia Chriſtianorum in primitiva Eccleſia. Regiomonte 1710. 4.

Paſchalis Rapini, Franciſcani, Chriſtianiſmus fervens in primitiva Eccleſia, & ſequioribus inde ſæculis & recentioribus langueſcens. Pariſ. 1671. 4. Gallice duobus Voluminibus.

Claudius Fleury ſive *Florus*, Præceptor Principum Regii ſanguinis Pariſ. (qui A. 1723. 14. Jul. anno ætatis 83. diem obiit) in libro de moribus primorum Chriſtianorum, Gallice edito, Pariſ. 1682. 12. atque inde Hagæ Comitis : nec non Germanice, Joanne Enckhuſio interprete, Hanoveræ 1718. 8. & Italice à viro docto cui ſub nomine *Selvaggio Canturani* latere placuit, Venet. 1712. & Belgice à D. Ghys, Amſtelod. 1701.

Guilelmus Caveus in primitivo Chriſtianiſmo, vulgato Anglice Lond. 1682. 8. & deinde ſæpius, ut jam quinta editio exierit A. 1689. primitive Chriſtianity, or the Religion of the ancient Chriſtians, in the firſt ages of the Goſpel. Et Belgice, interprete Salomone Boor, cum præfatione Hermanni Witſii, Amſt. 1692. 8. Germanice Lipſ. 1694.

1694. 8. a Jo. Chriſtoph. Frauendorfio, quæ verſio & ipſa celeberr. Witſii præfationem præfixam habet, ac denique Gallice Amſt. 1711. 8. Diviſum opus lectu digniſſimum in partes tres, in quarum primæ capitibus quatuor primoribus reſpondetur ad pleraſque criminationes quas Ethnici primis Chriſtianis objecere: capite quinto & ſequentibus usque ad ultimum ſive undecimum tractatur de horum religione in DEUM, cultu publico & privato, ac ſacramentorum celebratione. Parte ſecunda virtutes eorundem demonſtrantur, capitibus ſeptem: 1) humilitas, 2) animus erectus ad cœleſtia & res terrenas deſpiciens. 3) & 4) abſtinentia a luxu omni, & ſobrietatis ſtudium. 5) caſtimonia, 6) promtus & conſtans animus in Religionis confeſſione, & 7) patientia admiranda. Pars tertia alias quatuor eorundem virtutes, totidem capitibus deſcribit, 1) candorem & juſtitiam, 2) charitatem, beneficentiamque; 3) concordiam & pacis ſtudium, 4) obſequium & ſubmiſſionem erga legitimos Principes ac Magiſtratus, ac denique quinto loco tradit de pœnitentia ac diſciplina Eccleſiaſtica veterum Chriſtianorum.

Godfridi Arnoldi, cujus κυρίαι δόξαι ex aliis ejus ſcriptis notiſſimæ & a pluribus jam excuſſæ ſunt, opus uberrimum de hoc argumento prodiit, Germanice quidem Francofurti 1696. & 1700. fol. Belgice etiam verſum Amſtelod. A. 1698. fol. Titulus eſt: Die erſte Liebe der Gemeine JESU CHRISTI, das iſt wahre Abbildung der erſten *Chriſten nach ihrem lebendigen Glauben und heiligen Leben*, aus der älteſten und bewährteſten Kirchen-Scribenten eigenen Zeugniſſen, Exempeln und Reden nach der Warheit entworffen, worinnen zugleich Herrn William Cave Erſtes Chriſtenthum nach Nothdurfft erläutert wird. Dividitur in libros octo, quorum *primo* poſt notitiam de ſcriptoribus præcipuis LXXXIII. Eccleſiæ Veteris, per capita XX. tractat *de Chriſtianorum primorum officiis & pietate in DEUM.* 1) De vera illorum ad DEUM Converſione. 2) de converſorum receptione in coetum Eccleſiæ Chriſtianæ. 3) de illuminatione primorum Chriſtianorum. 4) de regeneratione eorundem & ſuſceptione in ſtatum filiorum DEI. 5) de abundanti effuſione Spiritus S in Novo Teſtamento. 6) de primorum Chriſtianorum viva & efficaci Fide. 7) de nomine Chriſtiani & ſignis ac criteriis. 8) de vita Chriſtianorum primorum ad normam Verbi Divini, ad CHriſti inprimis Doctrinam atque exemplum. 9) de illorum univer-

univerſali erga DEUM obſequio. 10) de obſervatione præceptorum DEI. 11) de fuga proæreticorum peccatorum, 12) de perfectione. 13) de vero amore in DEUM, Patrem ſuum, 14) de primorum Chriſtianorum timore & fiducia in DEUM. 15) de eorundem in DEUM ſpe. 16) de illorum humilitate erga DEUM. 17) de laudibus, gratiarum actione & gaudio ipſorum in DEO & erga DEUM. 18) de fructibus & prærogativis veri Chriſtianiſmi in genere. 19) de reſtitutione imaginis Divinæ, & 20) de unione primorum Chriſtianorum cum DEO.

Liber *ſecundus* tractat *de publico & privato cultu religioſo*, per capita XV. 1) de illorum precibus ad DEUM. 2) de Hymnis & ſacris cantionibus. 3) de cœtibus eorundem, & de locis ac templis in quibus congregarentur. 4) de tempore exercitiorum cultus religioſi. 5) de perſonis cœtum Chriſtianorum conſtituentibus, & ſpeciatim de illis qui dicuntur Laici. 6) de fœminis Chriſtianis in primitivis cœtibus. 7) de Chriſtianorum quorundam ſingulari ac ſolitario vitæ genere. 8) de electione & vocatione Doctorum in primis cœtibus Eccleſiaſticis, 9) de Doctorum officiis in genere. 10) de officiis eorum ſpecialibus. 11) de primorum Doctorum differentia, gradibus, numero aliisque circumſtantiis. 12) de publica lectione & prædicatione Verbi Divini. 13) de primorum Chriſtianorum doctrina Catechetica. 14) de eorum Baptiſmo. 15) de ſacra Cœna primorum Chriſtianorum.

Liber *tertius* exponit illorum *officia & mores quibus erga ſe invicem uſi ſunt*, per capita XII. 1) de fraternitate, ſive fraterna e) unione illorum in genere. 2) de ſincera charitate qua ſeſe invicem ſunt proſecuti. 3) de primorum Chriſtianorum concordia & æquanimitate erga fratres. 4) de humilitate invicem inter eos teſtata. 5) de condolentia fraterna, ac præſenti ope, ſpeciatim in corporalibus neceſſitatibus. 6) de communione fraterna in neceſſitatibus ſpiritalibus. 7) de admonitione & correptione fraterna. 8) de communione bonorum in primis Chriſtianorum cœtibus.

9) de

e) Eundem Arnoldum auctorem habet ſcriptum, quod occurrit in Chriſtiani Thomaſii Hiſtoria der Weißheit und Thorheit T. 3. p. 114. ſeq. Kurtze Nachricht von dem Bruder und Schweſter-Nahmen in der erſten Kirche. Halle 1693. 8. Ejusdem Hiſtoria cognationis ſpiritualis inter Chriſtianos receptæ. Goslariæ 1703. 8. adjuncta hiſtoria Chriſtianorum ad metalla damnatorum.

9) de primorum Chriſtianorum beneficentia in genere. 10) de cura pro pauperibus, eorumque nutritione inter primos Chriſtianos. 11) de eorundem cura pro viduis, orphanis, ægrotis, captivis & Martyribus. 12) de primorum Chriſtianorum hoſpitalitate.

Liber *quartus* verſatur in *officiis primorum Chriſtianorum eorumque obſervatione erga ſeipſos*, per capita IX. 1) de ſui ipſorum abnegatione. 2) de contemtu mundi quem licuit obſervare in primis Chriſtianis. 3) de temperantia ipſorum ac ſobrietate. 4) de jejuniis primorum Chriſtianorum. 5) de eorundem caſtitate. 6) de abſtinenſtia a luxu omni, à choreis, ſpectaculis, ludis, aliisque conſimilibus. 7) de primorum Chriſtianorum cruce & afflictionibus. 8) de illorum patientia. 9) Univerſe de Martyribus & de patientia Martyrum.

Liber *quintus* agit *de officiis primorum Chriſtianorum & agendi ratione adverſus impios*, per VI. capita. 1) de cautione, & charitate erga impios. 2) de primorum Chriſtianorum leni æquanimitate in impios teſtata. 3) de modo agendi qua uſi ſunt erga Magiſtratus Ethnicos & forenſia eorum Judicia. 4) de pœnis & animadverſionibus in maleficos. 5) quæ de bello & vita militari fuerit primorum Chriſtianorum ſententia. 6) De eorum candore & amore veritatis, atque in negotiis juſtitia.

Liber *ſextus* eſt *de vita privata ac domeſtica primorum Chriſtianorum* per capita VI. 1) de illorum nuptiis ac vita Conjugali. f) 2) de Officiis Conjugum, Parentum, Liberorum, Dominorumque & ſervorum inter primos Chriſtianos. 3) de negotiis eorum domeſticis univerſe, & ſpeciatim quomodo mane & veſperi, ad menſam, inter labores, in colloquis & cæteroquin ſeſe geſſerint. 4) de educatione, inſtitutioneque liberorum domi & in ſcholis. 5) de ſtudiis atque eruditione primorum Chriſtianorum. 6) de eorum morte ac ſepultura.

Liber *ſeptimus* tractat *de dono ſingulari miraculorum, quod fuit in primis Chriſtianis*, per capita VII. 1) de ipſorum miraculorum natura, veritate & uſu in genere. 2) de curatione ægrotorum, mortuorum

f) Conferendus ejusdem auctoris liber excuſus Francofurti 1702. 8. qui inſcribitur: das Eheliche und unverehelichte Leben der erſten Chriſten/ nach ihren eigenen Zeugniſſen und Exempeln beſchrieben.

tuorum ſuſcitatione, & loquendi facultate in iis quibus linguæ excisæ fuerant. 3) de Martyrum ſtatu inter medios cruciatus, nullo illorum ſenſu, nulla noxa affectorum. 4) de ejectione Dæmonum per primos Chriſtianos. 5) De *vaticiniis*, *revelationibus*, viſionibus, raptu, & Divinis *ſomniis inter primos* Chriſtianos. 6) de exemplis ſingularibus. 7) de *ceſſatione* miraculorum & ejusdem cauſis.

Liber *octavus* denique tractat *de primitivi Chriſtianiſmi degeneratione ac defectione a prima ſinceritate, præcipue ſub Conſtantino & poſt ejus tempora*, capitibus XXV. 1) de optimo ſtatu cœtuum Chriſtianorum ſub Cruce. 2) de corruptione Chriſtianorum inter externas proſperitates, ejusque cauſis & circumſtantiis. 3) de Chriſtianiſmi degeneratione corruptioneque ſingillatim facta ſub Conſtantino Magno. 4) Continuatio relationis de corruptione inſecutorum temporum, & ſpeciatim de Gentium converſione. 5) de cæterorum corruptione Chriſtianorum, eorumque peccatis regnantibus præcipue fidei defectu & contemtu DEI. 6) Porro de illorum idololatria, magia, ſuperſtitione, avaritia, tyrannide, perſecutione piorum &c. 7) de corruptione Ordinis ſacri in genere, & ſpeciatim de illegitima vocatione, inter illas defectiones. 8) de perditorum Doctorum contemtu DEI, Verbique Divini; ignorantia, negligentia, officiorumque ſuorum omiſſione. 9) De eorundem ſuperbia, ejus ſignis & fructibus in Doctoribus *corruptis*, *ſingillatim* in ſplendidis titulis, controverſiis de prærogativa, *elatione* ſuper alios, livore & invidia &c. 10) de corruptorum Doctorum hypocriſi, hujusque notis, ſpeciatim de ſingulari illorum veſtitu. 11) de corruptorum doctorum elatione ſuper Magiſtratus, arrogata libertate ab obſequio iisdem præſtando, adhibitisque circa hanc rem adulatoriis blanditiis, artibusque. 12) de *invaſione* & permiſtione negotiorum civilium alienorumque officiorum, peculiariter rerum bellicarum ac militarium, de Epiſcoporum evectione in conditionem Principum &c. 13) De ipſorum avaritia hujusque notis & fructibus, ſpeciatim Simonia, indecoris negotiationibus, uſuris, immiſericordia. 14) de eorundem voluptuoſitate indeque frequentatis comeſſationibus, compotationibus, luſibus, impudicitia, vitiisque conſimilibus. 15) de damnis horrendis ex hac Doctorum

cor-

corruptione, præcipue Divinis in eosdem atque in auditores eorum pœnis, quemadmodum etiam de tentatis adverſus illas remediis. 16) De Doctorum perditorum dominatione in conſcientias aliorum in genere, ſimulque arrogata infallibilitate ac tyrannide. 17) Singillatim de dominatu eorundem in Conſcientias ratione Confeſſionis peccatorum & Abſolutionis a peccatis. 18) de abuſu clavis ligantis, & de injuſta excommunicatione a clero corrupto ac perdito. 19) de dominatione ejusdem cleri in Conſcientias per Concilia ſive ſynodos Eccleſiaſticorum, eorundemque decreta. 20) de fructibus & effectibus Conciliorum, præcipue Conſcientiarum jugo ex præſcriptione ſymbolorum ac confeſſionum. 21) de exortis erroribus atque hæreſibus, & ſpeciatim quid proprie hæreſeos nomine appelletur. 22) de primorum verorumque Chriſtianorum ratione agendi adverſus hæreticos. 23) De iis qui corrupti Chriſtianiſmi temporibus ſive alios hæreſeos arguerunt, ſive ipſi hæreticis ſunt adſcripti. 24) De ratione perſequendi hæreticos in corrupto Eccleſiæ ſtatu uſitata. 25) Exempla nonnulla ex quibus de illius iniquitate judicium ferri poſſit.

D. Jo. Laurentii Mosheim diſſ. de vera natura communitatis bonorum g) inter primos Chriſtianos, cogitationes. Helmſt. 1725. 4. qui erudite probat verborum Lucæ Actor. II. 44. IV. 32. hanc eſſe ſententiam: *Magna vero erat omnium CHriſti diſcipulorum conſenſio & concordia. Neque quisquam ex illis divitias & bona amori in fratres præferebat, verum, ſi id res ita poſceret, perliberaliter aliorum indigentiam juvabat. Nemo opes ſuas ſic ſpectabat, ac ſi uſus earum ad ſe unice pertineret, ſed unusquisque ſuum eſſe credebat, cum laborantibus ea communicare. Quin longius ſanctus ille amor progrediebatur. Ut eſſet, unde alerentur ægroti, viduæ, orbi & reliqui, quos inopia premebat, publicum quoddam condebatur ærarium: huc quantum quisque poterat de ſuis fructibus referebat: Quumque id non ſufficeret ad tantam pauperum multitudinem ſuſtentandam, opulentiores nonnulli,* quibus aut agri extra urbem, aut in urbe tecta erant præter ea, quæ incolebant, poſſeſſiones iſtas vendebant,* conſla-

g) S. Barnabas Epiſt. c. 19. κοινωνήσεις ἐν πᾶσι τῷ πλησίον σου. οὐκ ἐρεῖς ἴδια. εἰ γὰρ ἐν τοῖς ἀφθάρτοις κοινωνοὶ ἐστὲ, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς φθαρτοῖς. - - μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν - - παντὶ αἰτοῦντί σε δίδου.

* Adde Sam. Baſnage Annales ad A. C. 34. n. 12.

conflatamque inde pecuniam publicis conſecrabant commodis. Idque tanto faciebant libentius, quanto noverant certius, ultimam Palæſtinæ, rebusque Judæorum cladem imminere.

Andreas Schottus notis ad Zenobii proverb. IV. 79. κοινὰ τὰ τῶν φίλων. pag. 104.

Cornelius Adami in exercitationibus exegeticis pag. 246. Monuerunt dudum viri doctiſſimi κοινωνίαν illam non fuiſſe univerſalem, ut ſinguli facultates in medium depoſuerint, & in unum redactas omnium communes ſtatuerint. Beza *ad Actor.* II. vs. 44. *Nimium ſunt impudentes*, h) *qui Platonis delirium ſequuti, MEUM & TUUM tolli Evangeliſtæ doctrina ex hominum ſocietate volunt.* Salmaſius *De uſur. c.* 21. *p.* 657. *Toto certe cælo deerrarunt qui ſibi perſuaſere ex illis teſtimoniis* (B. Lucæ & Juſtini in Apologia) *veteres Chriſtianos omnia revera bona inter ſe habuiſſe communia, quibus pro indiviſis in medium collatis unusquisque frueretur. Ut æqualitas dignitatum inter ipſos non in ipſis perſonis fuit, ſed in animo, quo ſe major parem minori ferebat, & Dominus ſervum non aliter tractabat quam ſi frater eſſet: ita & communio bonorum apud eos non in re ipſa fuiſſe dignoſcitur, ſed in voluntate ſola communicandi, quam & effectus ſequebatur ſi uſus veniret.*

D. Jo. Joachimi Weidneri diſſ. de communione bonorum ad Actor. IV. 32. Roſtoch. 1726. 4. in qua p. 20. ſeq. diſputatur etiam adverſus ea quæ pro communione & ἀκτημοσύνῃ Vir Celeb. Chriſtoph. Auguſtus Heumannus diſſ. de Dominii Origine, *parte* I. *pœciles* pag. 114. ſqq.

Gottlieb Schelgvigii diſſ. de communione bonorum, imprimis ætate Apoſtolica Hieroſolymis uſurpata. Gedani 1715. 4.

Illa vero quam putida Thomæ Hobbeſii φλυαρία, qui in ſatira quam Hiſt. Eccleſiaſticam inſcripſit v. 471. ſeq. hanc primorum Chriſtianorum liberalem charitatem, vertere non dubitat in opprobrium propagationis Evangelii hunc in modum:

Tempore namque illo, quo noſtræ præco ſalutis
In Græcis ſparſit ſemina Paulus agris,
Maxima erat mundo falſorum Philoſophorum
Copia, nequitiæ plemmyris illa fuit.

Quo-

h) Confer Lucam Oſiandrum enchiridio controverſiarum cum Anabaptiſtis c. 7.

Quorum non paucos Eccleſia ſancta vocavit
Ad menſam, crevit ſic paraſita fides.
Victum communem ut CHriſti cultoribus eſſe
Senſit egens nebulo, nomine Philoſophus,
Rebus in adverſis ſuccurrere, & omnibus omnes
De grege Chriſticolûm ſe ſimulavit ovem,
Acceptus fuit: quid ni? fuit utilis ille
Militiæ CHriſti dux fuit & ſapiens,
Namque Orator erat duri vibrator elenchi &c.

Et v. 793. *Traxit &, ut dixi, multos æquatio vitæ*
Menſaque communis, queis erat una fides.
Doctis, indoctis, fidis ſimul & ſimulatis,
Hæc paupertatis dulce levamen erat &c.

Itane vero putat ſe poëta lectoribus mentis bene ſanæ perſuaſurum, ut credibile exiſtiment, hanc cauſam auctæ primorum Chriſtianorum multitudinis fuiſſe, ut propter tenues eleemoſynas iræ & contemtui ſeſe exponerent omnium, ut abnegarent ſeſe, ut abſtinentiam profeſſi parce & duriter viverent, ut exilia & mortes exſpectarent, ferrentque libenter. Certe vehementer errat, qui communionem illam ita interpretatur, ut ad luxum & otioſam vitam ſpes inde quibusvis advolantibus propoſita fuerit, cum Apoſtolum ipſum Paulum in fame & ſiti, in frigore & nuditate verſatum 2. Corinth. XI. 27. & neceſſaria manuum labore parare ſibi ſtuduiſſe Act. XVIII. 3. 1. Cor. IV. 12. 1. Theſſ. II. 9. 2. Theſſ. III. 8. conſtet, laboremque fugientes idem pronunciet cibo eſſe indignos, & quemque quiete operando victum ſibi quærere, proprioque pane veſci debere. 2. Theſſalon. III. 10. 12. Epheſ. IV. 28. His accedit, quod non impune laturi fuiſſent, ſi qui in Apoſtolorum præſentia ex lucri ſpe Chriſtianorum cœtui ſe adjunxiſſent, ut Ananiæ & Sapphiræ exempla Actor. V. & Simonis Magi Actor. VIII. perſpicue demonſtrant. Quis igitur qualisve ille fuerit militiæ CHriſti dux, cujusmodi ab Hobbeſio deſcribitur? cum & pſeudapoſtoli ſtatim agnoſcerentur & reprobarentur quotquot vel cauponari vellent verbum DEI 2. Cor. II. 17 aut pietatem quæſtui ſuo ſervire debere ducerent. 1. Timoth. VI. 5.

IV. Unum hoc juvat adhuc ſpeciatim de primis illis Chriſtianis commemorare, quod propagationi Evangelii glorioſum maxime

xime eſſe exiſtimo, quod nunquam, licet numero valerent, rebellare, vel repellere vim ac perſecutiones vi, nunquam conjurare in capita principum reperti ſunt, ſed patiendo, tolerando, ſuſtinendo ſuperiores perſecutoribus ſuis evaſerunt. οὐδὲν γὰρ στάσεως ἔργον ἐπιδεῖξαι Χριστιανῶν ὁ Κέλσος, ἢ οἱ ὁμονοοῦντες αὐτῷ δυνήσονται, *nihil ſeditioſum Celſus & qui cum eo ſentiunt, in Chriſtianis o[illegible]endere poterunt*, confidenter inquit Origenes lib. 3. contra Celſum [illegible] 115. & p. 116:

Περὶ δὲ Χριστιανῶν, ἐπεὶ διδαχθέντες μὴ ἀμύνασθαι τοὺς πολεμίους ἐτήρησαν τὴν ἥμερον καὶ φιλάνθρωπον νομοθεσίαν· διὰ τοῦθ' ὅπερ οὐκ ἂν ἐξουσίαν λαβόντες τοῦ πολεμεῖν εἰ καὶ πάνυ ἦσαν δυνατοὶ, ἤνυσαν· τοῦτ' ἀπὸ Θεοῦ εἰλήφασι, τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν πολεμήσαντος ἀεὶ, καὶ κατὰ καιροὺς παύσαντος τοὺς κατὰ Χριστιανῶν ἱσταμένους, καὶ ἀναιρεῖν αὐτοὺς θέλοντας· ὑπομνήσεως μὲν γὰρ χάριν, ἵνα ἐνορῶντες ὀλίγοις ἀγωνιζομένοις ὑπὲρ εὐσεβείας, δοκιμώτεροι γίνωνται καὶ θανάτου καταφρονῶσιν· ὀλίγοι κατὰ καιροὺς καὶ σφόδρα εὐαρίθμητοι ὑπὲρ τῆς Χριστιανῶν θεοσεβείας τεθνήκασι. κωλύοντος Θεοῦ τὸ πᾶν ἐκπολεμηθῆναι αὐτῶν ἔθνος. συστῆναι γὰρ αὐτὸ ἐβούλετο, καὶ πληρωθῆναι πᾶσαν τὴν γῆν τῆς σωτηρίου ταύτης καὶ εὐσεβεστάτης διδασκαλίας. πάλιν τε αὖ, ἵν' οἱ ἀσθενέστεροι ἀναπνέωσιν ἀπὸ τῆς περὶ τοῦ θανάτου φροντίδος, ὁ Θεὸς προυνοεῖτο τῶν πιστευόντων, μόνῳ τῷ βουλήματι διασκεδαννὺς πᾶσαν τὴν κατ' αὐτῶν ἐπιβουλὴν, ἵνα μήτε βασιλεῖς μήτε οἱ κατὰ τόπους ἡγούμενοι, μήτε οἱ δῆμοι ἐξαφθῆναι κατ' αὐτῶν ἐπὶ πλεῖον δυνηθῶσι.

Chriſtianis, quia docti non repugnare infeſtatoribus ſuis*, conſtanter ſervaverunt manſuetam hanc & humanam legem autoris ſui*, plus conſecuti ſunt quam ſi accepiſſent hoſtibus reſiſtendi licentiam: nimirum Deo propugnante & opportunis temporibus cohibente perſecutores Chriſtiani nominis. Ut enim commonerentur aſpicientes paucos pietatis athletas probatiores fieri, mortemque contemnerent, pauci per intervalla temporum & facile numerabiles pro religione Chriſtiana *ſunt mortui*, *Deo vetante ne in totum exſcinderetur* hoc genus hominum. Subſiſtere enim id voluit, & omnes terras repleri ſalutari hac piaque doctrina: è diverſo ut infirmiores reſpirarent à mortis metu atque ſolicitudine, Deus proſpexit fidelibus, nutu ſolò diſſipatis cunctis adverſariorum conatibus, ut neque Reges, neque provinciarum præſides, neque populi poſſent exaſperari contra eos amplius.

* Matth. V. 39.

Gre-

Gregorius Nazianzenus Oratione 3. pro pace p. 220. Ὑπὲρ δέ τινων καὶ πολεμητέον ἐκθύμως λογικῶς ἀλλ' οὐχ ὁπλιτικῶς. τὸ γὰρ καὶ χεῖρας ἀνταίρειν παντελῶς ἔξω τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, καὶ τοῖς μισοῦσιν ἡμᾶς ἀπορριπτέον. *Pro quibusdam* (dogmatibus) *acriter etiam pugnandum, rationibus autem, non ferro atque armis. Nam & manus contra inferre prorſus a caula noſtra alienum eſt, atque ad eos qui nos oderunt, abjiciendum.* Nec omittendum quod Euſebius in Chronico num. MMCXLIX. refert *Cochebam, ducem Judaicæ factionis, nolentes ſibi Chriſtianos adverſum Romanum militem ferre ſubſidium, omnimodis cruciatibus neceſſe,* Ita necem etiam ferre potius, quam Ducem ſeditionis ſequi maluerunt. Plura in hanc ſententiam Sam. Parkerus vir eruditus in opere edito Anglice, cui titulus Religion and Loyalty, Lond. 1684. 8. inprimis parte priore c. 8. 9. 10. & parte 2. c. 18. 19. 20. & Timannus Geſſelius in hiſtoria rerum memorabilium in orbe geſtarum p. 363. ſeq.

CAPUT XI.

Gloria Martyrum, *& ſanguine creſcens Eccleſia CHRISTI.*

I.

VEre Tertullianus lib. de patientia c. 3. *penes nos ratio & ſtructio ſatis aperte non ſermonibus modo in præcipiendo, ſed etiam paſſionibus in ſuſtinendo.* Illam confeſſorum & martyrum heroicam fortitudinem in tam multis, in ætate omni in ſexu ac ordine, usque quaque terrarum per annos fere trecentos tam inſigne & conſtantiſſimam, nullo contemtus, egeſtatis, ſpoliationum, nullo carceris, exilii, cruciatuum longorum & exquiſitiſſimorum, mortis denique atrocis metu, nulla ſpe præmiorum, vel dominationis; profecto admirari eſt neceſſe. Cauſas illius ſollicite inquiſivit vir doctiſſimus *Henricus Dodwellus* diſſertatione Cyprianica duodecima, e quibus nonnullæ ad examen revocatæ ſunt à Clariſſ. *Fridederico Gleitſmanno* in diſſ. Lipſiæ edita de heroica primorum Marty-

rum conſtantia. Illud quidem conſtat, nihil par nihil ſecundum in alia re ulla usquam lectum eſſe vel auditum, neque ſine certiſſima perſuaſione Divinitatis doctrinæ, & remunerationis cœleſtis ſpe ac fiducia hanc conſtantiam ac fortitudinem potuiſſe ita in tam multis tamque variis accendi & ſuſtineri. Quibus etiam argumentis pugnat S. Martyr Cyprianus in exhortatione martyrii & in pluribus Epiſtolis, ac Lucifer Calaritanus libro, quod moriendum ſit pro Filio DEI. Hinc evenit, ut per illam ipſam vim illam in Chriſtianis non deterrerentur cæteri, ſed confirmarentur magis qui CHriſto nomen dederant: alii, qui nondum dederant, etiam invitarentur. Itaque & Tertullianus capite ult. Apologetici: *Nec quicquam tamen proficit exquiſitior quæque crudelitas veſtra, illecebra magis eſt ſectæ. Plures efficimur quoties metimur a vobis. Semen eſt ſanguis Chriſtianorum.* Prudentius periſtephanon v. 85.

> *Nec furor quiſquam ſine laude noſtrum*
> *Ceſſit aut clari vacuus cruoris,*
> *Martyrum ſemper numerus ſub omni*
> *Grandine crevit.*

II. Nihil puto mihi hoc loco aliud eſſe faciendum, quam ut ſpicilegium quodddam exhibeam notitiæ ſcriptorum de martyribus, utinam debita fide & induſtria ſemper in illo argumento verſatorum, quod exhibui Volumine IX. Bibl. Græcæ pag. 33. ſeqq. Atque *Euſebii* quidem *συναγωγὴν τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων* jam *Simeonis* Metaphraſtæ temporibus intercidiſſe, ſuſpicatur non ſine cauſa Joannes Pearſonus pag. 304. Opp. poſtumorum. Et jam diu ante Simeonem Gregorius Magnus libr. VII. indict. 1. Epiſt. 29. ad Eulogium Alex. qui ab eo deſideraverat transmitti ſibi *cunctorum Martyrum geſta* quæ piæ memoriæ Conſtantini temporibus ab *Euſebio* Cæſarienſi *collecta ſunt*, reſpondit: *Sed hæc neque ſi collecta ſint, neque ſi ſint, ante veſtræ Beatitudinis ſcripta cognovi - -. Præter iſta enim quæ in ejuſdem Euſebii libris* (Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ) *de geſtis SS Martyrum continentur, nulla in archivo hujus noſtræ Eccleſiæ, vel in Romanæ Urbis Bibliothecis eſſe cognovi, niſi pauca quædam in unius Codicis* * *Volumine collecta. Nos autem pæne omnium Martyrum diſtinctis per dies ſingulos paſſionibus collecta in uno codice nomina habemus; atque quotidianis diebus in eorum venera-*

* Fortaſſe librum Euſebii de Martyribus Palæſtinæ intelligit.

veneratione, miſſarum ſolennia agimus. Non tamen in eodem volumine quis qualiter ſit paſſus, indicatur, ſed tantummodo nomen, locus & dies paſſionis ponitur: unde fit ut multi ex diverſis terris atque provinciis per dies, ut prædixi, ſingulis cognoſcantur martyrio coronati. Noviſſime Vir celeberrimus Joſephus Simonius Aſſemanus auſpiciis Clementis XI. Pontificis Max. ex Oriente Romam inter alia ſecum attulit Codicem Syriacum, in quo reliquiæ operis Euſebiani exſtare dicuntur: *Euſebii Cæſarienſis Acta Martyrum Orientalium:* I. *Martyrium S. Simeonis Epiſcopi Seleuciæ & Cteſiphontis.* 2. *Martyrium S. Sarbæ, ſororis Simeonis, & virginis cujusdam, ipſius ancillæ.* 3. *Martyrium SS. CXI. virorum, & IX. mulierum.* 4. *Martyrium S. Barbuſemini Epiſcopi & XVI. ſociorum.* 5. *Martyrium S. Mileſii Epiſcopi, Abrahami Presbyteri, & ſui Diaconi, quod accidit cum primum perſecutio mota eſt.* 6. *Martyrium Danielis Presbyteri & Vardæ virginis.* 7. *Martyrium Bademi Archimandritæ.* 8. *Martyrium Narcetis Epiſcopi, & Joſephi ejusdem diſcipuli.* 9. *Martyrium Jacobi Presbyteri & Mariæ virginis.* 10. *Martyrium Theclæ virginis, & quatuor ſociorum.* 11. *Martyrium Acepſimæ Epiſcopi, Joſephi Presbyt. & Mariæ virginis.*

Euſebii Cæſarienſis Acta Martyrum Occidentalium: I. *Martyrium Theoduli & Agathopi, Theſſalonicæ.* 2. *Martyrium Theodoræ & Didymi, Alexandriæ.* 3. *Martyrium Theodoræ meretricis.* 4. *Martyrium Babylæ Epiſcopi, Antiochiæ.* 5. *Martyrium SS. XL. Martyrum.* 6. *Martyrium Philemonis Choraulæ, Apollonii Lectoris, Ariani Præfecti, & IV. militum, Alexandriæ.* 7. *Martyrium Luciani, Thyrſi, & Callinici.* 8. *Martyr. Agnetis virginis, Romæ.* 9. *Martyr. Theodotæ & filiorum, Nicææ.* 10. *Martyr. Victorini, Victoris, Nicephori & Papyli.* 11. *Martyr. Luciani & Marciani.* 12. *Martyr. Procopii anno I. perſecutionis, quæ diebus noſtris mota eſt.* 13. *Martyr. Alphæi, Zacchæi, & Romani,* anno I. perſecutionis temporibus noſtris incitatæ.* 14. *Martyr. Timothei, in urbe Gaza, anno II. perſecutionis, quæ temporibus noſtris accidit.* 15. *Martyr. Appiani, in urbe Cæſarea.* 16. *Martyr. Ædeſii, fratris S. Appiani.* 17. *Martyr. Agapii, anno IV. perſecutionis temporibus noſtris excitatæ.* 18. *Martyr. Fidei, Spei, & Charitatis, virginum, & matris earum Sophiæ, Romæ.* 19. *Martyr. VII. Sanctorum, qui paſſi ſunt in urbe Samoſata ſub Maximino Imp.* 20. *Martyr. Phocæ, qui in urbe Sinopa paſſus eſt.* 21. *Martyrium Eleutherii Epiſcopi, & matris ejus Antiæ, & Carpi Præſidis, qui paſſi*

i) Memoires de Trevoux A. 1718. Septembr. p. 520. 525. ſeq.

* Horum & plerorumque aliorum memoria apud Euſeb. de Martyribus Palæſt.

paſſi ſunt Romæ ſub Adriano Imperatore. 22. *Martyr. S. Mamæ in urbe Cæſarea. Martyr. S. Ædeſii, idem deſuper num. XVI. ſed alia manu.* 23. *Mart. Theodoſiæ virginis anno V. perſecut. diebus noſtris excitatæ.* 24. *Martyrium Petri, qui & Apſelamas anno VII. perſecut. quæ contra nos mota eſt menſe Majo in urbe Cæſarea. Martyrium Phocæ, idem ac ſupra num. XX. ſed alia manu.* 25. *Martyrium Ignatii Epiſcopi Antiochiæ, ſub Trajano Romæ.* 26. *Martyr. Dioſcori* 4. *Januar. mutilum in fine.*

Menologium ex Bibliotheca Frid. Lindebrogii deſcriptum, quod olim fuerit in uſu Eccleſiæ CPolitanæ, citat Papebrochius in Actis Sanctor. T. 2. Aprilis p. 67.

Menologium *Sirletanum*, Allatio contra Creyghtonum pag. 309. laudatum, illud ipſum eſt quod Latine ex Cardinalis *Sirleti* verſione *Henr. Caniſius* tomo ſecundo Antiquarum lectionum repræſentavit, recuſum in editione nova illarum lectionum Baſnagiana T. 3. pag. 409.

Meletii Patriarchæ ſcholia ad Menologium Alexandrinum, *Cyrilli Lucaris* πληροφορίαν ſive complementum ad ſcholia Meletii, & *Sylveſtri Deſi* Menologium Angarathenſe, video laudari a Nic. Comneno Papadopoli. Eccleſiæ Græcæ menologium metricum collectum e Menæis, Codice Chifletiano Actisque Sanctorum cum verſione Venerandi & eruditiſſ. Viri *L. Urbani Godfridi Siberi*, adjuncto Chriſtophori Mytilenæi menologio prodiit Lipſiæ 1727. 4.

Baſilii Menologium, de quo Allatius de libris Eccleſiaſticis Græcorum p. 83. ſeq. integrum Romæ A. 1729. Græce & Latine cum verſione k) *Jo. Franciſci Albani* patrui ſui, poſtea *Clementis XI.* Papæ in lucem dare inſtituit eminentiſſimus Cardinalis *Alexander Albanus*, tribus Voluminibus in fol. Georgium qui elegantibus pro illa ætate picturis Menologium illud exornavit, laudat Allatius de Georgiis p. 414. Sex à Septembri menſes Latine ex Petri Arcudii verſione leguntur in Ferd. Ughelli Italia ſacra, tomo ſexto editionis prioris Rom. 1644. ſed editionis novæ Venetæ 1722. tomo decimo.

Non adeo magnam usque quaque fidem mereri Græcorum Menologia, diſputat Petrus Alixius diſſ. de triſagii Origine p. 51. ſeq. Martyrologium e Græco Armenice verſum à Thaddæo Caphenſi Epiſco-

k) Giornale de' letterati d'Italia T. XXX. p. 63.

Epiſcopo Ord. Præd. circa A. C. 1318. memorat Jacobus Echard de ſcriptoribus Ordinis Dominicani T. 1. p. 138.

De *Menaeorum* majorum, (quæ *Menſualia* vocat Athanaſius Schiada in Catalogo librorum Græcorum MSS. in Bibliotheca Synodali Moſcuenſi,) prima editione Græca Venet. 1596. - 1607. Voluminibus XII. conſulenda Acta Sanctorum T. 3. Junii p. 808. ubi ob denſas ubique mendas occurentes, & interpunctionem identidem vitiatam reprehenditur. In iisdem Actis T. 3. Martii p. 166. notatur Canonibus ſive Hymnis Menæorum longe ſæpe recentiora adjici elogia, & Menæa ipſa valde heteroclitis ſcriptis conſtare. *Priora longe Menaea magna ſunt, ſed exemplaria MSS. adeo rara, ut in præſtantiſſimis Bibliothecis nusquam, non dico integrum illius corpus, ſed nec menſem quidem unum invenerim, cogarque dubitare an uſpiam apud Græcos ſic ſcriptum habeatur, ſicuti impreſſum opus eſt; & potius ex Menæis proprie dictis & Synaxariis ac Menologiis videtur conflatum, qualia Mediolani & Pariſiis plura invenimus.* Menſes quidam Menæorum Græcorum MSS. obvii etiam in Bibl. Cæſarea, de quibus Lambecius libro VIII. & in Bibl. Seguieriana ſive Coisliniana, de qua Montfauconus. In uſus Eccleſiæ CPolitanæ concinnata eſſe notat Tillemontius T. VII. memoriar. Hiſt. Eccleſ. pag. 13.

Matthaeus Raderus S. J. viridarium Sanctorum Latine verſum ex Menæis atque illuſtratum octo voluminibus jam A. 1631. abſolverat, l) ſed præter ſpecimina parva illius operis nihil vidit lucem, auctore A. 1634. exeunte jam defuncto Monachii.

Hagiologium metricum *Habeſſinorum* citatur in Actis Sanctor. T. 4. Junii p. 73. T. 5. p. 72. 157. & pluribus aliis in locis, ut T. 1. p. 421. ubi etiam faſtorum *Copticorum* mentio, ut p. 169.

Menologium *Slavo Ruſſicum* Latine verſum A. 1688. ab illuſtri Joanne Gabriele Barone de *Sparwenfeld*, laudant T. V. Junii p. CXI. 246. Indiculus Martyrum & Sanctorum Ruthenis propriorum exſtat T. 1. Maji p. LXIV. Synaxarium Ruthenorum, diœceſis Kiovienſis, Latine verſum à Georgio Davide S. J. memoratur T. V. Junii p. CXI.

Recentiori ætate Legenda Martyrum, Acta *Perſice* dedit

 Hiero-

l) Vide Sotwelli Bibl. Jeſuiticam p. 596. Acta Sanctor. T. 2. April p. 609.

Hieronymus Xaverius, *Sinica* lingua Alphonſus Vagnon, *Malabarica* Leonardus Cinnam & Henricus Henriquez, Jeſuitæ.

IV. De Martyrologiis & hiſtoria Martyrum Latinæ Eccleſiæ, plura ſunt quæ alibi l) à me notatis addenda habeo. Omitto commentum quod in Chronicis recentioris ævi Guilelmi de Nangis, Alberti Stadenſis aliisque legitur *Clementem Romanum ſeptem Urbis Romæ regiones* (quam nemo neſcit in quatuordecim regiones diſpertitam fuiſſe) *diviſiſſe notariis fidelibus Eccleſiæ, qui geſta Martyrum curioſe unusquisque per regionem ſuam diligenter perquirerent, ſcriberentque.* m) Illud vero Martyrologium quod in verbis Gregorii Magni ſupra p. 206. adductis deſcribitur, id ipſum eſſe videtur quod ſub Hieronymi nomine vulgatum illuſtratumque eſt à *Franciſco Maria Florentinio* n) Lucæ 1668. fol. & ante eum à *Luca Dacherio* editum T. IV. ſpicilegii, veteris editionis Pariſ. 1661. 4. in nova autem A. 1723. fol. in limine tomi ſecundi. Conferendum etiam quod edidit Edmundus Martene Tomo 3. theſauri anecdotor. pag. 1547. ſeqq. Specimen veteris manu exarati Codicis Epternacenſis, ſcripti ante annos non gentos, exhibetur deſcriptum ære ante tomum ſecundum Act. Sanctorum menſis Aprilis.

Kalendarium vetus *Bucherianum* (Sec. IV.) & alterum Carthaginienſe Mabillonii (Sec. V.) offert Theodoricus Ruinartus in actis ſelectis Martyrum p. 615. 618. edit. Amſtelod. cum notitia de olea ſanctorum martyrum Romæ requieſcentium, quam ad Theodelindam Reginam miſit Gregorius Magnus pag. 619. atque edidit celeberr. Muratorius T. 2. anecdotor. Latin. pag. 191. Kalendarium Romanum (Sec V.) vulgatum ab Edmundo Martene tomo V. theſauri anecdotorum p. 65. - 84. cum lectionibus Evangelii multum differentibus à Kalendario Frontoniano.

Ordo ſolaris anni, ſive Kalendarium à Dacherio editum tomo decimo ſpicilegii, recuſum eſt T. 2. edit. novæ p. 64. Kalendarium Romanum nongentis annis antiquius cum *Jo. Frontonis* opuſculis curavi recudi Hamburgi 1710. 8. In MSto S. Genovefæ titulus eſt: *Incipit Capitulare Evangeliorum de anni circulo* Lectiones quasdam in illo Codice, atque adeo a Frontone omiſſas, ex Codice Col-

l) T. 9. Bibl. Græcæ p. 35. ſeq.
m) Vide Timannum Geſſelium p. 124.
n) Giornale de' letterati di Roma A. 1668 p. 73.

Colbertino reſtituit Steph. Baluzius notis ad Capitularia Regum Francorum T. 2. p. 1156. ſeq. teſtatus easdem reperiri etiam in Regio uno atque Vaticano. Conferendus præterea *Comes* ſive *liber Comitis*, quem recenſuit idem Baluzius ad Capitulariorum calcem; & quæ ex veteri Antiphonario de univerſis feſtivitatibus Mediolanenſibus Mabillonis T. 1. muſei Italici p. 107. ſeq.

In iisdem Actis Tomo ſeptimo Junii occurrunt duo Martyrologia antiqua ex Codice qui Jo. Cuſpiniani fuit p. 185. ſeq. Natales aliquot Sanctorum ex Faſtis Conſularibus excerpti p. 186. ſq. Ephemerides univerſales in ſex priores menſes ordine dierum, paginis tomorum Actor. Sanctor. annotatis, ſubjuncto indice altero alphabetico: deinde Martyrologium *Rhinovivenſe* p. 1. *Richenovienſe* p. 5. *Auguſtanum* Monaſterii S. Udalrici p. 15. *Labbeanum* p. 22. *Corbejenſe* brevius p. 32. Aliud ex Bibl. Chriſtinæ, Reginæ Sveciæ, vulgatum ab Holſtenio notis ad Martyrologium Rom. olim *Senonenſe S.* Columbæ p. 37. Specimina ex Martyrologiis *S. Maximini* apud Treviros p. 47. *S. Cyriaci* Romæ p. 48. & *Barberiniano* acephalo p. 49.

Bedæ Martyrologium genuinum noviſſime recuſum ex nova recenſione *Joannis Smith*, ſubjunctum ejusdem Bedæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Anglorum. Cantabrigiæ 1722. fol. Martyrologium metricum ſub Bedæ nomine, tomo decimo ſpicilegii Dacheriani, & T. 2. edit. novæ p. 23. Obſervationes ex MSS. Bibl. Jenenſis, *in actis litterariis* celeberrimi Viri, Burchardi Gotthelf Struvii tomo 2. faſciculo 3. Videſis etiam quæ notavit Carolus le Cointe T. 4. annalium Francorum p. 466. ſeq. & de *Flori* Martyrologio pag. 470. ſeq.

Martyrologium Gellonenſe circa A. C. 804. in tomo XIII. ſpicilegii Dacheriani, & edit. novæ T. 2. p. 25.

Martyrologia in tomo tertio theſauri novi anecdotorum Edmundi Martene & Urſini Durandi Pariſ. 1718. fol. *Morbacenſe* p. 1563. *Corbejenſis* Monaſterii, p. 1571. 1591. 1594. *Turonenſe* pag. 1587. & *Calendarium* antiquum p. 1605.

Wandelberti Prumienſis, Benedictini, qui *Flori* Lugdunenſis diaconi ope & Bibliotheca uſum ſe teſtatur, Martyrologium ad Cæſarem Lotharium, verſibus hexametris, ſcriptum circa A. C. 842. &

ſub *Ephemeridis* titulo, inter Bedæ opera T. 1. atque cum Jo. Molani Uſuardo pridem editum, deinde integrius præmiſſa Wandelberti ad Otricum præfatione vulgavit Lucas Dacherius Tomo V. ſpicilegii, & edit. novæ Tom. 2. p. 39. Confer B. D. Thomam Ittigium de Bibliothecis Patrum p. 199. & Carolum le Cointe Tom. IV. annal. Francorum p. 472.

Rabani Mauri Martyrologium (circa A. C. 845.) recuſum in nova editione Lectionum Antiquarum Henrici Caniſii Baſnagiana Amſt. 1723. fol. T. 2 parte 2. pag. 314. & in tomo ſexto operum Rabani p. 179. Prologus ad Ratleicum, Abbatem Seeligſtadienſem, obvius in Analectis Mabillonii, edit novæ in fol. p. 419.

Adonis Archiepiſcopi Viennenſis qui A. 874. diem obiit Martyrologium, Jacobus Moſander, Carthuſianus Colonienſis ex quatuor, Heribertus Roſweidus ex aliis tribus Codicibus recenſuit, cujus editionem ſecuti tomo 16. Bibliothecæ Patrum A. 1677. Lugdunenſes. De hoc Martyrologio vide etiam Carolum le Cointe T. 4. p. 472. & de Uſuardi p. 473. ſeq.

Martyrologium *Danicum* quod ab Uſuardo memoratur, Pragæ ſe nactum teſtatus eſt Franciſcus Baërtius, ut in ejus viri elogio A. 1719. 27. Octobr. defuncti refert Guilelmus Cuperus ante tomum ſecundum Act. Sanctor. Julii.

Uſuardi Monachi S. Germani de Pratis Martyrologium, quod ad Carolum Calvum ſcripſit circa A. C. 871. noviſſime *ex ipſo ut non* dubitat Uſuardi avtographo quod in Sangermanenſi Abbatia ſervetur, vulgavit *Jacobus Bouillart*, Presbyter & Monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri, Pariſ. 1718. 4. poſt editiones minus ſinceras Lubecenſem 1475. fol. ſub titulo *rudimenti novitiorum*: Florentinam Georgii Antonii Veſpucci A. 1486. Papienſem Anni 1487. Lubecenſem ſub titulo *doctrinale Clericorum* 1490. 4. Colonienſes 1490. 4. & cum Hermanni Greveni, Cartuſiani Colonienſis auctario 1515. 1521. Pariſienſes Joannis Munerati, 1490. fol. alteramque Bellini a Padua, Auguſtiniani, 1521. tertiam 1536. ex Munerati editione, & quartam Laurentii de la Barre in hiſtoria Chriſtianorum Patrum apud Mich. Sonnium 1583. fol. Venetas Bellini 1498. quæ *Romanum Martyrologium* inſcribitur: & quæ A. 1509. 1517. & 1549. 1560. lucem

cem viderunt curante Alexandro Peregrino , presbytero Brixienſi : & *A. 1564.* apud *Hieron. Cavalcalupum* : Rothomagenſem A. 1507. *Incertam* Anni 1537. Lovanienſes cum notis Jo. Molani A. 1568. & 1573. Antwerpienſem Anni 1583. & quam recens tomo ſexto & ſeptimo Act. Sanctorum Junii ad editiones XIV. & Codices MStos integros XVII; aliosque ferme quinquaginta adornaſſe ſe profitetur Jo. Baptiſta Sollerius S. J. Antwerpiæ 1714. fol. qui adverſus Bouillarti obſervationes defenditur in memoriis litterariis Trevoltinis A. 1719. menſe Majo cui adde A. 1714. p. 2086. ſeq. & de Bouillarti editione ephemerides Eruditorum Pariſ. A. 1719. p. 183. & diarium alterum editum Gallice, quod Europa erudita inſcribitur, A. 1718. menſe Novembri pag. 63. Omiſi monere Belgicam verſionem Martyrologii Uſuardiani minus ſinceri prodiiſſe Ultrajecti A. 1480. fol. immixtam Legendæ Jacobi de Voragine : magis autem notari meretur quod Jo. Launojus in judicio de controverſia ſuper exſcribendo Pariſienſis Eccleſiæ Martyrologio pag. 129. monet *Romanum* Martyrologium , eſſe *ipſiusmet Uſuardi Martyrologium* minutum & variatum in paucis , & auctum in pluribus.

Frodoardi , Canonici Remenſis ; qui Seculo X. floruit , triumphi Martyrum Italiæ libris XV. MSS. Treviris cum tribus libris de triumphis CHriſti & Martyrum Palæſtinæ, aliisque ejus carminibus , teſte Chriſtophoro Browero , & Pariſiis apud Carmelitas diſcalceatos , ſed aliquot libris mutili , teſte Ruinarto præfat. ad Acta Martyrum ſelecta p. X. Vide & Lud. Ellies du Pin Bibliothecam ſcriptorum Eccleſ. ad calcem ſæculi X. p. 118.

Theofridi circa A. C. 1100. Abbatis Epternacenſis in Ducatu Luxenburgico Epitaphium Sanctorum digeſtum per libros IV. cum Jo. Roberti notis prodiit Luxemburgi 1619. 4.

Liutpoldum Monachim ſæculo XI. *paſſionale* egregium comportaſſe memorat Bernardus Pez diſſ. iſagogica ad tomum primum theſauri anecdotorum p. 3. qui etiam p. 5. *Necrologia* quædam antiqua MSS. laudat, qualia aliis dicuntur *Obitoria*, *Mortilogia* &c. Vide Joannis Picardi notas ad Anſelmi Cantuarienſis lib. 1. Epiſt. 21. Prætereo dicere de *Witfordi* & *Felicii* paſſionalibus ſive paſſionariis, & de aliis à laudato Pezio nominatis T. 3. parte 3. p. 610. & 619.

Gerardi Wilich, Ord. Præd. circa A. 1314. Paſſionale & ſermones de Sanctis memorat Jacobus Echard T. I. Bibl. ſcriptorum Dominicanor. p. 532.

Guidonis, Abbatis Sandionyſiani *Sanctilogium* MS. in Bibl. S. Victoris Pariſ. idem ut puto *Bernardi Guidonis*, Epiſcopi Lodovenſis *ſpeculum Sanctorale* ſcriptum A. C. 1324. ad Johannem XXII. de quo Philippus Labbeus Bibliotheca nova MSS. T. 2. p. 513. ſeq.

Martyrologii *Eccleſiæ Germanicæ*, quod illuſtratum edidit Matthias Frid. Beckius ὁ μακαρίτης Auguſtæ Vindel. 1687. 4. vetus Codex MS. exſtat Ulmæ in Bibliotheca illuſtris Viri, ſuperiore Anno 1729. eheu extincti, Raymundi de Kraft. Vide Jo. Georgii Schelhornii amœnitates litterarias T. III. p. 76. & T. XI. In eadem Bibliotheca inſtructiſſima habentur etiam Legenda Sanctorum regni Hungariæ in Lombardica hiſtoria non obviorum, id. T. 3. p. 140. & Menologium Ruſſicum cum laudati Beckii Latina verſione p. 75.

Jacobi de Viragine ſive vico Virginis o) (Viraggio) Ligurum Civitate, Ord. Prædicatorum, ab A. C. 1292. Archi-Epiſcopi Januenſis, ſive Genuenſis, p) defuncti circa A. 1298. *Hiſtoria Lombardica* q) ſive *legenda aurea* r) de vitis Sanctorum ſcripta tempore interregni ante A. 1273. s) & licet *vorago fabularum* t) tamen illa ætate & de-

o) Georgius Colvenerius ad formicarium Joannis Nideri p. 13.

p) *Janua*, velut porta & clauſtrum Italiæ, deinde *Genua*. Vide Caſp. Barthium pag. 248. ad Guil. Britonem: & de Jacobo hiſtoriæ Lombardicæ ſcriptore Jacobum Echardum de ſcriptoribus Ordinis Prædicatorum T. I. p. 455. ſeq. & 742. Caſimirum Oudinum T. 3. de ſcriptoribus Eccleſ. p. 614. &c.

q) *Hiſtoria Lombardica* proprie eſt narratio quæ vitæ S. Pelagii ſubjicitur: ſed vulgo Legenda tota, hiſtoriæ Lombardicæ nomine venire conſuevit. Vide Jacobum Echardum T. I. p. 459. Ineptas etymologias ab alio additas eſſe putat Jo. Bollandus præf. ad T. I. Januar. p. 19.

r) Ludovico Vive judice lib. 2. de cauſis corruptar. artium, cui Georgius Wicelius præf. in hagiolog. Melch. Canus, Thuanus ad A. 1555. Claudius Eſpencæus, aliique viri docti aſſentiuntur, ſcripta ab homine *oris ferrei, cordis plumbei*, ut omnino ſatis laudari non poſſit eorum induſtria, qui ex antiquiorum purioribus fontibus quam ex talibus lacunis vitas ſanctorum memoriasque martyrum & haurire ipſi & propinare aliis malunt. Voſſius de Hiſt. Latin. pag. 492. Guil. Caveus hiſt. lit. ad A. C. 1290.

s) Tobias Eckard de Bibliotheca Quedlinburgenſi p. 34.

t) Georgius Wallinus, præfectus hodie digniſſimus Bibliothecæ Upſalienſis, libro erudito de S. Genovefa virgine p. 15. & 31.

& deinceps lecta avidiſſime, atque excuſa ſæpius, Venetiis 1478. 1481. Norimbergæ 1478. 1493. 1496. Daventriæ 1479. Coloniæ 1480. Lovanii 1485. Baſil. 1486. Argentinæ 1486. 1490. 1496. 1518. Mediolani 1494. cum ſupplemento Hilarionis Monachi u) & ex Claudii a Rota recenſione Lugd. 1519. 1531. fol. Quæ ſequuntur poſt caput CLXXVII. ad CCXV. addita ſunt ab Antonio Libero, Suſatenſi. Fuit etiam qui Legendam iſtam abbreviatam ederet, Venet. 1478. fol. & Jacobi deflorationes Legendæ aureæ: x) & qui verteret *Italice*, Nicolaus Manerbius Venetus, Venetiis 1475. fol. apud Nicolaum Jenſon, & 1484. fol. per Andream Paltaſcichis de Catharo: & qui *Gallice*, unde *Anglica* verſio profluxit, edita Weſtmonaſterii 1483. fol. apud Wilhelmum Caxton & 1503. fol. Prodiit quoque *Gallice* interprete Johanne de Vignay Pariſ. 1546. fol. & *Belgice*, Trajecti 1480. 4.

Legenda formoſa cujusdam *Philippi*, memorata ſcriptori Vitæ S. Auguſtini, Jordano de Saxonia dicto de Quedlingberg, qui circa A. C. 1370. floruit, necdum edita quod ſciam. Adi, ſi lubet, ſupplementum Patrum in lucem editum à Jacobo Hommey Auguſtiniano, Communitatis Bituricenſis, p. 640.

Petri Calo ſive *Calotii* Dominicani, qui circa A. 1310. vixit, vitæ Sanctorum duobus Voluminibus in fol. MStæ ſervantur Bononiæ teſte Jacobo Echardo T. 1. de ſcriptoribus Ord. Præd. p. 511. Neſcio alius ne ſit qui nonnullis *Petrus Clodienſis*.

Novum *Paſſionale* frequenter citatur in Andreæ presbyteri Ratisbonenſis qui circa A. C. 1422. ſcripſit, Chronico, atque ut ſuſpicor fundus eſt libri Paſſionalis, toties Germanice editi Lubecæ 1492. 1499. 1507. & Baſileæ 1511. 1517. fol. Indicem Martyrum & Sanctorum qui in hoc Paſſionali celebrantur, dedit Rev. Nicolaus Staphorſtius noſter Tom. 2. Hiſt. Eccleſ. Hamburgenſis p. 677. qui de alio Paſſionali Latino-MSto ſæculi XIII. etiam conſulendus Tom. 3. p. 182. ſeq.

Petri de Natalibus, Epiſcopi Equilini Catalogus Sanctorum libris XII. abſolutus A. C. 1382. prodiit etiam Argentinæ A. 1502. & Lugd. 1514.

Necro-

u) Philippus Picinellus in Athenæo Mediolanenſi p. 380.
x) Memoires de Trevoux A. 1722. p. 97.

Necrologia varia in Hieronymi Pez tomo primo ſcriptorum Auſtriac. ut *Mellicenſe*, p. 304. *clauſtro Neoburgenſe* p. 401. *Monaſterii B. Mariæ Viennæ Auſtriæ* p. 700. Idem Necrologia duo *Salisburgenſia* ante ſexcentos annos exarata memorat præfat. ad T. I. anecdotor. pag. 5.

Necrologium *Moguntinum*, *Laurishamenſe* & *Abbatiæ Lucidæ Vallis* in Johannis Friderici Schannat Vindemiis litterariis, Fuldæ 1723. fol.

Depoſitio Martyrum & Epiſcoporum, in Jo. Georgii Eccardi Corpore ſcriptorum medii ævi T. I. p. 23. ſeq.

Obituaria, Soranum Henrici Abbatis & Neſtwedienſe, MSS. in Bibl. Roſtgaardiana pag. 512.

Excerpta ex Necrologio Hildeshemenſis Eccleſiæ edidit illuſtris Leibnitius T. I. ſcriptor. Brunſvicenſ. p. 763.

Sepultuarium Roſſelli Florentini memorat Julius Niger pag. 507. hiſtoriæ ſcriptorum Florentinorum.

Joannis Gilemanni, Regularis Rubeæ Vallis tomos Sanctorum citat Guil. Colvenerius in vita Thomæ Cantipratani.

Joannis Heſſels cenſura in librum qui inſcribitur *Paſſionale de Sanctis per annum*, cum præfatione Joannis Molani. Lovan. 1568. Confer Jo. Rainoldi colloquium cum Joanne Hardto p. 797.

Aloyſii Lipomanni, Veronenſis Epiſcopi opus de vitis *Sanctorum*, poſt editionem Romanam 1551-1560. 4. prodiit etiam Lovanii 1561. fol. & Gallice digeſtum à Gabriele de Payherbault. Pariſ. 1572. fol.

Nicolai Belforſtii Canonici Regularis S. Joannis de Vineis, Sveſſionenſis ſupplementum Surianum (ad vitas Sanctorum collectas & recenſitas à *Laur. Surio*) de probatis Sanctorum hiſtoriis ex MSS. Codicibus Franciæ & Belgii, lucem non vidit, exceptis paucis ex illo monumentis quæ in Actis Sanctorum exhibentur: neque opus ſimile *Auberti Miræi*, quem Belforſtianum ſupplementum quo minus ederetur ajunt impediviſſe. Vide Ruinarti præfationem ad Acta Martyrum ſelecta p. XI.

Franciſci Haræi hiſtoria Sanctorum ex Surii tomis abbreviata, Colon. 1630. fol.

Zacha-

Zachariæ Lippeloo Carthuſiani vitæ Sanctorum ex orthodoxis Patribus compendio conſcriptæ Colon. 1604. 8. quatuor voluminibus, recognitæ & auctæ per *Cornelium Grau*, Carthuſianum.

Nicolai Oudneſt Ephemerides Eccleſiaſticæ, faſtorum ſacrorum compendium Antwerp. 1601. 12.

Jacobi Marchant Vitis florigera. Montibus 1639. 4. duobus Voluminibus.

Jacobi Caniſii flos Sanctorum, ex Hiſpanico *Petri de Ribadeneira* S. J. Colon. 1630. fol. &c.

MARTYROLOGIUM ROMANUM ad novam Kalendarii rationem & Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ veritatem reſtitutum, Gregorii XIII. juſſu edirum & Sixto V. dicatum cum annotationibus *Cæſaris Baronii* editum eſt Rom. 1586. 1630. fol. Venet. 1587. fol. 1602. 4. Colon. 1603. 4. Antwerp. 1589. 1613. &c. & cum notis Geographicis tabuliſque & Indicibus per *Auguſtinum Lubinum* Aguſtinianum Pariſ. 1661. 1679. 4. *Franciſci Mariæ d'Aſte* Archi-Epiſcopi Hydruntini diſceptationes Chronologico Geographicæ ad Martyrologium, labor XXV. annorum, y) Beneventi 1716. fol. *Philippi Ferrarii* Ticinenſis Profeſſoris nova topographia in Martyrologium Rom. Venet. 1609. 4. Ejusdem Catalogus Sanctorum qui in Martyrologio Romano non ſunt. ibid. 1625. 4.

Lucæ Holſtenii animadverſiones poſtumæ ad Baronii Martyrologium prodiere Pariſ. 1664. 8. Non pauca adverſus veterum Martyrologiorum fidem à *Petro Galeſinio*, qui Martyrologium cum notis Venet. 1587. 4. edidit, & a Baronio inſerta eſſe notant Jo. Launojus in diſcuſſióne reſponſionis de duobus Dionyſiis cap. 7. Ruinartus ad Victorem Vitenſem pag. 552. ſeqq. & auctor diſſertationis z) à Mich. Geddeſio inſertæ Tomo ſecundo Miſcellaneorum, editorum Lond. 1714. 8. Martyrologium Urbani VIII. auctoritate recognitum lucem vidit Romæ 1632. 4. & cum additionibus Sanctorum Belgii, edente Balduino Willot, S. J. Montibus 1641. 8. De editione Martyrologii Romana A. 1668. 4. in qua novi Sancti additi à Dominico Macro, videſis Diarium eruditorum Romanum, editum Italice A. 1668. pag. 121. In omnes propemodum Europæ linguas verſum Martyrologium Romanum legitur, *Hiſpanice* qui-

Ee dem

y) Giornale de' letterati d' Italia T. 17. p. 427. T. 28. p. 407.

z) Bibl. Angloiſe T. 2. p. 227.

dem a Dionyſio Vaſquez S. J. Valliſoleti 1586. 4. *Luſitanice* ab Alvaro Lobo, ſeu Lupo S. J. Conimbricæ 1591. *Italice* à Jo. Gabriele Biſciola S. J. *Gallice* a Franciſco Solerio S. J. Lugd. 1620. 8. & Philippo Labbeo S. J. Pariſ. 1644. 4. *Germanice* verterunt Conradus Vetter & Georgius Heſerus, S. J. Monachii 1670. *Bohemice* Georgius Ferus S. J. Pragæ: *Polonice* Simon Nicovius S. J. Etiam Georgius Mayer, Bojus S. I. *Græce*. Primum bimeſtre notis uberioribus illuſtravit Claudius Caſtellanus.

Acta Sanctorum ex Heriberti Roſweidi a) conſilio ſuſceptum ingens opus, in quo ad lucem Hiſtoriæ, Geographiæ, Chronologiæ, Genealogiæ, non inficiandam annotata utiliter & notanda quamplurima: in quo multus honos antiquitati, multus fabulis quoque: induſtria incredibili maximoque labore collectum, recenſitum, editumque & ad extremum menſis Julii perductum à Jeſuitis Antwerpienſibus, *Joanne Bollando*, *Godfrido Heniſchio*, *Daniele Papebrochio*, *Daniele Cardono*, *Franciſco Baërtio*, Iprenſi, *Conrado Janningo*, *Nicolao Rayæo*, *Jo. Baptiſta Sollerio*, *Joanne Pinio*, *Guil. Cupero* & *Petro Boſchio*: tomis ſatis ſpiſſis XXXII. in fol. quorum primus A. 1643. lucem vidit. Menſis *Januarius* duobus voluminibus abſolvitur, *Februarius*, qui jam recuditur, tribus, *Martius* tribus, *Aprilis* totidem: *Majus* ſeptenis, *Junius* ſeptenis, ſeptenis *Julius*. Bollandus operi immortuus eſt A. 1665. 12. Sept. ætat. 71. cui defuncto ab omnibus fere Ordinibus Religioſis ſolenniter parentatum eſſe legas in Nathanaëlis Sotwelli Bibliotheca Jeſuitica p. 423. Henſchenius diem obiit A. 1681. ætat. 81. Papebrochius A. 1714. 28. Jun. æt. 87. *Bollandi* vita & elogium præmittitur Tomo primo Martii, *Henſchenii* legitur ante tomum VI. Maji, *Papebrochii* ante T. VI. Junii, *Cardoni* ante tomum Maji ſecundum, *Baërtii* ante tomum ſecundum Julii, *Janningi* ante tomum Julii tertium. Cenſura Inquiſitionis Toletanæ, quam adverſus Acta Sanctorum, A. 1695. 25. Octobr. deferentibus ut eſt credibile Carmelitis b) vibrari contigit, deinde iterum

a) Vide Lud. Ell. du Pin T. 17. Bibl. Eccleſ. pag. 267. & T. 9. Bibl. Græcæ pag. 29. ſeq. & 41.

b) Acta Erud. 1683. p. 13. & 127. Jo. Mabillonii opera poſthuma T. I. pag. 304. ſeq. du Pin T. 17. bibl. Eccleſ. p. 267. lettres de Mr. Bayle p. 548. 650.

iterum revocata deletaque eſt A. 1715. 20. Dec. vide T. VII. Junii p. 34. & Janningi vitam præmiſſam tomo tertio Julii p. 7. ſeq.

Carmine Sanctos, Martyresque exemplo Prudentii & Venantii Fortunati celebrarunt *Baptiſta Mantuanus* Carmelita XII. libris faſtorum, ſive de ſacris diebus, Argentorat. 1520. 4. Mediolani 1540. & T. 2. Opp. Antwerp. 1576. 8. *Nicolaus Audartus*, cujus faſtos ſacros his verbis celebrat Juſtus Lipſius:

Macte operis, laudisque! olim Sulmone Poëtam
Carmine qui æquiparas, materie exſuperas.

Nicolaus Braulius Epiſcopus Sarſinas, cujus Martyrologium Poëticum citatur in Actis Sanctorum Tom. 2. Martii p. 10. 35. 60. Tom. 2. April. pag. 378. & paſſim alibi. *Hermes Clerus* Belga, S. J. cujus faſtos ſacros elegiacos, neſcio an editos, memorat Sotwellus p. 337. *Jacobus Cornelius Lummenæus* Benedictinus in diario Sanctorum ex Martyrologio Romano & Uſuardi, jambicis adornato verſiculis: *Bandinus Gualfreduccius*, S. J. cujus hieromeniæ, vario carminis genere partes duæ typis exſcriptæ exſtant Romæ 1622. 1625. 12. *Ambroſius Novidius Fraccus* in faſtorum ſacrorum libris XII. ad Paulum III. Pontificem. Antwerp. 1559. 8. *Petrus Juſtus Sautel*, S. J. in anno ſacro poëtico. Pariſ. 1665. Lugd. 1679. Monach. 1710. 12. *Nathan Chytræus* in faſtorum Eccleſiæ Chriſtianæ libris XII. Carmine heroico, Hanov. 1594. 8.

Jo. Baptiſtæ Maſculi, Neapolitani, S. J. encomia Cœlitum per ſingulos anni dies, una cum Veterum faſtis. Neapoli 1638. 1643. 4.

Præclarum omnino fuit conſilium *Theodorici Ruinarti*, presbyri & Monachi Benedictini e congregationi S. Mauri, qui acta primorum Martyrum ſincera & ſelecta ex libris cum editis tum MStis erudite illuſtrata edidit Pariſiis 1689. 4. c) & auctiore editione Amſt. 1713. fol. d) ut verſionem Gallicam Droueti de Maupertuis, e) Pariſ. 1708. 8. duobus Volum. prætercam. Inſigni tamen hac in ſylloge

c) Hiſt. des Ouvrag. des Sav. 1690. Octobr. pag. 47. Acta Erudit. Tom. I. ſupplem. p. 593.
d) Journal des Sav. 1714. p. 123.
e) Mem. de Trev. 1708. p. 934.

loge non pauca omiſſa Acta fide digna, quædam ſuſpectæ fidei in illam relata, notat Honoratus de S. Maria, Carmelita in obſervationibus f) de uſu & regulis artis Criticæ Gallice editis Tom. I. diſſert. 4. Diem obiit Ruinartus, g) editione hiſtoriæ perſecutionis Vandalicæ, Gregorii Turonenſis Operum, multisque aliis egregiis monumenris clariſſimus, Pariſiis A. 1709. 29. Sept. annos natus tres & quinquaginta, cujus & Mabillonii elogium Renatus Maſſvetus præmiſit tomo quinto annalium Ordinis S. Benedicti. Pariſ. 1712. fol.

CAPUT XII.

Imperatores *Chriſtianis tandem faventes. Imperatores Chriſtiani: eorumque primus omnium CONSTANTINUS Magnus.*

I.

APoſtolus Paulus Epiſtola ad Philippenſes I. 12. profitetur progreſſus Evangelii ita jam ſibi ſucceſſiſſe, ut vincula ipſius atque in illis conſtantia, ac parrheſia prædicationis innotuerit *in toto prætorio*, hoc eſt inter prætorianos a) milites Cæſaris, vel etiam in univerſa Cæſaris NERONIS aula b) unde IV. 22. ſalvere Philippenſes jubet a ſanctis omnibus, *maxime ex Cæſaris domo*: ubi Neronis aulam intelligunt veteres interpretes Græci ac Latini, c) ita uti

f) Reflexions ſur l'uſage & les regles de la Critique. T. 1. diſſ. 4. Paris 1713. 4.

g) Niſſeron, Memoires pour ſervir a l'hiſt. des hommes illuſtres dans la Rep. des lettres T. 2. p. 314. Bibl. choiſie de Mr. Jean le Clerc T. 26. p. 173. Memoires de Trevoux A. 1713. pag. 1892. Acta Erud. T. 6. ſupplem. pag. 157. Memoirs of literature T. 1. p. 12. Neuer Bücher-Saal XXIX. T. 3. p. 337.

a) Jacobus Perizonius diſquiſitione cum Ulrico Hubero de prætorio, inprimis p. 255. ſqq. Franequeræ 1691. 8. Acta Erud. 1691. p. 237. Journal des Sav. 1692. p. 124. Ita & Jo. Diodati, Lud. Cappellus, Joach. Oudaanus aliique.

b) Ita cum Iſaaco Caſaubono, Ulricus Huberus.

c) Theodoret. *διδάξας ὡς καὶ τῶν βασιλείων τὸ θεῖον ἐκράτησε Εὐαγγέλιον* Chryſoſt. homilia 15. pag. 142. *δεικνὺς ὅτι καὶ τῆς βασιλικῆς οἰκίας τὸ κήρυγμα ἥψατο.* Haymo: *ſi illi qui apparitores ſunt Imperatoris, & ei ſemper aſſiſtere debent in palatio illius, veniunt ad fidem, pro nihilo deputantes iram Imperatoris*, &c.

ut Agobardus Epiſtola ad proceres Palatii, d) neminem affirmet hac de re debere dubitare, nec ambigere Neronis domeſticos & miniſtros aulæ Regiæ, prædicatione Apoſtolica converſos. In Martyrologio Rom. 17. Maj. *Piſis in Tuſcia S. TORPETIS Martyris, qui magnus in officio Neronis primum fuit, unusque ex his de quibus Paulus ab urbe Roma ad Philippenſes ſcribit.* Certe non audiendus Dorotheus, qui ex hoc ut videtur Epiſtolæ ad Philippenſes loco Cæſarem e) quendam confingit, quem ſeptuaginta CHriſti accenſet diſcipulis.

II. Sed jam ante illud tempus TIBERIUS Imp. CHriſto & Chriſtianis faventem ſe oſtendit, ut traditum Hieronymo in Chronico Euſebiano ad Annum Tiberii XXII. f) *Pilato de Chriſtianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad Senatum, ut inter cætera ſacra reciperetur. Verum quum ex conſulto Patrum Chriſtianos eliminari Urbe placuiſſet, Tiberius per edictum accuſatoribus Chriſtianorum comminatus eſt mortem.* Tertullianus Apologetici cap. 5. & apud Rufinum II. 2.

Cum Græca verſione g) Euſebii II. 2. Hiſt. & apud Niceph. II. 8.

Τιβέριος οὖν ἐφ᾽ οὗ τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα εἰς τὸν κόσμον ἐσεληλύθεν, ἀγγελθέντος αὐτῷ ἐκ Παλαιστίνης, τοῦ δόγματος τούτου ἔνθα πρῶτον ἤρξατο, τῇ Συγκλήτῳ ἀνεκοινώσατο, δῆλος ὢν ἐκείνοις ὡς τῷ δόγματι ἀρέσκεται. ἡ δὲ Σύγκλητος ἐπεὶ οὐκ αὐτὴ δεδοκιμάκει, ἀπώσατο. ὁ δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀποφάσει ἔμεινεν, ἀπειλήσας θάνατον τοῖς τῶν Χριστιανῶν κατηγόροις.

Tiberius, cujus tempore nomen Chriſtianum in ſæculum introivit, annunciata h) *ſibi ex Syria Palæſtina quæ veritatem illius Divinitatis revelaverunt, detulit ad Senatum cum prærogativa ſuffragii ſui. Senatus quia non ipſe probaverat, reſpuit. Cæſar in ſententia manſit, comminatus periculum accuſatoribus Chriſtianorum.*

d) T. 14. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 280.
e) Confer Lambecium Tomo III. p. 91.
f) Quadriennio citius hoc factum a Tiberio, diſputat Sam. Petitus diatriba de jure Principum edictis, Eccleſiæ quæſito, p. 21. ſqq.
g) Euſebium Græcæ verſionis auctorem negat Valeſius, ſed minus firmo argumento.
h) Idem Tertullianus c. 21. *Ea omnia ſuper CHRISTO Pilatus, & ipſe jam pro ſua conſcientia Chriſtianus, Cæſari tum Tiberio nunciavit. Sed & Cæſares crediſſent ſuper CHRISTO, ſi aut Cæſares non eſſent ſæculo neceſſarii, aut ſi & Chriſtiani potuiſſent eſſe Cæſares.*

Eandem rem ex Euſebio referunt Oroſius VII. 4. Chronicon Paſchale p. 229. aliique juniores infiniti. Fidem omnem huic Tertulliani & Euſebii teſtimonio nolim detrahere cum viro docto Sam. Baſnagio ad A. C. 33. n. 191. quia ſilentium quod objicit Juſtini martyris, atque a tempore petitum argumentum non mihi videtur tam certum, ut propterea negari res debeat cum tanta fiducia affirmata a Tertulliano in ſcripto adverſus hoſtes Chriſtiani nominis, atque a Chriſtianis deinde communiter, nemine vocante in dubium, poſt eum teſtata.

III. DOMITIANUS perſecutionem, quam poſtremis imperii annis in Chriſtianos moverat, deinde ceſſare juſſit edicto, ut ex Hegeſippo apud Euſebium notavi ſupra pag. 137. cui ſuffragatur Tertullianus c. 5. Apologetici: *Tentaverat & Domitianus, portio Neronis de crudelitate: ſed qua & homo, facile cœptum repreſſit, reſtitutis etiam quos relegaverat.* Domitiano a ſuis, fortaſſe antequam edicti illius fructus ad Chriſtianos ſatis perveniſſet, interfecto, ſucceſſor ejus NERVA faventiorem ſe eis præbuit, itaque ut ſcribit Lactantius c. 3. de mortibus perſecutorum, *non modo in ſtatum priſtinum Eccleſia reſtituta eſt, ſed etiam multo clarius ac floridius enituit.* Notat etiam Xiphilinus e Dione, καὶ ὁ Νέρβας τοὺς τε κρινομένους ἐπ᾽ ἀσεβείᾳ ἀφῆκε, καὶ τοὺς φεύγοντας κατήγαγε, οὔτ᾽ ἀσεβείας οὔτ᾽ Ἰουδαϊκοῦ βίου καταιτιᾶσθαί τινας συνεχώρησε. *Et Nerva eos qui impietatis crimine damnati erant, liberos dimiſit, & exules reduxit, & neminem aut propter impietatem aut propter Judaicos ritus accuſari permiſit.* Quibus in verbis per impietatem intelligi crimen læſæ majeſtatis, ſub Judaica vita autem Chriſtianos, in notis ad Dionem oſtendi. Hujus edicti beneficio Joannem Apoſtolum exilio, quo in Patmum inſulam relegatus erat, liberatum fuiſſe refert Euſebius III. 20. Jo. Malalæ p. 348. Chron.

IV. TRAJANI reſcriptum ad Plinium Bithyniæ proprætorem lib. X. Epiſt. 98. anno nono Imperii, *conquirendos non eſſe* decernit Chriſtianos, *at ſi deferantur & arguantur, puniendos: ita tamen ut qui negaverit ſe Chriſtianum eſſe, idque re ipſa manifeſtum fecerit, id ſupplicando Diis noſtris, quamvis ſuſpectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret.* Quibus verbis & edicto ad Tiberianum de quo ſupra pag. 137. alienum quidem ſe a crudelitate, Chriſtianis vero neutiquam propitium ſe demonſtravit. Et tamen hæc res anſam dedit commentis duobus omni deſtitutis veriſimilitudine,

tudine, quæ in adverſariis pſeudo Luitprandi p. 512. 497. & in pſeudo Dextri Chronico p. 273. & conſimilis furfuris ſcriptis traduntur Plinium a Tito converſum ad fidem Chriſtianam in Creta inſula, & Trajanum in vitam revocatum precibus Gregorii I. Papæ, veniamque peccatorum ſuorum impetraſſe: cujus fabulæ apologia ſcripta ab Alphonſo Ciacconio Latine ſæpius edita, & in Italicam linguam quoque translata extat. vide Jac. Echardi Bibliothecam ſcriptorum Dominicanorum, T. 2. p. 345. & quæ de utroque commento dixi in Bibliotheca Latina lib. 2. cap. 22.

V. Quod Lactantius c. 3. de mortibus perſecutorum, cum Nervæ meminiſſet, ſubjungit: *Secutiſque temporibus, quibus multi ac boni Principes Romani Imperii clavum regimenque tenuerunt, nullos inimicorum impetus paſſa Eccleſia, manus ſuas in Orientem Occidentemque porrexit:* eo pertinet quod *Hadrianum*, Veſpaſianum, Pium, Verum, nullas contra Chriſtianos leges impreſſiſſe teſtatur Tertullianus c. V. Apologetici. Multos interim ſive Judæorum ſub nomine oppreſſos, ſive vulgi clamoribus comprehenſos, maletractatos & ſuppliciis affectos præcipue in provinciis, veterum Chriſtianorum ſcripta non patiuntur nos dubitare, quæ res cum ad HADRIANI Imp. notitiam veniſſet, perſcripta à Serenio Granio, Aſiæ Proconſule i) Imperator ad ſucceſſorem Serenii Minucium Fundanum A. C. 129. reſpondit in hanc ſententiam, ut Euſebius IV. 9. hiſt. reſcriptum illud Græce vertit, Latinum enim quod Juſtinus Martyr apologiæ ſuæ longiori ſubjunxerat, intercidit.

Μινουκίῳ Φουνδανῷ. Ἐπιστολὴν ἐδεξάμην γραφεῖσάν μοι ἀπὸ Σερεννίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἀνδρὸς, ὅντινα σὺ διεδέξω. οὐ δοκεῖ οὖν μοι τὸ πρᾶγμα ἀζήτητον καταλιπεῖν, ἵνα μήτε οἱ ἄνθρωποι ταράττωνται, καὶ τοῖς συκοφάνταις χορηγία κακουργίας παρασχεθῇ. ἐὰν οὖν σαφῶς εἰς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οἱ ἐπαρχιῶται δυνών-

Minucio Fundano. Literas à Serenio Granio, viro clariſſimo, cui tu ſucceſſiſti, ad me datas accepi. Non videtur itaque mihi hæc res, quin de ea diſquiratur, prætermittenda eſſe, ne homines turbentur, neve calumniatoribus anſa perperam agendi præbeatur. Quod ſi igitur provinciales ad hanc pe- taj

i) Supra pag. 138.

ται διϊσχυρίζεσθαι κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ὡς καὶ πρὸ βήματος ἀποκρίνεσθαι, ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἀξιώσεσιν, οὐδὲ μόναις βοαῖς. πολλῷ γὰρ μᾶλλον προσῆκεν, εἴ τις κατηγορεῖν βούλοιτο, τοῦτό σε διαγινώσκειν. εἴ τις οὖν κατηγορεῖ, καὶ δείκνυσί τι παρὰ τοὺς νόμους πράττοντας, οὕτως διόριζε κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἁμαρτήματος. ὡς μὰ τὸν Ἡρακλέα, εἴ τις συκοφαντίας χάριν τοῦτο προτείνοι, διαλάμβανε ὑπὲρ τῆς δεινότητος, καὶ φρόντιζε ὅπως ἂν ἐκδικήσειας.

titionem contra Chriſtianos clara probatione certiores fieri poſſint, ita ut & ipſi (*Chriſtiani*) pro tribunali reſpondeant, ad hoc unum, non ad petitiones, neque ad ſolas vociferationes attendant. Multo magis enim convenit, ſi quis accuſare velit, de eo te cognoſcere. Itaque ſi quis eos detulerit, atque probaverit contra leges quidquam commiſiſſe, ita demum pro delicti gravitate decerne: ſicut, mehercule, (*ex altera parte*) ſi quis calumniæ ſtudio iſtud intenderit, de verſutia iſta te judicare volo, ac curare, ut ſcelus ulſciſcaris.

Hieronymus in Chronico Euſebiano ad annum decimum Adriani, *Quadratus diſcipulus Apoſtolorum, & Ariſtides Athenienſis noſter Philoſophus, libros pro Chriſtiana religione Hadriano dedere compoſitos: & Serenus Granius legatus vir apprime nobilis litteras ad Imperatorem miſit, iniquum eſſe dicens, clamoribus vulgi* k) *innocentium hominum ſanguinem concedi, & ſine ullo crimine, nominis tantum & ſecta reos fieri. Quibus commotus Hadrianus Minutio Fundano Proconſuli Aſiæ ſcribit, non ſine objectu criminum Chriſtianos condemnandos: cujus Epiſtola usque ad noſtram memoriam durat exemplum.* Oroſius VII. 13. Sulpicius Sev. II. 31.

Hujusmodi reſcripta ad alios etiam Præſides provinciarum miſiſſe Hadrianum, ex Melitonis teſtimonio notat Baronius ad A. C. 128. num. 5.

Epiſtolam Hadriani ad *Servianum* COS. de pſeudo Chriſtianis Alexandrinis refert ex Phlegonte Vopiſcus in Saturnino c 8.

Non omittendum præterea, quod Ælius Lampridius in Alexandro Severo cap. 43. *CHRISTO templum facere voluit, eumque inter DEOS recipere: quod & HADRIANUS cogitaſſe fertur, qui templa in omnibus Civitatibus ſine ſimulacris juſſerat fieri: quæ hodie idcirco quia non habent Nu-*

k) clamantis, *Chriſtianos ad leones.* αἶρε τοὺς ἀθέους.

Numina, dicuntur Adriani, l) *quæ ille ad hoc paraſſe dicebatur: ſed prohibitus eſt ab iis, qui conſulentes ſacra, repererant, omnes Chriſtianos futuros ſi id optato eveniſſet, & templa reliqua deſerenda.* Iſaaci Caſauboni ſuſpicionem, Pagio etiam ad A. C. 134. n. 4. probatam & Sam. Baſnagio ad A. 126. n. 5. videant qui malunt opponere diſerto veteris auctoris teſtimonio, quod defendunt Huetius demonſtrat. Evangelicæ propoſit. 3. num. 23. & Dominicus de Colonia in libro, la Religion Chrétienne autoriſée par le temoignage des anciens auteurs paeyns T. 2. p. 13. ſeq.

VI. ANTONINI Pii Edictum datum A. C. 152. m) ejusdem cum Hadrianeo argumenti, & ad illud etiam provocans, ſuæ ad Imp. Verum apologiæ inſeruit Melito, Sardenſis Epiſcopus e quo *illud* refert Euſebius IV. 13. ex Euſebio habent auctor Chronici Paſchalis p. 259. Nicephorus III. 29. junioresque alii: quod ut Juſtini Martyris apologiæ ſubjicitur, cum Latina vetere Rufini verſione, qui M. Aurelio tribuit, repetita X. 12. Hiſt. miſcellæ, adſcribam.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τίτος Αἴλιος Ἀδριανὸς Ἀντωνῖνος σεβαστὸς εὐσεβὴς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ιε´ ὕπατος τὸ γ´. πατὴρ πατρίδος τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας χαίρειν. ἐγὼ μὲν οἶδα (ὅτι) καὶ τοῖς Θεοῖς ἐπιμελές ἐστι μὴ λανθάνειν τοὺς τοιούτους. πολὺ γὰρ μᾶλλον ἐκεῖνοι κολάσοιεν, ἂν τοὺς μὴ βουλομένους αὐτοῖς προσκυνεῖν ἢ ὑμεῖς· οἷς ταραχὴν ἐμβάλλετε, καὶ τὴν γνώμην αὐτῶν, ἥνπερ ἔχουσιν, ὡς ἀ-

Imp. Cæſ. Marcus Aurelius Antoninus Aug. Armenicus, Pont. Max. Trib. Pot. XV. Coſ. III. univerſis ſimul plebibus Aſiæ ſalutem. *Ego quidem non ambigo, etiam Diis ipſis curæ eſſe, ne quis noxius lateat, multo enim magis illis convenit punire eos qui ipſis immolare nolunt, quam vobis. Sed vos confirmatis eorum quos perſequimini ſententiam, quam de vobis habent, dicentes, vos impios & ſiene Deo eſſe. Unde & optabilius habent animam pone-*

Ff θέων

l) Ἀδριάνεια. vide Epiphan. T. 1. p 136.

m) Confer Tillemontium Hiſt. Imperatorum T. 2. p. 572. & memor. Hiſt. Eccleſ in vita Juſtini Martyris T. 2. p 382. 651. edit. Pariſ. *Juſtini* Martyris Apologiâ impulſum Antoninum hujusmodi decretum promulgaſſe ſcribit Zonaras: καὶ πρὸς τὸν Εὐσεβῆ Ἀντωνῖνον ἀπολογίας ὑπὲρ Χριστιανῶν συνεγράψατο, ὅθεν ὁ Αὐτοκράτωρ οὗτος ὁρμηθεὶς δόγμα τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας ἐπέστειλε &c.

θεῶν κατηγορεῖτε, καὶ ἕτερά τινα ἐμβάλλετε, ἅτινα οὐ δυνάμεθα ἀποδεῖξαι. εἴη δ᾽ ἂν ἐκείνοις χρήσιμον, τὸ δοκεῖν ἐπὶ τῷ κατηγορουμένῳ τεθνάναι· καὶ νικῶσιν ὑμᾶς προϊέμενοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ἤπερ πειθόμενοι οἷς ἀξιοῦτε πράσσειν αὐτοὺς. περὶ δὲ τῶν σεισμῶν τῶν γεγονότων, καὶ τῶν γινομένων, οὐκ εἰκὸς ὑπομνῆσαι ὑμᾶς ἀθυμοῦντας, ὅταν περ ὦσι, παραβάλλοντας τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων, ὅτι εὐπαῤῥησιαστότεροι ὑμῶν γίνονται πρὸς τὸν Θεόν· Καὶ ὑμεῖς μὲν ἀγνοεῖν δοκεῖτε παρ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον τοὺς θεοὺς, καὶ τῶν ἱερῶν ἀμελεῖτε. θρησκείαν δὲ τὴν περὶ τὸν Θεὸν οὐκ ἐπίστασθε, ὅθεν καὶ τοὺς θρησκεύοντας ἐζηλώκατε, καὶ διώκετε ἕως θανάτου. Ὑπὲρ τῶν τοιούτων καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν περὶ τὰς ἐπαρχίας ἡγεμόνων, τῷ θειοτάτῳ μου πατρὶ ἔγραψαν· οἷς καὶ ἀντέγραψε μηδὲν ὀχλεῖν τοῖς τοιούτοις, εἰ μὴ φαίνοιντό τι ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν Ῥωμαίων ἐγχειροῦντες. καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν· οἷς δὴ καὶ ἀντέγραψα, τῇ τοῦ πατρός μου κατακολουθῶν γνώμῃ. εἰ δέ τις ἔχει πρός τινα τῶν τοιούτων πρᾶγμα καταφέρειν ὡς τοιούτου, ἐκεῖνος ὁ καταφερόμενος ἀπολελύσθω τοῦ ἐγκλήματος, κἂν φαίνηται τοιοῦτος ὤν· ἐκεῖνος δὲ ὁ καταφέρων, ἔνοχος ἔσται τῇ δίκῃ.

re pro Deo ſuo, & mortem libenter amplecti, quam vobis talibus adquieſcere, & in veſtræ religionis jura concedere. De motibus autem terræ qui vel facti ſunt, vel etiam nunc fiunt, abſurdum non erit mœrorem veſtrum juſta commonitione ſolari. Quoniam quidem comperi, quod in hujuſcemodi rebus, ad illorum invidiam communes caſus transfertis. In quo illi quidem majorem fiduciam accipiunt apud DEum. Vos autem in omni tempore, quod de talibus ignoratis, cæteros quidem Deos negligitis: cultum vero immortalis Dei, quem Chriſtiani colunt, expellitis & deturbatis, uſque ad mortem cultores illius obſervantiæ perſequentes. Super quibus plurimi ex provinciis Judices etiam venerabili patri noſtro ſcripſerant. Quibus reſcriptum eſt ab eo, ut nihil omnino moleſtiæ hujuſcemodi hominibus generarent, niſi forte arguerentur aliquid adverſum Romani regni ſtatum moliri. Sed & mihi ipſi de his quamplurimi retulerunt. Quibus ego paternam ſecutus ſententiam, pari moderatione reſcripſi. Quod ſi quis perſiſtit hujuſcemodi hominibus abſque ullo crimine movere negotia, ille quidem qui delatus pro hoc nomine fuerit, abſolvatur, etiamſi probetur id eſſe quod ei objicitur, Chriſtianus. Is autem qui crimen obtendit, reus pœnæ ipſius quam objecit, exiſtat.

Melito

Melito Sardium Epiſcopus Apologia ad M. Aurelium Antoninum apud Euſebium IV. 26.

Μόνοι πάντων ἀναπεισθέντες ὑπό τινων βασκάνων ἀνθρώπων τ' καθ' ἡμᾶς ἐν διαβολῇ καταςῆσαι λόγον ἠθέλησαν Νέρων καὶ Δομετιανὸς, ἀφ' ὧν καὶ τὸ τῆς συκοφαντίας ἀλόγῳ συνηθείᾳ περὶ τοὺς τοιούτους ῥυῆναι συμβέβηκε ψεῦδος. ἀλλὰ τὴν ἐκείνων ἄγνοιαν οἱ σοὶ εὐσεβεῖς πατέρες ἐπηνωρθώσαντο, πολλάκις πολλοῖς ἐπιπλήξαντες ἐγγράφως ὅσοι περὶ τούτων νεωτερίσαι ἐτόλμησαν. ἐν οἷς ὁ μὲν πάππος σου Ἀδριανὸς, πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις, καὶ Φουνδάνῳ δὲ τῷ ἀνθυπάτῳ ἡγουμένῳ τῆς Ἀσίας γράφων, φαίνεται. ὁ δὲ πατήρ σου καὶ σοῦ τὰ σύμπαντα διοικοῦντος αὐτῷ, ταῖς πόλεσι περὶ τοῦ μηδὲν νεωτερίζειν περὶ ἡμῶν ἔγραψεν. ἐν οἷς καὶ πρὸς Λαρισσαίους, καὶ πρὸς Θεσσαλονικεῖς καὶ Ἀθηναίους καὶ πάντας Ἕλληνας. σὲ δὲ καὶ μᾶλλον περὶ τούτων τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἔχοντα γνώμην, καὶ πολύ γε φιλανθρωποτέραν καὶ φιλοσοφωτέραν, πεπείσμεθα πάντα πράσσειν ὅσα σου δεόμεθα.

Rufinus.

Nec quiſquam principum niſi Nero ſolus & Domitianus, nequam hominum ſuggeſtionibus, adverſati ſunt dogmati noſtro. Ex quorum tempore accidit, nos falſis calumniis infamari. Sed illorum errorem, qui ex ignorantia venerat, emendaverunt patres tui, qui frequentibus poſtmodum decretis animadverterunt in eos, n) *qui auderent moleſtiæ aliquid hujusmodi cultoribus irrogare. In quibus avus tuus Adrianus, & ad alios quidem multos judices, præcipue tamen ad Fundanum Proconſulem Aſiæ pro hoc literas dedit. Pater vero tuus tecum pariter Romani regni apicem gerens, omnibus quidem generaliter civitatibus, maxime tamen ad Lariſſæos, & Theſſalonicenſes, & Athenienſes, pro his mittit edicta. Te vero multo magis eandem credimus ſervare ſententiam, imo & multo clementius confidimus proviſurum, tanquam qui veræ philoſophiæ, ac puræ religionis amator exiſtas.*

n) Idem Melito apud Euſebium p. 147. οἱ γὰρ ἀναιδεῖς συκοφάνται καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐρασταὶ τὴν ἐκ τῶν διαταγμάτων ἔχοντες ἀφορμὴν, φανερῶς λῃστεύουσι &c. ubi διατάγματα non ſunt *Imperialia* præcepta ſive edicta, ut Rufinus & Valeſius, ſed *Præfectorum Provincialium*, ut recte notavit Conr. Sam. Schurzfleiſchius vir doctiſſ. diſputatione de templorum Antiquitatibus, Witeb. 1696.

Ad Valeſii argumentum, qui in notis ad Euſebii IV. 13. ex Melitonis ſilentio negat edictum ad Communitatem Aſiæ eſſe Antonini Pii, reſponderi poteſt, Euſebium diſerte ad Melitonem provocare, ubi hoc edictum refert, illudque Antonino Pio tribuit: itaque neceſſe eſt ut in eadem Apologia quoque illius fecerit mentionem: deinde memorat ταῖς πόλεσι ea de re reſcripſiſſe: nec profitetur ſe Melito omnia edicta Antonini Pii de hoc negotio referre nominatim in verbis ſupra adductis: alia enim evidenter innuit, cum ait: ἐν οἷς καὶ πρὸς Λαρισσαίους, καὶ πρὸς Θεσσαλονικεῖς &c. Sed fortius mihi videtur argumentum quod ex inſcriptione petitur, o) quæ ſi genuina, edictum illud M. AURELIO ANTONINO vindicat, cujus Conſulatus tertius cum anno XV. Tribunitiæ poteſtatis belle conſpirat, inciditque in A. C. 162. nam T. Ælii Antonini Pii, anni Tribunitiæ poteſtatis a ſeptimo ad XXIII. conjunguntur in numis cum Conſulatu ejus quarto.

VII. Epiſtolam alteram, occaſione *Legionis fulminatricis* ſcriptam à M. AURELIO ANTONINO A. C. 175. licet à viris doctis vocatur in dubium, (ut ſupra p. 139. notare me memini) tamen integram hoc loco referam, *Græce* quidem ut in Franciſci Balduini commentario ad edicta veterum Principum Rom. de Chriſtianis p. 93. & ad calcem Apologiæ longioris à S. Juſtino ſcriptæ legitur, & *Latine*, ut eam e codice Vaticano ediderunt Angelus Rocha de Bibl. Vaticana p. 288. Onufrius Panvinius lib. 2. faſtorum p. 234. & Baronius ad A. C. CLXXVI. num. 21. Mentionem hujus Epiſtolæ facit Tertullianus Apologetici cap. 5. *Cæterum de tot exinde Principibus* (a Domitiano) *ad hodiernum*, (Severum) *divinum humanumque ſapientibus, edite aliquem debellatorem Chriſtianorum. At nos e contrario edimus protectorem, ſi litteræ Marci Aurelii graviſſimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam ſitim, Chriſtianorum forte militum precationibus impetrato imbri, diſcuſſum conteſtatur. Sicut non palam ab ejuſmodi hominibus pœnam dimovit, ita alio modo palam diſperſit, adjecta etiam accuſatoribus damnatione* p) *& quidem tetriore.* Euſebii Chron. *exſtant litteræ graviſſimi Imperatoris* &c.

Αὐτο-

o) Daniel Larroquanus diſſ. de legione fulminatrice, ad calcem Adverſariorum ſacrorum Matthæi Larroquani, patris, p. 631. ſeqq.

p) Ita obtinuit ab Antonino Athenagoras, quod unum petiit in ſua apologia, ut lege prohiberentur Chriſtiani ob ſolum nomen, nullius ſceleris rei, rapi ad ſupplicia, ἀποσκευάσαι ἡμῶν νόμῳ τὴν ἐπηρείαν. cap. 2.

Αὐτοκράτωρ καῖσαρ μάρκος, αὐρήλιος, ἀντωνῖνος, γερμανικὸς, παρθικὸς, σαρματικὸς, δήμῳ ῥωμαίων καὶ τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ χαίρειν. Φανερὰ ὑμῖν ἐποίησα τὰ τοῦ ἐμοῦ σκοποῦ μεγέθη, ὁποῖα ἐν τῇ γερμανίᾳ ἐκ περιστάσεως διὰ περιβολῆς q) ἐπακολουθήματα ἐποίησα, ἐν τῇ μεθορίᾳ καμῶν καὶ παθὼν, r) ἐν Καρνούτῳ s) καταλαμβανομένου μου ὑπὸ δρακόντων t) ἑβδομήκοντα τεσσάρων ἀπὸ μιλίων ἐννέα. γενομένων δὲ αὐτῶν ἐγγὺς ἡμῶν, ἐξπλωράτωρες u) ἐμήνυσαν ἡμῖν, καὶ πομπηιανὸς ὁ ἡμέτερος πολέμαρχος ἐδήλωσεν ἡμῖν, ἅτινα εἴδομεν. καταλαμβανόμενος δὲ ἤμην ἐν μεγέθει πλήθους ἀμίκτου, καὶ στρατευμάτων λεγεῶνος πρίμας, δεκάτης, γεμίνας, Φρεντησίας x) μίγμα κατηριθμημένον, y) πλήθη

Imp. Cæſar. M. Aurelius Antoninus Auguſtus Parthicus Germanicus Sarmaticus Pontifex Maximus Tribuniciæ Poteſtatis XXVIII, Imp. VII. Cos. III. Pater Patriæ ProCos. S. P. Q. R. S. D. *Certiores vos feci de conſilii propoſitique mei magnitudine, & quæ in Germania mihi in diſcrimine, atque obſidione alia ex aliis inciderunt, quum in ejus medio labore atque aeſtu confectus fuiſſem. Sane dum Carnuti eſſem, ſpeculatores nobis indicarunt* LXXIIII. *hoſtium dracones prope nos novem millibus adeſſe. Idemque Pompejanus, quem bello ducem præfecimus, quod nos quoque videbamus, renuntiavit. Quumque in noſtrorum militum exercitu haberemus tantum legiones Primam, Decimam, Geminam & Fretenſem, hoſtium vero* DCCCC & LXXVII *M. eſſent, meaſ-*

 que

q) al. παραβολῆς.

r) ita pro σπαθῶν Jo. Langus, Scaliger ad Euſeb. n. MMCLXXXIX. & Jo. Erneſtus Grabe.

s) Ita recte Latinus interpres & Scal. pro ἐν κοτίνῳ adde Euſebii Chron. & hiſt. Miſcellam X. 16.

t) Scal. δρούγγων. Sed δρακόντων rectum eſt, ut Salmaſius docet ad Capitolini M. Antonin. cap. 24. & Georg. Hieron. Welſchius de vena Medinenſi p. 84. ſeq. ubi de dracone ſigno militari & de draconariis.

u) vide Cangium in hac voce, quæ obvia in Rufi legibus militaribus & in vet. inſcript. apud Gruterum p. 458. 1.

x) ita legendum cum Scal. & Salmaſio. De legionibus illis dictum ad Dionis p. 364.

y) Scal. ἀκατηριθμήτῳ πλήθει.

παρεῖναι παμμίκτου ὄχλου χιλιάδων ἐνακοσίων ἑβδομήκοντα ἑπτά. ἐξετάσας οὖν ἐμαυτὸν καὶ τὸ πλῆθος τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ μέγεθος τῶν βαρβάρων καὶ πολεμίων, κατέδραμον εἰς τὸ θεοῖς εὔχεσθαι πατρῴοις. z) ἀμελούμενος δὲ ὑπ᾽ αὐτῶν, καὶ τὴν στενοχωρίαν μου θεωρήσας τῆς δυνάμεως, παρεκάλεσα τοὺς παρ᾽ ἡμῖν λεγομένους Χριστιανούς, καὶ ἐπερωτήσας εὗρον πλῆθος καὶ μέγεθος αὐτῶν, καὶ ἐμβριμησάμενος εἰς αὐτούς, a) ὅπερ οὐκ ἔπρεπε, διὰ τὸ ὕστερον ἐπεγνωκέναι με τὴν δύναμιν αὐτῶν. ὅθεν ἀρξάμενοι b) οὐ βελῶν παράρτησιν, οὔτε ὅπλων, οὔτε σαλπίγγων, διὰ τὸ ἐχθρὸν εἶναι τὸ τοιοῦτο αὐτοῖς διὰ τὸν θεὸν ὃν φοροῦσι κατὰ συνείδησιν. εἰκὸς οὖν ἐστιν, οὓς ὑπολαμβάνομεν ἀθέους εἶναι, (ὅτι) θεὸν ἔχουσιν αὐτόματον, ἐν τῇ συνειδήσει τετειχισμένον. ῥίψαντες γὰρ ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν, οὐχ ὑπὲρ ἐμοῦ μόνον ἐδεήθησαν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ παρόντος στρατεύματος c) παρήγοροι γενέσθαι δίψης, καὶ λιμοῦ τῆς παρούσης. πεμπταῖοι γὰρ ὕδωρ οὐκ εἰλήφειμεν, διὰ τὸ μὴ παρεῖναι.

que ipſius copias cum ingenti barbarorum atque hoſtium exercitu comparaſſem, Deos patrios votis ſuſceptis rogavi. Sed quum ab eis negligerer, meque ab hoſtibus premi animadverterem, copiarum mearum paucitatem contemplatus, eos qui apud nos Chriſtiani dicuntur, accerſivi, ac rogavi, inuenique magnam eorum multitudinem, illosque minis compuli, quod minime decuerat, propterea quod poſtea illorum vim ac poteſtatem cognovi. Itaque non ad telorum præparationem, non armorum, neque ad tubarum uſum ſe contulerunt. Hoc enim illis facere Dei cauſſa, & nomine, [illegible] in conſcientia geſtant, [illegible] non eſt. Æquum igitur [illegible] impios eſſe, & à Deo ali[illegible] eos exiſtimemus Deo [illegible] uum enim ſe humi [illegible] n ſol[illegible] precati ſunt pro me, ſed etiam pro toto hoc exercitu, ut famis ac ſitis qua urgebamur remedium aliquod adferretur. Quinque enim diebus aquam non ſumpſeramus, quod ea non ſuppeteret: eramus enim in media Germania montibus undique concluſi. Simul autem atque ſeſe humi abjecerunt,

z) Rob. Steph. πατρίοις.
a) quaſi Chriſtiani eſſent cauſa præſentium malorum. Itaque καὶ non eſt h. l. καίπερ quod ſuſpicabatur Sylburgius.
b) Scal. οἱ οἴκοθεν ἀρξάμενοι.
c) παρήγοροι γενέσθαι, i. e. ἐγενήθησαν. Itaque non opus eſt cum Scal. ſcribere παρήγορον.

ἦμεν γὰρ ἐν τῷ μεσομφάλῳ τῆς γερμανίας, καὶ τοῖς ὅροις αὐτῶν. ἅμα δὲ τῷ τούτους ῥῖψαι ἐπὶ τὴν γῆν ἑαυτοὺς, καὶ εὔχεσθαι θεῷ, ᾧ ἐγὼ ἠγνόουν, εὐθέως ὕδωρ ἠκολούθει οὐρανόθεν, ἐπὶ μὲν ἡμᾶς ψυχρότατον, ἐπὶ δὲ τὰς ῥωμαίων ἐπιβουλὰς d) χάλαζα πυρώδης. ἀλλὰ καὶ εὐθὺ θεοῦ παρουσίαν ἐν εὐχῇ γινομένην παραυτίκα, ὡς ἀνυπερβλήτου καὶ ἀκαταλύτου. αὐτόθεν οὖν ἀρξάμενοι, συγχωρήσωμεν τοῖς τοιούτοις εἶναι χριστιανοῖς, ἵνα μὴ καθ᾽ ἡμῶν τι τοιοῦτον αἰτησάμενοι ὅπλον, ἐπιτύχωσι. τὸν δὲ τοιοῦτον συμβουλεύω διὰ τὸ τοιοῦτον εἶναι χριστιανὸν, μὴ ἐγκαλεῖσθαι. εἰ δ᾽ εὑρεθείη τις ἐγκαλῶν τῷ χριστιανῷ, ὅτι χριστιανός ἐστι, τὸν μὲν προσαγόμενον χριστιανὸν πρόδηλον εἶναι βούλομαι γίνεσθαι, ὁμολογήσαντα τοῦτο, ἄλλο ἕτερον μηδὲν ἐγκαλούμενον, ἢ ὅτι χριστιανός ἐστι μόνον. τὸν προσάγοντα δὲ τοῦτον, ζῶντα καίεσθαι. e) τὸν δὲ χριστιανὸν ὁμολογήσαντα, καὶ συνασφαλισάμενον περὶ τοῦ τοιούτου, τὸν πεπιστευμένον τὴν ἐπαρχίαν εἰς μετά-

ac Deum illum precati ſunt, quem ego ignorabam, ſtatim e cœlo pluvia delapſa eſt in nos quidem frigidiſſima, in Romanorum vero hoſtes grando ignis ſpecie ac ſimilitudine, & fulmina: eorumque orationibus, ac precibus ſtatim præſto Deus fuit, qui neque vinci neque expugnari poteſt. Quamobrem illinc exorſi, concedamus talibus ut ſint Chriſtiani, ne qua arma ejus generis contra nos petant, & impetrent. Cenſeo autem neminem, quod Chriſtianus ſit, eſſe in crimen & in judicium vocandum. Quod ſi quis inventus fuerit crimini dare cuipiam, quod Chriſtianus ſit, ei quidem qui in crimen vocatur, manifeſtum fieri volo, nihil aliud objectum eſſe, quam quod Chriſtianus tantum eſt: eum autem qui Chriſtianum accuſavit, vivum exuri. Illum vero qui Chriſtianum ſe eſſe profeſſus fuerit, periculo omni, quod ob eam rem ei credebatur, liberatum is cui provincia commiſſa eſt, nequaquam ad pœnitentiam adigat, aut libertatem ei adimat. Hæc autem S. C. etiam ſanciri volo, atque hoc meum edictum

νοιαν

d) fulmen de cœlo precibus ſuis *contra hoſtium machinamentum* extorſit. Capitolin. c. 24. ubi vide Salmaſ.

e) Pœnæ capitalis in delatores falſos Chriſtianorum ab Imperatore conſtitutæ grave exemplum exſtat apud eundem Euſebium V. 21. ubi a Perenne Judice accuſator Apollonii fractis cruribus Romæ interfectus traditur ὅτι μὴ ζῆν ἐξὸν ἦν κατὰ βασιλικὸν ὅρον τοὺς τῶν τοιῶνδε μηνυτὰς, *quod Imperatorio edicto pœna capitalis conſtituta eſſet adverſus Chriſtianorum delatores.*

νοιαν καὶ ἀνελευθερίαν τὸν τοιοῦτον μὴ μετάγειν. ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγματι κυρωθῆναι βούλομαι, καὶ κελεύω τοῦτο μου τὸ διάταγμα ἐν τῷ Φόρῳ τοῦ Τραϊανοῦ f) προτεθῆναι, πρὸς τὸ δύνασθαι ἀναγινώσκεσθαι, φροντίσει ὁ περίφεκτος Βηράσιος g) πολλίων εἰς τὰς πέριξ ἐπαρχίας πεμφθῆναι. πάντα δὲ τὸν βουλόμενον χρῆσθαι καὶ ἔχειν, μὴ κωλύεσθαι λαμβάνειν ἐκ τῶν προτεθέντων παρ' ἡμῶν.

in foro Divi Trajani proponi, ut legi poſſit. Curæ autem erit Vitraſio Pollioni præfecto jam urbis, ut ad omnes provincias hæc conſtitutio mittatur, neque quiſquam qui eam exſcribere, vel ipſa uti voluerit prohibeatur. Valete.

VIII. De SEPTIMIO SEVERO Tertullianus ad Scapulam c. 4. *Ipſe etiam SEVERUS, Pater Antonini,* (Caracallæ) *Chriſtianorum memor fuit. Nam &* Proculum Chriſtianum, *qui* Torpacion *cognominabatur*, Evhodiæ *procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requiſivit & in palatio ſuo habuit usque ad mortem ejus, quem &* Antoninus (CARACALLA) *optime noverat, lacte Chriſtiano educatus.* h) *Sed & clariſſimas foeminas & clariſſimos viros ſciens hujus ſectæ eſſe, non modo non læſit, verum & teſtimonio exornavit, & populo furenti in nos* i) *palam reſtitit.* Ad illa Tertulliani verba hæc erudite annotavit Sam. Petitus commentario de Legibus Atticis pag. 301. & in diatriba de jure, Principum edictis, Eccleſiæ quæſito p. 60. *Putant Viri CL. hunc Proculum*

f) Locus ſolennis edictorum promulgatorum. Vide Briſſonium 3. de formulis p. 324.

g) Briſſon. Βιτράσιος. *Vitraſius.*

h) ita Codices & editiones, quarum lectionem merito tuetur Rigaltius adverſus unicum MS. Divionenſe, in quo legitur: *quem* (Proculum ſcilicet) *& Antoninus optime noverat Chriſtianis educatum.* Sed pro recepta, inquit, jampridem lectione faciunt quæ de Caracalla Spartianus c. 1. tradidit, quod videlicet *ſeptennis puer, quum colluſorem ſuum puerum ob Judaicam* (cujus appellatione & Chriſtianam ſubinnui ex aliis locis perſpicum eſt) *Religionem gravius verberatum audiiſſet, neque patrem ſuum* (Severum) *neque patrem pueri, vel auctores verberum diu reſpexit.*

i) alii codices, *in os.*

culum Chriſtianum eum eſſe, cujus meminit Capitolinus in Marco, k) *& Eutychium Græce idem eſſe Afris* Tobracon *ſive* Topracon, l) *quomodo reſcribi volunt* m) *apud Tertullianum*: Euhodiæ *autem* procuratorem *interpretantur* τῆς εὐοδίας διοικητὴν, *quod Itinerarii in orbe Romano Rationarius eſſet ab Imperatore Marco conſtitutus, ut honeſtam functionem ſine invidia & incommodo periculoque obtineret. Quapropter etiam Capitolinus factum affirmat fuiſſe Proconſulem, videlicet honorarium, itineris curandi cauſa. Sed iſta ab eruditis viris nullo auctore aſſeruntur. Non negamus Procuratores aliquando appellari Provinciarum præſides, ſed Itinerarii Rationarium & Procuratorem appellari Proconſulem nobis plane novum, & hactenus non lectum, non auditum fuerat. Appellatur igitur iſte Proculus Euhodiæ Procurator, quia Euhodiæ feminæ, notæ ſatis illo ſeculo, res procurabat & adminiſtrabat: tantum abeſt, ut ſit Proculus* o) *ille Marci in Grammaticis præceptor, quem in tantum gratus Imperator dilexit, ut uſque ad Proconſulatum provexerit, oneribus in ſe receptis.* Euhodiæ *nomen mulieris eſſe conſtat ex hac Inſcriptione, quæ Romæ viſitur in monte Caballo, & apud Gruterum Theſauri Inſcriptionum pag.* IↃCCLXXXIX, *legitur*: *D. M. HERMES EVHODIÆ CONJUGI SUÆ BENE MERENTI. Et forte* Euhodia *iſta Tertulliani, erat filia Euhodi, Imperatoris Severi liberti, qui fuit* τροφεὺς, *ut appellat*

k) cap. 2. ubi refert M. Antoninum, inter Grammaticos uſum *Eutychio Proculo* Siccenſi.

l) טברכון

m) Bochartus lib. 2. Chanaan c. 16. T. 1. Opp. pag. 770. legit *Torpeion* quod Punice ſonat τροφέα, תורבין. Bochartum ſequitur Sam. Baſnage ad A. C. 193. n. 22.

n) Pamelius, εὐοδίας ſive *proſperitatis procuratorem*, qui Severo valetudinem inſtauraſſet.

o) Diverſus etiam à Proculo illo, quem Tertullianus in Valentinianos c. 5. refert inter eos qui hæreſiarchas inſtructiſſimis voluminibus & prodiderunt & retuderunt: qui Proculus ſpeciatim ipſi audit *virginis ſenecta, & Chriſtianæ eloquentiæ dignitas.* Vide Scaligerum ad Euſebii n. MMCCXXIII. Sed etiam diverſum eſſe à Proculo, ad quem Marci & Veri reſcripta in Pandectis, ut viſum Caſaubono, non æque certum, cum Grammaticum illum à Marco ad Proconſulatum uſque provectum Capitolinus teſtetur.

pellat Dio, p) *Antonini*, *filii Severi.* *Libertum autem Euhodiæ Proculum hunc fuiſſe nullus dubito*, & *ab Euhodia* q) *patrona rebus ſuis adminiſtrandis & procurandis admotum*: *Qui*, *ut puto*, *dum ſervitutem ſerviebat*, *alipilarii munus implebat*, *unde ei cognomen Dropacion*; *ita enim nobis reſcribendum videtur apud Tertullianum*: *Nam in veteri Lexico*, alipilarius *eſt δρωπακιστής.* r) *Lævabant enim unguento dropace.*

In Digeſtis Juſtiniani lib. 50. tit. 2. de Decurionibus, lege 3. §. 3. de Officio Proconſulis, hæc afferuntur: *Eis qui Judaicam ſuperſtitionem ſequuntur*, *Divi* Severus & Antoninus *honores adipiſci permiſerunt*: *ſed & neceſſitates eis impoſuerunt*, *quæ ſuperſtitionem eorum non læderent.* Hæc etiam de Chriſtianis intelligenda viri docti s) probabiliter exiſtimant, ſicut utroſque jungit Spartianus in Severi vita c. 17. *in itinere*, *Palæſtinis plurima jura fundavit. Judæos fieri ſub gravi pœna vetuit. Idem etiam de Chriſtianis ſanxit.*

IX. De JULIA DOMNA MAMÆA *Alexandri Severi* Imp. matre Euſebius VI. 21. Τοῦ δὲ Αὐτοκράτορος μήτηρ, Μαμαία τοὔνομα, γυνὴ θεοσεβεστάτη εἰ καί τις ἄλλη γεγονυῖα καὶ εὐλαβὴς τὸν τρόπον, τῆς Ὠριγένους πανταχόσε βοωμένης φήμης, ὡς καὶ μέχρι τῶν αὐτῆς ἐλθεῖν ἀκοῶν, περὶ πολλοῦ ποιεῖται τῆς τοῦ ἀνδρὸς θέας ἀξιωθῆναι, καὶ τῆς ὑπὸ πάντων θαυμαζομένης περὶ τὰ θεῖα συνέσεως αὐτοῦ πεῖραν λαβεῖν. ἐπ' Ἀντιοχείας δῆτα διατρίβουσα, μετὰ στρατιωτικῆς δορυφορίας αὐτὸν ἀνακαλεῖται, παρ' ᾗ χρόνον διατρίψας, πλεῖστά τε ὅσα εἰς τὴν τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ τῆς τοῦ θείου διδασκαλείου ἀρετῆς ἐπιδειξάμενος, ἐπὶ τὰς συνήθεις ἔσπευδε διατριβάς. Hieronymus de viris illuſtribus c. 54. *Sed & illud*, quantæ gloriæ fuerit Origenes; demonſtrat, *quod ad Mamæam matrem Alexandri Imperatoris*, *religioſam fœminam*, *rogatus venit*

Antio-

p) Xiphilinus p. 861. 862. 870. ubi occiſum denique a Caracalla refert.

q) Euhodiam hanc Caracallæ fuiſſe nutricem, perſuaſum etiam Triſtano, quem vide ſis Tom. 2. p. 155. Itaque non neceſſe eſt *Evodi* pro *Evodiæ* legere apud Tertullianum, cum Baronio ad A. C. 195. num. 5.

r) Turnebus XXVII. 10. Adverſar. Vide quæ viri docti ad hæc Martialis III. 74. *Pſilothro faciem lævas & dropace calvam.* & X, 65. *lævis dropace tu quotidiano* & ad Auſon. Epigram. 131.

s) Alciatus III, 8, diſpunct. adde Sam. Petiti diatribam p. 64. ſeq.

chiam, & ſummo honore habitus eſt. A. C. 218. Origenis 33. Idem ex Euſebio referunt Georgius Syncellus, Suidas in Ὠριγένης, Nicephorus V. 17. Glycas, Cedrenus, & Zonaras qui addit, inde non ſolum perſecutionem ceſſaſſe, ſed etiam in honore cœpiſſe eſſe Chriſtianos: ὅθεν οὐ μόνον ὁ κατὰ Χριστιανῶν ἠρέμισε διωγμὸς τότε, ἀλλὰ καὶ τιμῆς ἠξιοῦντο μάλιστα οἱ σεβόμενοι τὸν Χριστόν. *Chriſtianam*, Mamæam vocat etiam Oroſius VII. 18. ut alios juniores omittam.

De ALEXANDRO SEVERO Lampridius in ejus vita c. 29. *matutinis horis in larario ſuo, in quo & divos Principes, ſed optimos, electos & animas ſanctiores, in queis & Apollonium, & quantum ſcriptor ſuorum temporum dicit, CHRISTUM, Abraham & Orpheum, & hujusmodi Deos habebat ac majorum effigies, rem Divinam faciebat.* & cap. 43. *CHRISTO templum facere voluit, eumque inter Deos recipere, quod & Adrianus cogitaſſe fertur.* & cap. 22. *Judæis privilegia reſervavit, Chriſtianos eſſe paſſus eſt.* & cap. 49. *Quum Chriſtiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupaſſent, contra popinarii dicerent ſibi eum deberi, reſcripſit melius eſſe ut quomodocunque illic DEUS colatur, quam ut popinariis dedatur.* Euſebius VI. 28. Hiſt. refert *Maximinum* Alex. Severi ſucceſſorem, adverſus Chriſtianos perſecutionem moviſſe κατὰ κότον τὸν πρὸς τὸν Ἀλεξάνδρου οἶκον ἐκ πλειόνων πιστῶν συνεστῶτα, *odio adverſus Alexandri familiam, in qua plures erant Chriſtiani.*

X. De PHILIPPO Arabe Imp. Euſebius VI. 34. Hiſt. τοῦτον κατέχει λόγος Χριστιανὸν ὄντα ἐν ἡμέρᾳ τῆς ὑστάτης τοῦ Πάσχα παννυχίδος, *hunc fert fama, Chriſtianum* (hoc eſt animo addictum CHriſti ſacris) *voluiſſe* (paullo antequam in prælio victus à Decio circa menſem Julium occubuit) *poſtrema Paſchatis vigilia* (A. C. 249.) *Eccleſiam accedere, & Epiſcopo confeſſionem criminum prius poſcenti, etiam inclinatum ſe demonſtraſſe hoc facere.* Feciſſe tamen hoc, & vere acceſſiſſe ad Eccleſiam non affirmat Euſebius, qui ſolum Conſtantinum M. ex Imperatoribus baptizatum & τοῖς Χριστοῦ μυστηρίοις t) ἀναγεννώμενον ſcribit IV. 62. de Vita Conſtantini. Tamen in Chronico Hieronymi Euſebiano legitur Philippum *primum omnium ex Romanis Imperatoribus Chriſtianum fuiſſe.* Euſebium & Hieronymum ſequuntur Oroſius, Vincentius Lirinenſis, Nicephorus V. 25. &c.

t) ita legendum pro μαρτυρίοις. Tillemont. T. IV. hiſt. Imperator. pag. 631.

Acta S. Pontii apud Baluz. T. 2. Miſc. & Papebrochium in Actis Sanctor. 14. Maji.

Martyrolog. Rom. 14. Maj. *In Gallia S. Pontii Martyris, cujus prædicatione & induſtria, poſtquam duo Philippi Cæſares ad fidem CHriſti converſi ſunt, ipſe ſub Valeriano & Gallieno principibus, martyrii palmam adeptus eſt.*

Chriſtianiſmum PHILIPPI tuentur:

Baronius ad A. C. 246.

P. de la Faye, entretiens hiſtoriques, ou diſſertation ſur cette queſtion, ſi l'Empereur Philippe a été Chretien, Baſil. 1690. 8. *Acta Erud.* 1690. p. 492.

Huetius Origenian. lib. 1. c. 3. n. 12.

Jo. Rodolphus Wetſtenius ad Origenem contra Marcionitas, in præfat. p. 7. ſeqq.

Stephanus le Moyne notis ad Varia ſacra p. 1106. ſqq.

Non vere nomen dediſſe CHRISTO Philippos Imperatores, fortioribus argumentis videntur probare:

Joſephus Scaliger ad Euſebii Chron. n. MMCCLX.

Antonius Pagi ad A. C. 244. num. V. ſeq. & A. 247. n. VI. ſeq. *Samuel Baſnage* T. 2. Annal. p. 333. ſeq.

Chriſtianus Kortholtus de Perſecutionibus Eccleſiæ capit. VIII. pag. 305. ſeqq. & diſſ. hiſtorica de Philippi Arabis, Alexandri Mamææ, Plinii junioris & Annæi Senecæ præter rem jactato Chriſtianiſmo. Kilon. 1667. 4.

Chriſtophorus Cellarius diſſ. Academic. p. 322. ſqq.

Frid. Spanhemius fil. T. 2. Opp. p. 400. ſqq. de JULIÆ MAMMÆÆ & p. 405. ſqq. de PHILIPPI Patris & filii Imp. temere credito Chriſtianiſmo. *Ludolphi Neocori* Bibl. novorum librorum A. 1698. p. 580. ſqq.

Benedictus Pictetus diſſ. contra P. Fayum.

In

In utramque partem vide ſis Tillemontium T. 3. hiſt. Imperatorum p. 815. ſqq.

Marciam Otaciliam quoque SEVERAM Auguſtam, Philippi ſenioris uxorem, religionis Chriſtianæ ſacris imbutam plerique autumant, ad quam *Hippolytus* Portuenſis & *Origenes* ſcripta ſua miſerunt. Vide Triſtan. T. 2. p. 564. Steph. le Moyne Præf. ad Varia ſacra*) 25. 2. Caſaubonum ad Julium Capitolin. pag. 201. Omitto fabulam de TRYPHONIA, *Decii* Imp. Conjuge, quæ cum filia CYRILLA traditur baptizata a Juſtino Presbytero in Actis S. Laurentii apud Surium 10. Auguſt. p. 616. Ex quibus Beda, Uſuardus, Ado & Martyrologium Rom. 18. Octobr. *Romæ S. Tryphoniæ, uxoris quondam Decii Cæſaris, quæ in crypta juxta S. Hippolytum ſepulta eſt.*

XI. Poſt Decii & Valeriani perſecutiones GALLIENUS Imp. A. C. 260. pacem Eccleſiis reddidit, promulgatis duobus edictis, quibus & loca θρησκεύσιμα ſive templa, & cœmeteria Chriſtianis reſtituebantur. Rufinus: *Gallienus Valeriani filius, poſteaquam rerum ſummam ſolus obtinuit* (A. C. 260.) *lenius ac moderatius erga noſtros agere inſtituit, datisque decretis inhiberi ſupplicia, perſecutionesque ceſſare, & quo quisque putat more exorare, quod Divinum eſt, ſinit.* Prioris formam reſcripti ſervatam ab Euſebio, atque e Latino translatam Græce, ſed omiſſam à Rufino, ex lib. VII. hiſt. cap. 13. cum Latina Jo. Chriſtophorſoni verſione ſubjiciam.

Αὐτοκράτωρ καῖσαρ πούπλιος λικίνιος γαλλιῆνος, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, σεβαςὸς, διονυσίῳ, καὶ πίννᾳ, καὶ δημητρίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις. τὴν εὐεργεσίαν τῆς ἐμῆς δωρεᾶς διὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἐκβιβασθῆναι προσέταξα, ὅπως ἀπὸ τόπων τῶν θρησκευσίμων ἀποχωρήσωσι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς τῆς ἀντιγραφῆς τῆς ἐμῆς τῷ τύπῳ χρῆσθαι δύνασθε, ὥστε μηδένα ὑμῖν ἐνοχλεῖν. καὶ τοῦτο ὅπερ κατὰ τὸ

Imperator Cæſar Publius Licinius GALLIENUS, Pius, Felix, Auguſtus, Dionyſio, Pinnæ, Demetrio, & cæteris epiſcopis Salutem. Meæ munificentiæ beneficium per univerſum orbem divulgari præcepi, ut qui loca illa religioſa, quæ ſpectant ad Chriſtianos, obtinent, ab illis ſtatim diſcedant. Et propterea vos mearum literarum exemplari uti poteritis, quo nemo deinceps vobis quicquam

ἐξὸν δύναται ὑφ' ὑμῶν ἀναπληρῦσθαι, ἤδη πρὸ πολλῦ ὑπ' ἐμοῦ συγκεχώρηται. καὶ διὰ τῦτο αὐρήλιος κυρήνιος ὁ τῦ μεγίςου πράγματος προςατεύων, τὸ τύπον τὸν ὑπ' ἐμοῦ δοθέντα διαφυλάξει.

faceſſat moleſtiæ. Atque iſtud quod nunc libere & pro arbitratu à vobis expleri queat, jam pridem à me erat conceſſum. His de cauſis Aurelius Cyrenius qui ſummam rerum ſecundum me adminiſtrat, literarum etiam exemplar conſervavit.

XII. Ante DIOCLETIANI perſecutionem quantopere Cæſares a Chriſtianorum contemtu vel odio alieni fuerint, Euſebius in limine libri octavi demonſtrat exemplis eorum, quos ex CHriſti diſciplina ad præfecturas & ſummas evexerint dignitates: addit autem ſuccedentia ex libertate & rebus ſecundis, viria Chriſtianorum, & Eccleſiaſticorum contentiones iram Numinis ſollicitaſſe, & hoſtibus dediſſe anſam Eccleſiis inſultandi. Locus eſt luculentus, quem adſcribam ex verſione antiqua Rufini: *Ante noſtri temporis perſecutionem, quam mirabiliter, quamque magnifice per univerſum mundum* u) *ſermo CHriſti & pietatis doctrina profecerit, & in quantum ſublimitatis aſcenderit, enarrare, vires noſtras ſuperat. Noſſe tamen & ex hoc poſſibile eſt, quod aliquanti ex principibus Romanis, & facultatem regendi provinciis,* x) *jurisque dicendi noſtris præbebant: & conjugibus* y) *& miniſtris, atque univerſæ domui ſuæ, non ſolum credere in dominum JEſum CHriſtum, verum etiam cum omni fiducia ac libertate in fide agere ſinebant: ita ut illos ſibi fideles ac familiares ducerent, de quibus certi erant, quod pro fide CHriſti nihil perfidum ſaperent. Sicut fuit opinatiſſimus ille* Dorotheus z) *in cubiculo regum,* a) *qui propter fidem Domini fideliſſimus in omnibus habebatur. Unde*

u) παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις.

x) τὰς τῶν ἐθνῶν ἡγεμονίας.

y) PRISCA Diocletiani conjuge, & VALERIA filia, nupta Galerio. Vide quæ viri docti ad Lactant. de mortibus perſecutor. c. 15. & de SERENA ac SUSANNA Triſtanum T. 3. p. 343.

z) vide Euſeb. VII. 32. & acta Indes Domnæ apud Surium 28. Decembr.

a) Diocletiani Imp.

& cunctis præferri honore meruit & amore. Cum quo & Gorgonius, b) *cæterique cum ipſis in Domino fideles, vel qui intra palatium in ſummis honoribus erant, vel qui ad provincias gubernandas, præferri cæteris fidei contemplatione merebantur. Jam vero multitudines coeuntium intra eccleſias populorum,* c) *& præcipue in diebus feſtis innumeras catervas per loca ſingula confluentes, quis digne poterit explicare? cum ne ipſa quidem antiqua receptacula ſufficerent, ſed quotidie orationum domus dilatarentur, ita ut amplitudo earum concludere inſtar urbium* d) *videretur. Sic per tempus plurimum eccleſiarum ſtatus incrementis proſperioribus augebatur, & gloria earum terris excedens, & cuncta ſupereminens, feſtinare videbatur ad cœlum. Nulla enim occurrebat invidia, nullus livor nequiſſimi dæmonis obviabat: quoniam quidem cœleſtis dextræ fulciebatur auxilio populus, etiam tum bene de Deo pro pietatis cultu, & juſtitiæ obſervatione promeritus. Verum ubi ex multa libertate, multaque indulgentia vitiati ſunt mores, & diſciplina corrupta eſt, dum alter alteri invidemus, & alter alteri derogamus: dumque nos invicem mordemus & incuſamus, & adverſum noſmetipſos inteſtina prælia commovemus: dum verborum jaculis proximorum corda terebramus, dum principes cum principibus, populi cum populis, ſeditiones & certamina concitamus: dum ſimulatio in vultu, dolus in corde, fallacia proferturin verbis, & malorum per ſingula cumulus intumeſcit: Divina providentia jacturam diſciplinæ populo ſuo illatam, ex plurima pace & nimia ſui lenitate proſpiciens, aggreditur primo ſenſim refrenare lapſantes, & integro adhuc eccleſiæ ſtatu, congregationibusque manentibus, indulget interim eos qui erant in militia* e) *tantum, Gentilium perſecutione pulſari. Sed cum nullus ex hoc clementiæ ejus intellectus populis redderetur, quin potius velut ignorantes Deum, absque Divina providentia res agi ducerent, & per hoc eo magis*

b) De hujus Gorgonii & Dorothei martyrio Baronius ad martyrolog. Rom. 9. Sept.

c) *τὰς μυριάνδρους ἐκείνας συναγωγὰς, καὶ τὰ πλήθη τῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν ἀθροισμάτων.*

d) alius in Græcis ſenſus: *μηδαμῶς ἔτι τοῖς παλαιοῖς οἰκοδομήμασιν ἀρκούμενοι, εὐρείας εἰς πλάτος ἀνὰ πάσας τὰς πόλεις ἐκ θεμελίων ἀνίστων ἐκκλησίας. ut priſcis ædificiis jam non contenti, in ſingulis urbibus ſpatioſas jam ab ipſis fundamentis exſtruerent Eccleſias.* Valeſ.

e) adde Euſebium Valeſii p. 295. 317.

magis perſiſterent in malis ſuis, atque ipſi qui duces populi videbantur & principes, Divini mandati immemores effecti, adverſum ſe invicem contentionibus, zelo, livore, ſuperbia, inimicitiis atque odiis inflammarentur, ita ut tyrannidem potius quam ſacerdotium tenere ſe crederent, Chriſtianæ humilitatis & ſinceritatis obliti, ſacra myſteria profanis mentibus celebrarent, tunc demum ſecundum vocem Hieremiæ prophetæ : f) Obſcuravit Dominus in ira filiam Sion : & dejecit de cœlo gloriam Iſrael, nec rememoratus eſt ſcabellum pedum ſuorum in die iræ ſuæ.

XIII. De MAXENTIO Maximiani Herculii filio, Euſebius VIII. 14. *ἀρχόμενος μὲν, τὴν καθ' ἡμᾶς πίστιν ἐπ' ἀρεσκείᾳ καὶ κολακείᾳ τοῦ δήμου Ῥωμαίων καθυπεκρίνατο. Ταύτῃ τε τοῖς ὑπηκόοις τὸν κατὰ Χριστιανῶν ἀνεῖναι προστάττει διωγμὸν, εὐσέβειαν ἐπιμορφάζων, καὶ ὡς ἂν δεξιὸς καὶ πολὺ πρᾶος παρὰ τοὺς προτέρους φανείη.* Rufin. *Maxentius qui in urbe Roma tyrannidem ceperat, primo velut incitandæ erga ſe plebis gratia Fidei noſtræ veneratorem ſe eſſe ſimulabat, & ob hoc perſecutiones reprimi, omnesque injurias a Chriſtianis arceri jubet.*

XIV. GALERIUS Maximianus, CONSTANTINUS, LICINIUS g) A. C. 311. hoc in favorem Chriſtianorum p[ropoſue]runt edictum Nicomediæ, quod Latine ſervavit Lactantius [c. 34] de mortibus perſecutorum, Græce vertit Euſebius VIII. 17. quod præmiſſa quæ apud ſolum Euſebium exſtat inſcriptione cum Latina verſione adponam.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ ΓΑΛΕΡΙΟΣ *Οὐαλέριος* ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΣ, *ἀνίκητος, σεβαστὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος. Γερμανικὸς μέγιστος, Αἰγυπτιακὸς μέγιστος, Θηβαϊκὸς μέγιστος, Σαρματικὸς μέγιστος, πεντάκις Περσῶν μέγιστος, δὶς Καρπων*

Imperator Cæſar GALERIUS Valerius MAXIMIANUS invictus, Auguſtus, Pont. Max. Germanicus maximus, Ægyptiacus max. Thebaicus max. Sarmaticus max. h) *quinquies Perſicus maximus, ſecundo Carpicus max. ſexto Armeniacus max. Medicus*

f) Jeremiæ Thren. II. 1.

g) Licinii mentio apud Nicephor. VII. 23. & in quibusdam Euſebii edit. & in Rufini verſione omittitur.

h) Etiam *Britannicus Maximus* Galerius apud Reineſ. pag. 32[.] Inſcript.

πῶν μέγιστος, ἑξάκις Ἀρμενίων μέγιστος, Μήδων μέγιστος, Ἀδιαβηνῶν μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ εἰκοστὸν, αὐτοκράτωρ ἐννεακαιδέκατον, ὕπατος τὸ ὄγδοον, πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος.

Καὶ Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάυϊος Οὐαλέριος ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἀνίκητος σεβαστὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας ε, Αὐτοκράτωρ τὸ πέμπτον, ὕπατος, πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος.

Καὶ Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Οὐαλέριος ΛΙΚΙΝΝΙΑΝΟΣ, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἀνίκητος, σεβαστὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τ. τέταρτον, αὐτοκράτωρ τὸ τρίτον, ὕπατος, πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος, ἐπαρχιώταις ἰδίοις χαίρειν.

Μεταξὺ τῶν λοιπῶν ἅπερ ὑπὲρ τοῦ χρησίμου καὶ λυσιτελοῦς τοῖς δημοσίοις διατυπούμεθα, ἡμεῖς μὲν βεβουλήμεθα πρότερον κατὰ τοὺς ἀρχαίους νόμους καὶ τὴν δημοσίαν ἐπιστήμην τὴν τῶν Ῥωμαίων, ἅπαντα ἐπανορθώσασθαι, καὶ τούτου πρόνοιαν ποιήσασθαι, ἵνα καὶ οἱ Χριστιανοὶ, οἵτινες τῶν γονέων τῶν ἑαυτῶν καταλελοίπασι τὴν αἵρεσιν, εἰς ἀγαθὴν πρόθεσιν ἐπανέλθοιεν. ἐπείπερ τινὶ λογισμῷ τοσαύτη αὐτοὺς πλεονεξία κατεσχήκει καὶ ἄνοια κατειλήφει, ὡς

max. Adiabenicus maximus, Tribunitiæ Pot. XX Imperator XIX. Conſul VIII. Pater Patriæ, ProConſul.

Et Imperator Cæſar Flavius Valerius CONSTANTINUS, Pius, Felix, Invictus, Auguſtus, Pontifex max. Tribunitiæ poteſtatis V. Imperator V. Conſul, Pater Patriæ, Proconſul.*

Et Imperator Cæſar Valerius LICINIUS, Pius, Felix, invictus, Auguſtus, Pontifex max. Tribunitiæ Poteſtatis IV. Imperator III. Conſul, Pater Patriæ, Proconſul, Provincialibus ſuis Salutem.

e Lactantio.

Inter cætera quæ pro reipublicæ ſemper commodis atque utilitate diſponimus, nos quidem volueramus antehac juxta leges veteres & publicam diſciplinam Romanorum cuncta corrigere, atque id providere, ut etiam Chriſtiani, qui parentum ſuorum reliquerant ſectam, ad bonas mentes redirent. Siquidem quadam ratione tanta eoſdem Chriſtianos voluntas invaſiſſet, & tanta ſtultitia occupaſſet, ut non illa veterum inſtituta ſequerentur, quæ forſitan primi

μὴ ἕπεσθαι τοῖς ὑπὸ τῶν πάλαι καταδειχθεῖσιν, ἅπερ ἴσως πρότερον καὶ οἱ γονεῖς αὐτῶν ἦσαν καταστήσαντες, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτῶν πρόθεσιν καὶ ὡς ἕκαστος ἐβούλετο, οὕτως ἑαυτοῖς καὶ νόμους ποιῆσαι, καὶ τούτους παραφυλάττειν, καὶ ἐν διαφόροις διάφορα πλήθη συνάγειν. τοιγαροῦν τοιούτου ὑφ᾽ ἡμῶν προστάγματος παρακολουθήσαντος, ὥς τε ἐπὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων κατασταθέντα ἑαυτοὺς μεταθήσαιεν, πλεῖστοι μὲν κινδύνῳ ὑποβληθέντες, πλεῖστοι δὲ ταραχθέντες, παντοίους θανάτους ὑπέφερον. καὶ ἐπειδὴ τῶν πολλῶν τῇ αὐτῇ ἀπονοίᾳ διαμενόντων, ἑωρῶμεν μήτε τοῖς θεοῖς τοῖς ἐπουρανίοις τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν προσάγειν αὐτούς, μήτε τῷ τῶν Χριστιανῶν προσέχειν, ἀφορῶντες εἰς τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν διηνεκῆ συνήθειαν, δι᾽ ἧς εἰώθαμεν ἅπασιν ἀνθρώποις συγγνώμην ἀπονέμειν, προθυμότατα καὶ ἐν τούτῳ τὴν συγχώρησιν τὴν ἡμετέραν ἐπεκτεῖναι δεῖν ἐνομίσαμεν. ἵνα αὖθις ὦσι Χριστιανοί, καὶ τοὺς οἴκους ἐν οἷς συνήγοντο συνθῶσιν οὕτως, ὥς τε μηδὲν ὑπεναντίον τῆς ἐπιστήμης αὐτοὺς πράττειν. δι᾽ ἑτέρας δὲ ἐπιστολῆς τοῖς δικασταῖς δηλώσομεν, τί αὐτοὺς παραφυλάξασθαι δεήσει. ὅθεν κατὰ ταύτην τὴν συγχώρησιν τὴν ἡμετέραν, ὀφείλουσι τὸν ἑαυτῶν θεὸν ἱκετεύειν περὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, καὶ τῶν δημοσίων, καὶ τῆς ἑαυτῶν, ἵνα κατὰ πάντα τρόπον καὶ τὰ δημόσια παρέχηται ὑγιῆ, καὶ ἀμέριμνοι ζῆν ἐν τῇ ἑαυτῶν ἑστίᾳ δυνηθῶσι.

parentes eorundem conſtituerant, ſed pro arbitrio ſuo atque ut bisdem erat libitum, ita ſibimet leges facerent quas obſervarent, & per diverſa i) *varios populos congregarent. Denique cum ejusmodi noſtra juſſio exſtitiſſet ut ad veterum ſe inſtituta conferrent, multi periculo ſubjugati, multi etiam deturbati ſunt; atque cum plurimi in propoſito perſeverarent, ac videremus nec Diis eosdem cultum ac religionem debitam exhibere, nec Chriſtianorum Deum obſervare, contemplationem mitiſſimæ noſtræ clementiæ intuentes, & conſuetudinem ſempiternam, qua ſolemus cunctis hominibus veniam indulgere, promptiſſimam in his quoque indulgentiam noſtram credidimus porrigendam, ut denuo ſint Chriſtiani, & conventicula ſua componant, ita ut ne quid contra diſciplinam agant. Alia autem epiſtola judicibus ſignificaturi ſumus, quid debeant obſervare. Unde juxta hanc indulgentiam noſtram debebunt Deum ſuum orare pro ſalute noſtra & rei publicæ ac ſua, ut undiqueverſum res publica perſtet incolumis, & ſecuri vivere in ſedibus ſuis poſſint.*

i) *loca* cum illuſtri Gisb. Cupero intellige.

XV. MAXIMINUS cui hoc edictum diſplicebat, ἀντὶ τοῦ προτεθέντος γράμματος, λόγῳ προστάττει τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἄρχουσι τὸν καθ' ἡμῶν ἀνεῖναι πόλεμον, illius loco coram voce dumtaxat & ἀγράφῳ προστάγματι mandavit præſidibus quos ex Orientis provinciis ſecum habebat, ut ab oppugnatione Chriſtianorum abſtinerent, qui διὰ γραφῆς & ſcripto hanc παρακέλευσιν ſive mandatum hoc Imperatoris aliis præſidibus ſignificårunt, cujus exemplum à *Sabino* præfecto prætórii ad præſides provinciarum datum, ex Euſebii, qui e Latino Græce vertit, lib, IX. I, ita ſe habet:

Λιπαρωτάτῃ καὶ καθωσιωμένῃ σπουδῇ ἡ θειότης τῶν δεσποτῶν ἡμῶν θειοτάτων αὐτοκρατόρων, πάντων τῶν ἀνθρώπων τὰς διανοίας πρὸς τὴν ὁσίαν καὶ ὀρθὴν τοῦ ζῆν ὁδὸν περιαγαγεῖν ἔτι πάλαι ὥρισεν. ὅπως καὶ οἱ ἀλλοτρίᾳ Ῥωμαίων συνηθείᾳ ἀκολουθεῖν δοκοῦντες, τὰς ὀφειλομένας θρησκείας τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς ἐπιτελοῖεν. ἀλλ' ἡ τινῶν ἔνστασις καὶ τραχυτάτη βουλὴ εἰς τοσοῦτον περιέστη, ὡς μήτε λογισμῷ δικαίῳ τῆς κελεύσεως δύνασθαι ἐκ τῆς ἰδίας προθέσεως ἀναχωρεῖν, μήτε τὴν ἐπικειμένην τιμωρίαν αὐτοὺς ἐκφοβεῖν. ἐπειδὴ τοίνυν συνέβαινεν ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου πολλοὺς εἰς κίνδυνον ἑαυτοὺς περιβάλλειν, κατὰ τὴν προσοῦσαν εὐγένειαν τῆς εὐσεβείας ἡ θειότης τῶν δεσποτῶν ἡμῶν τῶν δυνατωτάτων αὐτοκρατόρων, ἀλλότριον εἶναι τῆς προθέσεως τῆς θειοτάτης τῆς ἰδίας δοκιμάζουσα τὸ ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας εἰς τοσοῦτον κίνδυνον τοὺς ἀνθρώπους περιβάλλειν, ἐκέλευσε διὰ τῆς

Jampridem Majeſtas Dominorum noſtrorum, ſacratiſſimorum Principum, aſſidua ac devota ſollicitudine omnium mortalium mentes ad piam rectamque vivendi rationem traducere inſtituerat, ut & ii qui peregrinas & ab inſtitutis Romanorum alienas cærimonias amplecti videbantur, debitos cultus Diis immortalibus exhiberent. Verum pertinacia quorumdam & obſtinata mentis duritia eo uſque proceſſit, ut neque ipſa Imperialis præcepti juſtitia eos à propoſito revocare, nec imminentis ſupplicii gravitas deterrere potuerit. Cum igitur acciderit ut ea de cauſa plurimi ſeſe in abrupta pericula conjicerent, Majeſtas Dominorum noſtrorum, fortiſſimorum Principum pro inſita ſibi pietate atque clementia, alienum à ſanctisſimo ſuo propoſito eſſe judicans, ut ex ejus-

 ἐμῆς

ἐμῆς καθοσιώσεως τῇ σῇ ἀγχινοίᾳ διαχαράξαι· ἵν᾽ εἴ τις τῶν Χρισιανῶν τȣ̃ ἰδίȣ ἔθνȣς τὴν θρησκείαν μετιὼν εὑρεθείη, τῆς κατ᾽ αὐτȣ̃ ἐνοχλήσεως καὶ τȣ̃ κινδύνȣ αὐτὸν ἀποστήσειας, καὶ μή τινα ἐκ ταύτης τῆς προφάσεως τιμωρίᾳ κολαστέον νομίσειας. ὁπότε τῇ τοσȣ́τȣ χρόνȣ συνελεύσει συνέστη αὐτȣ̀ς μηδενὶ τρόπῳ πεπεῖσθαι δεδυνῆσθαι, ὅπως ἀπὸ τῶν τοιȣ́των ἐνστάσεων ἀναχωρήσαιεν. ἐπιστεῖψαι τοιγαρȣ̃ν πρὸς τȣ̀ς λογιστὰς καὶ τȣ̀ς στρατηγȣ̀ς καὶ τȣ̀ς πραιποσίτȣς τȣ̃ πάγȣ k) ἑκάστης πόλεως ἡ σὴ ἐπιστρέφεια ὀφείλει.

modi occaſione in tanta diſcrimina homines adducantur, noſtra devotioni præcepit, ut ad tuam ſolertiam literas darem: quo ſi quis forte Chriſtianorum gentis ſuæ religionem obſervare deprehenſus fuerit, eum omni moleſtia ac diſcrimine liberes, neque ob hanc cauſam ulla pœna afficiendum cenſeas. Quippe cum tam longo jam temporis tractu compertum fuerit, eos nulla ratione adduci poſſe ut ab hujusmodi pertinacia abſcedant. Scribere igitur ad Curatores & Magiſtratus, & ad Præpoſitos pagorum ſingularum civitatum tua debet induſtria, ut ſciant ſibi in poſterum hujus negotii amplius curam agere non licere.

XVI. Idem Maximinus, licet Chriſtianorum interim hoſtis & perſecutor, tamen poſt victum A. C. 312. Maxentium hoc ad Sabinum reſcriptum edidit, quod itidem ex Euſebii IX. 9. Hiſt. adjungam, ne quod ex primorum Imperatorum edictis Eccleſiæ faventibus deſideretur.

Ἰόβιος Μαξιμῖνος Σεβαστὸς, Σαβίνῳ· καὶ παρὰ τῇ σῇ στιβαρότητι καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις φανερὸν εἶναι πέποιθα, τȣ̀ς δεσπότας ἡμῶν Διοκλητιανὸν καὶ Μαξιμιανὸν τȣ̀ς ἡμετέρȣς πατέρας, ἡνίκα συνεῖδον σχεδὸν ἅπαντας ἀνθρώπȣς καταλειφθείσης τῆς τῶν Θεῶν θρησκείας, τῷ ἔθνει τῶν Χρι-

JOVIUS MAXIMINUS AUGUSTUS, SABINO. *Et gravitati tuæ & cunctis mortalibus notum eſſe arbitror, qualiter Domini ac parentes noſtri Diocletianus & Maximianus, cum cunctos fere homines relicto Deorum immortalium cultu ad Chriſtianorum ſectam*

k) τῶν πάγων Salmaſ. p. 318. ad Trebellii Pollionis 30 Tyrannos.

στιανῶν ἑαυτοὺς συμμεμιχότας, ὀρθῶς διατεταχέναι πάντας ἀνθρώπους τοὺς ἀπὸ τῆς τῶν αὐτῶν Θεῶν τῶν ἀθανάτων θρησκείας ἀναχωρήσαντας, προδήλῳ κολάσει καὶ τιμωρίᾳ εἰς τὴν θρησκείαν τῶν Θεῶν ἀνακληθῆναι. ἀλλ' ὅτε ἐγὼ εὐτυχῶς τὸ πρῶτον εἰς τὴν ἀνατολὴν παρεγενόμην, καὶ ἔγνων εἰς τινας τόπους πλείστους τῶν ἀνθρώπων τὰ δημόσια ὠφελεῖν δυναμένους, ὑπὸ τῶν δικαστῶν διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν ἐξορίζεσθαι, ἑκάστῳ τῶν δικαστῶν ἐντολὰς δέδωκα, ὥστε μηδένα τούτων τοῦ λοιποῦ προσφέρεσθαι τοῖς ἐπαρχιώταις ἀπηνῶς, ἀλλὰ μᾶλλον κολακείαις καὶ προτροπαῖς πρὸς τὴν τῶν Θεῶν θρησκείαν αὐτοὺς ἀνακαλεῖν. τηνικαῦτα οὖν ὅτε ἀκολούθως τῇ κελεύσει τῇ ἐμῇ ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἐφυλάττετο τὰ προστεταγμένα, συνέβαινε μηδένα ἐκ τῆς ἀνατολῆς μερῶν, μή τε ἐξόριστον μή τε ἐνύβριστον γίνεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ τοῦ μὴ βαρέως κατ' αὐτῶν τι γίνεσθαι, εἰς τὴν τῶν Θεῶν θρησκείαν ἀνακεκλῆσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα ὅτε τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ εὐτυχῶς ἐπέβην εἰς τὴν Νικομήδειαν, κἀκεῖ διετέλουν, παρεγένοντο πολῖται τῆς αὐτῆς πόλεως πρός με ἅμα μετὰ τῶν ξοάνων τῶν Θεῶν, μειζόνως δεόμενοι, ἵνα παντὶ τρόπῳ τὸ τοιοῦτον ἔθνος μηδαμῶς ἐπιτρέποιτο ἐν τῇ αὐτῶν πατρίδι οἰκεῖν.

ſe applicuiſſe cernerent, recte atque ordine conſtituerunt, ut quicumque à Deorum ſuorum religione deſciviſſent, publica animadverſione & ſupplicio ad eorundem cultum revocarentur. Ego vero cum in Orientis provincias felicibus auſpiciis primum veniſſem, comperiſſemque quamplurimos homines qui Reipublicæ uſui eſſe poſſent, ob eam quam dixi cauſam à Judicibus in certa loca relegari; ſingulis Judicibus in mandatis dedi, ne quis eorum deinceps adverſus provinciales atrociter ſæviret; ſed ut potius blanditiis & adhortationibus ad Deorum cultum eos revocare conarentur. Quamdiu igitur juxta mandatum Majeſtatis noſtræ, hæc à Judicibus prout juſſeram obſervata ſunt, nemo ex partibus Orientis aut relegatus, aut contumelia affectus eſt. Quin potius Provinciales noſtri eo quod clementius cum ipſis agebatur, ad Numinum cultum redierunt. Poſtea vero cum anno præterito Nicomediam feliciter eſſem ingreſſus, cives ejus urbis me illic degentem adierunt cum Deorum ſimulacris; obnixe orantes, ne hujuſmodi ho-*

* A. C. 311.

ἀλλ' ὅτε ἔγνων πλείςȣς τῆς αὐτῆς θρησκείας ἄνδρας ἐν αὐτοῖς τοῖς μέρεσιν οἰκεῖν, ὕτως αὐτοῖς τὰς ἀποκρίσεις ἀπένειμον. ὅτι τῇ μὲν αἰτήσει αὐτῶν ἀσμένως χάριν ἔσχηκα, ἀλλ' ὐ παρὰ πάντων τῦτο αἰτηθὲν κατεῖδον. εἰ μὲν οὖν τινὲς εἶεν τῇ αὐτῇ δεισιδαιμονίᾳ διαμένοντες, ὕτως ἕνα ἕκαςον ἐν τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει τὴν βȣ́λησιν ἔχειν. καὶ εἰ βȣ́λοιντο τὴν τῶν Θεῶν θρησκείαν ἐπιγινώσκειν. ὅμως καὶ τοῖς τῆς αὐτῆς πόλεως Νικομηδεῦσι, καὶ ταῖς λοιπαῖς πόλεσιν αἳ καὶ αὐταὶ εἰς τοσῦτον τὴν ὁμοίαν αἴτησιν περισπȣδάςως πρός με πεποιήκασιν, δῆλον ὅτι ἵνα μή τις τῶν χριςιανῶν ταῖς πόλεσιν ἐνοικοίη, ἀνάγκην ἔσχον προσφιλῶς ἀποκρίνασθαι, ὅτι δὴ αὐτὸ τῦτο καὶ οἱ ἀρχαῖοι αὐτοκράτορες πάντες διεφύλαξαν. καὶ αὐτοῖς τοῖς Θεοῖς δι' ὧς πάντες ἄνθρωποι καὶ αὐτὴ ἡ τῶν δημοσίων διοίκησις συνίςαται, ἤρεσεν οὖν, ὥςε τὴν τοιαύτην αἴτησιν ἣν ὑπὲρ τῆς θρησκείας τῦ θείȣ αὐτῶν ἀναφέρȣσι, βεβαιώσαιμι. τοιγαρῦν εἰ καὶ τὰ μάλιςα καὶ τῇ σῇ καθοσιώσει πρὸ τύτȣ τῦ χρόνȣ διὰ γραμμάτων ἐπέςαλται, καὶ δι' ἐντολῶν ὁμοίως κεκέλευσαι, ἵνα μὴ κατὰ τῶν ἐπαρχιωτῶν τὸ τοιῦτον ἔθνος διαφυλάξαι ἐπιμεληθέντων, μηδὲν τραχέως, ἀλλὰ ἀνεξικάκως καὶ συμμέ-

minum genus in ſua civitate habitare omnino ſineretur. Sed quoniam complures hujus religionis viros illis in partibus degere cognoveram, hoc eis reſponſum dedi, me quidem eorum petitioni libenter gratificaturum; ſed non animadvertere idipſum ex æquo ab omnibus poſtulari. Quod ſi qui ſint qui in Chriſtianorum ſuperſtitione permaneant, unumquemque pro arbitratu ac mentis ſuæ propoſito eligere quod vellet; & ſi Deorum religionem amplecti vellent, perinde id licere. Sed tamen & Nicomedienſibus, & reliquis civitatibus quæ eandem ad me petitionem cum ſumma contentione detulerant, ut videlicet nullus Chriſtianorum in ſuis urbibus habitaret, neceſſe habui benigne reſpondere: quando ita obſervatum fuiſſet à cunctis retro Imperatoribus; Diis quoque immortalibus per quos genus humanum & Reipublicæ permanet ſtatus, idipſum placuiſſet: me quoque hujuſmodi petitionem quam [illegible] Deorum ſuorum ad me detulerunt, confirmaturum. Quamobrem [illegible] jam antea ſæpe devotioni tuæ partim per literas ſcripſi, partim [illegible]

τρως συμπεριφέροιντο αὐτοῖς. ὅμως ἵνα μή τε ὑπὸ τῶν βενεφικιαλίων, μή τε ὑπ᾽ ἄλλων τῶν τυχόντων, ὕβρεις, μή τε σεισμοὺς ὑπομένοιεν, ἀκόλουθον ἐνόμισα, καὶ τούτοις τοῖς γράμμασι τὴν σὴν στιβαρότητα ὑπομνῆσαι, ὅπως ταῖς κολακείαις καὶ ταῖς προτροπαῖς μᾶλλον, τὴν τῶν Θεῶν ἐπιμέλειαν τοὺς ἡμετέρους ἐπαρχιώτας ποιήσειας ἐπιγινώσκειν. ὅθεν εἴ τις τῇ οἰκείᾳ προαιρέσει τὴν θρησκείαν τῶν Θεῶν ἐπιγνωστέον προσλάβοι, τούτους ὑποδέξασθαι προσήκει· εἰ δέ τινες τῇ ἰδίᾳ θρησκείᾳ ἀκολουθεῖν βούλοιντο, ἐν τῇ αὐτῶν ἐξουσίᾳ καταλίποις. διόπερ ἡ σὴ καθοσίωσις τὸ ἐπιτραπέν σοι διαφυλάττειν ὀφείλει, καὶ μηδενὶ ἐξουσία δοθῇ, ὥστε τοὺς ἡμετέρους ἐπαρχιώτας ὕβρεσι καὶ σεισμοῖς ἐπιτρίψαι. ὁπότε, ὥσπερ προγέγραπται, ταῖς προτροπαῖς μᾶλλον καὶ ταῖς κολακείαις πρὸς τὴν τῶν Θεῶν θρησκείαν τοὺς ἡμετέρους ἐπαρχιώτας προσήκει ἀνακαλεῖν. ἵνα δὲ αὕτη ἡμῶν ἡ κέλευσις εἰς γνῶσιν πάντων τῶν ἐπαρχιωτῶν τῶν ἡμετέρων ἔλθῃ, διατάγματι ὑπὸ σοῦ προτεθέντι τὸ κεκελευσμένον ὀφείλεις δηλῶσαι.

ram in mandatis dedi, ut adverſus Provinciales qui hunc Chriſtianæ religionis ritum retinere voluerint, Provinciarum Rectores nihil acerbe ſtatuant, ſed potius clementer & moderate indulgeant, ſeque illis accommodent: Tamen ne forte à Beneficiariis aut quibuscunque aliis injurias & concuſſiones patiantur, his etiam literis gravitatem tuam admonendam eſſe exiſtimavi, ut Provinciales noſtros blanditiis potius & exhortationibus ad Deorum curam ac providentiam agnoſcendam allicias. Itaque ſi quis ſua ſponte Deorum cultum ſuſcipiendum agnoverit, hunc ambabus ulnis amplecti oportet. Quod ſi qui religioni ſuæ inhærere maluerint, arbitrio ac poteſtati ſuæ ſunt permittendi. Debet igitur devotio tua quod ipſi mandatum eſt ſedulo obſervare; nec provinciales noſtros injuriis aut concuſſionibus opprimendi licentia cuiquam concedatur: cum potius, uti jam dictum eſt, cohortationibus blandisque illecebris ad Deorum cultum revocandi ſint.

Porro ut hoc præceptum Majeſtatis noſtræ univerſis provincialibus innoteſcat, edicto abs te propoſito juſſionem noſtram publicari curabis.

XVII.

XVII. Non diu poſt 3. Kal. Maji A. C. 313. victus a Licinio, l) novum iterum edictum publicavit paullo ante obitum, quod apud Euſeb. IX. 10. exſtat his verbis:

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γάϊος Οὐαλέριος Μαξιμῖνος, Γερμανικὸς, Σαρματικὸς, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Ἀνίκητος, Σέβαστος. Κατὰ πάντα τρόπον ἡμᾶς διηνεκῶς τῶν ἐπαρχιωτῶν τῶν ἡμετέρων τοῦ χρησίμου προνοεῖσθαι δεῖ, καὶ ταῦτα αὐτοῖς βούλεσθαι παρέχειν οἷς τὰ λυσιτελῆ πάντων μάλιστα κατορθοῦται, καὶ ὅσα τῆς λυσιτελείας καὶ τῆς χρησιμότητός ἐστι, τῆς κοινῆς αὐτῶν, καὶ ὁποῖα πρὸς τὴν δημοσίαν λυσιτέλειαν ἁρμόζει, καὶ ταῖς ἑκάστων διανοίαις προσφιλῆ τυγχάνει, οὐδένα ἀγνοεῖν, ἀλλ' ἕκαστον ἀνατρέχειν ἐπ' αὐτὸ τὸ γινόμενον, γινώσκειν τε ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων καὶ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, δῆλον εἶναι πιστεύομεν. ὁπότε τοίνυν πρὸ τούτου δῆλον γέγονε τῇ γνώσει τῇ ἡμετέρᾳ, ἐκ ταύτης τῆς προφάσεως ἐξ ἧς κεκελευσμένον ἦν ὑπὸ τῶν θειοτάτων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τῶν γονέων τῶν ἡμετέρων, τὰς συνόδους τῶν Χριστιανῶν ἐξῃρῆσθαι, πολλοὺς σεισμοὺς καὶ ἀποστερήσεις ὑπὸ τῶν ὀφφικιαλίων γεγενῆσθαι, καὶ εἰς τοὐπιὸν δὲ τοῦτο προχωρεῖν κατὰ τῶν ἐπαρχιωτῶν τῶν ἡμετέρων, ὧν μάλιστα πρόνοιαν τὴν προσήκουσαν γίνεσθαι σπουδάζομεν, τῶν οὐσιῶν τῶν ἰδίων αὐτῶν καταστριβομένων, δο-

Imperator Cæſar Cajus Valerius Maximinus, Germanicus, Sarmaticus, Pius, Felix, Invictus, Auguſtus. Provincialium noſtrorum utilitati omnibus modis nos perpetuo conſulere, eaque ipſis libenter præſtare quæ omnibus maxime fructuoſa ſint, & quæcumque ad communem ipſorum utilitatem & commodum ſpectent, & Reipublicæ inprimis conducant, quæque ſingulis grata ſint & accepta: neminem ignorare, ſed unumquemque res ipſas animo revolventem noſſe ac perſuaſum habere confidimus. Certe cum antea nobis compertum fuiſſet, occaſione legis illius quæ à Divis Diocletiano & Maximiano parentibus noſtris lata erat, ut Chriſtianorum conventus penitus abolerentur; multas concuſſiones prædaſque ab officialibus factas eſſe, atque hoc malum indies longius ſerpere adverſus Provinciales noſtros quibus maxime conſultum volumus, quorum facultates hoc prætextu graviter atteruntur: ſuperiore anno datis ad ſingulos Provinciarum Præſides literis ſtatuimus, ut ſi quis adhærere huic ſectæ, & religionis illius obſervantiam ſequi vellet, ei liceret abſque ullo impedimento in propoſito ſuo permanere, nec ullus eum

θέιτω

l) Vide Lactantium c. 47. de mortibus perſecutorum, & Euſeb. lib. 1. de vita Conſtantini c. 58.

θέντων γραμμάτων πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἑκάστης ἐπαρχίας τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ, ἐνομοθετήσαμεν ἵν' ἐάν τις βούλοιτο τῷ τοιούτῳ ἔθει ἢ τῇ αὐτῇ φυλακῇ τῆς αὐτῆς θρησκείας ἕπεσθαι, τοῦτον ἀνεμποδίστως ἔχεσθαι τῆς προθέσεως τῆς ἑαυτοῦ, καὶ ὑπὸ μηδενὸς ἐμποδίζεσθαι μὴ ἢ κωλύεσθαι. καὶ εἶναι αὐτοῖς ἐλευθερίαν, ἄνευ τινὸς φόβου καὶ ὑποψίας, τοῦθ' ὅπερ ἑκάστῳ ἀρέσκει ποιεῖν. πλὴν οὐδὲ νῦν λαθεῖν ἡμᾶς ἐδυνήθη, ὅτι τινὲς τῶν δικαστῶν παρενεθυμοῦντο τὰς ἡμετέρας κελεύσεις, καὶ διστάζειν τοὺς ἡμετέρους ἀνθρώπους περὶ τὰ προστάγματα τὰ ἡμέτερα παρεσκεύασαν, καὶ ὀκνηρότερον προσιέναι ταύταις ταῖς θρησκείαις αἷς ἦν ἀρεστὸν αὐτοῖς, ἐποίησαν. ἵνα τοίνυν εἰς τὸ ἑξῆς πᾶσα ὑποψία ἀμφιβολίας ἢ φόβου περιαιρεθῇ, τοῦτο τὸ διάταγμα προτεθῆναι ἐνομοθετήσαμεν. ἵνα πᾶσι δῆλον γένηται, ἐξεῖναι τούτοις οἵτινες ταύτην τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν θρησκείαν μετιέναι βούλονται, ἐκ ταύτης τῆς δωρεᾶς τῆς ἡμετέρας, καθὼς ἕκαστος βούλεται ἢ ἡδέον αὐτῷ ἐστιν, οὕτως προσιέναι τῇ θρησκείᾳ ταύτῃ ἣν ἐξ ἔθους θρησκεύειν εἵλετο. καὶ τὰ κυριακὰ δὲ τὰ οἰκεῖα ὅπως κατασκευάζοιεν, συγχωρεῖται. ἵνα μέντοι καὶ μείζων γένηται ἡ ἡμετέρα δωρεά, καὶ τοῦτο νομοθετῆσαι κατηξιώσαμεν. ἵν' εἴ τινες οἰκίαι καὶ χωρία τοῦ δικαίου τῶν χριστιανῶν πρὸ τούτου ἐτύγχανεν ὄντα, ἐκ τῆς κελεύσεως τῶν γονέων τῶν ἡμετέρων εἰς τὸ δίκαιον μετεπεσε τοῦ φίσκου, ἢ ὑπό τινος κατελήφθη πόλεως. εἴτε διάπρασις

impedire aut prohibere auderet; ſed ut quiſque eorum id quod ſibi libitum eſſet, ſine ullo metu ac ſuſpicione, agendi licentiam haberet. Verum ne nunc quidem latere nos potuit, quoſdam ex Judicibus præcepta noſtra minus recte in xiſſe, & in cauſa fuiſſe ut ſubdit ſtri juſſionibus noſtris diffiderent, & a ultum religionis illius, quam maxime probabant, cunctantius accederent. Igitur ut omnis impoſterum ſuſpicio metus & ambiguitas adimatur, hoc edictum proponi ſtatuimus, quo cuncti intelligant iis, qui hanc ſectam & relgionem ſequi volunt, ex hac indulgentia Majeſtatis noſtræ licere, prout cuique libitum aut acceptum fuerit, ad eam religionem, cui ex more ſervire conſtituit, colendam accedere. Sed & Dominica ſua ipſis inſtaurare conceditur. Ceterum ut indulgentia noſtra prolixior appareat, illud etiam ſancire voluimus; ut ſi quæ domus aut loca ad jus Chriſtianorum antehac pertinentia, ex juſſione divorum parentum noſtrorum ad jus fiſci devoluta ſint, aut ab aliqua civitate occupata, aut certe vendita, aut alicui dono data; cuncta ad priſtinum jus ac dominium Chriſtianorum revocentur, ut

τέτων γεγόνηται, εἴτε εἰς χάρισμα δέδοταί τινι, ταῦτα πάντα εἰς τὸ ἀρχαῖον δίκαιον τῶν χριστιανῶν ἀνακληθῆναι ἐκελεύσαμεν. ἵνα καὶ ἐν τέτῳ, τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας καὶ τῆς προνοίας αἴσθησιν πάντες λάβωσιν.

hac etiam in re pietatem ac providentiam noſtram cuncti poſſint agnoſcere.

XVIII. Denique LICINIUS, tam gravis & ipſe perſecutor m) Chriſtianorum, tamen labarum Conſtantini ſingulariter veneratus n) poſt victum A. C. 314. Maximinum, hocce ſuo & Conſtantini nomine edictum publicavit, ad quod reſpiciens Jo. Malala in Chronico p. 417. ἐν τῇ αὐτῦ βασιλείᾳ ἐχαρίσατο ἐλευθερίαν o) τοῖς χριστιανοῖς, εἰς τὸ μὴ κρύπτεσθαι αὐτὰς, ἀλλὰ δημοσιεύειν. *Tempore Imperii ſui Chriſtianis libertatem conceſſit, ut non amplius latitarent, ſed publice res ſuas agere eis liceret.* Illud edictum ex Latino Græce verſum exhibet Euſebius lib. X. c. 5. ex quo repetit Nicephorus VII. 41. ego majorem partem Latine ſervatam à Lactantio c. 48. de mortibus perſecutorum, adjungam, atque ita collectionem hanc edictorum Principalium, pro Chriſtianis a non Chriſtianis promulgatorum, poſt Franciſci Balduini & Sam. Petiti lucubrationes a me ſuſceptam obſignabo.

Ἤδη μὲν πάλαι σκοπῦντες τὴν ἐλευθερίαν τῆς θρησκείας ὀυκ ἀρνητέαν εἶναι, ἀλλ᾽ ἑνὸς ἑκάςε τῇ διανοίᾳ καὶ βελήσει ἐξεσίαν δοτέον τὰ θεῖα πράγματα τημελεῖν

Jamdudum quidem, cum animadverteremus non eſſe cohibendam religionis libertatem, ſed uniuscujusque arbitrio ac voluntati permittendum, ut ex animi ſui ſententia rebus Divinis

m) Euſeb. de vita Conſtantini lib. 1. c. 51. ſeq. 55. 58. II. 1. ſeq. 66. & hiſt. X. 8.

n) Id. lib. 2. cap. 16. de vita Conſt.

o) Ad Licinii edicta, & Maximini reſpiciens Euſebius Orat. de laudibus Conſtantini p. 661. celebrat templa Chriſtianorum inſtaurata & aperta ἔτι ἐν τῷ βίῳ περιόντων αὐτῶν δὴ τῶν καθῃρηκότων, *ſuperſtitibus adhuc illis qui ea ſubverterant.* De ejusdem Euſebii Epiſtola ad CONSTANTIAM Licinii Conjugem dixi Vol. VI. Bibl. Græcæ p. 102. Ea Euſebio contra Petavium vindicatur à Tillemontio T. VII. memor. Eccleſ. p. 43. & Jo. Boivino ad Nicephorum Gregoram p. 795.

κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, ἕκαστον κεκελύκειμεν, τοῖς τε Χριστιανοῖς, τῆς αἱρέσεως καὶ τῆς θρησ[illegible]τῆς ἑαυτῶν τὴν πίστιν φυλάττειν. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλαὶ καὶ διάφοροι αἱρέσεις ἐν ἐκείνῃ τῇ ἀντιγραφῇ, ἐν ᾗ τοῖς αὐτοῖς συνεχωρήθη ἡ τοιαύτη ἐξουσία, ἐδόκουν προστεθεῖσθαι σαφῶς, τυχὸν ἴσως τινὲς αὐτῶν μετ' ὀλίγον ἀπὸ τῆς τοιαύτης παραφυλάξεως ἀνεκρούοντο· ὁπότε εὐτυχῶς ἐγὼ Κωνσταντῖνος ὁ Αὔγουστος, κἀγὼ Λικίννιος ὁ Αὔγουστος, ἐν τῇ Μεδιολάνῳ ἐληλύθειμεν, καὶ πάντα ὅσα πρὸς τὸ λυσιτελὲς καὶ τὸ χρήσιμον τῷ κοινῷ διέφερεν, ἐν ζητήσει ἔχομεν, ταῦτα μεταξὺ τῶν λοιπῶν ἅτινα ἐδόκει ἐν πολλοῖς ἅπασιν ἐπωφελῆ εἶναι. μᾶλλον δὲ ἐν πρώτοις διατάξαι ἐδογματίσαμεν, οἷς ἡ πρὸς τὸ θεῖον αἰδώς τε καὶ τὸ σέβας ἐνείχετο. τοῦτ' ἔστιν ὅπως δῶμεν καὶ τοῖς Χριστιανοῖς καὶ πᾶσιν ἐλευθέραν αἵρεσιν, τοῦ ἀκολουθεῖν τῇ θρησκείᾳ ᾗ δ' ἂν βουληθῶσιν· ὅπως ὅ, τί ποτέ ἐστι θειότης καὶ οὐρανίου πράγματος, ἡμῖν καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν ἡμετέραν ἐξουσίαν διάγουσιν εὐμενὲς εἶναι δυνηθῇ. Τοίνυν ταύτην τὴν βούλησιν τὴν ἡμετέραν, ὑγιεινῷ καὶ ὀρθοτάτῳ λογισμῷ ἐδογματίσαμεν, ὅπως μηδενὶ παντελῶς ἐξουσία ἀρνητέα ᾖ, τοῦ ἀκολουθεῖν καὶ αἱρεῖσθαι τὴν τῶν Χριστιανῶν παραφύλαξιν ἢ θρησκείαν. ἑκάστῳ τε ἐξουσία δοθείη τοῦ διδόναι ἑαυτοῦ τὴν

operam daret, ſanximus ut tum cæteri omnes, tum Chriſtiani, ſectæ ac religionis ſuæ fidem atque obſervantiam retinerent. Sed quoniam in eo Reſcripto quo hæc facultas illis conceſſa fuerat, multæ ac diverſæ ſectæ diſerte ac nominatim additæ videbantur, quidam eorum ob hanc fortaſſe cauſam paulo poſt ab hujuſmodi obſervantia deſtiterunt. Cum feliciter tam ego Conſtantinus Auguſtus, quam etiam ego Licinius Auguſtus apud Mediolanum conveniſſemus, atque univerſa, quæ ad commoda & ſecuritatem publicam pertinerent, in tractatu haberemus; hæc inter cætera quæ videbamus pluribus hominibus profutura, vel in primis ordinanda eſſe credidimus, quibus Divinitatis reverentia continebatur; ut daremus & Chriſtianis, & omnibus, liberam poteſtatem ſequendi religionem, quam quiſque voluiſſet; quod quidem Divinitas in ſede cœleſti nobis atque omnibus qui ſub poteſtate noſtra ſunt conſtituti, placata ac propitia poſſit exiſtere. Itaque hoc conſilio ſalubri ac rectiſſima ratione ineundum eſſe credidimus, ut nulli omnino facultatem abnegandam putaremus, qui vel obſervationi Chriſtianorum, vel ei religioni mentem ſuam dederet, quam ipſe ſibi aptiſſimam eſſe ſentiret; ut poſſit nobis ſumma Divinitas, cujus religioni liberis mentibus obſequimur, in omnibus ſolitum*

* Quæ ſequuntur, petita ſunt è Lactantio.

διάνοιαν ἐν ἐκείνῃ τῇ θρησκείᾳ, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ ἁρμόζειν νομίζῃ. ὅπως ἡμῖν δυνηθῇ τὸ θεῖον ἐν πᾶσι τὴν ἔθιμον σπουδὴν καὶ καλοκαγαθίαν παρέχειν. ἅτινα οὕτως ἀρέσκειν ἡμῖν ἀντιγράψαι ἀκόλουθον ἦν ἵν' ἀφαιρεθεισῶν παντελῶς τῶν αἱρέσεων, * αἵτινες τοῖς προτέροις ἡμῶν γράμμασι τοῖς πρὸς τὴν σὴν καθοσίωσιν ἀποσταλεῖσι περὶ τῶν Χριστιανῶν ἐνείχοντο, καὶ ἅτινα πάνυ σκαιὰ καὶ τῆς ἡμετέρας πραότητος ἀλλότρια εἶναι ἐδόκει, ταῦτα ὑφαιρεθῇ, καὶ νῦν ἐλευθέρως τε καὶ ἁπλῶς ἕκαστος τῶν τὴν αὐτὴν προαίρεσιν ἐσχηκότων τοῦ φυλάττειν τὴν τῶν Χριστιανῶν θρησκείαν, ἄνευ τινὸς ὀχλήσεως, τοῦτο αὐτὸ παραφυλάττοι. ἅτινα τῇ σῇ ἐπιμελείᾳ πληρέστατα δηλῶσαι ἐδογματίσαμεν, ὅπως εἰδείης ἡμᾶς ἐλευθέραν καὶ ἀπολελυμένην ἐξουσίαν τοῦ ἐπιμελεῖν τὴν ἑαυτῶν θρησκείαν τοῖς αὐτοῖς Χριστιανοῖς δεδωκέναι. ὅπερ ἐπειδὴ ἀπολελυμένως αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν δεδωρῆσθαι θεωρεῖ ἡ σὴ καθοσίωσις, καὶ ἑτέροις δεδόσθαι ἐξουσίαν τοῖς βουλομένοις τοῦ μετέρχεσθαι τὴν παρατήρησιν καὶ θρησκείαν ἑαυτῶν· ὅπερ ἀκολούθως τῇ ἡσυχίᾳ τῶν ἡμετέρων καιρῶν γίνεσθαι φανερόν ἐστιν, ὅπως ἐξουσίαν ἕκαστος ἔχῃ τοῦ αἱρεῖσθαι καὶ ἐπιμελεῖν, ὁποῖον δ' ἂν βούληται θεῖον. τοῦτο δὲ ὑφ' ἡμῶν γέγονεν, ὅπως μηδεμιᾷ τιμῇ μηδὲ θρησκείᾳ τινὶ με-

* Cujac. VI, 6. Obſervatt.

favorem ſuum benivolentiamque præſtare. Quare ſcire dicationem tuam con[illegible], placuiſſe nobis, ut amotis omnibus omnino conditionibus, quæ prius ſcriptis ad officium tuum datis ſuper Chriſtianorum nomine videbantur, nunc cavere ut ſimpliciter unusquisque eorum qui eandem obſervandæ religioni Chriſtianorum gerunt voluntatem, citra ullam inquietudinem ac moleſtiam ſui id ipſum obſervare contendant. Quæ ſollicitudini tuæ pleniſſime ſignificanda eſſe credidimus, quo ſcires, nos liberam atque abſolutam colendæ religionis ſuæ facultatem hisdem Chriſtianis dediſſe. Quod cum hisdem à nobis indultum eſſe pervideas, intelligit dicatio tua, etiam aliis religionis ſuæ vel obſervantiæ, poteſtatem ſimiliter apertam & liberam, pro quiete temporis noſtri eſſe conceſſam, ut in colenda quod quisque diligerit habeat liberam facultatem, neque honori, neque cuiquam religioni, abſcedat aliquid à nobis. Atque hoc inſuper in perſona Chriſtianorum ſtatuendum eſſe cenſuimus; quod ſi eadem loca, quæ antea convenire conſueverant, de quibus etiam datis ad officium tuum literis certa ante hac forma fuerat comprehenſa, priore tempore aliud vel à fiſco noſtro, vel ab alio quocunque videntur eſſe mercati, eadem Chriſtianis ſine pecunia & ſine ulla pretii petitione, poſtpoſita omni fruſtratione atque ambiguitate, reſtituant. Qui-

μεταθῶσθαί τι ὑφ' ἡμῶν δοκοίη. καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τοῖς λοιποῖς εἰς τὸ πρόσωπον τῶν χριστιανῶν δογματίζομεν, ἵνα τοὺς τόπους αὐτῶν εἰς οὓς τὸ πρότερον συνέρχεσθαι ἔθος ἦν αὐτοῖς, περὶ ὧν καὶ τοῖς πρότερον δοθεῖσι πρὸς τὴν σὴν καθοσίωσιν γράμμασι, τύπος ἕτερος ἦν ὡρισμένος τῷ προτέρῳ χρόνῳ. ἵν' εἴ τινες ἢ παρὰ τοῦ ταμείου τοῦ ἡμετέρου, παρά τινος ἑτέρου φαίνοιντο ἠγορακότες τούτους, τοῖς αὐτοῖς χριστιανοῖς ἄνευ ἀργυρίου καὶ ἄνευ τινὸς ἀπαιτήσεως τῆς τιμῆς ὑπερτεθείσης, δίχα πάσης ἀμελείας καὶ ἀμφιβολίας ἀποκαταστήσωσι. καὶ εἴ τινες κατὰ δῶρον τυγχάνωσιν εἰληφότες τοὺς αὐτοὺς τόπους, ὅπως εἰ τοῖς αὐτοῖς χριστιανοῖς τὴν ταχίστην ἀποκαταστήσωσιν οὕτως, ἢ οἱ ἠγορακότες τοὺς αὐτοὺς τόπους, ἢ οἱ κατὰ δωρεὰν εἰληφότες αἰτῶσί τι παρὰ τῆς ἡμετέρας καλοκαγαθίας, προσέλθωσι τῷ ἐπὶ τόπων ἐπάρχῳ δικάζοντι, ὅπως καὶ αὐτῶν διὰ τῆς ἡμετέρας χρηστότητος πρόνοια γένηται. ἅτινα πάντα τῷ σωματίῳ τῶν χριστιανῶν παρ' αὐτὰ διὰ τῆς σῆς σπουδῆς ἄνευ τινὸς παρολκῆς παραδίδοσθαι δεήσει. καὶ ἐπειδὴ οἱ αὐτοὶ χριστιανοὶ οὐ μόνον ἐκείνους εἰς οὓς συνέρχεσθαι ἔθος εἶχον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους τόπους ἐσχηκέναι γινώσκονται, διαφέροντας οὐ πρὸς ἕκαστον, αὐτῶν ἀλλὰ πρὸς τὸ δίκαιον τοῦ αὐτῶν σώματος, τοῦτ' ἐστι τῶν χριστιανῶν. ταῦτα πάντα ἐπὶ τῷ νόμῳ ὃν προειρήκαμεν, δίχα παντελοῦς τινὸς ἀμφισβητήσεως τοῖς αὐτοῖς χριστιανοῖς, τοῦτ' ἐστι τῷ σώματι αὐτῶν καὶ τῇ συνόδῳ, ἑκάστῳ αὐτῶν ἀπο-

etiam dono fuerunt conſecuti; eadem ſimiliter hisdem Chriſtianis quantocius reddant. Etiam vel hi qui emerunt, vel qui dono erunt conſecuti, ſi putaverint de noſtra benivolentia aliquid, Vicarium poſtulent, quo & ipſis per noſtram clementiam conſulatur. Quæ omnia corpori Chriſtianorum protinus per interceſſionem tuam ac ſine mora tradi oportebit. Et quoniam iidem Chriſtiani non in ea loca tantum, ad quæ convenire conſueverunt, ſed alia etiam habuiſſe noſcuntur, ad jus corporis eorum, id eſt Eccleſiarum, non hominum ſingulorum, pertinentia; ea omnia lege qua ſuperius comprehendimus, citra ullam prorſus ambiguitatem vel controverſiam hisdem Chriſtianis, id eſt corpori & conventiculis eorum, reddi jubebis; ſupra dicta ſcilicet ratione ſervata, ut ii qui eadem ſine pretio, ſicut diximus, reſtituerint, indemnitatem de noſtra benivolentia ſperent. In quibus omnibus ſupra dicto corpori Chriſtianorum interceſſionem tuam efficaciſſimam exhibere debebis, ut præceptum noſtrum quantocius compleatur; quo etiam in hoc per clementiam noſtram quieti publicæ conſulatur. Hactenus fiet ut

καθεστῆναι κελεύσειας. τοῦ προειρημένου λογισμοῦ δηλαδὴ φυλαχθέντος, ὅπως αὐτοὶ οἵτινες τοὺς αὐτοὺς ἀνθ' ἡμῶν, καθὼς προειρήκαμεν, ἀποκαθιστῶσι, τὸ ἀζήμιον τὸ ἑαυτῶν παρὰ τῆς ἡμετέρας καλοκαγαθίας ἐλπίζοιεν. ἐν οἷς πᾶσι τῷ προειρημένῳ σώματι τῶν χριστιανῶν τὴν σπουδὴν δυνατώτατα παρασχεῖν ὀφείλεις, ὅπως τὸ ἡμέτερον κέλευσμα τὴν ταχίστην πληρωθῇ. ὅπως καὶ ἐν τούτῳ διὰ τῆς ἡμετέρας χρηστότητος πρόνοια γένηται τῆς κοινῆς καὶ δημοσίας ἡσυχίας. τούτῳ γὰρ τῷ λογισμῷ, καθὼς καὶ προείρηται, ἡ θεία σπουδὴ περὶ ἡμᾶς, ἧς ἐν πολλοῖς ἤδη πράγμασιν ἀπεπειράθημεν, διὰ παντὸς τοῦ χρόνου βεβαίως διαμεῖναι. ἵνα δὲ ταύτης τῆς ἡμετέρας νομοθεσίας καὶ τῆς καλοκαγαθίας ὅρος πρὸς γνῶσιν πάντων ἐνεχθῆναι δυνηθῇ, ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν γραφέντα, πανταχοῦ προθεῖναι καὶ εἰς γνῶσιν πάντων ἀγαγεῖν ἀκόλουθόν ἐστιν. ὅπως ταύτης τῆς ἡμετέρας καλοκαγαθίας ἡ νομοθεσία μηδένα λαθεῖν δυνηθῇ.

ſicut ſuperius comprehenſum eſt, Divinus juxta nos favor, quem in tantis ſumus rebus experti, per omne tempus proſpere ſucceſſibus noſtris cum beatitudine publica perſeveret. Ut autem hujus ſanctionis benivolentiæ noſtræ forma ad omnium poſſit pervenire notitiam, prolata programmate tuo hæc ſcripta, & ubique proponere, & ad omnium ſcientiam te perferre conveniet; ut hujus benivolentiæ noſtræ ſanctio latere non poſſit.

XIX. De CONSTANTIO, Patre Conſtantini M. faventc quidem Chriſtianis, neutiquam autem p) Chriſtiano, Euſebius lib. 1. de vita Conſtantini c. 13. refert Diocletiano, Maximiano Herculio & Maximino Eccleſiam perſequentibus, ſolum collegam eorum in Imperio Conſtantium τὰ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἄλυπα τῆς οἰκείοις βραβεῦσαι, *ſubditis ſuis conceſſiſſe, ut ſine ulla moleſtia Divino cultui inſervirent.* & c. 16. eos qui in Imperatoris gratiam idolis ſacrificaſſent Chriſtiani, exauctoraſſe & procul a ſe eſſe juſſiſſe: ὡς ἂν Θεοῦ προδότας μηδὲ βασιλέως εἶναι ἀξίους, *quod DEI proditores etiam indigni ſint Imperatoris miniſterio.* Plura de ejus religione in DEUM unum, reprobatis idolis, c. 17. & 27. nec non II. 49. & c. ult. libri VIII. hiſt. pag. 317. D. Pagius ad A. C. 303. n. 7.

XX.

p) Confer Chriſtoph. Cellarii diſſertationes Academicas p. 324. ſq. & Anſelmi Bandurii numiſmata T. 2. p. 105. ubi contra Triſtani T. 3. p. 389. 399.

XX. Debuiſſem etiam referre CARI Imp. reſcriptum, quod ex l. 8. Cod. de ſacro ſanct. Eccleſ. affert Baronius, atque ex eo Carum de Chriſtianis bene meritum colligit ad A. C. 284. n. V. quod ita ſe habet: *IMPERATOR CARUS PRÆSIDORO PRÆFECTO PRÆT. Sacroſancta Theſſalonicenſis Eccleſia aperte ſciat, propriæ tantummodo capitationis modum beneficio noſtri Numinis ſublevandum, nec extraneorum gravamine tributorum Remp. Eccleſiaſtici nominis abuſione lædendum. Dat. VI. Id. Octobr. Caſtino & Victore Coſſ.* Verum hi Conſules fuere A. C. 424. quo Imperium gerebat Theodoſius junior, ut à Jac. Gothofredo, & à Pagio ad A. 283. n. 11. probe annotatum.

XXI. CONSTANTINUM his verbis alloquitur Lactantius inſtitutionum Divinarum libros illi conſecrans: *Quod opus nunc Nominis Tui auſpicio inchoamus, Conſtantine Imperator maxime. Qui primus Romanorum Principum, repudiatis erroribus, majeſtatem DEI ſingularis ac veri & cognoviſti & honoraſti.* Præclarum initium, quo optabilem Principatum auſpicatum eſſe eodem loco ſcribit, illud fuit, quod *ſuſcepto* A. C. 306. *Imperio nihil egit prius, quam Chriſtianos cultui ac DEO ſuo reddere: Hæc prima ejus ſanctio, ſanctæ Religionis reſtitutio.* id. c. 24. de mortibus perſecutorum. Euſebio l. 1. de ejus vita c. 3. Θεῷ τῷ παμβασιλεῖ μόνος πώποτε τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς καθηγησαμένων γεγονὼς φίλος. & lib. 4. cap. 62. μόνος τῶν ἐξ αἰῶνος αὐτοκρατόρων Χριστοῦ μυστηρίοις ἀναγεννώμενος ἐτελειοῦτο, θείας τε σφραγῖδος ἀξιούμενος. & 75. μόνος τοῖς πᾶσι πεπαῤῥησιασμένως τὸν τοῦ Χριστοῦ κηρύξας λόγον. μόνος τ' εἰπεῖν ἐκκλησίαν αὐτοῦ, ὡς οὐδέτερος τῶν ἐξ αἰῶνος δοξάσας, μόνος τε πᾶσαν πολύθεον πλάνην καθελὼν, πάντα τε τρόπον εἰδωλολατρείας ἀπελέγξας. & orat. de laudibus Conſtantini pag. 620. C. ᾧ μόνῳ τῶν ἐξ αἰῶνος ἐντεῦθεν ἤδη τὸν ἀνθρώπειον ἀποκαθᾶραι βίον αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων παμβασιλεὺς Θεὸς ἐδωρήσατο.

In veteri Inſcriptione Emeritenſi in Luſitania, apud Gruterum p. 159. 4. *Imp. Cæſ. Flavius CONSTANTIN. Aug. Pacis & Juſtitiæ cult. pub. QUIETIS FUND. RELIGIONIS ET FIDEI AUCTOR remiſſo ubique tributo finitime provinc. iter reſtaur. fecit. XIIII.* Martyrologium Rom. 18. Aug. *Romæ via Lavicana S. HELENÆ, matris Conſtantini M. piiſſimi Imp. qui primus Eccleſiæ tuendæ atque amplificandæ exemplum cæteris Principibus præbuit.* Hanc matrem *Helenam* a filio adductam ad CHriſti ſacra, tradit Euſebius III. 47. idem non dubito de conjuge *FAUSTA*, ejusque

ejusque matre *EUTROPIA*, de quibus videſis Valeſium ad Euſebii de vita Conſt. III. 52. & Triſtanum T. 3. p. 376.

XXII. Anſam converſionis Euſebius lib. 1. de vita Conſtantini refert duplicem, unam quidem c. 27. quod deceſſores ſuos idolorum cultores obſervaſſet infeliciſſimos, DEUM unum autem, quem coluiſſet Pater Conſtantius, multa potentiæ ac bonitatis documenta præbuiſſe: alteram c. 28. ſeq. quod precato DEUM ut cognoſcendum ſe ipſi daret, apparuit ſignum Crucis in Cœlo cum γραφῇ ſive corona q) quæ innueret in hoc ſigno victorem futurum, quod ſubſequens mox ſomnium confirmavit. Ipſe deinde σωτηριῶδες hoc σημεῖον publicis conſecravit monumentis, etiam in præliis conſtanter præferendum curavit ſollicitudine ſingulari, quinquaginta ſtaurophoris ad hoc delectis lib. I. c. 40. II. 7. ſq. 12. 55. III. 2. ſq. IV. 5. 21. & lib. IX. hiſt. c. 9. p. 359. ſq. & Orat. de laudibus Conſtantini pag. 620. c. 627. D. 628. A. D. 629. A. C. 630. C. 631. B. Lactant. c. 44. In Gallia Belgica CHriſto nomen dedit Conſtantinus A. C. 312. quo & Maxentium Romæ debellavit. vide Ægidium Bucherium S. J. in Belgio Romano Eccleſiaſtico & civili, Leodii 1655. fol. Petrum Franciſcum Chifletum: Jac. Gothofredum ad Libanii Orationem pro templis p. 42. 43.

XXIII. *Catechumenus* Conſtantinus ſtatim, & ſacrorum librorum lectioni vacare inſtituens: de quo Euſeb. lib. 1. cap. 32. & Orat. de laudibus Conſt. p. 632. ὡς τὲ μυοῦντες, ἐκ Θεοῦ σεσοφισμένον. ſed *baptizatus* demum paullo ante obitum in ſuburbanis Nicomediæ, ut idem IV. 61. ſeq. pluribus exponit, neque idoneis teſtibus poſſunt probari quæ de lepra & baptizato ante id tempus Romæ per Sylveſtrum Conſtantino jactantur in Actis Sylveſtri, in Menæis 2. Januar. & in breviario Rom. 30. Dec. ut adverſus Baronium ad A. C. 324. Reginaldum Polum, Gabr. Biſciolam, Jod. Coccium, Jo. Buſæum, Severin. Binium, Joannem Nicolai, Ord. Præd. r) Schelſtratenum aliosque probarunt Abraham Scultetus, & Sam. Baſnage, atque ex noſtris Balthaſar Gvaltherus, Jo. Andreas Schmidius, Wilhelmus Erneſtus Tentzelius ὁ μακαρίτης in exercitationibus ſelectis p. 299. ſq. & Elevaldus Dalhuus in

q) Sic intelligenda Euſebii verba oſtendi ſingulari diſſ. quæ Volumine VI. Bibl. Græcæ legitur.

r) Vide Reverendi *Joannis Vietii*, Paſtoris Eccleſiæ Horneburgenſis hiſt. literariam Conſtantini M. editam Hamb. 1720. 8. p. 32.

in diſſ. edita Hafniæ 1698. quibus addes ex ipſis Rom. Eccleſiæ ſociis Natalem Alex. Ludovicum Ellies du Pin, Benedictinos ad S. Ambroſium T. 2. p. 1209. Dan. Papebrochium in Actis Sanctor. T. V. Maji 21. p. 14. & Conradum Janningum in Apologia pro Papebrochio, ante T. 1. Junii p. XVI. Antonium Pagi ad A. C. 324. Tillemontium T. 4. hiſt. Imperatorum p. 421. & 631. ſeq.

XXIV. Baptiſmi Conſtantiniani monumentum notant viri docti etiam in numis, in quibus literas BAP. videre ſibi viſi ſunt Ducangius, Mediobarbus, Laur. Begerus: Sed leguntur in iisdem diſerte BRP, quas litteras rectius interpretaberis cum Harduino s) & Bandurio, *natum Bono Rei Publicæ.* Similiter ſuſpectus eſt valde jactatus tanquam vetus lapis, ex quo Ordinis equitum Conſtantinianorum antiquitatem probant, qui hujusmodi mercibus ducuntur: in eo Conſtantinus throno inſidens, inſigniaque Ordinis diſtribuens conſpicitur cum hac inſcriptione: *Conſtantinus Maximus Imperator poſtquam mundatus a lepra per medium baptiſmatis, milites ſive equites deauratos creat in tutelam Chriſtiani nominis.* Commentum hoc poſt Dan. Papebrochium T. 3. Act. Sanctorum Aprilis p. 155. aliosque t) nuper erudite confutavit illuſtris *Scipio Maffeus* Marchio in Epiſtola de fabula equeſtris Ordinis Conſtantiniani, edita (licet Tigurum titulus præferat) Pariſ. 1712. 4. & libris adſcripta prohibitis in T. 1. Operum Clementis XI. Pontificis max. p. 1231.

XXV. *Sicuti perſecutionum uſus ad propagationem ampliorem Evangelii hic* quoque fuit non contemnendus, quod per eas compulſi ad fugam multi, ex ditione Romani Imperii ad barbaras nationes ſe contulerunt, & Evangelii lucem ad eos ſecum attulere, ut notat Euſebius II. 53. de Vita Conſt. Sic finitis perſecutionum procellis, quam auſpicatum fuerit propagationi doctrinæ Chriſtianæ diuturnum Conſtantini, & victoriis in omnem partes orbis terrarum inſigne Imperium, docet idem Euſebius lib. 1. de vita Conſt. cap. 8. ubi cum Alexandro M. eum conferens, vitæ ſpatium duplo majus habuiſſe celebrat, quam ille habuit, Imperii vero triplo longius:

Kk ἡμέροις

s) Harduini Opp. ſelecta p. 467. Anſelmus Bandurius T. 2. numiſm. p. 259. ſeq.

t) Id. Vogtius pag. 41.

ἡμέροις γέ τοι καὶ σώφροσι θεοσεβείας παραγγέλμασι τὸν αὐτοῦ φραξάμενος στρατὸν, *cumque exercitum ſuum manſuetis & ſapientibus Religionis præceptis-muniviſſet*, in Britanniam ad ſolis occaſum ſigna intulit, Scythiam u) quæ ſub ſeptentrione poſita, ſuo adjunxit Imperio: meridiem verſus, ad Blemyas x) & Æthiopas arma tulit victricia, denique ad extremos Indos & circumſitos undique populos ἐπ' αὐτὰ δὲ τὰ τῆς οἰκουμένης ὅλης τέρματα, Ἰνδῶν μέχρι τῶν ἐξωτάτω, τῶν περικύκλω περιοίκων τοῦ παντὸς τῆς γῆς τῷ βίῳ στοιχείου φωτὸς εὐσεβείας ἀκτῖσιν ἐκλάμπων *omnes per univerſum terrarum orbem ſplendidis pietatis radiis illuſtrans*, Regulos, Præfectos & Satrapas gentium Barbararum ſibi obnoxios & ſubditos habuit, ὁ δὲ καὶ μέχρι τῶν τῇ δε βασιλικοῖς προσφωνήμασι τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν ἀνεκήρυττε σὺν παρρησίᾳ τε πάσῃ. *Igitur ad has uſque gentes, regiis allocutionibus DEUM ſuum cum omni libertate prædicavit.* πάντα γένη Βαρβάρων τοῖς αὐτοῦ καθυπέταττε ποσίν. c. 46. & Conſtantinus ipſe in edicto apud Euſeb. II. 28. profitetur ideo conceſſas ſibi Divinitus tot victorias, ἵνα ἅμα μὲν ἀνακαλοῖτο τὸ ἀνθρώπινον γένος εἰς τὴν περὶ τὸν σεμνότατον νόμον θεραπείαν, *ut humanum genus* miniſterio noſtro inſtitutum atque informatum *ad ſanctiſſimæ Legis* (Chriſtianæ) *obſervantiam revocaretur*: tum ut ἡ μακαριωτάτη πίστις αὔξοιτο *beatiſſima Fides incrementum acciperet*, ὑπὸ χειραγωγῷ τῷ Κρείττονι, *DEO manuducente*. Et in Epiſtola ad Macarium Hieroſol. III. 30. οὗτος ἀεὶ καὶ πρῶτος καὶ μόνος μοι σκοπὸς *hic unus mihi ac præcipuus ſemper ſcopus, ut quemadmodum Veritatis ſidus novis quotidie miraculis inclareſcit*, ἵν' ὥσπερ ἑαυτὴν ἑκάστης ἡμέραις καινοτέραις θαύμασιν ἡ τῆς ἀληθείας πίστις ἐπιδείκνυσιν, οὕτω καὶ αἱ ψυχαὶ πάντων ἡμῶν περὶ τὸν ἅγιον νόμον σωφροσύνῃ πάσῃ καὶ ὁμογνώμονι προθυμίᾳ σπουδαιότεραι γίγνωνται, *ſic etiam mentes omnium noſtrum ad ſanctiſſimæ Legis obſervantiam cum omni modeſtia & concordi alacritate incitentur*. Orat. de laudibus Conſtantini p. 607. πᾶν γένος ἀνθρώπινον ἐπὶ τὴν τοῦ κρείττονος ἀνακαλεῖται γνῶσιν ταῖς πάντων ἀκοαῖς ἐμβοῶν, μεγάλῃ τε τῇ φωνῇ τοῖς ἐπὶ γῆς ἅπασι τοὺς τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας καὶ ἀληθείας ἀνακηρύττων νόμους. -- τῷ μονογενεῖ καὶ Σωτῆρι λόγῳ τῶν ἐπὶ γῆς τοὺς ὑποχειρίους προσάγων. Hoc

u) de Scythis Euſeb. IV. de vita Conſt. cap. 5. & de Sarmatis ſive Sauromatis, 6. de Britannis IV. 50.

x) de Blemmyis, Indis & Æthiopibus id. IV. 7. De Indis iterum IV. 50.

Hoc etiam in Orationibus, quas ſubinde Conſtantinus Latine habuit, aliique deinde y) Græce verterunt, diligenter ab eo actum memorat Euſebius IV, 29. ut Ethnicorum idololatriam oppugnaret, τοτὲ μὲν τῆς πολυθέȣ πλάνης ἐλέγχȣς κατεβάλλετο, παρεῖσας ἀπάτην εἶναι καὶ ἀθεότητος πρόβολον τὴν τῶν ἐθνῶν δεισιδαιμονίαν. τοτὲ δὲ τὴν μόναρχον παρεδίδȣ Θεότητα. *Jam errorem Gentilium in multis Diis colendis confutabat, certis rationibus adſtruens, ſuperſtitionem illorum meram fraudem eſſe & impietatis propugnaculum: Jam de ſingulari unius DEI imperio diſſerebat.* διῄει δ' ἐφεξῆς τὸν περὶ προνοίας τῶν τε καθόλȣ καὶ τῶν περὶ μέρȣς λόγον. *Tum ſermonem faciebat de Providentia, qua & univerſa reguntur & ſingula:* ἔνθεν δὲ ἐπὶ τὴν σωτήριον κατέβαινεν οἰκονομίαν, καὶ ταύτην δεικνὺς ἀναγκαίως κατὰ τὸν προσήκοντα γεγενῆσθαι λόγον. *Hinc ad ſalutarem progrediens Diſpenſationem* Gratiæ DEI in CHriſto, *hanc quoque neceſſaria & convenienti ratione factam fuiſſe oſtendebat.* Μεταβὰς δὴ ἐντεῦθεν, τὴν περὶ τȣ̃ Θεȣ̃ δικαιωτηρίȣ διδασκαλίαν ἐκίνει. *Inde orationis curſum promovens, diſputationem de Divino judicio aggrediebatur.* Exemplum inſigne hujus rei videmus in Conſtantini Oratione ad ſanctorum cœtum c. 3. ſqq. & c. 22. ſeq. ubi etiam de iniquitate & mortibus perſecutorum. Conſtantini τὰς κατὰ τῶν πολυθέων διδασκαλίας iterum laudat Euſebius IV, 55. ubi & Orationem paullo ante obitum ab ipſo habitam memorat, in qua *de animorum immortalitate & de præmiis piorum, impiorumque ſuppliciis* graviter diſſeruit, μακρὸν κατατείνας περὶ ψυχῆς ἀθανασίας διεξῄει λόγον, περί τε τῶν εὐσεβῶς διηνυκότων τὴν ζωὴν, τῶν τε τοῖς θεοφιλέσι παρ' αὐτῷ Θεῷ τεταμιευμένων ἀγαθῶν. μακραῖς δὴ ἀποδείξεσι καὶ τὸ τῶν ἐναντίων τάγμα, ὁποίȣ τέλȣς τεύξεται, φανερὸν ἐποίει, τῶν ἀθέων τὴν καταστροφὴν παραδιδȣ̀ς τῇ γραφῇ. Oratione de laudibus Conſtantini p. 608. λόγῳ μεγαλοπρεπεῖ γεραίρει τὴν θεολογίαν. Plura p. 631. & p. 632. ὁμȣ̃ τε τοῖς κατ' ἀνατολὰς οἰκȣ̃σιν &c. *Quod ii qui Occidentis tractum incolunt, una cum Orientalium partium incolis uno eodemque temporis momento DEI præceptis erudiuntur, & qui ad Septentionem habitant, ſimul cum iis qui ad Meridiem degunt uno concentu reſonant, iisdem moribus ac legibus religioſum vivendi genus conſectantes* &c.

y) Euſeb. IV, 32.

Græci veteres de CONSTANTINO M. ſcripores.

Euſebius libris ultimis Hiſt. Eccleſ. & libris IV. de vita Conſtantini M. quibus Orationem ſuam de templo Anaſtaſeos ſive S. ſepulchri Hieroſ. ab Imp. condito ſubjeciſſe ſe ſcribit IV. 46. quæ hodie cum ejusdem Euſebii Oratione dicta in vicennalibus Conſtantini & lib. I. c. I. memorata deſideratur. Sed exſtat Oratio ejus in tricennalibus, & Conſtantini Oratio ad Sanctorum cœtum.

Julianus Imperator Oratione prima de laudibus Conſtantii filii p. 7. ſeq. & in eum illuſtris viri Ez. Spanhemii notæ.

Praxagoræ Athenienſis τῆς κατὰ τὸν μέγαν Κωνσαντῖνον ἱσορίας βιβλία δύο. e quibus excerpta apud Photium cod. 62. Hic tametſi ſcriptor Ethnicus, tamen teſtatus eſt Conſtantinum πάσῃ ἀρετῇ καὶ καλοκαγαθίᾳ omni virtute & honeſtate, perinde ut omni felicitate παντὶ εὐτυχήματι πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότας ἀποκρύψασθαι, omnes ante ſe Romanos Imperatores anteceſſiſſe.

Philoſtorgius, *Socrates*, *Sozomenus*, *Theodoretus*, *Nicephorus* Hiſt. Eccleſ. ſcriptores.

Joannes Antiochenus in excerptis Peireſcianis, *Jo. Malala*, *Chronici Alex.* ſive *Paſchalis* auctor, & alii Chronographi *Theophanes*, *Theodorus Metochita* ſive *Mich. Glycas*, *Zonaras*, *Cedrenus*, *Conſtantinus Manaſſes* &c.

Acta *Nicææ*, quæ Græce & Latine edidit Franc. Combefiſius T. 2. auctarii novi p. 574.

Nicephori Gregoræ Oratio encomiaſta prolixa in Conſtantinum Magnum, MS. in Bibl. Cæſarea, quam in ſupplemento Corporis Hiſt. Byzantinæ vulgare Lambecius voluit.

Menæa Græcorum XXI. Maji & XX. Jun. ubi de S. *Helena* (de qua Martyrologia 18. Auguſt.) & Acta *S. Sylveſtri* Epiſcopi Rom. 31. Dec. de quibus Bibl. Græc. Vol. 6. p. 141.

Conſtantini memoriæ iniquiores ex ethnicis ſcriptores *Julianus* Imp. in Cæſaribus, & *Zoſimus* libro II. quorum criminationibus reſponſum à Baronio, Jo. Morino, Tillemontio, aliisque, & ab Ez. Spanhemio præclaris ad Juliani Cæſares notis. Vide etiam, ſi placet, quæ de Zoſimi fide notavi T. 6. Bibl. Græcæ p. 608. ſeq. *Eunapii* in Conſtantinum invectivas hiſtoriæ ejus inſertas *Suidas* ſe ait prætermiſiſſe ex reverentia in illum Principem.

Monu-

Monodia *Anonymi* Chriſtiani in Conſtantinum juniorem Græce & Lat. edita a Fed. Morello Paris. 1591. 8. & ad calcem Eutropii. Oxon. 1703. 8.

Latini veteres.

Aurelius Victor, *Eutropius* præclaris ambo teſtimoniis ornantes Conſtantinum, quanquam Ethnici. Panegyricus *Mamertini* in nuptiis Conſtantini cum Fauſta, Maximiani Herculei F. & Panegyricus duplex *Eumenii* in Conſtantinum, cum tertio *incerti* & quarto *Nazarii*.

Lactantius libro de mortibus perſecutorum, a Viris doctiſſimis diligenter illuſtrato.

Anonymi excerpta de Conſtantio Chloro & Conſtantino M. ab Hadriano Valeſio edita ad calcem Ammiani Marcellini, & in Miſcellis antiquæ Lectionis, Argent. 1654. 8. & Oxoniæ cum Eutropio.

Optatianus Porphyrius in panegyrico verſibus ſcripto laborioſi artificii, editoque in M. Velſeri operibus.

Chronica *Hieronymi*, Hiſtoria Eccleſ. *Rufini*.

Oroſius VII. ſeqq. *Sulpitius Severus* II 33.

Hiſtoria *tripartita*, Hiſtoria *Miſcella*,

Anaſtaſius Bibliothecarius &c.

Odericus Vitalis in hiſtoria Eccleſiaſtica, vulgata inter ſcriptores Normannicos Andreæ du Cheſne. Juniores Chronicorum ſcriptores, *Albertus* Stadenſis, *Conradus à Lichtenau* Abbas Urſpergenſis, *Ptolemæus* Lucenſis, *Jacobus Philippus* Bergomas libro IX. *Matthæus Palmerius* &c.

Antoninus Archi-Epiſcopus Florentinus hiſtoriar. titulo IX. tomo 2. *Vincentius* Bellovacenſis libro XIII. ſpeculi hiſt. *Antonius Coccius Sabellicus* Ennead. VII. lib. 8.

Chronologi verſi ex Arabico, *Eutychius*, *Abulpharajus* &c.

Petrus de Natalibus V. 26. catalogi Sanctorum & VII. 73. ubi de S. Helena.

Ex numiſmatibus & inſcriptionibus antiquis.

Ex numiſmatum veterum penu præter *Jac. Stradam*, *Adolph. Occonem*, *Triſtanum*, *Carolum Patinum*, *Mediobarbum*, *Vaillantium*,

Alb. Rubenium, *Laurentium Begerum*, *Anſelmum Bandurium*, & *Paulum Pedruſium* qui aliorum etiam Imperatorum numiſmata ſunt perſecuti, vitam Conſtantini M. & acta illuſtrant *Cangius* in familiis Auguſtis Byzantinis, *Johannes Harduinus* de numiſmatibus ſæculi Conſtantiniani in Operibus ſelectis; *Jac. Gretſerus* tomi tertii de Cruce libro 1. *Alexander Wilthelmius* S. J. in iconibus Conſtantini & matris ejus Helenæ, Treviris 1671. fol. & in Actis Sanctor. 21. Maj. T. V. p. 22. ſeq. *Mich. Angelus de la Chauſſe* in aureo Conſtantini numo de Urbe, devicto ab exercitu Gallicano Maxentio, liberata explicato. Rom. 1703. 4. & in electis rei nummariæ a nobiliſſ. Viro Chriſtoph. Woltereck editis p. 283. *Lælius Paſqualinus* dialogo de Conſtantini numis, addita Italicæ verſioni Antonii Auguſtini dialogorum de antiquis numiſmatibus Rom. 1592. fol. *Carolus Valeſius* diſſertatione inſerta Memoriis Academiæ Gallicæ inſcriptionum & elegantionum litterarum T. IV. p. 246. ſeq. edit. Amſtelod.

Omitto *Jo. Frid. Hekelii* diatribas Dresdæ 1679. 1680. 4. & Francof. 1693. 4. editas, quibus operam & oleum perdit z) in exponendis duobus numis adulterinis, altero aureo quem Conſtantinus M. accepto ſacro baptiſmate juſſerit ſignari, argenteo altero, quem cudi fecerit ſcilicet, quum anno Imperii ſui ultimo Imperium filiis eſt partitus.

Scriptores recentiores de Conſtantino M.

Centuriæ Magdeburgenſes & alii Hiſt. Eccleſiaſticæ vel civilis atque univerſalis ſæculi tertii & quarti, ſcriptores, ſcriptoresque vitis Cæſarum ut *Jo. Cuſpinianus*, *Jo. Baptiſta Egnatius*, *Raph. Volaterranus* libro 23. anthropologiæ, *Sebaſt. Münſterus* in Coſmographiæ libro 2. &c.

Ra-

z) Vide Bandurii Bibl. numariam cap. 103. & Frid. Benedictum Carpzovium in ſylloge Epiſtolarum Burmanniana T. V. p. 332 Nonnulla etiam de numis Conſtantini notantur in Diario Theologico Dreſdenſi vernaculo, (Unſchuldige Nachrichten) A. 1704. p. 327. A. 1713. p. 926. & A. 1715. p. 956. Numus autem a Frehero & a Scaligero Epiſt. 233. illuſtratus, non ad magnum, ſed ad unum ex poſtremis Conſtantinis pertinet. Vide Gretſerum parte 3. de Cruce lib. 1. c. 25. ſeq.

Rationes temporum in rebus Conſtantini M. accuratius inquirunt præter Chronologos *Scaligerum*, *Petavium* & præter Annalium ſcriptores *Baronium*, *Pagium*, & *Sam. Baſnagium*, *Tillemontius* diligentiſſime res Conſtantini tradens illuminansque in Imperatorum Vitis & memoriis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, *Steph. Baluzius* in notis ad Lactantium de mortibus perſecutorum T. 2. Miſcellaneor. & *Martinus Hanckius* de ſcriptoribus Hiſt. Byzantinæ parte 1. cap. 1. §. 29. ſeqq. *Jac. Gothofredus* Chronologia Codicis Theodoſiani.

De Conſtantini M. ad CHriſti Fidem in Belgica converſione, *Ægidius Bucherius* S. J. in Belgio Romano Eccleſiaſtico & civili, Leodii 1655. fol.

Petrus Franciſcus Chifletius S. J. de loco, tempore & ceteris adjunctis converſionis Conſtantini M. ad fidem Chriſtianam: cum diſſ. de uno Dionyſio & de S. Martini temporum ratione. Pariſ. 1677. 8.

Acta Sanctorum Maji 21. T. V. p. 12. ſeq.

Joannis Morini presb. Oratorii, hiſtoire de la delivrance de l'Egliſe Chrêtienne * par l'Empereur Conſtantin, & l'hiſtoire de l'origine & du progrès de la ſouverainité temporelle des Papes par les Rois de France. Paris 1630. fol.

Bernardi de Varenne, Theatini, hiſtoire de Conſtantin le grand, premier Empereur Chrétien, en ſix livres. Paris 1728. 4. *Journal literaire* T. 14 p. 102. *Bibl. Francoiſe* T. 13. pag. 324. Verum nomen auctoris, non diu poſt editum hoc opus defuncti, eſt *Chan de Moulin*.

Franciſci Balduini Conſtantinus M. ſive de Conſtantini Imp. legibus Eccleſiaſticis & civilibus libri duo Baſileæ 1556. 8. & cum præf. Nic. Hieron. Gundlingii Hal. 1727. 8.

* * *   * * *   * * *

Petri Mambruni S. J. Conſtantinus, ſive Idololatria debellata, poëma heroicum inſigne, libris XII. Pariſ. 1658. 4. Monachii 1697. 4.

Andreæ de Milo, Neapolitani, il Conſtantino, poëma heroico. in Avellino, 1727. 12. Giornale de' letterati d'Italia T. 37. p. 415.

Camillii de Notariis Fl. Conſtantino il grande, o vero la pietà vittorioſa, poëma ſpiſſum libris 51. quibus argumenta præfixit frater Pompejus de Notariis, indices addidit frater alter Marius de Notariis, Neapoli 1677. 4.

Colle-

Collegii *Pragenſis*, S. J. Conſtantinus Victor, Tragœdia. 1627. 8.

Joachimi a Beuſt Oratio de Conſtantino M. A. 1569. dicta Witebergæ & in tomo ſexto Orationum in Academia Witebergenſi publice recitatarum obvia. Francof. 1683. 8.

Diſſertatio Hiſtorica de Conſtantino magno edita à *Jo. Chriſt. Frid. Sagittario* Jen. 1650. 4. & in otio ejus Jenenſi recuſa. Alia *Jo. Friderici Durrii*, Jen. 1684. 4.

Chriſtophori Kormarti diſſ. politica de Conſtantino M. Lipſiæ 1665. 4.

Eliæ Obrechti hiſtoria primorum Impp. Chriſtianorum, Upſal. 1696. 4.

Chriſtoph. Cellarii diſſ. Academic. p. 325. ſeq. de primo Chriſtiano Imperatore Conſtantino.

Conradus Sam. Schurzfleiſchius diſſertatione 72 (quæ eſt de primo Chriſtiano Imperatore, & in tmematibus hiſtoricis de Conſtantino Magno.

Contra recentiores, quibus Conſtantini famæ obtrectare fuit volupe, ut *Chriſtianum Thomaſium* in *Hallenſium Obſervationum ſelectarum* ſylloge T. 1. Obſerv. 22. ſeq. & *Godfridum Arnoldum* in apologia hæreſium lib. IV. c. 2.

Gloriam Conſtantini tuentur, præter pleroſque omnes ſupra me laudatos *Jo. Frid. Corvinus* in Gotfr. *Arnoldi examine*, Corporis doctrinæ ſubjecto c. 15. p. 222. ſqq. Unſchuldige Nachrichten A. 1703. pag. 341. A. 1714. p. 773. *Miſcellanea Lipſienſia* T. 2. p. 471. ubi Apologia *Jac. Neſtii*, Rugiani.

Georgii Caſparis Kirchmaieri Conſtantinus M. maximorum poſtulatus criminum, ſed potiore parte abſolutus. Witeb. 1698. 4.

Jo. Andreas Schmidius in hiſtoria Seculi IV. fabulis variorum maculata, in rebus præſertim Conſtantini M. Helmſt. 1712. 4. & in diſſ. de Cruce Conſtantini, quæ in ejus Otio negotioſo Jen. 1692. 4. legitur.

M. Chriſtian Gottlieb Pitſchmannus in dubiis vexatis Hiſtoriæ Eccleſ. N. T. ſæculi quarti, Zittaviæ A. 1719. 8.

Dan.

Dan. Guil. Mollerus diſſ. de labaro Conſtantini M. Altdorf. 1696. 4. & de Cruce ab illo viſa diſſertationes *Claudij Molineti*, Pariſ. 1681. *Nic Baringij*, Hanov. 1645. 8. & Rev. noſtri *Jo. Chriſtoph. Wolfii*, Witeb. 1706. 4. quibus etiam meam ſi lubet addes, Hamb. 1706. 4. editam & tomo ſexto Bibl. Græcæ recuſam.

Jo. Frickius Theologus Ulmenſis in diſſ. de fide Conſtantini M. haud dubie Chriſtiana. Ulm. 1713. 4. & *Jo. Reiskius* in programmate hujus argumenti, Gvelpherbyt. 1680. 4. contra *Jac. Oiſelium*, cui in theſauro numiſmatum antiquorum p. 69. omnia in ſpeciem potius acta a Conſtantino viſa ſunt quam quod ex animi ſententia ita crederet. *Natalis Alex.* Sec. IV. diſſ. 23. de fide qua Conſtantinus M. mortuus eſt. *Campegius Vitringa* in Apocalypſ. XII. p. 532. ſeq.

M. Godfrid Chriſtian Lentneri diſſ. de Conſtantino non ex rationibus politicis Chriſtiano. Lipſ. 1714. 4. contra *Burchardi Gotthelf Struvij* diſſ. de Conſtantino M. ex rationibus politicis Chriſtiano. Jen. 1713. 4.

Jo. Joachimi Weidneri de Conſtantino M. diſſertationes V. Roſtoch. 1702. 1703. 4. vide Clariſſ. Jo. Henrici von Seelen Athenas Lubecenſes II. p. 396.

D. Andreæ Kunadi Conſtantinus Magnus Evangelicus, Witeb. 1666. 4. oppoſitus Conſtantino M. Romano Catholico *Jodoci Keddij* Jeſuitæ, Colon. 1660.

Chriſtophorus Adamus Rupertus in Oratore Hiſtorico, Oratione XXII.

Sam. Parkerus, Religion and Loyalty T. 2. p. 152. ſq.

CHRONOLOGIA Vitæ CONSTANTINI M.

A.C.	Ætatis Conſtantini.	
274	1.	Fl. Aurelius CONSTANTINUS Maximus, Fl. Valerii *Conſtantii* Chlori & Fl. Juliæ *Helenæ* filius naſcitur 3. Kal. Martii, Naiſſi civitate Dardaniæ, licet Bithyniam alii, alii Galliam vel Britanniam patriam tradunt. Vide Cangii familias Byz. p. 45. Triſtanum T. 3. p. 403. & amici noſtri Joannis Vogt, Paſtoris Eccleſiæ Horneburgenſis ſchediaſma de patria Conſtantini, Witeberg. 1716. 4.

A. C.	Ætatis Conſtantini.	
276.	3.	AURELIANUS poſt quinque annorum Imperium interfectus menſe Januario, cui TACITUS ſucceſſit.
277.	4.	Peremtum *Tacitum*, 13. April. excipit PROBUS.
282.	9.	Interfecto, cum ſex annos & menſibus aliquot imperaſſet *Probo*, Imperator CARUS, Filiique ejus Cæſares CARINUS & NUMERIANUS, iidemque proximo anno Imperatores. Vide Pagium ad A. 283. n. 5.
284.	11.	*C. Aurelius Valerius* DIOCLETIANUS *Jovius* Imp. 15. Cal. Octobr. poſt extinctum *Carum* fulmine, & interfectum ab Arrio *Numerianum*.
		M. Aurelius Valerius MAXIMIANUS HERCULIUS Cæſar 12. Cal. Dec.
285.	12.	*Carinus* interfectus apud Murgum in Moeſia.
286.	13.	Maximianus ex Cæſare Auguſtus Kal. April.
292.	19.	*Fl. Valerius* CONSTANTIUS *Chlorus*, dimiſſa *Helena* ex qua Conſtantinum M. ſuſceperat, ducit *Theodoram* filiam *Eutropiæ*, conjugis *Maximiani Herculii*, & a ſocero creatur Cæſar Cal. Martii Nicomediæ, commiſſis ipſi Gallis & Britannia. Vide Bandurii numiſmata T. 2. p. 177. Cangii familias Byz. p. 43. Triſtanum T. 3. p. 419.
		GALERIUS *Maximianus*, Cæſar creatus & ipſe Calendis Martiis, ſed Conſtantio *poſterior, ut patet ex* Inſcriptione Vet. apud Gruterum p. 370. ex Lactantio c. 20. de mortibus perſecutorum & Euſebii VIII. hiſt. p. 317. Maximiano Galerio commiſſa Illyrici ora ad uſque Ponti fretum.
294.	21.	Decennalia *Diocletiani & Maximiani*.
296.	23.	In Palæſtina cum Diocletiano, apud quem obſes relictus fuerat, verſantem *Conſtantinum M.* & ἐπὶ δεξιὰ παρεστῶτα *a dextris adſiſtentem* vidit Euſebius lib. 1. de vita Conſt. c. 19. A Conſtantio recepta Britannia.
		In Conſtantii Quinquennalibus habita Eumenii Oratio pro reparandis ſcholis Æduenſibus.

A. C.

A. C.	Ætatis Conſtantini.	
297.	24.	*Galerius* perſequi incipit milites Chriſtianos.
303.	30.	Diocletiani *perſecutio* in Chriſtianos, per annos fere decem continuata, cœpit Nicomediæ menſe Martio, edictis inde ubique propoſitis. vide Lactantium c. 14. ſeq. Euſeb. VIII. 2. Pagium ad A. C. 290. n. 2. A. 293. n. 3. A. 294. n. 2. A. 302. & 304. num. 15. ſeq.
		Diocletiani & *Maximiani Herculii* triumphus de Perſis, & Vicennalia 12. Cal. Dec.
305.	32.	*Diocletiani* & *Maximiani Herculii* abdicatio Cal. Maj. facta Nicomediæ.
		CONSTANTIUS & GALERIUS *Maximianus* Auguſti pronunciati, Conſtantius Occidentis, Orientis Galerius, gener Diocletiani.
		Cæſares SEVERUS Occidentis, *Daja* MAXIMINUS Orientis. vide Lactant. c. 18. 19.

A. C.	Ætatis Conſtantini.	Imperii	
306.	33.	1.	CONSTANTINUS Galerii inſidiis elapſus, Nicomedia venit Eboracum ad CONSTANTIUM Patrem morti vicinum, qui ei militibus commendato tradit Imperium, non diu poſt defunctus 8. Kal. Auguſt. Vide Praxagoram apud Photium Cod. 62. Lactantium c. 24. & 25. ubi refert CONSTANTINUM & MAXIMINUM appellatos Cæſares a Galerio VIII. Cal. Januar.
			MAXENTIUS filius Herculii, Galerii gener, Romæ factus Imperator 6. Cal. Nov. Lactant. cap. 26. & 44.
			Severus, venis inciſis leniter mori a Galerio coactus eſt. id.
307.	34.	2.	*Conſtantinus* CONSUL, ducta *Fauſta*, Herculii filia, Theodoræ, quam pater Conſtantius duxerat, ſorore, ab Herculio pronunciatus Auguſtus, Prid. Cal. April.

A. C. Ætatis, Imperii Conſtantini.

LICINIUS, Auguſtus pronunciatus a Galerio, præſente Diocletiano. Lactant. c. 29.

308. 35. 3. MAXIMINUS ab exercitu Auguſtus proclamatus. Lactant. c. 32.

ROMULUS, Maxentii F. factus Cæſar, qui anno inſecuto obiit.

312. 39. 7. COSS. Conſtantinus II. Licinius II.

Vincitur MAXENTIUS a CONSTANTINO, Romæ, peritque in Tiberi 27. Octobr. *Lactant.* c. 44. *Euſeb. IX. 9. hiſt.* & de vita Conſt. I. 37. ſeq.

MAXIMINUM vincit LICINIUS, annoque proximo mors Tarſi exſtinguit.

Conſtantinus triumphans Romam ingreditur, cujus rei memoria in arcu triumphali ſplendido apud Jo. Petrum Bellorium in veteribus arcubus Auguſtorum, Rom. 1690. fol. & in Alex. Donati Roma, T. 4. theſauri Græviani p. 685. Cognomen inde *Maximi* Conſtantino tributum, vide Bandurii numiſmata T. 2. pag. 281. 278. 279. 280. 299. & de numis cum Cruce & CHriſti monogrammate (de quo Euſebius lib. I. c. 31.) pag. 272. 273 Harduini Opp. *ſelecta p.* 478. Chriſtiani Sigiſm. Liebe Gotham numariam pag. 353. Gretſeri T. 3. de Cruce lib. 1. De numis & inſcriptionibus in quibus Conſtantinus fundator pacis & quietis publicæ, & publicæ libertatis auctor, Bandurius p. 271. Euſebius lib. 1. c. 19. & II. *λυτρωτὴν αὐτὸν, Σωτῆρα καὶ εὐεργέτην βοαῖς ἀσχέτοις ἐπεφώνουν.*

313. 40. 8. COSS. Conſtantinus III. Licinius III.

Diocletianus obit ſub anni initum.

LICINIO nuptui data *Conſtantia*, Conſtantini M. ſoror, Chriſtiana. *Lactant.* c. 45. vide Cangii familias Byz. p. 44.

A. C.

A. C.	Ætatis,	Imperii Conſtantini.	
314.	41.	9.	MAXIMINUS victus a LICINIO Calendis Maji. Lactant. c. 46. ſq. non diu poſt defunctus, CHriſtum ſubinde deprecans & implorans ut ſui miſereretur. id. c. 49.
315.	42.	10.	COSS. Conſtantinus IV. Licinius IV. Cæſares CRISPUS ex priore Conjuge Minervina: & CONSTANTINUS primogenitus ex Fauſta Magni filius & cum his LICINIUS junior, vigeſimo menſe ætatis. Calendis Martii. Conſtantini Magni Decennalia. Euſeb. lib. 1. c. 48. lib. 4. c. 4. & Orat. de laudibus Conſtantini pag. 608. D.
318.	45.	13.	COSS. Licinius V. & CRISPUS.
319.	46.	14.	COSS. Conſtantinus Magnus V. & Licinius junior.
320.	47.	15.	COSS. Conſtantinus Magnus VI. & Conſtantinus filius. Quindecennalia, in quibus Nazarii panegyricus dictus Conſtantino M. Pacis leges Francis & Alemannis per Criſpum debellatis datæ, captique eorum Reges. Inde Conſtantinus *Mars Conſervator*, in numis & inſcriptionibus. Vide Bandurii numiſmata Tom. 2. pag. 263.
321.	48.	16.	COSS. Criſpus II. & Coſtantinus fil. II.
322.	49.	17.	Devicti Gothi & Sarmatæ, Carpique. Vide Bandurii numiſmata T. 2. p. 253.
323.	50.	18.	*Licinius* perſequi incipit Chriſtianos.
324.	51.	19.	COSS. Criſpus III. & Conſtantinus fil. III. Bellum adverſus *Licinium*, quem vicit Conſtantinus in pugna decretoria, qua ipſe Licinius pronunciavit appariturum cui religioni accedendum eſſet. Euſeb. II. 5. de vita Conſt. & Orat. de laudibus ejus p. 629. Ante Synodum Nicænam, Hiſtoriæ Eccleſ. libros X. abſolvit Euſebius, & *Criſpo* adhuc ſuperſtite, quocum Conſtantinus adverſus Licinium in

A. C. Ætatis, Imperii Conſtantini.

aciem proceſſerat. ἅμα παιδὶ Κρίσπῳ βασιλεῖ φιλανθρωποτάτῳ. X. 9. hiſt.

325. 52. 20. *Synodus* NICÆNA 19. Jun. Conſtantini M. Vicennalia 25. Jul. Epiſcopi Convivio adhibiti ab Imperatore. Euſeb. III. 15. qui etiam teſtatur Vicennalia illa Oratione ſe celebraſſe lib. 1. c. 1. ſed quæ hodie non exſtat.

CONSTANTIUS filius Conſtantini M. ex Fauſta ſecundo genitus, Cæſar, 6. Id. Nov. Euſeb. IV. 40. de vita Conſt. & Orat. de laudibus pag. 609.

Poſt *Licinium* cum *Martiniano*, quem Cæſarem fecerat, interfectum Conſtantinus M. Imperator etiam Orientalium provinciarum. Euſeb. II. 19. de vita Conſtantini.

326. 53. 21. COSS. Conſtantinus Magnus VII. & Conſtantius fil.

Criſpus calumnia Fauſtæ, crudeli affectus ſupplicio: ſub idem tempus etiam *Licinius* junior. *Fauſta* non diu poſt pœnas ſceleris dedit, in balneo ſuffocata.

327. 54. 22. *Helena*, mater Conſtantini M. magna ſanctitatis opinione in amplexibus unici filii obit anno octogeſimo ætatis. *Euſeb. III. 46.* de vita Conſt. Theodorit. I. 7. Socrat. I. 17. Sozom. II. 1. Rufin. I. 7. adde Cangii familias Byz. pag. 43. 44. Triſtanum T. 3. p. 401.

328. 55. 23. COSS. Conſtantius fil. II. & Maximus.

329. 56. 24. COSS. Conſtantinus Magnus *VIII.* Conſtantinus fil. IV.

333. 60. 28. Ex veteri Byzantio inſtaurata CONSTANTINOPOLIS, incrementis maximis fulta & ornata, de qua Cangius in CPoli Chriſtiana, Bandurius ad Originum CPolitanarum ſcriptores, in præclaro Imperii Orientalis opere, & Ezech. Spanhemius ad Orat. 1. Juliani p. 69. ſeq.

A. C.

A.C. Æratis, Imperii Conſtantini.

335. 62. 30. COSS. Julius Conſtantinus, Conſtantini M. frater & Albinus.

Tricennalia Conſtantini, in quibus habita ab Euſebio in Palatio Oratio, quæ exſtat, de Imperatoris laudibus, ad calcem librorum de vita Conſt. Meminit ipſe prooem. in lib. 1. & lib. 4. c. 16. Τριακονταετηρικὰς στεφάνους laudat p. 614. C. 609. 618. B. 619. C.

CONSTANS filius Conſtantini e Fauſta tertio genitus, Cæſar. Euſeb. IV. 40. de vita Conſt. & Oratione de laudib. p. 609.

Nuptiæ CONSTANTII, filii ſecundo geniti cum Euſebia. id. IV. 31.

DALMATIUM filium fratris ſui *Dalmatii* Cæſarem creat Conſtantinus, eique ripam Gothicam, Thraciam, Macedoniam & Achajam ſubjicit. Fratrem illius ANNIBALIANUM Regem Ponti creat & Armeniæ, filia ſua Conſtantina illi nuptui data. Sed ſtatim deinde poſt Conſtantini mortem ambo ſunt interfecti, cum ipſius fratre Julio Conſtantio.

Synodus *Tyri* habita. Euſeb. IV. 41. ſeq. Martyrii, templi Hieroſolymis inauguratio, id. IV. 40. 43. ſq. Tres Imperatoris filii CONSTANTINUS, CONSTANTIUS & CONSTANS, Auguſti renunciati, inter quos Pater ita Imperium diviſit, ut majori natu Gallias & Britanniam, Conſtantio Imperium Orientis, Conſtanti mediam portionem hoc eſt Africam, Illyricum & Italiam tribueret. Euſeb. lib. 1. de vita Conſt. c. 1. & 9. IV. 51. & 68. ſq. Orat. de laudibus p 609. Perſecutores Eccleſiarum contra ἄῤῥιζοί τε καὶ ἄοικοι, ἀνέστιοί τε καὶ ἀφανεῖς καθίσταντο παραχρῆμα. *illico ſine ſtirpe, ſine domo, ſine lare e medio ſublati ſunt.* idem. pag. 630.

A. C. Ætatis, Imperii Conſtantini.

337. 64. 32. CONSTANTINUS Magnus Imp. obit Nicomediæ feſto Pentecoſtes 22. Maji, Corpus ἐν λάρνακι χρυσῇ in arca aurea delatum C'Polin, proſequente exercitu, Theodorit. I. 34. hiſt. Eccleſ. ſepultumque ἐν τοῖς προθύροις τοῦ ἁλιέως, *in veſtibulo piſcatoris*, hoc eſt templi Apoſtolorum, quod ipſe condiderat. Chryſoſt. homil. 26. in 2. ad Corinth. & Orat. quod CHriſtus DEUS, T. I. edit. novæ p. 570. Euſeb. IV. 60. & 64. funus ducente filio Conſtantio. id. IV. 70. Confer Bandurii Imperium Orientale T. 2. p. 807. 871. & de numis in ejus conſecrationem *Euſebium IV. 72. Triſtanum T. 3. p. 553. & Bandurii numiſmata T. 2. p. 267. 282.

XXVI. Concludam hoc caput teſtimonio Jo. Chryſoſtomi, oratione luculenta quod CHriſtus ſit DEus, T. I. edit. novæ p. 578. Ἕλληνες ἦσαν βασιλεῖς Αὔγουστος, κ. τ. λ. *Ethnici erant Imperatores Auguſtus, Tiberius, Cajus, Nero, Veſpaſianus, Titus*, καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον ἅπαντες ἕως τῶν τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου χρόνων τοῦ βασιλέως, *& poſt illum omnes usque ad tempus B. Conſtantini Imperatoris*: Καὶ πάντες οὗτοι οἱ μὲν ἔλαττον, οἱ δὲ σφοδρότερον ἐπολέμουν τὴν ἐκκλησίαν, *omnesque illi, alii minus, alii vehementius Eccleſiam oppugnabant*, ἐπολέμουν δ᾽ οὖν ὅμως ἅπαντες. *Oppugnabant tamen omnes. Quod ſi qui eorum viſi ſunt m… agere, hoc ipſum tamen quod Imperatores palam in impietate* (cultu idolorum) *viverent, materia bellorum* (perſecutionum) *erat, cum alii ipſis adulabantur, gratiam illorum captantes, Eccleſiæ bellum inferrent.*

CAPUT

* Sive potius beatam ejus mortem, & porrigente cœlitus dextram Numine in cœlos aſſumtionem. Vide celeberr. Wagenſeilii ſynopſin hiſtoriæ univerſalis, parte altera p. 388. ſeq. in pera librorum juvenilium T. IV.

CAPUT XIII.

Edicta contra Paganos, & methodi ac viæ Chriſtianiſmi per Imperatores propagati.

I.

CONſtantino CHRISTI ſacra palam profeſſo, contigit quod XVIII. 50. de Civ. DEI celebrat S. Auguſtinus, *ut populi Gentium credentes in eum, qui pro earum redemtione crucifixus eſt, Chriſtiano amore venerarentur ſanguinem Martyrum, quem diabolico furore fuderunt, ipſique Reges, quorum legibus vaſtabatur Eccleſia, ei Nomini ſalubriter ſubderentur, quod de terra crudeliter auferre conati ſunt, & falſos DEOS inciperent perſequi, quorum cauſſa cultores DEI veri fuerant antea perſecuti.* Operæ pretium igitur eſt videre, quomodo abrogata perſecutorum violentia, ſecuritati primum Chriſtianorum caverit, liberoque cultus eorum religioſi exercitio tuendo & ornando proſpexerit legibus ſuis Conſtantinus: deinde idololatriam debellandam ſibi ſumſerit, hinc converterit ſeſe ad Eccleſiæ diſciplinam regendam, occurrendumque naſcentibus in illa erroribus, vitiis & diſſidiis: denique beneficiis & honoribus ſacrum Ordinem condecoratum muniverit, & Eccleſiam locupletaverit, omneſque invitaverit ad CHriſti Nomen ſecum amplectendum venerandumque, atque adeo per triginta, quibus circiter præfuit, annorum ſpatium fundamenta non inficianda jecerit ſtatus Chriſtiani, qualis fere per Orbem hodie etiamnum conſpicitur.

1. Leges pro Chriſtianis, & promovendis atque ornandis ſacris Chriſtianorum.

Prima ejus ſanctio, ſanctæ Religionis reſtitutio, ſupra p. 255. 240.

De reſtituendis in integrum Confeſſoribus, qui propter CHriſtum exilia, ſpoliationes, infamiamve paſſi, exuti dignitatibus, exauctorati, damnati ad ſervitia vel ad metalla fuerant. *Euſebius de vita Conſt. II. 20. ſeq. 30. ſeq. III. 1.*

De bonis Martyrum ad propinquos reſtituendis, *Euſeb II. 21. 35.* vel, ſi deficerent propinqui, reſtituendis Eccleſiæ *cap. 36.* etiamſi fiſcus fundos, ædes vel hortos ceperit. *cap. 39.* De Martyrum monumentis & cœmeteriis, aliisque poſſeſſionibus Eccleſiaſticis reddendis. *c. 40. ſeq.*

De reſtituendis ædificiis, & hortis ad Eccleſias pertinentibus. *Euſeb. X. 5. hiſt. p. 390. Nicephor. X. 42.*

CHriſto maledicere, aut quenquam Chriſtianorum afficere injuria auſos, dimidia bonorum parte multandos. τολμῶντα βλασφημῆσαι χριστὸν, ἢ τινὰ τῶν ἐκείνῳ τιμωμένων ὀνόματι ἀδικῆσαι, τὸ τῆς περιουσίας ἥμισυ προσαπόλλειν, Niceph. VII. 34.

Injuriæ, vis & impetus in Eccleſias & Eccleſiaſticos graviter puniendæ. Confer legem Honorii *T. 6. Cod. Theodoſ. p. 66.*

De Eccleſiaſticis & cæteris Chriſtianis neutiquam cogendis ad luſtrorum ſacrificia celebranda, lex data Sirmii A. C. 323. quinta in Codice Theodoſ. de Epiſcopis, Eccleſiis & Clericis, illuſtrata a *Jacobo Gothofredo*, Epiſtola de interdicta cum Gentilibus communione. Genev. 1654. 4. & tomo ſexto Codicis Theodoſ. p. 27. ſq.

Præſides Provinciarum & præfecti Prætorii e Chriſtianis cooptati. *Euſeb. de vita Conſt.* II. 44. Theodorit. lib. 1. Niceph. VII. 46. χριστιανοῖς ἐπέτρεπε πάσας τὰς κοσμικὰς ἀρχὰς διοικεῖν.

Imperatorio ſumtu multiplicanda ſacrorum Voluminum exemplaria, quæ perſecutorum juſſu lacerata, vel flammis tradita fuerant. Euſebius de vita Conſt. III. 1. p. 483. ὁ δὲ καὶ τὰ θεόπνευστα λόγια πληθύνειν ἐκ βασιλικῶν θησαυρῶν μεγαλοπρεπεῖ παρασκευῇ πολυπλασιαζόμενα ἐνομοθέτει. Conſtantini Epiſtolam ad Euſebium de quinquaginta Codicibus Bibliorum curandis in *uſus* Eccleſiæ CPolitanæ, præter Euſebium IV. 36. habent *Socrates* I. 9. Theodoritus I. 16. tripartita II. 16. Confer quæ de Bibliothecis à Conſtantino juſſis inſtrui, *Franciſcus Balduinus* de legibus Conſtantini lib. I. p. 30. ſeq.

Templa Chriſtiana nova ædificari, vetuſta inſtaurari & ampliora fieri, ſumptusque ex Imperialibus theſauris a Præſidibus Provinciarum, vel ab officio Præturæ Prætorianæ ſuppeditari præceptum. Socra-

Socrates I. 9. Theodorit. I. 15. Euſeb. II. 45. ſq. III. 1. Epiphanius hæreſi XXX. 11. p. 136. memorat legem Conſtantini de condendis etiam CHriſto Eccleſiis in iis civitatibus ac vicis, quibus ſoli habitaſſent Judæi, ut Tiberiade, Diocæſareæ, Sepphurine, Nazareti & Capharnaumi. adde XXX. 4. pag. 128. ubi ſpeciatim de Tiberiade. Eunapius in Ædeſio pag. 33. *Κωνςαντῖνος γὰρ ἐβασίλευε, τά τε τῶν τῶν ἱερῶν ἐπιφανέςατα καταςρέφων καὶ τὰ τῶν χριςιανῶν ἀνεγείρων οἰκήματα.* Plura *Jo. Ciampinus* in ſynopſi hiſtorica de ſacris ædificiis a Conſtantino M. exſtructis Rom. 1693. fol. Acta Erud. 1694. pag. 321.

De ſanctificando die Solis & Sabbati Euſeb. IV. 18. de vita Conſt. (ubi Tillemontius recte legit *ἐνομοθέτει* pro *ἐνουθέτει* Tom. 4. hiſt. Imperator. p. 593.) Sozomenus lib. I. cap. 8. Niceph. VII. 46. Confer Franciſcum Balduinum de legibus Conſtantini lib. 2. pag. 137. ſeq.

De die Dominico etiam à Præſidibus Provinciarum celebrando. Euſeb. IV. 23.

De Martyrum diebus ſolennibus & diebus feſtis Eccleſiarum colendis. ibid.

Paganis quietis vim inferre, aut bona eorum diripere, gravi lege prohibitum Theodoſii Junioris A. C. 423. T. 6. Cod. Theodoſ. pag. 295.

II. Idololatriæ debellandæ, *atque Ethniciſmi* tollendis flagitiis & ſuperſtitionibus.

De cultu idolorum deſerendo, Euſeb. II. 48. ſeq. Nicephorus VII. 46. hiſt. *τῶν δὲ περικύκλῳ πολέμῳ κρατῶν, ὥσπερ ἄν τι φιλοτιμούμενος τὸν χριςὸν ἠμείβετο τῇ περὶ τὴν θρησκείαν σπουδῇ πᾶσι δὴ προτρέπων ταύτην μόνην τιμᾶν.* Diſerte tamen profeſſus Conſtantinus eſt neminem ſe vi velle cogere, aut ad CHriſti ſacra amplectenda compellere. Euſeb. II. 56. & 60. & Orat. ad ſanctorum cœtum c. XI. p. 581. A. adde Tillemont. Tom. 4. hiſt. Imperator. pag. 605. 606.

De templis præcipuis idolorum evertendis. ὁ δὲ ἐκ βάθρων καθῄρει τῶν νεῶν τὰ μάλιστα παρὰ τοῖς δεισιδαίμοσι πολλοῦ ἄξια. Euſeb. III. 1. p. 483. id fieri cœptum A. C. 333. Delmatio & Zenophilo COSS. ubi videndus Pagius.

CPoli templa, araſque idololatricas & idola prorſus ſuſtulit. Euſeb. III. 48. Hieroſolymis III. 26. & in Mambre III. 53.

Templa quædam Ethnica nudata veſtibulis, & valvis, alia tectis. Euſeb. III. 54.

Idola nudata & ad ludibrium omnium expoſita: conflata alia vel confracta, aut tracta reſtibus per ora hominum. Euſeb. III. 54. & de laudibus Conſtantini p. 624. ſq. ubi etiam de ſimulacris igni conflandis p. 627.

Lucus ac templa Veneris apud Aphaca & Helliopoli in Phœnice everſa, cum donariis & ſimulacris, impuriſſimusque cultus nequitiæ prohibitus. Euſeb. III. 55. 58. & de laudibus Conſt. pag. 625. ſqq.

Everſum templum Æſculapii Ægis in Cilicia. Euſeb. III. 56. de vita Conſtantini.

Adyta & inacceſſa antea templorum loca à militibus frequentabantur, ϛρατιωτικοῖς κατεπατεῖτο βήμασιν. Euſeb. III. 57.

Templis detracta donaria & ſtatuæ, quas ornandæ CPoli impendit. Jac. Gothofred. ad Libanii Orat. pro templis pag. 43. Niceph. VII. 49. Julianus Orat. VII. pag. 424. ἱερὰ ἀποσυληθέντα τῶν ἀναθημάτων.

Templorum annonæ ad annonam militarem transferri jubentur lege Honorii T. 6. Cod. Theodoſ. p. 288. adde p. 290. ſeq.

Templa occluſa a) Theodorit. V. 21. Cod. Theodoſ. Tom. 6. p. 263 ubi lex Conſtantii: quædam etiam ſolo æquata. vid. Jac. Gothofredus ad Libanii Orat. pro templis p. 44.

Sacri-

a) Leges Theodoſii M. & Honorii de templis quibusdam patere juſſis propter artis ſimulacrorum pretium, at ſacrificorum cultu interdicto. Cod. Theodoſ. T. 6. p. 261. 268. 287. & 280. ubi de publicorum operum ornamentis ſervandis.

Sacrificia prohibita omnia. Cod. Theodoſ. T. 6. p. 261. 263. Cod. Juſtinian. lib. 1. tit. XI. πύλαι ἀπεκλείοντο εἰδωλολατρείας, θυσίας τε τρόπος ἀπηγορεύετο πᾶς. Euſeb. IV. 23. 25. de vita Conſt.

Speciatim ſacrificia nocturna à Magnentio permiſſa vetantur lege Conſtantii T. 6. Cod. Theodoſ. p. 265. & p. 266. ubi pœna capitis ſubjugari præcipiuntur a Conſtantio, ii quos operam ſacrificiis dare vel colere ſimulacra conſtiterit. Pro pœna capitis, in lege Gratiani, Valentiniani & Theodoſii proſcriptio dictatur ibid. & p. 294. vetita ſacrificia diurna nocturnave facientibus. Contra ſacrificia divinatoria vide Theodoſii legem p. 270.

Prohibitæ τελεταὶ κρύφιοι, arcana ſacra & myſteria. Euſeb. IV. 25.

Symmachi Oratio pro ara Victoriæ, ad Valentinianum II. A. C. 384. confutata à S. *Ambroſio* & *Prudentio*, de quibus dictum in Bibl. Latina.

Libanii Oratio de templis non diruendis, ad Theodoſium M. habita circa A. C. 390. & à Jac. Gothofredo Græce & Lat. edita cum notis, Genev. 1634. 4.

Julianus Orat. VII. pag. 424. (228.) καθαιρουμένων δὲ τῶν ἱερῶν ἀνῳκοδομεῖτο παλαιὰ καὶ νέα μνήματα (monumenta martyrum.)

Omnis privatus cultus lege Theodoſii, Arcadii & Honorii interdicitur T. 6. Cod. Theodoſ. p. 273.

Simulacra gentium everſa à Cynegio, præfecto Orientis A. C. 388.

Templa adire & perluſtrare prohibitum legibus Theodoſii, Arcadiique & Honorii Tom. 6. Cod. Theodoſ. pag. 271. 272. 277.

Templa in agris, ſine turba ac tumultu diruenda, lex Arcadii A. C. 399. Cod. Theodoſ. Tom. 6. p. 283.

Faſti Idatiani ad A. C. 399. *Manlio & Theodoro COSS. templa Gentilium demolita ſunt, Joviano & Gaudentio Comitibus.* Auctor de promiſſionibus qui legitur inter S. Proſperi opera parte, 3. p. 185. *THEODOSII vero religioſi Principis imperio per Jovium & Gaudentium Comites, templa omnia clauſa, exſpoliataque varia figmenta, quis noſtrum permitti-*

mittitur ignorare? - - HONORIUS etiam, Theodoſii minor filius, Chriſtiana Religione ac devotione præditus, templa omnia cum ſuis adjacentibus ſpatiis, Eccleſiis contulit, ſimulque ſimulacra eorum confringenda in poteſtatem dedit. Memorat & S. Auguſtinus de Civ. DEI XVIII. ult. Confer Socratis V. 16. Sozom. VII. 15. Theodorit. V. 21. & 37. Juſtellum ad Can. African. 58. & 84. Beveregium ad Can 62. p. 727.

Ædificia templorum ad uſum publicum (civilem) vindicanda, aris & ſimulacris ſublatis. A. C. 408. Cod. Theodoſ. T. 6. p 288.

Cuncta eorum fana, templa, delubra ſi qua adhuc exſtant integra præcepto Magiſtratuum deſtrui, conlocationeque venerandæ Chriſtianæ religionis ſigni (Crucis) expianda ex lege Theodoſii jun. A. C. 426. Cod. Theodoſ. T. 6. p. 296. Theodoret. V. 36. Chronicon Paſchale p. 303. τῶς δὲ ναὺς ἑλλήνων κατέςρεφεν ἕως ἐδάφυς.

Poſtea tamen Gregorius M. notum illud de non evertendis ſed conſecrandis & expiandis aqua benedicta, ac per Martyrum reliquias Gentilium templis decretum condidit, quod exſtat lib. IX. Epiſt. 71. Confer Baronium ad Martyrolog. Rom. 13. Maj. & V. C. Jo. Georgii Keysleri antiquitates ſeptentrionales p. 293. ſeq.

Qui e Chriſtianis pagani facti ſunt, eis eripitur facultas jusque teſtandi, & teſtamenta eorum reſcinduntur, ex legibus Theodoſii M. A. 381. T. 6. Cod. Theodoſ. de apoſtatis p. 203. 207. ſq. 210. 211. & ex hereditatibus tantum legitima relinquitur. p. 204. Auctores perſvaſionis, eadem vel gravior pœna comitetur. p. 205. Dignitate ſive ingenita ſive *collata excidere & ſtatu ſuo dejecti* perpetua inuri infamia jubentur lege alia A. 391. p. 208.

Paganus non poteſt habere Chriſtianum mancipium. lib. 1. Cod. Juſtiniani tit. 10. Vide tamen Paganinum Gaudentium de moribus ſæculi Juſtinianei c. 13.

Epiſcopis permiſſum, Paganæ reſiſtere ſuperſtitioni. Vide Jac. Gothofredum ad Libanii Orat. pro templis p. 50. & ad Codicem. Theodoſ. T. 6. p. 300.

Scripta *Porphyrii* & alia adverſus Chriſtianam b) Religionem juſſa flammis tradi, de quo Theodoſii M. lex in Actis Synodi Epheſinæ A. C. 435. T. 1. Harduin. p. 1720. & Cod. Juſtinian. de ſumma

b) De his ſupra p. 154.

ma Trin. *θεσπίζομεν τοίνυν, ὥστε πάντα ὅσα Πορφύριος ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ μανίας ἐλαυνόμενος κατὰ τῆς εὐσεβοῦς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν συνέγραψε, παρ' οἱῳδήποτε εὑρισκόμενα, πυρὶ παραδεδόσθαι. Πάντα γὰρ τὰ κινοῦντα πρὸς ὀργὴν Θεὸν συγγράμματα, καὶ τὰς ψυχὰς ἀδικοῦντα, οὐδὲ εἰς τὰς ἀκοὰς ἀνθρώπων ἐλθεῖν βουλόμεθα. Decernimus igitur, ut quæcunque Porphyrius, propria impulſus veſania contra piam Chriſtianorum Religionem ſcripſit, apud quemcunque inventa fuerint, igni tradantur: ſiquidem omnia ſcripta, quæ Divinam iram provocant, & animas lædunt, ne ad aures quidem hominum venire volumus.* Ante Theodoſium Conſtantinus M. apud Socratem lib. I. cap. 9. Gelaſium hiſt. Concilii Nicæni II. 36. & hiſt. tripartit. II. 15. *ὥσπερ τοίνυν Πορφύριος ὁ τῆς θεοσεβείας ἐχθρὸς συντάγματα παράνομα κατὰ τῆς θρησκείας συνιστάμενος ἄξιον εὕρετο μισθὸν, καὶ τοιοῦτον, ὥστε ἐπονείδιστον μὲν αὐτὸν πρὸς τὸν ἑξῆς γενέσθαι χρόνον, καὶ πλείστης ἀναπλησθῆναι κακοδοξίας, ἀφανισθῆναι δὲ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα.*

Statuas idolorum erigere, victimas cædere idolis, haruſpicina & auſpicia prohibita. Euſeb. II. 45. conferendus Jac. Gothofredus ad Codicem Theodoſ. de paganis ſacrificiis & templis T. 6. p. 257. ſeq. 261. 263. Etiam ſuas ipſius imagines in templis poni Conſtantinus prohibuit. id. IV. 16.

Prohibita cruenta ſpectacula gladiatorum, *μονομάχων μιαιφονίαι*. Euſeb. IV. 21. Nicephor. IV. 46.

Nili cultus ſublatus, quem *ἐκτεθηλυμένοι* & androgyni Alexandriæ *obibant. Euſeb.* IV. 25. Nilometrum Chriſtiano in templo dedicatum. Nicephor. VII. 46.

Inceſti & impudici concubitus coërciti legibus, cœlibumque & orborum pœnæ, quas lex Papia impoſuerat, abrogatæ. ibid. adde Paganinum Gaudentium de moribus ſæculi Juſtinianei cap. XII.

Supplicium Crucis & crurifragii ſublatum a Conſtantino, in honorem Salvatoris. Vide Lipſium de Cruce lib. III. cap. 14. Andream Schottum ad hæc Victoris de Cæſaribus c. 41. de Conſtantino: *Eo pius, ut etiam vetus teterrimumque ſupplicium patibulorum & cruribus ſuffringendis primus removerit.*

Privilegia

Privilegia antiquo jure conceſſa Sacerdotibus ethnicis, Miniſtris, Præfectis, Hierophantis agrorum, ſive quolibet alio nomine nuncupabantur, penitus abolita lege Arcadii T. 6. Cod. Theodoſ. p. 278. *ne gratulentur ſe privilegio eſſe munitos, quorum profeſſio per legem cognoſcitur eſſe damnata.*

Pagani ritus errore ſeu crimine polluti nec ad militiam ad mittuntur, nec adminiſtratoris vel judicis honore decorantur: lex Theodoſii Jun. A. C. 416. T. 6. Cod. Theodoſ. p. 293.

III. Judæorum progreſſibus cohibendis.

Adverſus *Judæos*, qui ſaxis aut alio furoris genere auſi fuerint adtentare Chriſtianos proſelytos e Judæis, Conſtantini lex A. C. 315. jubens eos dedendos flammis, & cum omnibus ſuis participibus concremandos. T. 6. Cod. Theodoſ. p. 214. & in Codice Juſtinianeo lib. 1. tit. 9. lege 3. cui addenda lex 14. Honorii & Theodoſii A. C. 412. ex Cod. Theodoſ. T. 6. p. 238. in qua cavetur ne expoſitos Judæos ad contumeliam religio qualiscunque efficiat, ſed ita ut nec ipſi inſoleſcant, elatique ſui ſecuritate, quicquam præcipites in Chriſtianam reverentiam ultionis admittant.

Omnes adminiſtrationes & dignitates Judæis interdictæ, ne adverſus Chriſtianos judicandi vel pronunciandi quamlibet habeant poteſtatem. Theodoſii & Valentiniani lex 19. A. C. 439. adde Cod. Theodoſ. T. 6. pap. 239.

Synagogas veteres, quæ ruinam minantur, fulciendi licentia permiſſa, nullam novam fabricam ſurgere concedit lex eadem 19. lib. 1. tit. 9. Cod. Juſtinian. *ſi Synagogam exſtruxerit, compendio Catholicæ Eccleſiæ noverit ſe laboraſſe.* adde T. 6. Cod. Theodoſ. pag. 239. 242.

Eorum flagitia punienda ſtatuuntur lege Valentiniani A. C. 383. qui Chriſtianæ religionis & nomine dignitate neglecta, Judaicis ſemet polluere contagiis. T. 6. Cod. Theodoſ. de Apoſtati. p. 205. Facultates eorum fiſco addicuntur lege Conſtantii A. 357. Cod. Theodoſ. de Judæis pag. 223. Honorum proſcriptione & perpetuo exilio damnabuntur, ſi noſtræ fidei hominem circumcidiſſe eos, vel circumcidendum mandaſſe conſtiterit. Honorii & Theodoſii

doſii lex 15. Cod. Juſtinian. de Judæis & Cœlicolis lib. 1. tit. 9. Similiter lege 18. proſcriptione punitur ſi Judæus pertrahere Chriſtianum ad religionem ſuam auſus fuerit. Ante hos omnes Conſtantinus A. 315. Cod. Theodoſ. de Judæis, Cœlicolis & Samaritanis T. 6. p. 214. *Si quis ex populo ad Judæorum nefariam ſectam acceſſerit, & conciliabulis eorum ſe adplicaverit, cum ipſis pœnas meritas ſuſtinebit*, adde p. 235. Honorii conſtitutionem in Cœlicolas, qui de Chriſtianis quosdam permoverent Judæorum nomen induere.

Pro adulterio habetur ſi quis Chriſtianam mulierem in matrimonium Judæus accipiat, vel Judææ Chriſtianus conjugium ſortiatur. lege Theodoſii M. & Arcadii A.C. 388. in Codice Juſtiniani lib. 1. tit. 9. l. 6. adde Conſtantii legem T. 6. Cod. Theodoſ. p. 223.

Ritus ſuos citra contemtum Chriſtianæ legis retinere jubentur, *amiſſuri ſine dubio permiſſa hactenus, niſi ab illicitis temperaverint*. Honorii & Theodoſii A. C. 408. lege undecima Cod. Juſtinian. lib. 1. tit. 9. & Cod. Theodoſ. Tom. 6. p. 233. ubi prohibetur quod conſueviſſent quodam feſtivitatis ſuæ ſolenni *Aman* ad pœnæ quandam recordationem incendere, & ſanctæ Crucis aſſimilatam ſpeciem in contemtu Chriſtianæ fidei, ſacrilega mente exurere.

Militia interdicuntur Judæi, etiam agentum in rebus. Cod. Theodoſ. T. 6. p. 232. advocationis & curialium munerum permiſſa libertate, p. 241.

Judæo non licet Chriſtianum habere mancipium. Euſeb. IV. 27. de vita Conſt. & Cod. Juſtinian. lib. 1. tit. 10. Cod. Theodoſ. T. 6. p. 239. Vide tamen p. 248. 249.

De Conſtantino Judæos ab inſtauratione templi Hieroſolymitani prohibente dictum ſupra p. 124. cui adde quod apud Eutychium Patricidem & Elmacinum & in confeſſione Claudii Æthiopiæ Regis mentio edicti Conſtantiniani contra Judæos, ut omnes qui non veſcerentur carne porcina Hieroſolymis, interficerentur. Similiter ab Hadriano Imp. militum cohors cuſtodias agitare juſſa fuerat, quæ Judæos omnes Hieroſolymæ aditu arceret. Quod Sulpicius Severus lib. 1. cap. 31. notat Chriſtianæ Fidei profeciſſe, quia tum pœne omnes CHriſtum DEum ſub Legis Moſaicæ obſervatione colebant.

Proſelytum ex Judæo vel Samarita Chriſtianum non permittitur pater exheredare. Cod. Theodoſ. de Judæis T. 6. p. 244.

Eum qui ex Judæo Chriſtianus factus, inquietari à Judæis non licet, vel aliqua pulſari injuria. lex Conſtantini A. 336. idem. pag. 222.

Paganis vel Judæis quietis, vim inferre, aut bona eorum diripere gravi lege prohibitum Theodoſii Jun. A.C. 423. T. 6. Cod. Theodoſ. p. 295. adde p. 238. & 243. ubi additur Judæos *bonorum proſcriptione & perpetuo exilio damnandos, ſi noſtræ fidei hominem circumcidiſſe eos vel circumcidendum mandaſſe conſtiterit.* etiam mancipium. p. 247.

Theodoſii lex A. 393. *Judæorum ſectam nulla lege prohibitam ſatis conſtat: unde graviter commovemur, interdictos quibusdam locis eorum fuiſſe conventus.* Addit deinde congrua ſeveritate cohibendam nimietatem eorum, qui ſub Chriſtianæ Religionis nomine inlicita quæque præſumunt, & deſtruere Synagogas, atque exſpoliare conantur. p. 225. Similiter & Patriarchas Judæorum contumeliis afficere prohibet Arcadii lex p. 227. viciſſim jubet inruentum contumelias a Judæis, eorumque Synagogis propulſare. adde p. 237.

Judæi ad Eccleſiam qui ſimulatione acceſſerunt, ad legem propriam remeare permittuntur p. 240.

Synagogæ non auferendæ nec exurendæ, ſed ereptæ reſtituendæ. p. 242. *nec novas unquam Synagogas permittantur exſtruere, nec auferendas ſibi veteres pertimeſcant.* p. 243.

IV. Erroribus & abuſibus removendis ab Eccleſia Chriſtiana, & Diſciplinæ conſervandæ.

Conſtantinus tanquam *κοινὸς Ἐπίσκοπος*, *communis* ipſe *Epiſcopus* Orbis Romani, apud Euſeb. lib. I. c. 44. ad Epiſcopos Eccleſiæ Chriſtianæ in territorio ſuo viventes: *ὑμεῖς μὲν τῶν εἴσω τῆς Ἐκκλησίας, ἐγὼ δὲ τῶν ἐκτὸς ὑπὸ Θεοῦ καθεστάμενος Ἐπίσκοπος ἂν εἴην. Vos,* inquit, *Epiſcopi circa interiora Eccleſiæ*, (Doctrinam & Sacramenta) *ego circa Eccleſiæ externa*, (regimen & tutelam) *Epiſcopus à DEO ſum conſtitutus.* IV. 24. de Vita Conſt. Eodem ſenſu Socrates præfat. lib. V. Hiſt. notat, quod ab illo tempore, quo Imperatores cœperunt

eſſe

eſſe Chriſtiani, τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα ἤρτητο ἐξ αὐτῶν, *ab illis peperderunt res Eccleſiæ*, externæ nimirum, illaque omnia quæ ad moderamen, ſecuritatemque cœtuum Chriſtianorum in Orbe Romano attinent. Verior hæc eſt interpretatio, quam illorum qui τὰ ἔξω Epiſcopatus Conſtantiniani de Gentilibus adhuc extra Eccleſiam conſtitutis malunt accipere cum Petro de Marca II. 10. de Concordia Sacerdotii & Imperii: vel de rebus Civilibus cum Allatio de conſenſu utriusque Eccleſiæ pag. 230. ſeq. Itaque & Leo primus Papa c) Imperatori & Regibus *Sacerdotalem palmam* tribuit, & à Marciano Auguſto *ſacerdotali* ſe *ſollicitudine* commonitum eſſe teſtatur, & in Concilio Moguntino A. C. 813. Imperatores dicti *Rectores Eccleſiæ*, *Rectores Veræ Religionis.* Omitto, tanquam ab hoc loco aliena, referre quæ pro illa ſententia pridem diſputata ſunt à Nicolao Vedelio de Epiſcopatu Conſtantini M. & ab aliis viris doctiſſimis *Lancelloto Andrea* in tortura torti p. 363. *Jo. Rainoldo* colloquio cum Hardto ſub extrem. *Joanne Dalleo* contra Adamum & Cottibium parte 2. p. 79. *Hugone Grotio* de imperio ſummarum poteſtatum circa ſacra & T. 3. Opp. Theolog. p. 142. *Gerh. Jo. Voſſio* Epiſt. 23. ad Grotium, *Davide Blondello* libro de formula, regnante CHriſto p. 175. ſeq. & in opere Gallice edito de primatu in Eccleſia p. 1116. *M. Antonio de Dominis* VI. 5. ſeq. de Rep. Eccleſiaſtica: ac noviſſime in Anglia tum ab aliis, tum ab Henrico d) Stebbingio. Rem omnem enim extra controverſiam ponunt tot leges Eccleſiaſticæ a Conſtantino & aliis Imperatoribus ſancitæ, quarum pleni Codicum Theodoſiani, Juſtinianeique libri, plena Baſilicorum, Nomocanonum e) à Photio & aliis conſignatorum Volumina. Mihi paucas modo quasdam, Conſtantini præcipue leges ad regimen præcipue Eccleſiæ, decus & propagationem hoc loco referre ſatis fuerit.

Nn 2 Synodos

c) Confer Paſchaſium Queſnellum ad Epiſtolam S. Leonis LXXXIX.

d) Stebbingii liber inſcribitur: *an eſſay concerning Civil Gouvernment, conſidered as it ſtands related to Religion, wherein the Magiſtrates right to ſupport and encourage true Religion by human Laws, is aſſerted.* Lond. 1724. 8. exſtat & Wilhelmi Prynnii opus, cui titulus: *hiſtorical and Chronological vindication of the Kings ſupreame Eccleſiaſtical Jurisdiction.* Lond. 1665. 8. 2 Volum.

e) De illis dictum T. XI. Bibl. Græcæ p. 48. ſq.

Synodos Epiſcoporum, quas fieri Licinius & alii Imperatores prohibuerant, non modo congregari conceſſit Conſtantinus, ſed ſuaſit etiam juſſitque *: igitur ejus maxime conſenſu ac voluntate Canone V. Nicæno conſtitutum, ut ad diſciplinam Eccleſiaſtica tuendam bis quotannis ſynodi convenirent in unaquaque Provincia, una ante quadrageſimam, & altera circiter autumni tempus.

Imperium omne, univerſumque Orbem Romanum Conſtantinus non uni ſed quatuor Præfectis Prætorio regendum commiſit, ut refert Zoſimus lib. 2. c. 33. ſingulisque ſuas aſſignavit diœceſes ac provincias. Has, ſiquidem & Epiſcopatuum in multis exinde poſtea dependit ſubordinatio, ex Zoſimo & Notitia Imperii referre eſt operæ pretium, quas familiares ſibi ut habeant ſtudioſi hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, non ſine cauſa vehementer ſuadet Pagius ad A. C. 37.

I. Præfectus Prætorii Orientis
&
ſub eo Diœceſes f) *quinque.*

ORIENTIS *Provinciæ XV.*	ÆGYPTI *Provinc. VI.*	ASIÆ *Prov. X.*	PONTI *provinc. X.*	THRACIÆ *provinciæ VI.*
Palæſtina	Libya ſuperior	Pamphylia	Galatia	Europa
Phœnice	— Inferior	Helleſpontus	Bithynia	Thracia
Syria	Thebais	Lydia	Honorias	Hæmimonti
Cilicia	Ægyptus	Piſidia	Cappadocia I.	Rhodope
Cyprus	Arcadia	Lycaonia	Paphlagonia	Mœſia II.
Arabia	Auguſtamnica.	Phrygia Pacatiana	Pontus Polemoniacus.	Scythia.
Iſauria		— Salutaris	Hellenopontus.	
Palæſtina Salutaris		Lycia	Armenia I.	
Palæſtina II.		Caria	— — II.	
Phœnice Libani		Inſulæ	Galatia Salutaris.	
Euphratenſis				
Syria Salutaris				
Oſrhoëna				
Meſopotamia				
Cilicia II.				

* Euſeb. X. 5. hiſt. p. 391.

f) Jac. Gothofred. ad Cod. Theodoſ. T. 6. p. 11.

II. Præ-

II. Præfectus Prætorio Illyrici *& ſub eo Diœceſes tres.*

MACEDONIÆ *Provinciæ VI.*	ILLYRICI *Provinciæ VI.*	DACIÆ *Provinciæ V.*
Achaja	Pannonia ſecunda	Dacia mediterranea.
Macedonia	Savia ſive Pannonia ripurienſis.	Dacia ripenſis
Creta	Dalmatia	Moeſia prima
Theſſalia	Pannonia prima	Dardania Prævalitiana
Epirus vetus	Noricum mediterraneum	Pars Macedoniæ Salutaris.
Epirus nova.	Noricum ripenſe.	

III. Præfectus Prætorio Italiæ, *ſub eo Diœceſes duæ.*

ITALIÆ *Provinciæ XVII.*	AFRICÆ *Provinciæ VI.*
Venetiæ	Byzacium
Æmilia	Numidia
Liguria	Mauritania Sitifenſis
Flaminia & Picenum Annonarium	— — — Cæſareenſis.
Tuſcia & Umbria	Tripolis
Picenum ſuburbicarium	Africa Proconſularis.
Campania	
Sicilia	
Apulia & Calabria	
Lucania & Brutii	
Alpes Cottiarum	
Rhætia prima	
— — ſecunda	
Samnium	
Valeria	
Sardinia	
Corſica	

 IV. Præ-

IV. Præſectus Prætorio Galliarum, *ſub eo Diœceſes tres.*

HISPANIÆ *Provinciæ VII.*	GALLIARUM *Prov. XVII.*	BRITANNIARUM *Provinciæ V.*
Bætica	Viennenſis	Maxima Cæſareenſis.
Luſitania	Lugdunenſis prima	Valentia
Gallæcia	Germania I.	Britannia prima.
Tarraconenſis	— — — II.	— — — II.
Carthaginienſis	Belgica I.	Flavia Cæſareenſis.
Tingitana	— — II.	
Baleares.	Alpes maritimæ	
	Alpes Penninæ & Graiæ	
	Maxima Sequanorum	
	Aquitania I.	
	— — — II.	
	Novem populi	
	Narbonenſis I.	
	— — — II.	
	Lugdunenſis II.	
	— — — III.	
	Lugdunenſis Senonia.	

Controverſiis & litibus in Eccleſia naſcentibus, ſicut graviſſime indoluit, teſte Euſebio II. 72. III. 12. ita ſuarum duxit eſſe partium & ſollicite ſtuduit vel prævenire ſuppreſſas in herba, vel jam gliſcentes aut erumpentes in flammam, adhortatione, precibus, Epiſtolis minis, edictis comprimere. Vide eundem Euſebium II. 61. III. 4. ſeq. & 22. Præter *Donatiſtarum* tumultus, incipientes audiri, *Meletianum* ſchisma, *Catharorum* ſive *Novatianorum* hæreſin & *Paulianiſtarum* qui a Paulo Samoſeteno nomen tulere, maximum Conſtantino negotium faceſſivit *Arii* ſecta, quam cum fruſtra tentaſſet irenicis epiſtolis, & ſanis concordiæ in doctrina colendæ conſiliis conſopire, nullum melius remedium excogitare potuit, quam ut Synodo Epiſcoporum rem to-

tam diſceptendam judicandamque committerent, cui ipſe non modo intereſſet modo ſed etiam præeſſet.

Concilium Oecumenium *Nicænum* convocavit Conſtantinus A. C. 325. eodem quo ab ipſo celebrata ſunt vicennalia, ut ſupra p. 270. notare me memini. Ab Imperatore convocatum diſerte tradit Euſebius lib. I. c. 51. & III. 6. qui etiam decennio poſt, *Tyrium* IV. 41. & deinde inaugurando templo S. Sepulchri *Hieroſolymitanum* IV. 43. 47. à Conſtantino A. 335. indictum memorat. Eandem rem Epiphanius, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Gelaſius multique alii teſtimonio ſuo confirmant, atque ex ipſa Epiſtola Synodica Patrum Nicænorum, ad Eccleſiam Alexandrinam idem evidenter patet, in qua congregatos a Conſtantino profitentur ſeſe conveniſſe τῆς τȣ̃ Θεȣ̃ χάριτος καὶ τȣ̃ Θεοφιλεςάτȣ βασιλέως Κωνςαντίνȣ συναγαγόντος ἡμᾶς, apud Socratem lib. I. c. 9. Theodorit. lib. I. 6. Gelaſium in Actis Concilii Nicæni II. 33. Neque in mentem illis venit de Sylveſtro Romano Epiſcopo cogitare, qui vel convocaſſet Synodum, vel ei præfuiſſet: ut contra Bellarminum lib. I. de Conciliis c. 13. & 19. Baronium, Lud. Thomaſinum in Concilia T. I. diſſ. 3. aliosque probant D. Thomas Ittigius ὁ μακαρίτης in Hiſtoria Concilii Nicæni §. XI. & XXXII. ſeq. cui Jo. Launoium parte VI. Epiſtola I. Tillemontium T. 6. memor. hiſt. Eccl. Sam. Baſnagium T. 2. annal. p. 695. ſeq. & Hermanni Conringii diſſ. de Conciliis & circa ea ſummæ poteſtatis auctoritate, Helmſt. 1660. 1675. 4. editam adjungere licebit.

Non modo litteris honorificis Epiſcopos ad Synodum invitavit *Conſtantinus*, ſed etiam curſus publici copiam, viaticum & victum venientibus præbuit, ut narrant Euſebius III. 6. & 9. & Theodoritus lib. I. c. II.

Convenerunt Nicææ, civitate Bithyniæ, ut Euſebii verbis dicam III. 7. ἐκκλησιῶν ἁπασῶν αἱ τὴν Εὐρώπην ἅπασαν, Λιβύην τε καὶ τὴν Ἀσίαν ἐπλήρȣν, τῶν τȣ̃ Θεȣ̃ λειτȣργῶν τὰ ἀκροθίνια *ex omnibus Eccleſiis quæ univerſam Europam, Africam atque Aſiam impleverunt, ii qui inter DEI miniſtros principem locum obtinebant.* Nominatim ex *Scythia*, & ex *Perſide* Epiſcopum & *præter Syros*, *Cilicas*, *Phœnices*, *Arabes*, *Palæſtinos*, *Ægyptios*, *Thebæos*, *Libyas*, & e *Meſopotamia*, *Ponto*, *Galatia*, *Pamphylia* & *Cappadocia*, *Aſia* quoque & *Phrygia*, Urbis g) Epiſcopo abſen-

g) βασιλεύȣσα πόλις Euſebio Roma eſt hoc loco, perinde ut lib.

abſente presbyteros vicem ejus gerentes Vincentium, Vitumque. *Armeniæ* etiam Epiſcopi & *Africæ* & *Daciæ* nec non *Dalmatiæ*, *Pannoniæ*, *Gothiæ*, & *Boſpori* memorantur in ſubſcriptionibus apud Harduinum T. 1. Concil. p. 311. ſeq. & 423. & quas ex Codice Arabico Joſephi Ægyptii circa A. C. 1400. clari edidit Jo. Seldenus ad Eutychii Origines Alexandrinas p. 90. ſeq. (T. 2. Opp. p. 474.) qui non dubitat p. 117. ſeq. adfuiſſe etiam aliquos è *Britannia*, cum Britannicarum Eccleſiarum meminerit Conſtantinus apud Euſeb. III. 19. & Britannos Epiſcopos conſtet interfuiſſe jam ſynodo Arelatenſi, habitæ A. C. 314. Numerum Epiſcoporum qui Concilio adfuere cum CCCXVIII. vernis Abrahami Geneſ. XIV. 14. conferentes priſci ſcriptores, de illo dubitare non ſinunt, in quo etiam mira alii quæſivere myſteria, de quibus conſulendus Cotelerius ad Epiſtolam S. Barnabæ cap. 9. T. 1. Patrum Apoſtolicorum pag. 29. Ex ſubſcriptionibus illis autem, quæ hodie exſtant & mutilis & vehementer corruptis ad CCCXVIII. numerum exſurgere non licet, quanquam in illis quoque is diſerte exprimitur ſicut apud Epiphanium hæreſ. 69. c. XI. p. 735. ὧν καὶ τὰ ὀνόματα εἰς ἔτι δεῦρο σώζεται τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων. Sed notatur Occidentalium Epiſcoporum nomina parcius poſita, quod *Occidentales non ſimiliter quæſtionem de hæreſibus habuiſſent*, apud Harduin. T. 1. Concil p. 311. ſive quia *nulla apud eos de hæreſi ſuſpicio fuit* pag. 320. Extant tamen apud Seldenum nomina CCCVII. apud alios CCCXXIV. vel CCCXXVII. Quam amplæ tunc & frequentes jam fuerint Eccleſiæ Chriſtianæ, exinde licet facere conjecturam, quod apud Gelaſium lib. 1. de actis Concilii Nic. cap. 3. T. 1. Concilior. edit. Harduinianæ p. 370. Alexandri Alexandrini Epiſtolæ ſubſcribunt Alexandriæ presbyteri XVI. Diaconi XIII. & Mareotidis presbyteri XVI. Diaconi XVI.

Synodo non modo interfuit, ſed etiam præfuit Conſtantinus, ut ex Euſebio lib. 1. c. 44. & III. 10. & antiquiſſimis quibusque poſt Euſebium teſtibus liquido conſtat, quanquam integrum eis reliquit ad normam ſacrarum litterarum h) controverſias ſuas expendere, eo-

que

1. c. 39. atque ita Euſebium Theodoretus intellexit: itaque falluntur qui cum Gelaſio, Tripartita & Niceta intelligunt CPolin, quæ A. C. 325. necdum erat πόλις βασιλεύουσα. Vide laudatum Ittigium §. 24.

h) Conſtantinus apud Theodoretum lib. 1. c. 7. Hiſt. & Gelaſium

que ſenſu pronunciavit ſe nolle eſſe Iudicem, ſed eorummet, ſecundum Prophetica ſcilicet & Apoſtolica ſcripta, conceptæ ſententiæ ſeſe ſubmittere. Confer B. D. Dorſchei noſtri diatypoſin Concilii Nicæni p. 57. ſeq. & Dav. Blondellum de primatu in Eccleſia opere erudito Gallice edito Genev. 1641. fol. p. 1115. ſeq. Et de more Divina Volumina in Conciliis pro norma & regula proponendi i) vel, ut in veteri Codice Regio Gregorii Naz. apud celeberr. Bandurium T. 2. Imperii Oriental. p. 937. & ante Volumen undecimum Bibliothecæ noſtræ Græcæ conſpicitur, collocandi in throno, vide ſi placet Baronium ad A. C. 325. n. 6. laudatum, Dorſcheum p. 60. Lud. Creſollii Myſtagogum p. 549. Sim. Bouſſaci noctes Theologicas p. 33. & B. Jo. Chriſtoph. Pfaffii dogmata Proteſtantium ex Jure Canonico & Conciliis deducta p. 163.

Præfuit igitur Synodo Nicænæ Conſtantinus, ita ut convocatos primum admoneret de concordia, deinde auſcultaret ultro citroque verba facientes, k) tum ſuadendo paulatim eos conciliaret & conſentientes efficeret tam in fidei conſonantia quam in controverſia de tempore quo Paſcha eſſet celebrandum: denique decreta Synodi ipſe promulgaret & ſua auctoritate confirmaret, τὰ τῆς συνόδου δόγματα κυρῶν ἐπεσφραγίζετο, inquit Euſebius III. 23.

Non minus frequens Epiſcopis undique confluentibus fuit

I. 7) Εὐαγγελικαὶ γὰρ βίβλοι καὶ Ἀποστολικαὶ καὶ τῶν παλαιῶν Προφητῶν τὰ θεσπίσματα σαφῶς ἡμᾶς ἃ χρὴ περὶ τοῦ Θείου φρονεῖν, ἐκπαιδεύουσιν. τὴν πολεμοποιὸν οὖν ἀπελάσαντες ἔριν, ἐκ τῶν θεοπνεύστων λόγων λάβωμεν τῶν ζητουμένων τὴν λύσιν. Confer Chamieri panſtratiam tomo 1. lib. VIII. c. 10. §. 11. ſeq. lib. IX. cap. 17. §. 3.

i) ut in Concilio Rom. A. C. 337. *propoſitis ſacroſanctis & venerabilibus Evangeliis in Eccleſia Domini Dei & Salvatoris noſtri JEſu CHriſti, quæ vocatur Conſtantiniana* T. 1. Harduin. p. 567.

k) Euſeb. III. 13. & apud Socratem lib. 1. c. 8. qui p. 21. etiam refert Conſtantinum libellos quibus ſeſe invicem accuſabant Epiſcopi, exhibitos illi ut ferret ſententiam, exuſſiſſe omnes, & ad reconciliationem eos, & ad magis ſeria in Synodo agenda invitaſſe. Idem narrant Sozomenus I. 17. Rufinus lib. 1. cap. 2. Tripartita II. 2. Niceph. VIII. 16.

Synodus quam A. C. 335. *Tyri* ad componenda Ægyptiorum Antiſtitum diſſidia, atque inde *Hieroſolymis* inaugurando ſplendido quod in illa urbe exſtruxerat templo l) S. Sepulchri indixit, de qua utraque Euſebius IV. 41. ſeq. & 43. ſeq.

Epiſcoporum ὅρυς ſive definitiones in Synodis factas Conſtantinus ne a Provinciarum quidem Rectoribus irritas voluit fieri. Euſeb. IV. 27. Niceph. VII. 46. p. 516. Quin imo provocationem Donatiſtarum ab Epiſcopis ad ſeipum, Imperatorem, *rabidam furoris audaciam* appellat, apud Optatum lib. 1. c. 26. Eodem pertinet quod ab aliis excommunicati, recipi ab aliis prohibentur Canone V. Nicæno. Epiſcopum depoſitum a Synodo, nec Imperatoris ... ipto reſtituendam edixere Arcadius & Honorius Tom. 6. Cod. Theodoſ. pag. 75.

Epiſcoporum auctoritati quoque genus quoddam delegatæ jurisdictionis tribuit, permiſitque ut exceptis cauſis criminalibus m) qui vellent, poſſent ſeſe illorum arbitrio ſubjicere, (ſicut ſub Ethnicis Imperatoribus paſſim fuerat factum ex conſilio Apoſtoli 1. Corinth. VI. 1.) præteritis forenſibus judiciis: Sozom. lib. I. c. 9. τῶν δὲ ἐπισκόπων ἐπικαλεῖσθαι τὴν κρίσιν ἐπέτρεψε τοῖς δικαζομένοις, ἢν βύλωνται τὺς πολιτικὺς ἄρχοντας παραιτεῖσθαι & ſententiam Epiſcoporum obtinere debere, & ſi cauſa jam in ſeculari judicio ventilata. Vide Baluzium ad Capitularia Regum Francorum T. 2. p. 886. Jac. Cujacium in paratitlis ad Codicem Juſtinianeum lib. 1. tit. 4. de Epiſcopali audientia: Franciſcum Balduinum de legibus Conſtantini lib. 1. p. 14 Paganinum Gaudentium de Juſtinianei ſæculi moribus c. ... Jac. Gothofredum ad Cod. Theodoſ. T. 6. p. 303. ſeq. Tillemontium T. 4. Hiſt. Imperator. p. 369. ſeq. & Sam. Baſnagii diſſ. de Eccleſiaſtico tribunali T. 2. annal. p. 491. ſeq. In atriis templorum, judicia habe-

tur no-

* Conſtantini edictum ad Eccleſias apud Euſeb. III. 17. ſq. Gelaſium II. 36. Socratem lib. 1. c. 9. Theodoretum lib. 1. c. 9. incipit: πεῖραν λαβὼν ἐκ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραξίας.

l) De hoc Jo. Ciampinus de ſacris ædificiis à Conſtantino M. exſtructis c. 23. Georgius Wheler, account of the Churches of the primitive Chriſtians c. 6 & 7.

m) Cod. Theodoſ. T. 6. p. 52.

ta notatum eidem Baluzio ad homiliam VIII. Cæſarii Arelatenſis T. 27. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 342. & Epiſcopos litium arbitrium & cognitionem interdum recuſaſſe, obſervant Benedictini ad S. Ambroſium lib. 2. de officiis c. 25. p. 100.

A Conſtantino quoque prius ſancitum, quod poſtea edixit Conſtantius de Epiſcopis non accuſandis in foro ſæculari, Cod. Theodoſ. T. 6. pag. 37. & Honorius de Clericis in jus vocandis non niſi apud Epiſcopos. id. pag. 81. & clero indignos judicatos ab Epiſcopo ſtatim a Curia pro Laicis vindicandos. p. 78.

Adverſus hæreſes conſtitutio apud Euſeb. III. 64. de vita Conſtantini. Sozom. II. 32. adde Cod. Theodoſ. XVI. 5. de hæreticis, & Cod. Juſtinian. lib. 1. tit. 5. Lud. Thomaſini traité dogmatique & hiſtorique des edits & des autres moyens dont on s'eſt ſervi dans tous les temps pour maintenir l'unité de l'Egliſe Catholique. Pariſ. 1703. 4.

De libris hæreticorum inquirendis. Euſeb. III. 66. Valeſius ad Evagrium p. 81. Cod. Theodoſ. T. 6. p. 152. 190. Jac. Gretſerus lib. 1. de jure & more prohibendi libros hæreticos c. 6. ſqq. D. Juſti Henningi Bœhmeri diſſ. de jure circa libros improbatæ lectionis, ad l. 4. § 1. D. familiæ herciſcundæ. Halæ Sax. 1726. 4. pag. 34. ſeqq. Quanta mala ex diſſidiis redundarent in Eccleſiam, nemo rectius intellexit Conſtantino, qui illa bello quolibet, & quavis calamitate, *πάσης συμφορᾶς* graviora dolet apud Euſebium III. 12. 42. ſicut Arianas controverſias Euſebius II. 61. queritur eo uſque indignitatis proceſſiſſe, ut Ethnicis palam ludibrium præbuerint, *ὡς ἤδη ἐν αὐτοῖς μέσοις τῶν ἀπίστων θεάτροις τὰ σεμνὰ τῆς ἐνθέου διδασκαλίας τὴν αἰσχίστην ὑπομένειν χλεύην.*

V. Sacro Ordini honorando; Eccleſiæque Chriſtianæ ſuſtinendæ ac locupletandæ.

Pro immunitate Clericorum à tributis & perſonalibus oneribus, ad Annulinum. *Euſeb. X. 7. Hiſt. Nicephorus VII.* 42. & 46. p. 516. *Cod. Theodoſ. T. 6.* p. 20. & *ibi Jac. Gothofredus.* Vide etiam p. 22. 31. 32. 33. 34. 36. 44. 56. 59. 74. & *Joſephum Bingham* lib. V. Origg. Eccleſ. cap. 3. tomo ſecundo.

Eccleſiarum immunitas in urbibus ex lege Honorii ac Theodoſii. *T. 6. Cod. Theodoſ. p.* 79.

Fundi tamen & prædia a tributis fiſcalibus non immunia. Vide *Franciſcum Balduinum* de legibus Conſtantini p. 45. ſeq. & *Cod. Theodoſ.* T. 6. p. 42.

De ordinatione Clericorum in munerum civilium præjudicium non ultra modum admittenda. *Cod. Theodoſ.* T. 6. p. 21. ſq. 30. Opulentos, ſæculi ſubire neceſſitates oportet: pauperes, Eccleſiarum divitiis ſuſtentari. adde p. 45. 47. 51. 68. 70. 82. 85.

Ex reditibus ſingularum Civitatum pars quæ ad alimenta ſufficeret Clero cujusque a Conſtantino aſſignata, idque Lege confirmatum. *Sozom.* V. 5.

De pecuniis inter Clericos diſtribuendis, ad Cæcilianum Carthaginis Epiſc. *Euſeb.* X. 6. *hiſt.*

Largitiones feſto Paſchatos. Euſeb. IV. 22. de Vita Conſt.

Beneficia in pauperes, id. lib. 1. c. 43.

Privilegia Eccleſiis & Eccleſiaſticis data, quæ confirmant Arcadius & Honorius, *ibid.* p. 65. 66. & 67. vide etiam p. 71. ubi lex adverſus Clericorum violatores.

De exemtione Clericorum a foro Civili, & de audientiæ jure conceſſo Epiſcopis jam dictum ſupra p. 290.

Virginibus & viduis quotannis data annona, quam legem deinde revocatam à Juliano queruntur *Sozomenus* V. 5. & *Theodoritus* lib. 1. cap. XI.

Jus aſyli tributum templis Chriſtianis. Vide *Paganinum Gaudentium* de aſylis, & cap. undecimo libri de ſæculi Juſtinianei moribus.

Teſtamento Eccleſiis legare permiſſum. Vide *Cod. Theodoſ.* T. 6. p. 23. & *Franc. Balduinum* lib. 1. de legibus Conſtantini p. 21. ſeq. Clericos tamen poſtea prohibuit Valentinianus donatione vel teſtamento a viduis aut pupillis bona accipere. *Cod. Theodoſ.* T. 6. p. 48. & 60. 64 ubi de Diaconiſſis.

Donationibus & ornamentis templa locupletata. *Euſeb.* lib. 1. c. 42. lib. 3. c. 40. &c. lib. 4. c. 28. 44.

Cultus

Cultus ſacer in Palatio, in quo precibus & meditatione ſacrorum oraculorum exemplo ſuo Conſtantinus aliis præiret. *Euſeb.* IV. 16. 22. & de laudibus Conſtantini p. 628.

Manumiſſio ſervorum in Eccleſia permiſſa, & libertas ac Civitatis jus manumiſſis conceſſum: quod genus in locum manumiſſionis olim cenſu fieri ſolitæ introductum à Conſtantino notat *Wilhelmus a Loon* de manumiſſime ſervorum apud Romanos lib. 1. c. 5. p. 85. Conferendus Codex Juſtinianeus *de his qui in Eccleſiis manumittuntur* lib. 1. tit. 13. *Tripartita* lib. 1. c. 9. & *Nicephorus* VII. 46. *Gvil. Fournerius* lib. 1. ſelectorum cap. 4. *Frid. Lindenbrogius* ad Codicem Legum antiquar. p. 1432.

Quanquam fabula eſt quod narrat Eutychius p. 443. Conſtantinum Epiſcopis in Concilio Nicæno annulum, gladium & ſceptrum ſuum tradidiſſe, poteſtatemque in Imperium ſuum conceſſiſſe: tamen conſtat quod honores Epiſcopis & Clericis habiti ſunt a Conſtantino frequentes & inſigniti, tanquam Patribus & Prophetis DEI. *Euſeb. III.* 23. ipſi ad menſam adhibiti & ad contubernium. *idem lib.* 1. c. 42. III. 1. 15. comiter auditi, I. 52. honorati *προγράμμασι καὶ νόμοις*, edictis & legibus. III. 1. & Epiſtolis II. 64. muneribus etiam ornati III. 16. Denique in delinquentes quoque & *ἀτάκτους* non aſperius animadverſum lib. 1. c. 45. ita ut exſtet Imperatoris vox, ſi videret Epicopum flagitioſe agentem, id paludamento ſuo obtecturum, ne alii hoc videntes anſam licentius peccandi inde caperent. *Theodorit lib.* 1. hiſt. c. 11.

Urbis Romæ Clericis conceſſa privilegia. vide *Godofredum ad Cod. Theodoſ.* T. 6. p. 39.

De conficta Donatione, quam Sylveſtro Urbis Epiſcopo factam multi jactarunt, dictum in *Bibl. Græca* Volum. VI. p. 4. ſeq.

Hæc pro inſtituto noſtro de Conſtantino memorare ſuffecerit, qui primus *veneranda * Chriſtianorum fide Romanum munivit Imperium*, principe prudente, felici, forti, humano & quanquam paſſus aliquid & ipſe humani ſit quandoque, tamen Divinitus delecto ad res maximas gerendas; & Chriſtianis hominibus nunquam ſine gra-

 ta ve-

* Zeno Imp. lege 5. tit. 27. de natur. liberis lib. V. Cod. Juſtinian.

ta veneratione nominando. Eo victore in urbem reverſo baptizata Romæ fuiſſe e Judæis & idololatris ultra duodecim hominum millia, præter mulieres & pueros, ſcribit *Greg. Abalpharajus* hiſt. dynaſtiarum pag. 85. *Nec deſtitit Religio Chriſtiana ſe exerere & prævaleſcere, donec eam amplecterentur pleraque earum quæ Romanis vicinæ erant gentes, è Jallakiis, Sclavis, Borgianis, Ruſſis, Polonis, Armenis, & Georgiis, nec non quotquot Ægyptum incolebant Cophtitæ, aliique, & Nigritæ omnigeni, ex Æthiopibus, Nubiis, cæteriſque; poſt quos etiam crediderunt varia Turcarum genera.* Illud ſane certis teſtimoniis refellitur, quod Eutychius tribus locis tradit Tom. I. pag. 451. 467. 471. Conſtantinum juſſiſſe ut confractis idolis omnes eorum cultores e medio tollerentur, morteque afficerentur omnes qui Chriſtianam religionem amplecti, & qui ex Judæis carne veſci porcina nollent.

CAPUT XIV.

De Apoſtaſia & perſecutione JULIANI Imp. eamque inſecutis majoribus Chriſtianiſmi incrementis. De quatuor Orientis Patriarchatibus.

I.

POſt *Conſtantinum M.* ſub filiis ejus Conſtantino, Conſtantio & Conſtante inter bella civilia & turbas Arianorum minime admodum felicia tempora Eccleſiæ illuxiſſe hiſtoriarum monumenta teſtantur. *Conſtantinus* filius ad Aquilejam interfectus A. 340. *Conſtans* à Magnentio A. 350. qui & ipſe occiſus A. 353. *Conſtantio* ſoli totius habenas Imperii gerendas reliquit. Conſtantini M. frater *Julius Conſtantius* qui non diu poſt fratris mortem vita privatus eſt, filios reliquerat *Gallum* quem Conſtantius Imp. Cæſarem fecit A. 351. ſed propter res novas a) interfecit A. 354. & JULIANUM, quem & ipſe evocatum Athenis Cæſarem b) eſſe juſſit 6. Nov. A. 355.

a) Libanius Orat. parentali §. XI. T. 7. Bibl. Græcæ p. 235. ſeq.
b) Ammianus Marcellinus XXI. 2. Libanius §. XV. p. 239. Faſti Idatiani ad A. C. 355. Cangii familiæ Byz. p. 50.

355. (natum CPoli A.C. 332. 6. Nov.) Hunc a militibus Auguſtum pronunciatum in Gallia ſub auſpicium A. 360. ægre ferens Conſtantius, novo bello Civili anſam dedit, inter cujus apparatus & initia Conſtantius obiit anni ejusdem V. Non. Novembris. Ita Julianus ſolus obtinens Imperium, quod hactenus diſſimulaverat odium Chriſtianæ Religionis palam & aperte prodidit. Ipſe quidem in Epiſtola 51. ad Alexandrinos teſtatur viginti ſe annis Chriſtianum c) à duodecim jam annis idolorum cultorem fuiſſe: ὐχ ἁμαρτήσεσθε παρὰ ὀρθῆς ὁδῦ πειθόμενοι τῷ πορευθέντι κἀκείνην τὴν ὁδὸν ἄχρις ἐτῶν εἴκοσι, καὶ ταύτην ἰδὺ σὺν τοῖς Θεοῖς, πορευομένῳ δωδέκατον ἔτος. *Non a recto tramite aberrabitis, ſi ei fidem habeatis qui ad annum usque viceſimum ætatis illa via progreſſus eſt, & hanc alteram duodecimum jam inſiſtit annum.* De illis duodecim annis accipiendum quod Ammianus Marcellinus XXII. 5. ſcribit eum *a rudimentis pueritiæ primis inclinatiorem erga Numinum cultum, paullatimque adoleſcentem deſiderio rei flagraſſe, multa metuentem tamen agitaſſe quædam ad id pertinentia quantum fieri poterat occultiſſime.* MAXIMO Epheſio quem Philoſophum paganum Nicomediæ audivit, hanc animi ejus mutationem tribuendam eſſe inprimis, conſtat e Libanio, panegyrico in Julian. T. 2. p. 175. Eunapio in Maximo, Socrate III. 1. Sozomeno V. 2. Suida in Μάξιμος, & Joanne Sarisberienſi lib. VIII. policratici cap. 21. Libanium audire jure jurando d) etiam per Ecebolum Rhetorem prohibitus, Orationibus ejus lectitandis, imitandoque ejus ſtylo aſſiduam impendit operam, qui teſtatur Julianum ideo tantum ad Imperium anhelaſſe e) quod doleret & indigne ferret ὧ δὴ καὶ διαφερόντως ἐπλήττετο τὴν καρδίαν, νεώς τε ὁρῶν κειμένυς, καὶ τελετὰς πεπαυμένας, καὶ βωμὺς ἀνατετραμμένυς, καὶ θυσίας ἀνῃρημένας, καὶ ἱερεῖς ἐλαυνομένυς, καὶ τὸν τῶν ἱερῶν πλῦτον εἰς τὺς ἀσελγεστάτυς μεμερισμένον. *Hoc vel inprimis pectus ejus percellebatur, dum templa videret ſolo æquata, myſteria abolita, everſas aras, deletam*

c) Confer, ſi placet, quæ notata in Bibl. Græca V. 8. T. 7. p. 76. 233.

d) Libanius Orat. Parentali in Julian. §. 7. T. 7. Bibl. Græcæ p. 230. itaque emendandum quod ſcripſi in eodem tomo pag. 77. & 381. Libanium a Juliano auditum.

e) id. pag. 233.

deletam ſacrificiorum religionem, ſacerdotes exilio multatos, ſacros denique theſauros in impuriſſimos homines diviſos.

Ubi igitur abolitis quæ verebatur, adeſſe ſibi liberum tempus faciundi, quæ vellet, advertit; *ſui pectoris* ut refert Ammianus XXII. 5. *patefecit arcana, & planis abſolutisque decretis aperiri templa, arisque hoſtias admoveri ad Deorum ſtatuit cultum.* τὰ μὲν ἱερὰ τῶν Ἑλλήνων ἠνέῳκτο. Socrat. III. 11. Theodorit. V. 21.

Proſper in Chronico: *Juliano ad idolorum cultum converſo, blanda perſecutio fuit, illiciens magis quam impellens ad ſacrificandum, in qua multi ex noſtris voluntate propria corruerunt.* Joannes Antiochenus in excerptis Peireſc. pag. 845. ἐνιστάμενος τοῖς τὰ χριστιανῶν μετιοῦσι δόγματα, οὐ μὴν ὥστε ὠμὸν ἢ φονικόν τι ἐργάσασθαι πώποτε. *erat Chriſtianorum inſectator, ita tamen ut a crudelitate & à cæde abſtineret.*

Tamen connivente Juliano, *velut relaxatis frenis efferbuit in omnem ſævitiam feritas paganorum, ut verbis* utar Rufini lib. 2. hiſt. Eccleſ. cap. 28. Hinc furor in ſepulchra Eliſæi & Johannis Baptiſtæ in Sebaſte Palæſtinæ, de quo idem Rufinus, & Philoſtorgius VII. 4. & Georgii Alexandrini multorumque Chriſtianorum cædes de qua Sozomenus V. 7. & Socrates III. 2. ſeq. καὶ τοὺς χριστιανίζοντας δὲ συλλαμβάνοντο ἔστιν ὅτε τοῖς βωμοῖς ἀναπτωμένους ὡς ἱερεῖα ἐπετίθεσαν καὶ εἰς πολλὴν ἄλλην ἀῤῥητουργίαν ἐξεβακχεύθησαν. *Ad hæc eſt & ubi Chriſtianos aris illigatos velut victimas impoſuerunt, & in multa alia incredibilia debacchati ſunt.* Philoſtorg. VII. 4. & ibi Jac. Gothofredus p. 284. ſeq. Hinc multi etiam ſub Juliano Martyres, de quibus Tillemontius, qui de Juliano & ejus perſecutione quam diligentiſſime eſt commentatus T. 7. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 350. ſeq.

Lubet hoc loco ſub unum dare conſpectum, qui a ſolo Martyrologio Romano in perſecutione Juliani Martyres commemorantur:

4. Januar. *Romæ ſanctorum martyrum Priſci presbyteri, & Priſcilliani clerici, ac Benedictæ religioſæ feminæ: qui tempore impiiſſimi Juliani gladio martyrium compleverunt*

25. Jan. *Antiochiæ ſanctorum martyrum Juventini & Maximi, ſub Juliano Apoſtata martyrio coronati ſunt: in quorum die natali ſanctus Joannes Chryſoſtomus ſermonem ad populum habuit.*

22. Mart.

22. Mart. *Ancyræ ſancti Baſilij Presbyteri & martyris, qui ſub Juliano Apoſtata graviſſimis cruciatibus affectus, animam Deo reddidit.*

24. Mart. *Item Romæ paſſio beati Pigmenij Presbyteri, qui ſub Juliano Apoſtata pro fide CHriſti præcipitatus in Tiberim, necatus eſt.*

29. Mart. *Heliopoli apud Libanum, ſancti Cyrilli Diaconi & martyris, cujus jecur diſciſſo ventre avulſum gentiles ſub Juliano Apoſtata feraliter depaſti ſunt.*

9. April. *Cæſareæ in Cappadocia ſancti Eupſychij martyris, qui ob everſum Fortunæ fanum ſub Juliano Apoſtata martyrium conſummavit.*

4. Maj. *Hieroſolymis ſancti Cyriaci Epiſcopi, qui cum loca ſancta viſitaret, ſub Juliano Apoſtata cæſus eſt.*

10. Maj. *Romæ via Latina natalis ſanctorum martyrum Gordiani & Epimachi, quorum prior pro confeſſione nominis Chriſti tempore Juliani Apoſtatæ diu plumbatis cæſus, & ad ultimum capite truncatus, noctu à Chriſtianis ſepultus, fuit eadem via in crypta, in quam beati Epimachi martyris reliquiæ paulo ante tranſlatæ fuerant ab Alexandria, ubi ille pro Chriſti fide martyrium compleverat.*

10. Jun. *Pruſiade in Bithynia ſancti Timothei Epiſcopi & martyris ſub Juliano Apoſtata.*

17. Jun. *Chalcedone ſanctarum martyrum Manuelis, Sabelis, & Iſmaelis, qui pacis cauſa apud Julianum Apoſtatam pro Rege Perſarum legatione fungentes, cum Imperatoris juſſu idola venerari compellerentur, idque conſtanti animo recuſarent, gladio feriuntur.*

21. Jun. *Romæ ſanctæ Demetriæ virginis, quæ ſub Juliano Apoſtata martyrio coronata eſt.*

23. Jun. *Romæ ſancti Joannis presbyteri, qui ſub Juliano Apoſtata via Salaria veteri ante ſimulacrum Solis decollatus eſt, & corpus ejus à beato Concordio presbytero juxta Martyrum concilia ſepultum.*

25. Jun. *Alexandriæ ſancti Gallicani martyris, viri conſularis, qui triumphalibus infulis ſublimatus, & Conſtantino Auguſto carus, à ſanctis Joanne & Paulo ad fidem CHriſti converſus eſt: qua ſuſcepta, cum ſancto Hilarino ad Oſtia Tiberina ſecedens, hoſpitalitati & infirmorum ſervitio totum ſe addit: cujus rei fama in toto orbe di-*

vulgata, multi undique illuc venientes videbant virum ex patricio & conſule lavantem pauperum pedes, ponentem menſam, aquam manibus effundentem, languentibus ſollicite miniſtrantem, & cetera pietatis officia exhibentem. Qui poſtmodum ſub Juliano Apoſtata inde expulſus, Alexandriam perrexit: ubi cum à Raucitro judice ſacrificare cogeretur, & contemneret, percuſſus gladio, Chriſti martyr effectus eſt.

26. Jun. *Romæ in monte Cælio ſanctorum martyrum Joannis & Pauli fratrum, quorum primus erat præpoſitus domus, ſecundus primicerius Conſtantiæ virginis, filiæ Conſtantini Imperatoris: qui poſtea ſub Juliano Apoſtata martyrij palmam gladio cædente perceperunt.*

9. Jul. *Alexandriæ ſanctorum martyrum Patermuthij, Copretis & Alexandri, qui ſub Juliano Apoſtata cæſi ſunt.*

16. Jul. *Sancti Hilarini Monachi, qui una cum ſancto Donato in perſecutione Juliani comprehenſus, cum nollet ſacrificare, fuſtibus cæſus, Aretij in Tuſcia martyrium ſumpſit: cujus corpus ad Oſtia Tiberina translatum eſt.*

18. Jul. *Doroſtori in Myſia ſancti Æmiliani martyris, qui tempore Juliani Apoſtatæ ſub Capitolino præſide in fornacem injectus martyrij palmam accepit.*

5. Aug. *Antiochiæ ſancti Euſignii militis, qui annum agens centeſimum decimum, cum Conſtantini Magni fidem, ſub quo militaverat, Juliano Apoſtatæ exprobraret, eumque ut patriæ pietatis deſertorem redargueret, ab eodem juſſus eſt capite cædi.*

7. Aug. *Aretij in Tuſcia natalis ſancti Donatij Epiſcopi & martyris, qui inter cetera virtutis opera, ut ſcribit beatus Gregorius Papa, à paganis calicem ſanctum orando inſtauravit. Hic in perſecutione Juliani Apoſtatæ à Quadratiano Auguſtali comprehenſus, cum iam ſacrificare renuiſſet, gladio percuſſus martyrium conſummavit. Paſſus eſt etiam cum eo beatus Hilarinus Monachus, cujus feſtivitas decimoſeptimo Kalendas Auguſti celebratur, quando ejus corpus ad Oſtia Tiberina translatum fuit.*

8. Septemb. *Gazæ in Palæſtina ſanctorum martyrum Euſebij, Neſtabi, & Zenonis fratrum, qui tempore Juliani Apoſtatæ, irruente in eos turba*

turba gentilium, diſcerpti atque necati ſunt. Ibidem ſancti Neſtoris martyris, qui ſub eodem Juliano ab iiſdem gentilibus furentibus ſæviſſime cruciatus emiſit ſpiritum.

12. Sept. *Meri in Phrygia paſſio ſanctorum martyrum Macedonij, Theoduli, & Tatiani, qui ſub Juliano Apoſtata ab Almachio præſide poſt alia tormenta ſuper crates ferreas ignitas poſiti, exultantes martyrium compleverunt.*

15. Sept. *Item ſancti Porphyrij mimi, qui coram Juliano Apoſtata per jocum baptiſmum ſuſcipiens, Dei virtute derepente mutatus, Chriſtianum ſe eſſe profeſſus eſt, ac mox jubente eo ſecuri percuſſus, martyrio coronatur.*

30. Sept. *Sancti Leopardi martyris, ex domeſticis Juliani Apoſtatæ, cui caput Romæ amputatum fuit, & corpus ejus Aquiſgranum poſtea translatum.*

9. Octobr. *Antiochiæ ſanctæ Publiæ abbatiſſæ, quæ tranſeunte Juliano Apoſtata Davidicum * illud cum ſuis virginibus canens:* Simulacra gentium argentum & aurum: &, Similes illis fiant, qui faciunt ea: *Imperatoris juſſu alapis cæſa eſt, & graviter objurgata.*

16. Octobr. *Coloniæ ſancti Eliphij martyris ſub Juliano Apoſtata.*

20. Octobr. *Antiochiæ, ſancti Artemij, ducis Auguſtalis, qui ſub Conſtantino Magno præclaris militiæ honoribus functus, à Juliano Apoſtata, quem ſævitiæ in Chriſtianos arguerat, fuſtibus cædi, aliiſque tormentis affligi, ac demum capite truncari jubetur.*

22. Octobr. *Hadrianopoli in Thracia natalis ſanctorum martyrum Philippi epiſcopi, Severi presbyteri, Euſebii, & Hermetis, qui ſub Juliano Apoſtata poſt carceres & flagella incendio cremati ſunt.*

23. Octobr. *Antiochiæ in Syria natalis ſancti Theodori ** presbyteri, qui perſecutione impij Juliani comprehenſus, poſt equulei pœnam, & multos ac duriſſimos cruciatus, lampadibus etiam circa latera appoſitis inflammatus, cum in confeſſione CHriſti perſiſteret, occiſione gladii martyrium conſummavit.*

Pp 2 7. Nov.

* CCXV. 4. CXXXV. 15. 18. adde Rufin. lib. 1. c. 35.
** al. *Theodoriti.*

7. Novemb. *Ancyræ paſſio ſanctorum Melaſippi, Antonij, & Carinæ ſub Juliano Apoſtata.*

16. Novemb. *Sanctorum martyrum Elpidij, Marcelli, Euſtochij, & ſociorum: ex quibus Elpidius cum eſſet ordinis ſenatorij, & coram Juliano Apoſtata Chriſtianam fidem conſtantiſſime profiteretur, primum equis indomitis una cum ſociis alligatus, atque pertractus, deinde in ignem conjectus, glorioſum martyrium conſummavit.*

24. Nov. *Apud Corinthum ſancti Alexandri martyris, qui ſub Juliano Apoſtata & Salluſtio præſide, pro Chriſti fide certavit uſque ad mortem.*

2. Dec. *Romæ paſſio ſanctæ Bibianæ virginis, quæ ſub Juliano Imperatore ſacrilego ob Chriſtum tamdiu plumbatis cæſa eſt, donec redderet ſpiritum.*

10. Dec. *Ancyræ in Galatia ſancti Gemelli martyris, qui poſt dira tormenta ſub Juliano Apoſtata crucis ſupplicio martyrium conſummavit.*

20. Dec. *In Arabia ſanctorum martyrum Eugenij & Macarij presbyterorum, qui à Juliano Apoſtata, cum ipſius impietatem arguiſſent, ſæviſſimis plagis affecti, atque in vaſtiſſimam eremum relegati, gladio cæſi ſunt.*

22. Dec. *Romæ ſancti Flaviani expræfecti, qui ſub Juliano Apoſtata pro CHriſto inſcriptione damnatus, & ad Aquas Taurinas in exilium miſſus, illic orans, ſpiritum DEO reddidit.*

De martyribus *Macedonio*, *Theodulo* & *Tatiano* Suidas in Ἀμάχιος ex Sozomeni V. 11. De *Cyrillo* Diacono Heliopolitano idem in Κύριλλος & de *Marco* Arethuſiorum Epiſcopo in Μάρκος, utraque ex Theodoreti III. 7. Sed de Marco illo videndus inprimis Nazianzenus Orat. 3. p. 88. ſeqq. Sozom. V. 10. De *Emilio* Duce, & *Emiliano* Chronicon Paſchale p. 297. in quo etiam p. 296. exempla quædam eorum qui muneribus & pollicitationibus illecti à Fide Chriſtiana defecere: quibus etiam addendus *Ecebolius* eſt, Rhetor antea Chriſtianus, qui Julianum CPoli inſtituerat, nunc cum ipſo idola coluit, idem poſt Juliani necem iterum reverſus ad Chriſtianos, pro foribus templi inter pœnitentes ſe proſtravit,* clamavitque πατήσατέ με τὸ ἅλας ἀναίσθητον, *calcate me ut ſal inſipidum.* *Theodoreti* Presb. Antio-

* Suidas in Ἐκηβόλιος, ex Socratis III. 13.

Antiocheni ſub Juliano Martyris qui Sozomeno V. 8. *Theodorus*, Acta apud Mabillonium T. 4. Analect. p. 127. ſeq. *Iſmaëlis* p. 133. *Manuelis* & *Sabelis* in Actis Sanctor. T. 1. Junii p. 1289. *Domitii* T. 2. Jul. p. 225. *Patermuthi*, *Copretis* & *Alexandri* p. 709. *Æmilianæ* T. 4. Jul. pag. 373. Gallicani Ducis T. 5. Junii p. 709. *Joannis* & *Pauli* p. 159. De furore Gazenſium qui *Euſebium*, *Neſtabum* & *Zenonem* interfecerunt, Juliano ne per literas quidem eos reprehendente, Sozomenus V. 9. & Nazianzenus Orat. 3. p. 87. uti etiam de Heliopolitarum, Alexandrinorum & Arethuſiorum in Chriſtianos crudelitate.

Aliæ viæ & modi, quibus Chriſtianiſmum exſtinguere Julianus ſperavit, hi fere a priſcis ſcriptoribus commemorantur:

Inprimis diſſidia Chriſtianorum ut aleret, Eunomianis, Arianis, Donatiſtis, Novatianis faventem ſe præſtitit, Epiſcopos * a Conſtantio relegatos, Aëtium quoque ab exilio ** revocavit ὥςε ὑπὸ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔριδος ἐμφυλίῳ μάχῃ πολεμεῖσθαι τὴν ἐκκλησίαν, *ut domeſticis litibus & contentionibus Eccleſiam oppugnaret.* Sozom. V. 5. Ammianus Marcellinus XXII. 5. *ut diſpoſitorum roboraret effectum, diſſidentes Chriſtianorum Antiſtites cum plebe diſciſſa in palatium intromiſſos monebat civilius, ut diſcordiis conſopitis quisque nullo vetante, religioni ſuæ ſerviret intrepidus. Quod agebat ideo obſtinate, ut diſſenſiones augente licentia, non timeret unanimantem poſtea plebem, nullas infeſtas hominibus beſtias ut ſunt ſibi ferales plerique Chriſtianorum, expertus.* Ad quem locum Valeſius annotavit hæc Augustini ex Epiſtola 166. ad Donatiſtas (edit. novæ 105.) *Quibus ſuccedens Julianus deſertor CHriſti & inimicus, ſupplicantibus veſtris Rogatiano & Pontio, libertatem parti Donati permiſit: denique tunc reddidit baſilicas hæreticis, quando templa dæmoniis: eo modo putans Chriſtianum nomen perire de terris, ſi unitati Eccleſiæ de qua lapſus fuerat, invideret, & ſacrilegas diſſenſiones liberas eſſe permitteret.* De Juliani lege qua baſilicas *Donatiſtis* reſtituit, vide Codicem Theodoſ. T. 6. p. 155. *Novatianis* jubet templum inſtaurari, apud Socratem III. cap. 11. *Aëtium* & *Photinum* muneribus & honorificis ornat Epiſtolis. Vide Philoſtorgium IX. 4. Juliani Ep. 31. cujus etiam meminit Sozomenus V. 5. & ad Proœmium in Facundi IV. 2. T. 2. Opp. Sirmondi p. 522.

 Judæos

* Tillemontius Tom. 6. memor. Hiſt. Eccleſ. pag. 522. ſeq. Tom. 7. pag. 328. ** non ad Eccleſias. Julian. Epiſt. 26.

Judæos etiam, ut Chriſtiano nomini ægre faceret, templum Hieroſolymis inſtaurare juſſit & ſumtus ad hanc rem ſuppeditavit, ut dictum ſupra cap. 6. p. 125. ſeq. Vide Juliani Epiſt. 25.

Chriſtianos doctores * vetuit in ſcholis interpretari adoleſcentibus ſcripta Homeri, Heſiodi, Demoſthenis, Herodoti, Thucydidis, Iſocratis, Lyſiæ & aliorum Ethnicorum Poëtarum, Rhetorum, Philoſophorum, cujus edicti præter Rufinum lib. I. c. 32. Oroſium VII. 20. Socratem III. 12, Sozomenum V. 18. Theodoretum III. 8 Tripartit. VI. 7. Niceph. X. 25. ſq. meminit Ammianus Marcellinus XXV 4. *inter quæ erat illud inclemens, quod docere vetuit Magiſtros Rhetoricos & Grammaticos Chriſtianos, ni tranſiſſent ad Numinum cultum.* S. Auguſtinus de Civit. DEI XVIII. 52. de Juliano: *an ipſe non eſt Eccleſiam perſecutus, qui Chriſtianos liberales litteras docere ac diſcere vetuit.* Proſperi Chronicon p. 730. Tauro & Florentiano COSS. (A. C. 361.) *Proæreſius Sophiſta Athenienſis, lege data ne Chriſtiani liberalium diſciplinarum doctores eſſent, cum ſibi ſpecialiter Julianus concederet ut Chriſtianos doceret, ſcholam ſponte deſeruit.* Sed en verba ipſa edicti Julianei, quod inter ejus Epiſtolas in Dionyſ. Petavii & Ezech. Spanhemii editione quadrageſimum ſecundum locum occupat:

ἄτοπον εἶναί μοι φαίνεται διδάσκειν ἐκεῖνα τοὺς ἀνθρώπους, ὅσα μὴ νομίζουσιν εὖ ἔχειν. ἀλλ' εἰ μὲν οἴονται σοφὰ ὧν εἰσιν ἐξηγηταὶ, καὶ ὧν ὥσπερ προφῆται κάθηνται, ζηλούτωσαν αὐτῶν πρῶτον τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν. εἰ δὲ εἰς τοὺς ἠλιθιωτάτους ὑπολαμβάνουσι πεπλανῆσθαι, βαδιζόντων εἰς τὰς τῶν Γαλιλαίων ἐκκλησίας, ἐξηγησόμενοι Ματθαῖον καὶ Λουκᾶν. εἰς

Abſurdum mihi videtur ea homines docere, quæ non bona eſſe arbitrentur. Quod ſi in iis quæ docent, & quorum quaſi interpretes ſedent, ſapientiam eſſe ullam arbitrantur, ſtudeant primum illorum in Deos pietatem imitari. Sin in Deos ſanctiſſimos putant ab illis auctoribus peccatum eſſe, abeant in Galilæorum Eccleſias, ibique Matthæum & Lucam interpretentur: quibus vos obtemperantes, à ſacris ab-

πεισθέντ,

* Simile quid de Abdalla Syriæ & Perſidis Califa refert Ludovicus de Bavia in hiſtoria Pontificali & Catholica edita Hiſpanice T. 3. p. 70. *prohibio a los que tenian delaxo de ſu Dominio el aprender letras, que a mi ver fue una de las grandes perſecuciones que los Chriſtianos pudieron padecer.*

πεισθέντες, ἱερείων ὑμεῖς ἀπέχεσθαι νομοθετεῖτε. βούλομαι ὑμῶν ἐγὼ καὶ τὰς ἀκοάς, ὡς ἂν ὑμεῖς εἴποιτε, καὶ τὴν γλῶτταν ἐξαναγεννηθῆναι τούτων, ὧν ἔμοιγε εἴη μετέχειν ἀεί, καὶ ὅστις ἐμοὶ φίλα νοεῖ τε καὶ πράττει. τοῖς μὲν καθηγεμόσι, καὶ διδασκάλοις οὑτωσὶ κοινὸς κεῖται νόμος. ὁ βουλόμενος γὰρ τῶν νέων φοιτᾶν, οὐκ ἀποκέκλεισται. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ εὔλογον ἀγνοοῦντας ἔτι τοὺς παῖδας ἐφ' ὅ, τι τρέπωνται, τῆς βελτίστης ἀποκλείειν ὁδοῦ, φόβῳ δὲ καὶ ἄκοντας ἄξειν ἐπὶ τὰ πάτρια. καίτοι δίκαιον ἦν ὥσπερ τοὺς φρενιτίζοντας, οὕτω καὶ τούτους ἄκοντας ἰᾶσθαι. πλὴν ἀλλὰ συγγνώμην ὑπάρχειν ἅπασι τῆς τοιαύτης νόσου. καὶ γὰρ, οἶμαι, διδάσκειν, ἀλλ' οὐχὶ κολάζειν χρὴ τοὺς ἀνοήτους.

ſtinere jubetis. Cupio ego & aures, & linguam veſtram (ſicut vos loquere-mini) renaſci in iis rebus, quarum uti-nam & ego ſim ſemper particeps, & omnes qui me diligunt. Doctoribus quidem & præceptoribus communis hæc lex ſtatuatur. Adoleſcentes enim qui ire volent, minime prohibentur. Ini-quum ſiquidem fuerit, pueros adhuc ignaros quò ſe vertant, ab optima via reiicere, ac metu coactos ad patria in-ſtituta deducere. Quamquam au-tem verum erat iſtos tanquam impo-tentes & inſanos, etiam invitos ac repugnantes curare: attamen liceat omnibus per nos iſto morbo detineri. Docere enim amentes, non punire, opus eſt.

De eodem edicto conſuli poſſunt *Baronius* ad A. C. 362. n. 275. 277. *Arnoldus Pontacus* ad Euſebii Chronicon p. 732. ſeq. *Jac. Gothofredus* ad leg. 5. Cod. Theodoſ. de Medicis & Profeſſoribus T. 5. p. 31. *Carolus Annibal Fabrettus* ad Cod. Theodoſ. XVI. 10. de paganis p. 20. *Tillemontius* T. 7. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 346. 717. ſeq. *Henricus Valeſius* ad excerpta Peireſciana p. 119. *Lud. Thomaſinus* de ſtudio Poëtarum Chriſtiane inſtituendo lib. 1. c. 1. & 3. *Tho. Malvenda* de Antichriſto lib. 1. c. 18. *Richr. Montacutius* ad Greg. Nazianzeni ſteliteυticas p. 4. *Godfridus Hermantius* in vita Baſilii Magni II. 26. *Pagi* ad A. C. 362. n. 39. ſeq. &c.

Jacobi Gothofredi Julianus, Oratio de Arcanis Juliani arti-bus ad profligandam religionem Chriſtianam: in ejus variis opuſculis, Genev. 1654. 4. *Mottanus le Vayer* de la vertu des Payens Tom. I. Opp. pag. 645. ſeq.

Adami Rechenbergii Theologi Lipſ. diſſertatio de Juliani apo-

Imp.

ſtaſia, Lipſiæ 1684. 4. & in ejus diſſertationibus Hiſtorico politicis T. 1. p. 369. Lipſiæ 1698. 8.

Paganinus Gaudentius libro de Philoſophica cognitione Juliani Imp. enarratio hiſtorica, edita cum auctoris libro de Pythagoræa animorum transmigratione. Piſis 1641. 4. Opuſculum tributum in capita XXIV. in XVII. diſſerit de Chriſtianis juſſu Juliani rejectis a munere Sophiſtarum, cum eloquentia conjungentium Philoſophiam de moribus.

Jo. Petri Ludewig Icti Hallenſis diſſ. de edicto Juliani contra Philoſophos Chriſtianos, Halæ Sax. 1702. 1717. 4.

Tobiæ Eckardi, Rectoris Quedlimburg. Gymnaſii diatriba de ſcholis a Juliano occluſis T. IV. Miſcellaneorum Lipſienſium p. 195.

N. Weichmanni, Rectoris Brunſvic. programma, *Bibl. Germanique* T. 13. p. 218.

Jo. Arend Bellmanni diſſertationes duæ de Juliano Apoſtata, Upſal. 1708. 8.

Jo. Joach. Weidnerus Theologus Roſtoch. in diſſertationibus de Juliano ex Hiſtoricis genuinis vere apoſtata: & apoſtata per nullam culpam Chriſtianorum. Roſtoch. 1702. & 1703. 4. contra *Gotfridum Arnoldum* (*Nova lit. maris Baltici A.* 1703. p. 6.) & Obſervationes ſelectas *Hallenſes* III. 9. (*Memoires de Trevoux* A. 1708. p. 446.)

The triumphe of Chriſtianity, or the life of Julian. Lond. 1683. 8. *Acta Erud.* 1685. p. 71.

Samuel Johnſons Julian the Apoſtate, account of his life, and the primitive Chriſtians behaviour towards him, and a comparaiſon of Popery and Paganiſm. Lond. [illegible] & tertium repetita editione 1688. 8.

Ejusd. Julians arts to undermine and exſtirpate Chriſtianity. Lond. 1689. 8. with anſwers to Conſtantius the Apoſtate, and Jovian &c.

Roberti Millar, hiſtory of the propogation of Chriſtianity cap. 4. Tomo priore pag. 402. ſqq. *means Julian uſed to reſtore Paganiſm.* Lond. 1731. 8. tertia editio.

Quæ-

Joannis Ens Oratio inauguralis de perſecutione Julianea. Trajecti ad Rhen. 1720. 4. & in V. C. Jo. Erhardi Kappii Orationibus ſelectis Clariſſimorum Virorum p. 362. Lipſ. 1722. 8.

Quæro quid libri ſit, de quo Nic. Heinſius Epiſtola ad *Sam. Tennulium*, data 1674. 13. Mart. Tomo 2. ſylloges præclaræ Burmannianæ p. 804. *Julianus tuus mihi perlegenti adeo placuit, ut geſtiam plura lucubrationis tuæ ſpecimina videre.*

*Callidior cæteris perſecutor, non vi * neque tormentis, ſed præmiis, honoribus, blanditiis, perſuaſionibus majorem pæne populi partem, quam ſi atrociter pulſaſſet, eliſit. Studia autorum gentilium ** Chriſtianos adire prohibens, ludos litterarum illis ſolis qui Deos Deasque venerarentur, patere decernit*, Militiæ cingulum non dari niſi immolantibus jubet. *Rufin. lib. 1. c. 32:* ὑποποιεῖται δὲ τὸ στρατιωτικὸν τὸ μὲν δι' ἑαυτοῦ, τὸ δὲ διὰ τῶν ἐν τέλει. Milites & per ſe ipſe, & per eos qui magiſtratus gerebant allicit. *Nazianz. Orat.* 1. *in Julian.* p. 75. ubi plura, etiam de multorum millium e militibus conſtantia. Viginti millia Chriſtianorum in exercitu ſuo habuiſſe leges apud Abulpharajum p. 88. & cæteri quoque qui defecerunt, deinde poſt Juliani necem Chriſtianos ſe eſſe Joviano profeſſi ſunt. id. p. 89. Theodoret. IV. 1. Rufin. II. 1. Socrat. III. 22. Sozom. VI. 3.

Donativum militibus impertit non niſi thurificatis. Naizanz. Orat. 1. p. 84. ſq. ubi etiam de quibusdam ex illis, qui pœnitentia ducti, Chriſtianosque ſe profeſſi, pecuniam retulerunt & ab Imperatore Juliano non morte quidem at exilio multati ſunt. Nam ut ipſe Epiſt. 4. queritur ad Ariſtomenem Philoſophum, paucos qui ſcientes volentes & ex animi ſententia ad idola redirent, invenire potuit.

Qq

* Per conniventiam tamen ejus plures exiliis & ſuppliciis multati unde Nazianzenus Orat. 1. in Julian. p. 74. ait vim & tyrannidem ab eo relictam δήμοις καὶ πόλεσι. Magnam Martyrum multitudinem morte ab Juliano affectam ſcribit Eutychius p. 483. & Abulpharajus pag. 88. *Chriſtianos qui ipſi in comedendis Idolorum ſacrificiis morem gerere noluerunt, facultatibus ſpoliavit, multosque ex illis perdidit.*

** λόγων ἡμᾶς ἀπήλασεν. *Greg. Nazianzenus Orat.* 1. *in Julian.* p. 51. adde p. 96. ſeq. Vetuit Chriſtianos quibusvis Philoſophorum libris operam dare. *Abulpharaj. hiſt. dynaſtiarum* p. 88.

ſuit. τέως γὰρ τοὺς μὲν οὐ βουλομένους, ὀλίγους δέ τινας ἐθέλοντας μὲν, οὐκ εἰδότας δὲ, θύειν ὁρῶ. Eodem pertinet Epiſt. 27. διελέχθην δὲ ὀλίγα τῇ βουλῇ περὶ θεοσεβείας. ἀλλὰ τοὺς λόγους ἐπῄνουν μὲν ἅπαντες, ἐπείσθησαν δὲ αὐτοῖς ὀλίγοι πάνυ, καὶ οὗτοι οἳ καὶ πρὸ τῶν ἐμῶν λόγων ἐδόκουν ἔχειν ὑγιῶς. *Ad Senatum* (Berrhoënſem) *pauca de cultu Deorum diſſerui. Laudarunt quidem omnes Orationem meam; pauci vero admodum aſſenſere, atque iſti ipſi erant quos ante meam orationem ſanos eſſe arbitrabar.*

Inſigne militare Conſtantini, labarum cum cruce tollit. *Nazianz. Orat.* 1. in Julian. p. 75.

Pro Chriſtianis Galilæos vocari, lege ~~lata~~ præcipit, νομοθετήσας. Naz. p. 81.

Chriſtianorum capita vilia & nullius pretii exiſtimans, de tumultu Antiocheno, τί γὰρ μέγα, inquit, εἰ Γαλιλαίους δέκα μία χεὶρ ἑλληνικὴ κατειργάσατο; *quid ~~enim~~ grave, ſi una manus Gentilis decem Galilæos interfecit?* Naz. p. 92. Tumultum Alexandrinum & Georgii Alexandrini cædem non pœnis ut merebatur coërcet ſed ſola per Epiſtolam 10. increpatione. adde Socratem III. 3.

*Procurationem Provinciarum, juriſque dicendi Chriſtianis ſtatuit non debere committi, utpote quibus etiam Lex propria gladio * uti vetuiſſet,* Rufin. I. 32. Μεταποιεῖ τὰ βασίλεια *aulam commutat.* Nazianz. Orat. 1. in Julian. p. 74. ſq. Julianus ipſe Epiſt. 7. *Ego per Deos neque interfici Galilæos, neque cædi præter jus æquum, neque mali quicquam perpeti volo.* προτιμᾶσθαι μέντοι τοὺς θεοσεβεῖς καὶ πάνυ φημὶ δεῖν, *præferendos tamen iis Deorum cultores vel maxime cenſeo:* διὰ γὰρ τὴν Γαλιλαίων μωρίαν, ὀλίγου δεῖν, ἅπαντα ἀνετράπη, διὰ δὲ τὴν τῶν θεῶν εὐμένειαν σωζόμεθα πάντες. ὅθεν χρὴ τιμᾶν τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς θεοσεβεῖς ἄνδρας τε καὶ πόλεις. *Etenim Galilæorum amentia propemodum omnia afflixit ac perdidit, cum Deorum benevolentia ſalvi ſimus. Quare cum Deos colere & a quibus illi coluntur viros & civitates honorare debemus.*

Privilegia, Clericorum Chriſtianorum Ordini conceſſa abrogavit, ipſoſque βουλευτηρίοις ἀπεδώκει & poteſtati Civili iterum ſubjecit, teſte Sozomeno lib. V. cap. 5. qui etiam refert crepitusq. in Ju-

* Matth. XXVI. 52.

à Juliano *ἀτέλειαν, τιμὴν καὶ τὰ σιτηρέσια, immunitatem, honorem & annonas.* Vide Jac. Godofredum ad hanc legem Valentiniani T. 6. Cod. Theodoſ. p. 46. *Quam ultimo tempore Divi Conſtantii ſententiam fuiſſe claruerit, valeat, nec ea in adſimulatione aliqua convaleſcant quæ tunc decreta vel facta ſunt, cum Paganorum animi contra ſanctiſſimam Legem quibusdam ſunt depravationibus excitati.* ὅτι μὴ δικάζειν ἔξεστιν αὐτοῖς, καὶ γράφειν διαθήκας, καὶ ἀλλοτρίους σφετερίζεσθαι κλήρους καὶ τὸ πάντα ἑαυτοῖς προσνέμειν, *neque jus dicere amplius illis permittitur, neque teſtamenta ſcribere, aut alienas hereditates intervertere & ad ſeſe omnia transferre.* Julian. Epiſt. 52. p. 437.

Τὰ κατὰ τῶν ἁγίων οἴκων προστάγματα δημοσίᾳ τε προτιθέμενα καὶ ἰδίᾳ πληρούμενα, καὶ σύλησις ἀναθημάτων τε καὶ χρημάτων, καὶ σκευῶν ἱερῶν ἁρπαγὴ χερσὶ βεβήλοις ὑβριζομένων, οἵ τε ὑπὲρ τούτων ἀγόμενοι καὶ στρεβλούμενοι ἱερεῖς τε καὶ ἀρχόμενοι. *Edicta adverſus ædes ſacras, quæ tum publice proponebantur, tum privatim explebantur: & votivorum donorum ac pecuniarum expilatio, & ſacrorum vaſculorum quæ profanis manibus petulanter & contumelioſe tractabantur direptio, nec non ſacerdotes & ſubditi, qui pro his rebus abſtrahebantur, acerbiſſimeque torquebantur.* Nazianzenus Orat. 1. in Julian. p. 86. 87.

Vaſa Eccleſiaſticorum & Monaſteriorum ſurripuit. *Abulpharaj. Hiſt. Dynaſtiar.* p. 88.

Bibliothecam Georgii Alexandrini comparari ſibi deſiderat, in qua πολλὰ καὶ τῆς τῶν δυσσεβῶν Γαλιλαίων διδασκαλίας, ἃ βουλοίμην μὲν ἠφανίσθαι πάντη, *multa etiam de impiorum Galilæorum doctrina, quæ velim penitus extincta eſſe.* Epiſt. 9. & 36.

Virginibus & viduis datam quotannis ex Conſtantini M. lege annonam revocavit. Sozomen. V. 5. Theodoritus lib. 1. hiſt. c. 11.

Bona Eccleſiarum ſub obtentu delicti, militibus dedit dividenda. Julianus Epiſt. 43. ad Ecebolum:

Ἐγὼ μὲν κέκρικα τοῖς Γαλιλαίοις ἅπασιν οὕτω πράως καὶ φιλανθρώπως, ὥστε μηδένα μηδαμοῦ βίαν ὑπομένειν, μηδὲ εἰς ἱερὸν ἕλκεσθαι, μηδ' εἰς ἄλλο τι τοιοῦτον ἐ-

Equidem de Galilæis omnibus adeo clementer & humaniter ſtatui, ut nemini vis inferatur, neque in templum trahatur, neque alia de re ulla præter voluntatem ſuam contumelia

πηρεάζεσθαι περὶ τὴν οἰκείαν πρόθεσιν. οἱ δὲ τῆς Ἀρειανικῆς Ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ πλούτου τρυφῶντες, ἐπεχείρησαν τοῖς ἀπὸ τοῦ Οὐαλεντίνου, καὶ τετολμήκασι τοσαῦτα κατὰ τὴν Ἔδεσσαν, ὅσα οὐδέποτε ἐν εὐνομουμένῃ πόλει γένοιτ᾽ ἄν. ἐπεὶ οὖν ἐπειδὴ αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ θαυμασιωτάτου νόμου προείρηται, ἵν᾽ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὐοδώτερον πορευθῶσι, πρὸς τοῦτο συναγωνιζόμενοι τοῖς ἀνθρώποις, αὐτῶν τὰ χρήματα τῆς Ἐδεσσηνῶν Ἐκκλησίας ἅπαντα ἐκελεύσαμεν

*afficiatur. At qui ſunt de Eccleſia Arianorum, luxuriantes opibus, in Valentinianos inuaſerunt, eaque apud Edeſſam perpetraverunt, quæ nunquàm in civitate bene inſtituta accidiſſent. Quare quod ipſis à lege admirabili imperitum eſt, quo facilius in regnum cœlorum * veniant, nos ad id hominibus opem tulimus, eorumque pecunias omnes ab Edeſſenorum Eccleſia tolli juſſimus, ut militi dividantur, & facultates, ut noſtris privatis attribuantur: quo illi pauperes facti ſapiant, neque regno cœleſti, quod nunc* ava-

* Tangit ſcommate hoc Julianus locum Matth. XIX. 24. Eodem pertinet quod in actis Gallicani Ducis ſub Juliano paſſi legitur T. V. Act. Sanctor. Junii pag. 38. legem a Juliano latam *ut Chriſtiani nihil in hoc ſæculo poſſiderent.* Quod autem Juliano ridiculum viſum, idem Celſus velut CHriſto invidens arguit ſurreptum Platoni, qui ſcripſerit, ὡς ἀδύνατόν ἐστιν ἀγαθὸν εἶναι διαφερόντως καὶ πλούσιον. Reſpondet Origenes VI. pag 286. Hebræo fabri filio μηδὲ γράμματα μεμαθηκότι οὐ μόνον τὰ Ἑλλήνων, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰ Ἑβραίων non fuiſſe cordi ſcripta Platonis evolvere, nedum ut ſcrinia ejus compilare voluerit. Sed ecce aliud Juliani ſcomma non minus putidum ſuper dicto Servatoris, petitum ex Apoſtatæ opere adverſus Chriſtianos ſervatumque à Photio: ἀκούσατε καλοῦ καὶ πολιτικοῦ παραγγέλματος. *Audite præclarum & cum prudentia politica conjunctam Conſilium:* Luc. XII. 33. Vendite quæ poſſidetis, & date pauperibus. Comparate vobis crumenas non veteraſcentes. Ταύτης τίς εἰπεῖν ἔχει πολιτικωτέραν τῆς ἐντολῆς; εἰ γὰρ πάντες σοι πεισθεῖεν, τίς ὁ ὠνησόμενος; ἐπαινεῖ τις ταύτην τὴν διδασκαλίαν, ἧς κρατυνθείσης οὐ πόλις, οὐκ ἔθνος, οὐκ οἰκία μία συστήσεται. *Quis civilius unquam præceptum edidit, cui ſi omnes obtemperarent, quem emtorem liceret reperire? Poſſitne vero quisquam hanc doctrinam laudare, quæ ſi obtineat, non Civitas, non Gens, ne domus ulla ſubſiſtat.* Ad hoc ſcomma uberrime reſpondit Photius Epiſt. 187.

ἀναληφθῆναι, δοθησόμενα τοῖς στρατιώταις, καὶ τὰ κτήματα τοῖς ἡμετέροις προστεθῆναι πριβάτοις· ἵνα πενόμενοι σωφρονῶσι, καὶ μὴ στερηθῶσιν ἧς ἔτι ἐλπίζουσιν, οὐρανίου βασιλείας. τοῖς οἰκοῦσι δὲ τὴν Ἐδεσσαν προαγορεύομεν ἀπέχεσθαι πάσης στάσεως καὶ φιλονεικίας, ἵνα μὴ τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν κινήσαντες, καθ' ὑμῶν αὐτῶν ὑπὲρ τῆς τῶν κοινῶν ἀταξίας δίκην τίσητε, ξίφει, καὶ φυγῇ, καὶ πυρὶ ζημιωθέντες.

etiam ſperant, priventur. Iis autem qui Edeſſam incolunt, edicimus, ut ſeditione, pugnaque omni abſtineant, ne ſi noſtram humanitatem commoverint, vos ipſi pro communi omnium intemperie ac inſolentia pœnas luatis, gladio, exilio, igne multati.

Imaginibus Cæſarum junxit idolorum ſtatuas, ut cum Imperatorum honore cultus idolorum vigere iterum inciperet. Nazianz. Orat. I. p. 83.

CHriſti imaginem Paneade ſive Cæſareæ Philippi a muliere quæ ſanguinis laboraverat profluvio * dedicatam everti, trahi per urbem, confringique & ſuam ejus loco reponi juſſit, quam non diu poſt tactam fulmine tradit Sozomenus V. 21. Imaginem everſam a Paneadenſibus narrat etiam Philoſtorgius, ſed de Juliani juſſu, ſtatuaque ipſius repoſita tacet VII. 3.

Denique ne per malos gentilium, ſacraque apud illos obeuntium mores † ſucceſſus Ethniciſmi magis ſufflaminarentur, ſuos hor-

* Matth. IX. 20. adde quæ dicta in Codice Apocrypho Novi Teſt. parte 3. p. 445. ſeq. & Acta Sanctor. T. 3. Julii 12. p. 273. ſeq. Conſtat autem ex hoc Juliani vel Paneadenſium facto, illis temporibus ſaltim ex communi hominum opinione ſtatuam Paneadenſem pro CHriſti imagine habitam fuiſſe, licet vir doctus Theodorus Haſæus ſuſpicetur Hadriano Imp. illam dicatam fuiſſe a Paneadenſibus, alii Apollonium Tyaneum expreſſiſſe, alii ab Agrippa poſitam contendant.

† Lactantius V. 19. *peractis ſacrificiis inanibus, omnem religionem in templo ſicut invenerant, relinquunt, nihilque ſecum ex ea neque afferunt, neque referunt.*

hortatus eſt Julianus, ne paterentur ſe a Chriſtianorum virtutibus vinci ac ſuperari, ſed ut ipſi potius quæ in illis laudanda eſſent imitarentur, charitatem inprimis eorum & humanitatem. Sacerdotes prohibuit nec ad theatrum accedere, nec in tabernis bibere, nec artem ullam aut opificium turpe exercere. Inſignis hanc in rem exſtat Juliani Epiſtola ad *Arſacium*, Galatiæ ἀρχιερέα, ſervata a Sozomeno V. 16. atque inter Epiſtolas undequinquageſima, quam ſeparatim cum erudito commentario vulgavit *Petrus Zornius* in Gymnaſio C[illegible] Profeſſor, Sedini 1729. 4.

Ac ne quidquam omnino poſſet deſiderari, Julianus ἀγελαιόμαγος (?) *deſertor gregis Chriſtiani* ** ſcriptis etiam Chriſtianam Religionem oppugnare eſt aggreſſus: ſicut pridem, CHriſti adhuc profeſſus ſacra, velut exercitationis loco in Rhetorum ſcholis, pro Ethnicis, velut inferiorem cauſſam defenſurus dixerat, *ὑπὲρ Ἑλλήνων διαλεγόμενος, προφάσει δῆθεν ὡς τὸν ἥττω γυμνάζων λόγον. Gregor. Naz. Orat.* I. *in Julian.* p. 61. Opus adverſus Chriſtianos minatur in Epiſtola ad Photinum ſervata à *Facundo* IV. 2. T. 2. Opp. Sirmondi p. 522. *quod ſi nobis opitulati fuerint Dii & Deæ, & Muſæ omnes, & Fortuna, oſtendemus* &c. Libris ſeptem conſtitiſſe & in expeditione Parthica compoſitum a Juliano teſtatur Hieronymus Epiſt. 83. ad Magnum Oratorem: quibus impie contendit τὴν τῶν Γαλιλαίων σκευωρίαν † ſive Chriſtianam Religionem eſſe πλάσμα ἀνθρώπων ὑπὸ κακουργίας συντεθέν, humanum commentum malitioſe confictum. De hoc Juliani opere, quod diu jam nusquam exſtat, & de Cyrillo Alexandrino *cujus* libros decem parti illius oppoſitos habemus, dixi in libro de Veritate Relig. pag. 99. ſeq. Scripta ſua, antequam in manus hominum daret, Maximo Epheſio, Philoſopho Cynico a quo ad cultum idolorum perductus fuerat, cenſenda prius exhibuit, Epiſt. 16.

Poſtrema adverſus Parthos expeditione, *Chriſtianorum ſanguinem*, ſi obtinuiſſet victoriam, *Diis votaſſe*, ſcribit Jornandes de regnorum ſucceſſione T. XI. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1087. C. Rufinus lib. 1. c. 36. *Comminatus Imperator poſt victoriam Perſicam melius ſe Chriſtianos debellaturum.* Nazianzenus Orat. 2. in Julian. p. 114.

** Cyrillus 2. contra Julian. 65. Nazianzenus Orat. 1. p. 70.

† apud Cyrill. contra Julian. p. 39.

καὶ τὸ καλλιέρημα, ὅλον τὸ χριστιανῶν γένος παραστῆσαι τοῖς δαιμόσιν, εἰ τοῦ προκειμένου κρατήσειε. *Porro votiva victima, univerſam Chriſtianorum gentem dæmonibus ſiſtere ac ſubjicere, ſi propoſiti compos exiſteret.* Adde 131. ubi ait Cyclopico honore ſe & Baſilium ſervatos poſtremos ad periculum & triumphale munus objectandum dæmonibus, ſi ipſum e Perſide redeuntem excepiſſent. Idem Orat. I. p. 94. πάσης μὲν παῤῥησίας ἀποστερεῖσθαι χριστιανοὺς, πάντων δὲ αὐτοὺς εἴργεσθαι συλλόγων, ἀγορῶν, πανηγύρεων, τῶν δικαστηρίων αὐτῶν. *Chriſtianos omni libertate & fiducia ſpoliare, eosque ab omnibus conventibus, foris, publicis cœtibus, ipſisque adeo tribunalibus arcere conſtituerat.* Neque enim fas eſſe quenquam his uti, qui ad aras ante propoſitas thura non adoleviſſet. εἶναι γὰρ τοῦ ἡμετέρου νόμου, μήτε ἀμύνεσθαι, μήτε δικάζεσθαι, μήτε κεκτῆσθαί τι τὴν ἀρχὴν, μήτε νομίζειν ἴδιόν τι, ἀλλὰ ζῆν ἑτέρωθι καὶ τῶν παρόντων καταφρονεῖν ὡς οὐκ ὄντων, κακοῦ δὲ μὴ ἀντιδιδόναι, μηδὲ ἐξεῖναι κακὸν, μήτε τὴν παρειὰν παιομένους φείδεσθαι ταύτης, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑτέραν ἐμπαρέχειν τῷ παίοντι, καὶ τὸν χιτῶνα τῷ ἱματίῳ προσαποδύεσθαι. *Hoc quippe lege noſtra ſanciri* a) *ne injuriam acceptam ulciſcamur, nec litem intendamus; nec quiquam omnino poſſideamus* b) *propriumque ducamus, verum alibi* c) *viventes præſentia ut vana & inania contemnamus ac pro nihilo putemus; Nec vero cuiquam licere malum pro malo referre,* d) *nec ſi quis colaphum in genam unam impegerit,* e) *iſti parcere, verum alteram quoque percutienti porrigere; ac præter pallium tunicam etiam exuere oportere.* Idem Julianus quæ porro ad ornandum paganiſmum in animo efficere habuerit, præclara Chriſtianorum inſtituta imitatus, ex eodem Nazianzeno adjungam. Ita enim ille p. 101.

τοῦτο δὴ καὶ οὗτος διανοηθεὶς, διδασκαλεῖα μὲν ἱδρύσασθαι κατὰ πᾶσαν πόλιν [illegible] [illegible], βήματά [illegible]

Idem igitur hic quoque cogitans, ſcholas quidem in omnibus civitatibus, & ſacraria, ſubſelliaque, partim al-

τε

a) Matth. V. 39. 40. Ut Juliano hunc locum objicienti reſpondit Nazianzenus, ita Manichæis Auguſtinus contra Adimantum cap. 8.

b) Ma. III. X. 9.

c) πολίτευμα noſtrum in Cœlis, Philipp. III. 20.

d) Rom. XI. 17.

e) Matth. V. 39. 40.

τε καὶ προεδρίας καὶ ὑφεδρίας, Ἑλληνικῶν τε δογμάτων ἀναγνώσεις καὶ ἀναπτύξεις, ὅσαι τε ἤθη ῥυθμίζουσι, καὶ ὅσαι τῆς ἐπικρύψεως. εὐχῶν τε τύπον ἐν μέρει, καὶ τῆς τῶν ἁμαρτανόντων κατὰ μέτρον ἐπιτιμήσεως. προτελείων δὲ καὶ τελειώσεως, καὶ ὅσα τῆς ἡμετέρας σαφῶς ἐστιν εὐταξίας, ἔτι δὲ καταγώγια πήξασθαι καὶ ξενῶνας. ἁγνευτήριά τε, καὶ παρθενῶνας, καὶ φροντιστήρια, καὶ τὴν εἰς τοὺς δεομένους φιλανθρωπίαν, τήν τε ἄλλην ὁπόση καὶ τὴν ἐν τοῖς ἐπιστολιμαίοις συνθήμασιν, οἷς ἡμεῖς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος τοὺς χρῄζοντας παραπέμπομεν. ἃ δὴ καὶ μάλιστα τῶν ἡμετέρων εἶχε θαυμάσας.

tiora, partim humiliora extruere parabat, profanorum etiam dogmatum lectiones & explicationes inſtituere, tam quæ mores componerent, quam quæ in abſtruſiorum rerum tractatione verſarentur: tum precationum alternatim canendarum formam, ac ſupplicii in eos, qui peccarent, pro delicti modo conſtituendi: initiationum item & perfectionis, atque omnia, quæ noſtra haud dubie diſciplinæ ſunt: diverſoria etiam & hoſpitales domos ædificare, monaſteria item & virginum cœnobia inſtituere, ſimulque humanitatem & benignitatem erga pauperes adjungere, cum in aliis rebus, tum in commendatitiis epiſtolis ſitam, quibus eos, qui inopia premuntur, ex gente ad gentem transmittimus: quæ videlicet ille in noſtris rebus præſertim admiratus fuerat.

Ex hoc loco Nazianzeni conſtat, tantum modo cogitata a Juliano, verum μὴ ἐπιτελῆ γενέσθαι μηδὲ ἐς ἔργον ἀχθῆναι non perfecta nec in rem deducta fuiſſe quæ de ipſo Sozomenus V. 16. qui videtur Nazianzenum ante oculos habuiſſe:

Ὑπολαβὼν δὲ, τὸν χριστιανισμὸν τὴν σύστασιν ἔχειν ἐκ τοῦ βίου καὶ τῆς πολιτείας τῶν αὐτὸν μετιόντων, διενοεῖτο πανταχῆ τοὺς ἑλληνικοὺς ναοὺς, τῇ παρασκευῇ καὶ τῇ τάξει τῆς χριστιανῶν θρησκείας διακοσμεῖν· βήμασί τε, καὶ προεδρίαις, καὶ ἑλληνικῶν δογμάτων καὶ παραινέσεων διδασκάλοις τε καὶ ἀναγνώσταις, ὡρῶν τε ῥητῶν καὶ ἡμερῶν

Cumque exiſtimaret Chriſtianorum religionem ex vita & moribus eorum qui illam ſectantur, maxime commendari, Gentilium templa apparatu atque ordine Chriſtianis uſitato ornare conſtituit: gradibus præterea ac primi conſeſſus prærogativa; Gentilium item dogmatum & exhortationum doctoribus atque lectoribus; certorum quoque dierum atque hora-

τε·

τεταγμέναις εὐχαῖς, Φροντιστηρίοις τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν φιλοσοφεῖν ἐγνωκότων, καὶ καταγωγίοις ξένων καὶ πτωχῶν, καὶ τῇ ἄλλῃ τῇ περὶ τοὺς δεομένους φιλανθρωπίᾳ, τὸ ἑλληνικὸν δόγμα σεμνῦναι. ἑκουσίων τε καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, κατὰ τὴν τῶν χριστιανῶν παράδοσιν, ἐκ μεταμελείας σύμμετρον τάξαι σωφρονισμὸν. ἔτι ἤκιστα δὲ ζηλῶσαι λέγεται τὰ συνθήματα τῶν ἐπισκοπικῶν γραμμάτων, οἷς ἔθος ἀμοιβαδὸν τοὺς ξένους ὅποι δήποτε διϊόντας, καὶ παρ' οἷς ἂν ἀφίκωνται, πάντως καταγεσθαι καὶ θεραπείας ἀξιοῦσθαι, οἷά γε γνωρίμους καὶ φιλτάτους, διὰ τὴν τοῦ συμβόλου μαρτυρίαν. ταῦτα διανοούμενος, ἐσπούδαζε τοὺς ἑλληνιστὰς προσεθίζειν τοῖς τῶν χριστιανῶν ἐπιτηδεύμασιν.

rum ſtatutis precationibus; Monaſteriis præterea virorum ac mulierum philoſophari cupientium; Xenodochiis denique & Ptochotrophiis, & omni reliqua erga egenos humanitate religionem Gentilium illuſtrare. Ad hæc peccatis quæ vel ſponte, vel ab invitis committuntur, juxta morem Chriſtianorum congruam pœnitentiæ emendationem adhibere decreverat. Sed præcipue notas ac teſſeras Epiſcopalium literarum admiratus eſſe dicitur, quibus ſolent peregrinos ſibi invicem commendare; ut undelibet venientes, adquoscumque acceſſerint, tanquam noti atque amici excipiantur hoſpitio, & benigne curentur ob teſtimonium ejusmodi notæ. Hæc cum animo agitaret, operam dabat ut Gentiles Chriſtianorum inſtitutis aſſuefaceret.

Hæc de Juliani perſecutione dicta ſufficiant, de qua juvat memorare, quod καίτοι χριστιανῶν ὄντων ἐφαμίλλων a) τῷ πλήθει τῶν Ἑλλήνων, *licet gentilibus haud inferiores numero eſſent*, imo multis locis etiam plures ac numeroſiores, non tamen rebellaverunt Chriſtiani, ſed patiendo potius ac cedendo, imo non cedendo latum unguem de doctrinæ ſuæ veritate, rem geſſerunt atque adverſariis ſuis ſuperiores evaſere. Etiam Juliano objicit Nazianzenus *ſteleteutico* I. pag. 101. quod πρῶτος χριστιανῶν, *primus Chriſtianorum*, cum nempe Chriſtianum adhuc ſe gereret, rebellionis adverſus Dominum ſuum ediderit exemplum, bello adverſus Conſtantium excitato, cujus necem ipſi quoque pag. 68. exprobrat. Deinde notare eſt operæ pretium, quod nec ſæva decem priorum perſecutionum immanitas nec diverſum plane genus hoc Julianeæ, velut invidentis Chriſtianis hono-

a) Julianus Epiſt. 51. p. 437. adde Naz. Orat. I. in Julian. p. 80.

honorem Martyrii b) & per carnis ac ſanguinis illecebras, libertatem, gratiam, promiſſa fidem ſuffodientis Chriſtianorum, ex altera parte interim & ipſum minis rem agentis & mortibus & exiliis, nullæ tamen prævaluerint contra Eccleſiam CHriſti, ex ipſius promiſſo c) tutam quoque futuram adverſus inferorum portas: Denique memorabile eſt, quemadmodum Chriſtiani rerum potiti ſub Conſtantino & Conſtantio a perſequendis tamen per exilia, ſuppliciaque paganis abſtinuere, d) ita perſecutionem hanc extinguendæ Eccleſiæ longo ac diligenti conſilio motam ab Imperatore, magnis alioqui efferendo virtutum laudibus, etiam cum fratre Gallo edocto CHriſti ſacra e) & qui ſacras litteras Chriſtianæ Concioni Antiochenæ prælegerat, f) ſed *συλαγωγεμένῳ διὰ τῆς φιλοσοφίας*, & per Conſtantii odium rapto in transverſum, tam brevi modo tempore duraſſe, atque ut S. Athanaſius, quem auſpicum augurumque inſtantia velut obſtaculum futurum conatibus ſuis Julianus g) in exilium ire juſſerat, vere prædixit tanquam vates, nubeculæ h) inſtar cito tranſiiſſe, & ſicut Juliano ſacrificanti ajunt exta i) cinctam corona crucem objeciſſe, ita illum invitum quoque victoriam *Galilæo* coactum fuiſſe relinquere.

Necem Julianus ipſe arceſſivit ſibi, nocte jam ingruente oblitus loricæ, procacius ſeſe ingerendo in hoſtes: unde Libanius in oratione funebri T. 2. p. 256. ait eum interiiſſe *προθυμίᾳ σφοδρᾷ καταναγκαζούσῃ αὐτὸν περιτρέχειν τε καὶ ἐξοτρύνειν στρατιὰν ἀργήν, ardore vehementi qui eum impelleret circuire & inſtigare ignavos milites* & p. 303. *βασιλεὺς ὡς συνδήσων τὸ διαῤῥαγὲν, ἔσπευδε σὺν ἑνὶ θεράποντι Imperator velut colligaturus quod diſruptum erat, properabat cum uno famulo.* Ammianus Marcellinus, qui ipſe prælio illi præſens interfuit XXV. 3. *Principe volitante inter prima diſcrimina præliorum, exſiluit noſtra ſucci-*

b) Naz. Orat. I. p. 72.
c) Matth. XVI. 18.
d) Naz. Orat. I. p. 95.
e) Naz. Orat. I. p. 58. f) id. p. 58. 94.
g) Julian. Epiſt. 6. & 26.
h) Rufin. lib. I. c. 34. Sozom. V. 15.
i) Naz. p. 71. *θυομένῳ τὰ σπλάγχνα τὸν σταυρὸν ἀναδείκνυσι στεφανούμενον.*

ctior armatura, averſorumque Perſarum & belluarum ſuffragines concidebat & dorſa. Quos cum Julianus cavendi immemor diffluxiſſe trepidos, elatis vociferando manibus aperte demonſtrans, iraſque ſequentium excitans, ardenter effunderet ſemet in pugnam, clamabant hinc inde Candidati quos disjecerat terror, ut fugientium molem, tanquam ruinam male compoſiti culminis declinaret: & incertum ſubita equeſtris haſta cute brachii ejus præſtricta coſtis perfoſſis hæſit in ima jecoris fibra. Nazianzenus Orat. 2. in Julian. p. 116. ἀτάκτοις ἐκδρομαῖς χρώμενον καὶ ἄττοντα τῇδε κἀκεῖσε *temere in hoſtes excurſantem atque huc & illuc præſultantem.* Aurelius Victor: *Cum inconſulto ardore nititur ordines ad prælium componere, ab uno ex hoſtibus & quidem fugiente, conto percutitur.* Sextus Rufus: *dum incautius per agmen errat, excito pulvere, ereptus e ſuorum conſpectu ab hoſtium obvio equite conto per ilia ictus, ingvinum tenus vulneratus eſt.* Eutropius X. 8. *dum ſe inconſultius præliis inſerit, hoſtili manu interfectus eſt 6. Kal. Jul.* Quod igitur Libanius T. 2. p. 258. 323. 324. & Oratione de ulciſcenda Juliani nece c. 12. ſeq. * contendit non ab hoſte interfectum Julianum, ſed ab aliquo quem immiſerint Chriſtiani, falſam eſſe ſuſpicionem convincitur: neque hilum valet quo Libanius triumphat argumento, neminem prodiiſſe Perſam qui præmium quod interfectori Juliani a Rege Sapore propoſitum erat ſibi deberi profiteretur: quid enim ſi ipſe, qui in νυκτομαχίᾳ quam p. 256. fuiſſe ſcribit Libanius, facinus inter fugiendum patrabat, hoc ignoravit? quid ſi deinde exceptus a Romano milite & interfectus ipſe fuit?

Antequam de Juliano dicere deſino, cum bona ut confido eruditi Lectoris venia, addita Latina verſione mea ſubjungam Epiſtolas quasdam Imperatoris hujus ineditas, vel minus integre hactenus vulgatas, quas nactus ſum beneficio illuſtriſſimi & virtute atque omni nobili doctrina perpoliti Comitis CHRISTIANI DANNESHIOLD de SAMSOA, cujus ex illo die, quo ante hoc quinquennium ad me inviſit, non poſſum meminiſſe, quin extinctum in flore ætatis præclarum quem ſpondebat litterarum Mæcenatem acerbe lugeam. Deſcripſerat illas è Bibliothecarum Italiæ, Vaticanæ, Mediceæ, Ambroſianæ, Codicibus nobiliſſimus vir atque eruditiſſimus *Fridericus Roſtgaard*, ex cujus Bibliothecæ ſectione publica A. 1726. una cum Epiſtolarum Libanianarum ineditarum centuriis bene multis

Rr 2 perve-

* T. VII. Bibl. Græcæ p. 160. ſeq.

pervenerunt in theſaurum librarium laudati Comitis, eoque indulgente apographon earundem ad me miſit, cui tot alia præclara munera litteraria in acceptis refero *Joannes Grammius*, Excellentis vir doctrinæ raræque virtutis, & honoribus quibus recens potentiſſimi Regis ſui gratia ornari eum contigit, digniſſimus.

I. Ἰουλιανὸς Σωσιπάτρῳ.

Ἔςι τις ἡδονῆς ἀφορμὴ πλείων, ὅταν ἐξῆν δι᾽ ἀνδρὸς οἰκείου, τοὺς φίλους προσφωνεῖν. οὐ γὰρ μόνον οἷς γράφεις, τὸ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἴνδαλμα τοῖς ἐντυγχάνουσι ξυναρμόττη. ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ποιῶ. τὸν γὰρ τροφέα τῶν ἐμαυτοῦ παίδων Ἀντίοχον ὡς ὑμᾶς ἐκπέμπων, ἀπρόσρητόν σε καταλιπεῖν οὐκ ἠνεχόμην. ὥςε εἴ τι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ποθεῖς, ἔχοις ἂν οἰκειότερον παρ᾽ αὐτοῦ γνῶναι. εἰ δέ τι καὶ σοὶ μέλει τῶν σῶν ἐραςῶν, ὡς ἔγωγε ὅτι μέλει πιςεύω, δείξεις ἐν οἷς ἂν ἐξῆν γράφειν, μηδαμῶς ἐλλείπων.

JULIANUS SOSIPATRO. a)

Amplior voluptatis eſt occaſio, ubi amicos datur per virum familiarem ſalutare. Nam ita fit ut per litteras non ſolitarium animi tui ſimulacrum ad eos quibus ſcribis perveniat. Idem mihi jam contingit, itaque Antiochū liberorum meorum educatorem ad vos cum mitterem, non potui quin te per Epiſtolam alloquerer, ut ſi quid de rebus noſtris deſideras, poſſis ex illo familiarius cognoſcere: Tibi quoque ſi curæ ſunt amici tui, ut ego eſſe tibi curæ non dubito, fac ut ſi ſint per quos litteras mittere liceat, ſcribere neutiquam negligas.

2. Ἰουλιανὸς Φιλίππῳ.

Ἐγὼ νὴ τοὺς Θεοὺς ἔτι Καῖσαρ ὢν, ἐπέςειλά σοι, καὶ νομίζω πλέον ἢ ἅπαξ. ὥρμησα μέντοι πολλάκις, ἀλλ᾽ ἐκώλυσαν ἄλλοτε ἄλλαι προφάσεις, εἶτα ἡ γενομένη διὰ τὴν ἀνάῤῥησιν, ἐμοί τε καὶ τῷ μακα-

JULIANUS PHILIPPO. b)

Cum adhuc Cæſar eſſem, Deos teſtor, ad te ſcripſi, atque plus ſimplici vice ut opinor. Sæpius certe animi impetus me inceſſit, ſed jam hæ jam aliæ me cauſæ inpediverunt, tum illa quod pro-

ειτις

a) An SOPATRO, Jamblichi κηδεςῇ, cujus frequens in Juliani Epiſtolis memoria 27. 40. 53.

b) Hic videtur ad quem plures Libanii Epiſtolæ, teſtantis quas à Philippo accepiſſet litteras, non atramento ſed pegaſeo liquore exaratas eſſe.

ρίτῃ Κωνςαντίῳ λυκοφιλία, παντάπασι γὰρ ἐφυλαττόμην, ὥσπερ τὰς Ἄλπεις ἐπιςεῖλαί τινι, μὴ πραγμάτων αὐτῷ χαλεπῶν αἴτιος γένωμαι. τεκμήριον δέ μοι ποιοῦ τοῦτο εὐνοίας τὸ γράφειν, οὐ γὰρ ἐθέλει πολλάκις ὁμολογεῖν ἡ γλῶττα τῇ διανοίᾳ· καὶ ἴσως ἔχει μέντοι πρὸς τὸ γαυριᾶν καὶ ἀλαζονεύεσθαι τοῖς ἰδιώταις, ἡ τῶν βασιλικῶν ἐπιςολῶν ἐπίδειξις, ὅταν πρὸς τοὺς ἀσυνήθεις, ὥσπερ δακτύλιοί τινες, ὑπὸ τῶν ἀπειροκάλων φερόμενοι κομίζωνται. Φιλία δὲ ἀληθινὴ γίνεται, μάλιςα μὲν δι' ὁμοιότητος. ἡ δευτέρα δὲ ὅταν τις ἀληθῶς ἀλλὰ μὴ πλαςῶς θαυμάζῃ, καὶ παρὰ τῇ τύχῃ καὶ συνέσει κρείττων, ὡς ὁ πρᾶος καὶ μέτριος καὶ σώφρων ἀγαπηθῇ. τὰ γραμματεῖα δὲ ταῦτα, πολλοῦ τύφου καὶ πολλῆς φλυαρίας ἐςὶ μεςά. καὶ ἔγωγε πολλάκις ἐμαυτῷ μέμφομαι, μακρότερα ποιούμενος αὐτὰ, καὶ λαλίςερος ὤν, ἐξὸν πυθαγόρειον διδάσκειν τὴν γλῶτταν. ὑπεδεξάμην μέντοι τὰ σύμβολα, φιάλην ἀργυρᾶν, ἕλκουσαν μίαν μνᾶν, καὶ χρυσοῦ νόμισμα. καλέςαι δέ σε πρὸς ἐμαυτὸν ὥσπερ ἐπέςειλας, ἐβουλόμην. ἤδη δὲ ἔαρ ἐπιφαίνει. καὶ τὰ

nunciato me Auguſto lupina inter me ac beatum c) Conſtantium amicitia cœpiſſet: inde enim omnino cavi quo minus cuiquam trans Alpes ſcriberem, ut ne graves illi moleſtiæ mea cauſſa excitarentur. Tu vero documentum hoc habe meæ in te benevolentiæ quod ad te ſcribo, nam & lingua ſæpe animo ſuffragari renuit. Et fortaſſe privatis eſt gloriandi ac ſeſe efferendi materia, ſi Imperatoris ad ſe epiſtolas oſtentare valeant, quando ad inaſſvetos illæ tanquam anuli quidam ab hominibus elegantiarum rudibus perferuntur. Vera autem amicitia maxime inter pares locum habet. Sed eſt & ſecundum genus amicitiæ, quando unus alterum vera non ſimulata æſtimatione colit ac ſuſpicit, & fortuna vel ingenio præſtantior, amatur tanquam modeſtus homo & placidus ac mentis bene ſanæ. Epiſtolæ autem hujuscemodi multo faſtu, ineptiis multis refertæ ſunt. Ac ſæpe me ipſe reprehendo quod longiores illas facio, ſumque loquacior, cum poſſem ad Pythagoricum morem linguam inſtituere. Symbola recepi, phialam argenteam minæ

c) Sic ſolet Conſtantii jam defuncti meminiſſe Julianus, ut *μακαρίτην* eum appellet Epiſt. 31. & 58. & Epiſt. 23. *ἐκείνῳ μὲν οὖν, ἐπειδὴ μακαρίτης ἐγένετο, κούφη γῆ.*

δένδρα βλαστάνει. χελιδόνες δὲ, ὅσον ὄυπω προσδοκώμεναι, τοὺς συστρατευομένους ἡμᾶς ὅταν ἐπεισέλθωσιν ἐξελαύνουσι τῶν οἰκιῶν, καὶ φασὶ δεῖν ὑπερορίους εἶναι. πορευσόμεθα δὲ δι' ὑμῶν. ὡς τέ μοι βέλτιον ἂν ἐντύχοις ἐθελόντων Θεῶν, ἐν τοῖς σαυτοῦ. τοῦτο δὲ οἶμαι ταχέως ἔσεσθαι, πλὴν εἰ μή τι δαιμόνιον γένοιτο κώλυμα. καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ τοῖς Θεοῖς εὐχόμεθα.

3. Ἰουλιανὸς Εὐθηρίῳ.

Ζῶμεν ὑπὸ τῶν Θεῶν σωθέντες. ὑπὲρ ἐμοῦ δὲ αὐτοῖς θύε τὰ χαριστήρια. θύσεις δὲ, οὐχ ὑπὲρ ἑνὸς ἀνδρὸς, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων. εἰ δέ σοι σχολὴ καὶ μέχρι τῆς Κωνσταντίνου πόλεως διαβῆναι, τιμησαίμην ἂν οὐκ ὀλίγον τὴν σὴν ἐντυχίαν.

4. Ἰουλιανὸς Πατριάρχῃ.

Ὑπὲρ Ἀμωγίλης, δεύτερα ταῦτα ἔρχεται γράμματα, τῶν προτέρων οὐδὲν δυνηθέντων, διὰ τὸ δύ-

pondere, & numiſma aureum. Volui te, ut in litteris tuis ſcribis, ad me arceſſere. Sed iam ver imminet & arbores frondeſcere incipiunt, hirundinesque necdum exſpectatæ ubi advenerint commilitaturos nos domibus ejiciunt, atque peregrinas terras petere jubent. Per veſtram autem regionem iter facturi ſumus, ut adeo melius feceris ſi Diis propitiis apud tuos mihi occurrens. Idque brevi futurum ſpero, ni impedimentum divinitus objiciatur: atque ut brevi contingat Deos oramus.

JULIANUS EUTHERIO. d)

Vicimus ſervati à Diis. Pro me igitur ut illis gratias agas ſacra facito; non pro uno viro ſed pro communi Græcorum e) ſalute ſacrificaturus. Quod ſi otium tibi fuerit Conſtantinopolin (ad nos) trajicere, præſentia tua non parum gaudebo.

PATRIARCHÆ. f)

Secundæ hæ pro Amocila Epiſtolæ veniunt, primis nihil quicquam valentibus efficere propter va-

d) Ad hunc Eutherium tres habeo Libanii Epiſtolas MSS.

e) Ethnicos Idolorum cultores intellige.

f) Judæorum Patriarchæ Juli, quem αἰδεσιμώτατον appellat, mentio in Epiſtola Juliani 25.

ναι τοὺς κακῶς ποιοῦντας τὴν ἄνθρωπον. τῆτε οὖν προτέρᾳ συναχθόμενος ἐπιστολῇ, καὶ τήνδε τιμῶν, ποίησον ἡμᾶς μὴ δεηθῆναι τρίτης.

potentiam eorum qui fœminam malis affligunt. Tu igitur primarum vicem dole, has vero honora, facitoque nobis ne tertiis opus ſit.

AETIO.

Κοινῶς μὲν ἅπασι &c. Exſtat in Petavii atque Ez. Spanhemii editione, num. XXXI. p. 405. ſed pro κοινῶς ibi legitur λοιποῖς, & deinde pro verbis μέχρι τοῦ στρατοπέδου τοῦ ἐμοῦ tantum eſt in MS. Mediceo μέχρι τοῦ στρατοπέδου, *usque ad exercitum.* Mentio hujus Epiſtolæ, qua in exilium quos miſerat Conſtantius Epiſcopos, revocatos à Juliano cognoſcimus, apud Sozomenum libro & capite quinto.

5. Ἰουλιανὸς Διογένει.

Διογένης, ὁ σὸς υἱὸς ὀφθείς μοι μετὰ τὴν ἔξοδον τὴν σὴν, καὶ φήσας, ὠργίσθαι σέ τι πρὸς αὐτὸν, οἷον ἂν πατὴρ πρὸς παῖδα χαλεπήνειεν, ἐδεήθη μέσον με τῶν πρὸς αὐτὸν καταλλαγῶν, παρὰ σοὶ γενέσθαι. εἰ μὲν οὖν μέτρια, καὶ οἷα δύνασθαι φέρειν ἥμαρτεν, εἶξον τῇ φύσει, καὶ τὸ πατὴρ εἶναι γνοὺς, ἐπάνελθε πρὸς τὸν παῖδα τῇ γνώμῃ. εἰ δέ τι μεῖζον ἔπταικεν, ἢ οἷον δὴ πρὸς συγγνώμην ἐλθεῖν, αὐτὸς ἂν εἴης δικαιότερος κριτής, εἴτε δὴ καὶ τοῦτο γενναίως ἐνέγκοντα, νικῆσαι τοῦ παιδὸς τὴν βουλὴν γνώμῃ κρείττονι, εἴτε καὶ πλείονος χρόνου σωφρονισμῷ τὴν ἐπὶ τῷ πταισθέντι βάσανον πιστεῦσαι.

JULIANUS DIOGENI. g)

Poſt profectionem tuam, Diogenes filius tuus ad me venit, dixitque te ſibi iraſci, & quantum poſſet pater filio, indignari: quare rogavit me ut medium me interponerem, atque ſe tibi reconciliarem. Si igitur delictum ejus leve ſit, & quale ferri utcumque poſſit, da quæſo ſpatium naturæ, atque memor patrem te eſſe, cum filio redi in gratiam. Si vero majus quidpiam admiſerit quam ut veniæ locus eſſe poſſit, ipſe rectius judicabis præſtet ne aut hoc etiam generoſe ſuſtinere, voluntatemque filii meliore conſilio vincere, vel longioris temporis emendationi committere delicti reparandi experimentum.

6. Ἰουλιανὸς Πρίσκῳ.

Ἐγὼ δεξάμενός σου τὰ γράμμα-

PRISCO. h)

Acceptis litteris tuis extemplo

τα, &c.

g) Philoſophus hic Athenienſis, ad quem Epiſtolæ Libanii.
h) Parenti Anatolii præfecti.

τα, παραχρῆμα τὸν Ἀρχέλαον ἀπέστειλα, δοὺς αὐτῷ φέρειν ἐπιστολὰς πρός σε. καὶ τὸ σύνθημα καθάπερ ἐκέλευσας, πλείονα χρόνον. ἱστορῆσαι δέ σοι τὸν ὠκεανὸν ἐθέλοντι, ὑπάρξει σὺν Θεῷ πάντα κατὰ γνώμην. ει μὴ δὲ τῶν Γαλατῶν ἀμουσίαν καὶ τὸν χειμῶνα διευλαβηθείης. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὅπως ἐὰν ᾖ τῷ Θεῷ φίλον, γενήσεται. ἐγὼ δὲ ὄμνυμί σοι τὸν πάντων ἀγαθῶν ἐμοὶ αἴτιον καὶ σωτῆρα, ὅτι διὰ τοῦτο ζῆν εὔχομαι, ἵν' ὑμῖν τι χρήσιμος γένωμαι. τὸ δὲ ὑμῖν ὅταν εἴπω, τοὺς ἀληθινοὺς φημὶ φιλοσόφους· ὧν εἶναι σε πειθεὶς, οἶσθα πῶς ἐφίλησα καὶ φιλῶ, καὶ ὁρᾶν εὔχομαι. ἐῤῥωμένον σε ἡ θεία πρόνοια διαφυλάξοι πολλοῖς χρόνοις, ἀδελφὲ ποθεινότατε καὶ φιλικώτατε. τὴν ἱερὰν ἱππίαν καὶ τὰ παιδία ὑμῶν προσαγορεύω.

7. Λιβανίῳ Σοφιστῇ καὶ Κουαίστωρι. i)

Ὡς ὤνησέ γε τὸ σύνθημα ἡμῖν μελλῆσαν. ἀντὶ γὰρ τοῦ τρέμειν καὶ δεδιέναι φερόμενον ἐπὶ τῆς δημοσίας ἀπήνης, καὶ περιπίπτοντα κραιπαλῶσιν ὀρεωκόμοις καὶ ἡμιόνοις ἀκοστήσασι k) καθ' Ὅμηρον δι' ἀργίαν καὶ πλησμονὴν, ἀνέχεσθαι κονιορτοῦ, καὶ φωνῆς ἀλλοκότου καὶ ψόφου καὶ μαστίγων· βα-

Archelaum miſi, Epiſtolasque ad te perferendas dedi; & teſſeram commeatus, ſicut juſſeras in longius tempus. Oceanum ſpeculari ſi volueris, omnia tibi fluent cum DEO ex animi ſententia, niſi Galatarum inelegantiam, aut tempeſtatem pertimeſcis. Sed hoc ita ut Deo viſum fuerit ita fiet. Ego juro tibi per illum qui omnium mihi bonorum auctor & Servator eſt, quod vel ideo opto vivere,ut vobis utilis eſſe valeam. Vobis autem cum ajo, veros Philoſophos intelligo, ex quorum numero eſſe te perſvaſus non potes ignore quantopere & amavi te & amo & videre geſtio. Firmum te ac valentem Divina Providentia multos conſervet annos frater deſideratiſſime & amiciſſime. Caſtam conjugem tuam Hippiam liberosque veſtros cupio ſalvere.

LIBANIO Sophiſtæ & Quæſtori.

Quam opportune accidit curſum publicum non ſtatim præſto nobis fuiſſe. Nam tremoris loco & timoris, qui in vectura publica ſuſtinendus fuiſſet, modo in ebrios muliones incidentibus mulosque, quos hordeo paſtos cum Homero dixeris, ita ignavi ſunt & diſtenti, modo excipientibus pul-

δίζειν

i) ita & Epiſt. 27.

k) Iliad. ζ. 506. ο. 263.

δίζειν ἐπὶ σχολῆς περίεστί μοι δι' ὁδοῦ συνηρεφοῦς καὶ ἐπισκίου, πολλὰς μὲν κρήνας, πολλὰς δὲ ἐχούσης καταγωγὰς ἐπιτηδείους τῇ ὥρᾳ μεταξὺ διαναπαύοντι τὸν τόπον ἵνα ἄν μοι φανείη κατάλυσις εὔπνους τε καὶ ἀμφιλαφὴς ὑπὸ πλατάνοις τισὶν ἢ κυπαρίττοις, τὸν Φαῖδρον ἔχοντι ἐν χερσὶ τὸν Μυρρινούσιον, ἢ ἑτέρά τινα τῶν Πλάτωνος λόγων. Ταῦτά σοι, ὦ φίλη κεφαλή, ἀπολαύων τῆς ἐλευθέρου ὁδοιπορίας, ἄτοπον ὑπέλαβον τὸ μὴ καὶ τοῦτο κοινώσασθαί τε καὶ ἀποσημῆναι.

verem & voces inſolentes audientibus cum ſcuticarum ſtrepitu : nunc datur otio pergere per viam opacam & umbroſam multis amœnam fontibus, & ductibus oportunis aquarum : & quum hora nos recreandi interponitur loco quo placuerit fragranti & ſpatioſo ſub platanis & cupreſſis acquieſcimus, Phædrum Myrrhinuſium 1) aut alium quempiam ex Platonis libris in manibus habentes. Hæc ego qui liberi itineris voluptate me oblecto, tecum chariſſimum caput, non communicare, nec tibi ſignificare, indignum exiſtimavi.

Εὐκλείδῃ φιλοσόφῳ.

Πότε γὰρ ἡμῶν ἀπελείφθης, ἵνα καὶ γράφωμεν, ἢ πότε οὐχὶ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς ὡς παρόντα σε θεωροῦμεν; οἵγε οὖν οὐ μόνον ἀεί σοι συνεῖναι καὶ συνομιλεῖν δοκοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τῶν γε νῦν προσηκόντων, ὡς ὑπὸ παρουσίᾳ τῇ σῇ, τὰ εἰκότα κηδόμεθα. εἰ δὲ καὶ γράφεσθαί σοι παρ' ἡμῶν ὡς ἀπόντι θέλεις, ὅρα μὴ ὅπως μὴ αὐτὸς τὸ δοκεῖν ἡμῶν ἀπεῖναι, μᾶλλον αὐτῷ γράφειν ἐθέλειν ἐκφήνῃς· πλὴν ἀλλ' εἴγε σοι φίλον ἐστὶν, καὶ πρὸς τοῦτο ἑκόντες ὑπακούομεν. Πάντως γε τὸ τοῦ λόγου, θέοντα τῇ παρακελεύσει καὶ τὸν ἵππον εἰς πεδίον

EUCLIDI *Philoſopho*.

Ecquando Te dereliquimus, ut ad litteras ſcribendas recurrere nobis ſit neceſſe ? vel quando non animi noſtri luminibus Te veluti præſentem intuemur ? ut qui non ſolum videmur aſſidue tecum verſari & colloqui, ſed etiam pro noſtra conſvetudine perinde ut in præſentia tua res tuas curamus. Si autem omnino vis ut ad te, tanquam ad abſentem ſcribam, vide ne per hoc ipſe, quod cupis me ſcribere ad te, prodas potius te a nobis abeſſe. Quicquid ſit tamen, ſi gratum iſtud ducis, etiam hac in re lubentes

1) Ex Myrrhinunte, Atticæ,

ἄξεις. ἄγε οὖν, ὅπως ἀντιδίδως τὰ ἴσα, καὶ πρὸς τὴν ἀντίληψιν ἐν τῇ τῶν ἀμοιβαίων συνεχείᾳ, μὴ κατοκνήσῃς. καίτοι ἔγωγε εἰς τὴν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ σοι γινομένην σπουδὴν, οὐκ ἐθέλω διοχλεῖν. ἀλλ' ὅσῳ σε φυλάττω τῇ θήρᾳ τῶν καλῶν, οὐ μόνον ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ὁμοῦ τὸ ἑλληνικὸν ὠφελεῖν ἂν δοκοίην, ὥσπερ σκύλακα γενναῖον, ἀόχλητον ἀφιεὶς, ἐσχολακέναι σοι τοῖς περὶ τοὺς λόγους ἴχνεσιν, ὁλοκλήρῳ τῷ βήματι. m) εἰ δέ σοι τοσοῦτον τάχος περίεστιν, ὡς μήτε τῶν φίλων ἀμελεῖν, μήτ' ἐκείνοις ἐνδεῖν, ἴθι χρῆσαι παρ' ἄμφω τῷ δρόμῳ.

tibi obſequimur, ac ſane quod ajunt in proverbio, currentem equum hortatione alacrius ire in campum facies. Tu modo par pari redde, nec mutuis litteris aſſidue reſpondere grave ducito. Quanquam ego induſtriam tuam pro communi laborantem bono turbare nolim, ſed ut te res pulcherrimas venantem obſervo, ſic non modo minime peccaturus ſed de omni Græco nomine præclare meriturus videor ſi te non diſtineam, verum pleno ac libero curſu ſinam tanquam generoſum canem per omnia veſtigia eruditionem indagare ac perſequi. Quod ſi tanta celeritate polles, ut nec amicos negligas, nec illis rebus deſis, age ad utrumque curſum vires intende.

Λιβανίῳ.

Ἀποδέδωκας Ἀριστοφάνει τὰς ἀμοιβὰς, τῆς τε περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας, καὶ τῆς περὶ σεαυτὸν προθυμίας· ἀμείψας αὐτῷ καὶ μεταθεὶς τὰ πρόσθεν ἐπονείδιστα πρὸς εὔκλειαν, οὐ τὴν νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον. ὡς οὐχ'

LIBANIO.

Retribuiſti Ariſtophani n) vicem, quam & religio ejus erga Deos, & in te benevolentia expoſcebat. Rependiſti illi, & priores quas paſſus eſt ignominias in laudem ejus & gloriam convertiſti, non præſentem tantummodo ſed duraturam ad poſteros. Nec tanti eſt vel Pauli o) calu-

ὅμοιον

m) al. λήμματι.

n) Ariſtophanem Corinthium intellige, Menandri F. præfectum Ægypti, pro quo Libanii Oratio exſtat T. 2. edit. Morellianæ pag. 210.

o) Pauli hujus, qui delatoribus Ariſtophanis apud Conſtantium Imp. adfuit, mentio in eadem Libanii Oratione p. 222.

ὅμοιόν γε ἡ Παύλου συκοφαντία, καὶ ἡ τοῦ δεῖνος κρίσις τοῖς ὑπὸ σοῦ γραφομένοις λόγοις. ἐκεῖνα τε γὰρ ἀνθοῦντά τε ἐμισεῖτο, καὶ συναπέσβη τοῖς δράσασιν. οἱ δὲ σοὶ λόγοι, καὶ νῦν ὑπὸ τῶν ἀληθῶς ἑλλήνων *ἀγαπῶνται, καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, εἰ μήτε σφάλλομαι κρίσεως ὀρθῆς, ἀγαπήσεται. Πεύσῃ δὴ λοιπὸν, εἰ πέπεικάς με.

* Conſtantii Imp.

mnia vel ſententia * illius judicis ut cum orationibus a te ſcriptis conferri mereantur. Nam illa ſtatim cum prodirent odio habebantur & cum auctoribus ſuis extincta ſunt. At tuæ orationes & nunc amantur à vere Græcis, & niſi me fallit judicium, in futurum tempus amabuntur. Sciſcitare jam porro num me in tuam adduxeris ſententiam.

Epiſtola ad BASILIUM Magnum, inter Baſilianas CCVII. auctior editis.

Τὸ ἔμφυτόν μοι ἐκπαιδόθεν γαληνὸν καὶ φιλάνθρωπον μέχρι γε τοῦ παρόντος πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπιδεικνύμενον, πάντας ὑπηκόους ἐκομισάμην τοὺς οἰκοῦντας τὴν ὑφήλιον. ἰδοὺ γὰρ πᾶν γένος βαρβάρων μέχρι ὁρίων ὠκεανοῦ δῶρα μοι κομίζον ἧκε παρὰ ποσὶ τοῖς ἐμοῖς. ὁμοίως δὲ καὶ Σαγάδηρες a) οἱ περὶ τὸν Δάνουβιν ποταμὸν ἐκτραφέντες, καὶ Γότθοι ποικιλοκαρόμορφοι b) οἷς οὐκ ἔστι θέα ὁμοειδὴς ἀνθρώπῳ c) ἀλλὰ μορφὴ ἀγριαίνουσα, d) οὗτοι καὶ αὐτοὶ κατὰ

Naturaliter inſitum mihi a puero mite humanumque ingenium cum hactenus teſtatum fecerim omnibus, omnes qui ſub ſole habitant obſequentes mihi habui. Ecce enim Barbarorum genus omne ab ultimis Oceani venit finibus, donaque ad pedes meos advoluit. Similiter & Sagaderes qui ad Danubium victitant, & variis in capite formis Getæ qui vix hominum ſed trucem figuram referunt, hi & ipſi in præſenti mea adorant veſtigia, polli-

Ss 2 τὴν

a) ita MS. Mediceus. Editi οἱ Ἀγάδηρες. Cod. Barberin. οἱ Δαγαρεῖς.

b) editi: καὶ εὐμορφοποικιλοκαθαρόμορφοι. Vatican. εὐμορφοποικιλοκανθαρόμορφοι. Barber. οἱ Γοτθοποικιλοκαθαρόμορφοι.

c) Vatican. ἀνθρώποις.

d) editi: ὑπερβαίνουσα.

τὴν ἐνεςῶσαν προκυλινδοῦνται e) ἴχνεσι τοῖς ἐμοῖς, ὑπισχνούμενοι ποιεῖν ἐκεῖνα ἅπερ τῇ ἐμῇ ἁρμόζει βασιλείᾳ. οὐχὶ δὲ ἐν τούτῳ μόνῳ ἕλκομαι, ἀλλὰ δεῖ με σὺν πολλῷ τῷ τάχει καταλαβεῖν τῆς Περσῶν, καὶ τροπώσασθαι τὸν Σάπφοριν f) ἐκεῖνον τὸν ἀπόγονον Δαρείου γεγονότα, ἄχρις οὗ ὑπόφορος καὶ ὑποτελής μοι γένηται. ἐνταῦθα g) δὲ καὶ τὴν Ἰνδῶν ἅμα καὶ Σαρακηνῶν ἐκπορθῆσαι, ἄχρις οὗ καὶ αὐτοὶ πάντες ἐν δευτέρᾳ τάξει βασιλείας γένωνται τῆς ἐμῆς ὑπόφοροι καὶ ὑποτελεῖς. ἀλλ' αὐτὸς ἐπέκεινα τῆς τούτων δυνάμεως πεφρόντικας h) εὐλάβειαν μὲν λέγων ἐνδεδύσθαι, ἀναίδειαν δὲ προβαλλόμενος, καὶ πανταχοῦ διαφημίζων ὡς ἀνάξιόν με τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας γεγονέναι. ἢ οὐκ οἶσθα αὐτὸς, ὡς Κωνςαντίνου i) τοῦ κρατίςου γέγονα ἀπόγονος; καὶ τούτων οὕτω γνωσθέντων ὑμῖν, τοῦ ἕνεκα οὐδὲ τῆς προτέρας ἐξέςημεν διαθέσεως ἧσπερ νέοι ἔτι ὄντες τῇ ἡλικίᾳ, ἔγωγε καὶ σὺ μετέσχηκαμεν. k) ἀλλ' ἡ γαληνῷ τῷ φρονήματι θεσπίζω δέκα ἑκατοντάδας χρυσίου λιτρῶν ἐξαποςαλῆναί μοι

citiſſe facturos quæ ratio Imperii mei expoſcit. Neque hæc ſola moror, ſed oportet me jam maturato Perſarum regnum occupare, & Saporem illum qui ad Darium genus refert, in ordinem redigere, ut tributa mihi pendat ac vectigalia. Hinc Indorum quoque & Saracenorum ditiones exſuperare, ut ipſi quoque univerſi inferiores Imperio meo ſe fateantur, vectigalesque mihi ſint ac tributarii. Tu vero horum omnium viribus majora ſapiens, pietatem dum dicis te induiſſe, præfers impudentiam, & usquequaque diffamas me & indignum eſſe Romano Imperio jactitas. Itaque ignoras me ex Conſtantini potentiſſimi genere prognatum? Illa vero cum comperta mihi ſint, necdum tamen renunciavi affectui quo juvenili ætate ego & tu juncti fuimus: verum ira procul & indignatione jubeo te mille libras auri mittere paratas futuras in via, Cæſaream prætereunti mihi in itinere quod ad Perſicum bellum accelerare inſtitui. Hoc ni feceris, Cæſaream

e) editi: προσκυλ.
f) al. Σάβωριν, Σάπαριν.
g) al. ἐν ταυτῷ.
h) editi πεφρόνηκας.
i) MSS. Κώνςα - - - editi Κωνςαντίου.
k) editi addunt: τὰ βέλτιςα γράμματα. *cum bonas literas diſceremus.*

παρά σου ἐν τῇ παρόδῳ μου τῇ κατὰ τὴν Καισάρειαν, ἑτοίμους κατὰ τὴν λεωφόρον ὑπάρχοντας, σὺν πολλῷ τῷ τάχει μέλλοντός μου βαδίζειν ἐπὶ τὸν Περσικὸν πόλεμον. Εἰ μὴ τοῦτο ποιήσειας, πάντα τρόπον ἀνασκευάσαι l) τῆς Καισάρειας, καὶ τὰ πάλαι αὐτῆς ἀνεγηγερμένα καλλιεργήματα καταστρέψαι, καὶ κατὰ τόπον ναούς τε καὶ ἀγάλματα ἀναστῆσαι, m) ὥστε με πεῖσαι πάντας εἴκειν Βασιλεῖ Ῥωμαίων, καὶ μὴ ὑπεραίρεσθαι. n) Τὸ οὖν ἐξονομασθὲν χρυσίον ἐξ ἀριθμοῦ ζυγῷ Καμπανῷ τρυτανίσας καὶ διαμετρήσας ἀσφαλῶς ἐξαποστεῖλαί μοι, εἰ συνείδῃς, δι' οἰκείου σου ἀνθρώπου πιστοῦ ὄντος, δακτυλιδίῳ τῷ σῷ σφραγισάμενος, ὥστε με ἐπεγνωκότα καὶ ὀψέ ποτε τοῦ καιροῦ τὸ ἀπαραίτητον, γαληνόν σοι γενέσθαι περὶ τὰ ἐπταισμένα. o) ἃ γὰρ ἀνέγνων ἔγνων καὶ κατέγνων.

omnem vaſtabo, evertamque pulchra quæ pridem ſunt ibi excitata monumenta, atque templa & imagines Deorum ibi erigam, quo fidem faciam omnibus, Imperatori Romano ut concedant neque ſe ultra fas efferant. Quod igitur denominavi aurum, dicto numero, Campano pondere * trutinatum menſuratumque cum adventare me comperies mittes ad me tuto per familiarem tibi hominem fidum, atque anulo tuo obſignabis, ut cognoſcens olim licet ſerius de admiſſa à te culpa inexpiabili, mitiorem peccatis tuis me præbeam. Quæ enim legi, intellexi, damnavique.

l) al. πάντα τόπον ἀνασκαλεῦσαι vel ἀνασκαλίσαι.

m) editi alieno loco: ναοὺς καὶ βωμοὺς ἐξαναστῆσαι. al. καταστῆσαι & mox πάντως.

n) al. ἀνταίρεσθαι.

* λίτρα Romana, Italica, Campana, pondere 96. drachmarum, unciarum duodecim, 24. Loth. Libræ 125. faciebant talentum auri: libræ mille, octo talenta, ſumma quam à Romanis poſtulaſſe diſcedentes Gallos notavit Plutarchus in Camillo p. 143.

o) editi: ἐπεσταλμένα.

Διονυσίῳ. *

Ἀμείνων ἦσθα σιωπῶν πρότερον, ἢ νυνὶ ἀπολογούμενος. [τί οὖν a);] οὐδὲ γὰρ ἐλοιδόρεις τότε. καίτοι διανοούμενος ἴσως αὐτὸ, νυνὶ δὲ ὥσπερ ὠδίνων τὴν καθ᾽ ἡμῶν λοιδορίαν ἀθρόον ἐξέχεας. ἢ γὰρ οὐ χρή με καὶ λοιδορίαν αὐτὸ, καὶ βλασφημίαν νομίζειν, ὅτι με τοῖς σεαυτοῦ φίλοις ὑπέλαβες εἶναι προσόμοιον. ὧν ἑκατέρῳ δέδωκας σεαυτὸν ἄκλητον, b) μᾶλλον δὲ τὸν μὲν ἄκλητον τῷ προτέρῳ, τῷ δευτέρῳ δὲ ἐνδεξαμένῳ μόνον οὐ σὲ συνεργὸν ἐθέλει προσλαβεῖν, ὑπήκουσας. c) ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἐγὼ προσόμοιός εἰμι Κώνσαντι καὶ Μαγνεντίῳ, τὸ πρᾶγμα αὐτό, φασι, δείξει. σὺ δὲ, ὅτι κατὰ τὸν Κωμικὸν, σεαυτὸν ἐπαινεῖς d) ὥσπερ Ἀςυδάμας, πρό-

DIONYSIO.

Rectius faciebas prius cum taceres, quam nunc quum te inſtituis defendere, neque enim ullam tunc inferebas iniuriam, etſi illam fortaſſe meditabare. Nunc autem veluti contumeliam in nos parturiens, gnaviter in nos effudiſti convicia, niſi fas haud eſt me contumeliam & blasphemiam interpretari quod me tuis amicis adſimilem eſſe exiſtimas. Quorum utrique tu te invocatum obtuliſti, maxime autem priori invocatum, alteri vero tantum annuenti tuam ſibi gratam fore operam, obedientiſſime paruiſti. Cæterum, an ego ſim Conſtanti an Magnentio ſimilis, res ipſa, quod ajunt, indicabit. Tu vero, ut eſt apud Comicum,

δηλόν

* MS. Mediceus hanc habet inſcriptionem: Ἰουλιανὸς καὶ Νείλῳ. Initium Epiſtolæs, in editis p. 443. deſideratur.

a) Verba τί οὖν, deſunt in MS.

b) Svidas: ἄκλητος, ἀνώνυμος. δέδωκας σεαυτὸν ἄκλητον τῷ δευτέρῳ. Reſpicit Juliani verba. Per πρότερον intellige Conſtantem, ὁ δεύτερος eſt Magnentius.

c) In MS. Florentino deeſt σὲ & ὑπήκουσας.

d) Ita MS. non σαυτὴν ἐπαινεῖς γύναι ut ex ſuo Codice etiam Rigaltius ad Onoſandrum p. 90. Reſpicitur autem Philemon Comicus, ut conſtat ex Apoſtolii proverb. centur. XVII. 30. & Svida in σαυτὴν ἐπαινεῖς. Vide & Zenobium V. 100. Utitur quoque proverbio hoc Julianus Epiſt. 12.

δηλόν ἐςιν ἐξ ὧν ἐπέςειλας. ἡ γὰρ ἀφοβία, καὶ τὸ μέγα θάρσος, καὶ τὸ, εἴθ' ἐμὲ γνοίης, ὅσος καὶ οἷός e) εἰμι· καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα, βαβαὶ πηλίκου κτύπου καὶ κόμπου ῥημάτων ἐςίν· f) ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν Χαρίτων, καὶ τῆς Αφροδίτης, εἰ τολμηρὸς ουτοσὶ g) καὶ γενναῖος, * τί καὶ τρίτον εὐλαβήθης, ἂν δέῃ προσκρούειν; οἱ γὰρ τοῖς κρατοῦσιν ἀπεχθανόμενοι, τὸ μὲν κουφότατον καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἥδιςον τῷ γε νοῦν ἔχοντι, τοῦ πράγματος ἔχειν, ταχέως ἀπαλλάττονται. μικρὰ δ' εἰ χρὴ προσζημιωθῆναι, περὶ τὰ χρήματα πταίουσι, τὸ δὲ κεφάλαιόν ἐςι τῆς ὀργῆς καὶ τὸ παθεῖν φασι τὰ ἀνήκεςα, τὸ ζῆν προέσθαι. Τούτων δὴ πάντων ὑπερορῶν, ὅτι καὶ τὸν ἰδίως h) - - - ἀπέγνωκας· καὶ τὸν κοινῶς καὶ γενικῶς ἄνθρωπον ὑφ' ἡμῶν ὀψιμαθῶν ἀγνοούμενον, ἀνθ' ὅτου πρὸς τῶν Θεῶν εὐλαβεῖσθαι ἔφης, μὴ τρίτον προσκρούσῃς. οὐ γὰρ δὴ πονηρὸν ἐκ χρηςοῦ σε ποιήσω, χαλεπήνας ἐγώ. ζηλωτὸς γὰρ ἦν

teipſum laudas, velut Aſtydamas, atque id ex iis quæ ſcripſiſti liquet, omnia enim illa, *imperterrita mens*, & *ingens audacia*, itemque illud, *Utinam me noſſes qualis & quantus ſim*, & cætera deinceps ejuſmodi, papæ! ut perſonantia ſunt, & tumida turgidaque. Sed Gratias teſtor & Venerem, ſi ita audax es & generoſus, quid adeo metuebas tertia vice ne collidere eſſet neceſſe. Qui enim Principum incurrerunt odium, ſi ſapiunt, leviſſime atque, dixerit aliquis, ſvaviſſime liberari poſſunt negotii moleſtia, ac ſi oporteat damnum ſuſtinere, parvam opum jacturam faciunt; ſummus autem iræ effectus eſt pati ſupplicium & vita cedere. Hæc omnia tu facis flocci, qui & proprie tibi faventem abnegaſti, & ex communi ac generali captu hominem quem nos ſcilicet tardi ſtudiorum cum ignariſſimis novimus, non agnoſcis, illud viciſſim ais te per Deos metuere, ne tertia vice

ἐν

e) Ita MS. Mediceus, & Rigaltius ad Phædri III. I. In eodem MS. τὸ μέγα θάρσος, καὶ τὸ εἴ τί με.

f) Ita MS. pro εἰσίν.

g) Sic ex eodem MS. pro, εἰ καὶ τολμηρὸς οὗτω.

* Quæ ſequuntur, in editis deſunt.

h) In MS. hoc loco ſpatium paucarum litterarum, fortaſſe leg. φίλον ἀπέγνωκας.

ἐν δίκῃ τοῦτο δυνάμενος. ἢ γὰρ ὥς φησι Πλάτων, i) καὶ τοὐναντίον οἷός τε ἦν ἄν. ἀδεσπότου δὲ τῆς ἀρετῆς οὔσης, ἐχρῆν ὑπολογίζεσθαι μηδὲν τῶν τοιούτων. ἀλλ' οἴει μέγα τὸ πάντας μὴν βλασφημεῖν, πᾶσι δὲ ἁπλῶς λοιδορεῖσθαι, καὶ τὸ τῆς εἰρήνης τέμενος, ἀποφαίνειν ἐργαστήριον. k) ἢ τοῦτο νομίζεις ὑπὲρ τῶν παλαιῶν ἁμαρτημάτων ἀπολογεῖσθαι πρὸς ἅπαντας, l) καὶ τῆς πάλαι ποτὲ μαλακίας παραπέτασμα τὴν νῦν ἀνδρείαν εἶναί σοι. τὸν μῦθον ἀκήκοας τὸν Χαβρίου. m) γαλῆ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθεῖσα· τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ βιβλίου μάνθανε. πολλὰ εἰπὼν, οὐδένα ἂν πείσῃς ἀνθρώπων, ὡς οὐ γέγονας ὅπερ οὖν γέγονας, καὶ οἷον οἱ πολλοὶ πάλαι σε ἠπίσταντο. τὴν νῦν δὲ ἀμαθίαν, καὶ τὸ θράσος n) οὐ φιλοσοφία, μὰ τοὺς θεοὺς, ἐνεποίησέ σοι. τοὐναντίον δὲ ἡ διπλῆ κατὰ Πλάτωνα ἄγνοια. κινδυνεύων γὰρ εἰδέναι μηδὲν ὡς οὐδὲ ἡμεῖς, οἴῃ πάντων εἶναι σοφώτερος, o) οὐ τῶν νῦν ὄντων, ἀλλὰ καὶ τῶν γεγονότων, ἴσως δὲ καὶ ἐσομένων· οὕτω

collidas. Num itaque ſi tibi ſucceſeam, ex bono malum facturus ſum, quod qui poſſet facere in pretio habendus merito eſſet, idem enim, ut eſt apud Platonem, poſſet etiam contrarium efficere. Sed libera res cum ſit virtus, nihil tale cogitare te oportebat. Tu vero magnum putas omnes petere maledictis, omnibusque ſimpliciter ignominioſe detrahere & ex pacis delubro facere officinam armorum. An id putas, quæcunque à te pridem ſunt peccata, facile apud omnes excuſari purgarique, & nupera fortitudine umbram mollitiei priſtinæ obduci? Fabulam audiviſti. *Muſtela quondam amore capta formoſi,* Cætera è libro diſce. Quamvis multa dicas, nemini tamen perſuadebis unquam, te eum non fuiſſe qui fueris, & qualem te permulti jampridem norunt. Nunc autem inſcitiam tibi ac temeritatem, non Philoſophia, Deos teſtor, attulit, ſed potius duplex, ut ait Plato, ignorantia. Quum enim nihil

τῆς

i) Plato VII. de Leg. p. 580.

k) Quæ ſequuntur, exſtant in editis p. 444. A.

l) MS. ἄπαντα.

m) Verba τὸν Χαβρίου habet MS. Mediceus & Barocc. atque obvia hæc in Chabriæ fabulis decima ſexta.

n) MS. θάρσος. Notum illud: ἀμαθία θράσος.

o) MS. οἴει δὲ πάντων εἶναι σοφώτατος.

σοι πρὸς ὑπερβολὴν ἀμαθίας τὰ τῆς οἰήσεως ἐπέδωκε· p) ἀλλὰ σοῦ μὲν ἕνεκα, καὶ ταῦτα τῶν ἱκανῶν q) εἴρηταί σοι πλείω. δεῖ δὲ ἴσως ἀπολογήσασθαι διά τε καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅτι προχείρως ἐπὶ κοινωνίαν σε παρεκάλεσα πραγμάτων, οὐ πρῶτος, οὐ δὲ μόνος ἔπαθον, ὦ Διονύσιε. ἐξηπάτηκε καὶ Πλάτωνα ὁ σὸς ὁμώνυμος. r) ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀθηναῖος Κάλλιππος. εἰδέναι μὲν γὰρ αὐτόν φασι s) πονηρὸν, τηλικαύτην δὲ ἐν αὐτῷ τὸ μέγεθος κακίαν, οὐδὲ ἐλπίσαι πώποτε. καὶ τί δὴ χρὴ λέγειν ὑπὲρ τούτου; t) ὅπως καὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν ὁ κράτιστος Ἱπποκράτης· ἔσφηλαν δέ μου τὴν γνώμην αἱ περὶ τὴν κεφαλὴν ῥαφαί. u) εἶτ᾽ ἐκεῖνοι μὲν ὑπὲρ ὧν ᾔδεσαν ἐξηπατῶντο, καὶ τὸ τεχνικὸν ἐλάνθανε τὸν ἰατρὸν θεώρημα. θαυμαστέον δὲ, εἴπερ Ἰουλιανὸς ἀκούσας ἐξαίφνης ἀνδρίζεσθαι τὸν Νεῖλον ἢ Διονύσιον, x) ἐξηπατήθη, ἀκούεις ἐκεῖνον τὸν Ἠλεῖον Φαίδωνα καὶ τὴν ἱστορίαν ἐπίστασαι·

εἰ δὲ

nihil propemodum ſcias quod & nos de nobis ipſi fatemur, autumas te ſapientiſſimum omnium qui ſunt; qui fuerunt, quique futuri ſunt poſt hac, tantum in te ſtoliditatis de tua opinione exuberat. Sed hæc tibi quidem propter te dicta plus ſatis. Verum mihi pluribus forte-an apud alios agendum eſt, quod tam ſimpliciter te ad rerum gerendarum ſocietatem vocavi. Nec primus ego, nec ſolus indigna ſum paſſus, Dionyſi. Decepit & Platonem cognominis tibi Dionyſius, ſed & Calippus Athenienſis, quem non ignoraſſe quidem ſe ait eſſe nauci, tanta vero malitia hominem nunquam ſperaſſe. Et quid hic moror? nonne & medicorum præſtantiſſimus Hippocrates dixit, *opinionem meam futuræ capitis fefellerunt.* At illi quidem in iis, quæ noſſe apprime debuerant, decepti ſunt, medicumque latuit artis ſuæ con-

Tt

p) MS ἐπιδέδωκε.

q) Sic è MS. repoſui, niſi quod in illo perperam erat μοὶ pro σοί. In editis legitur: ἱκανῶς εἴρηταί σοι. πλείω δεῖ ἴσως &c.

r) Dionyſius Siciliæ Tyrannus.

s) Hæc de Callippo in editis deſiderantur. De illo videſis Plutarchum in Dione p. 981. & Timoleonte p. 241. 277. Athenæum XI. pag. 508. Svidam in Κάλλιππος &c.

t) MS. ὑπὲρ τούτων. & mox ὁ ἄριστος Ἱπποκράτης ἔφη.

u) MS. γραφαί, vitioſe. Celſus VIII. 4. *a futuris deceptum.* Hippocrat. V. 14. epidem. Plutarch. de profectu in virtute p. 82.

x) MS. τὸν Νεῖλον.

εἰ δὲ ἀγνοεῖς, ἐπιμελέστερον πολυπραγμόνησον, ἐγὼ δὲ οὐκ ἐρῶ τοῦτο. ἐκεῖνος ἐνόμιζεν, ἀνίατον οὐδένα τῇ Φιλοσοφίᾳ· y) πάντας δὲ ἐκ πάντων ὑπ' αὐτῆς καθαίρεσθαι, βίων, z) ἐπιτηδευμάτων, ἐπιθυμιῶν, πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν τοιούτων. εἰ γὰρ τοῖς εὖ πεφυκόσι καὶ καλῶς τεθραμμένοις ἐπήρκει μόνον, οὐδὲν ἦν θαυμαστὸν τὸ κατ' αὐτήν. εἰ δὲ καὶ τοσοῦτω διακειμένους ἀνάγει πρὸς τὸ φῶς, δοκεῖ μοι διαφερόντως εἶναι θαυμάσιον. ἐκ τούτων ἡ περὶ σέ μοι κατολίγον γνώμη, ὡς ἴσασιν οἱ Θεοὶ πάντες, ἔῤῥεπεν ἐπὶ τὸ βέλτιον. οὕτω γοῦν οὐδὲ ἐν πρώτοις, οὐδὲ ἐν δευτέροις τῶν κρατίστων ἐθέμην ἀνδρῶν τὸ κατὰ σέ. ἐπίστασαι ἴσως αὐτό. εἰ δ' ἀγνοεῖς, τοῦ καλοῦ Συμμάχου πυνθάνου. πέπεισμαι a) γὰρ, ἐκεῖνος ὅτι οὔποτε ἂν ἑκὼν εἶναι ψεύσαιτο, πάντα ἀληθίζεσθαι πεφυκώς. εἰ δὲ ἀγανακτεῖς ὅτι μὴ πάντων σε προετιμησάμην, ἐγὼ μὲν ἐμαυτῷ ὅτι σε καὶ ἐν ἐσχάτοις ἔταξα μέμφομαι. καὶ χάριν οἶδα τοῖς Θεοῖς πᾶσί τε καὶ πάσαις, οἳ κοινωνῆσαι καὶ φίλους ἡμᾶς πραγμάτων γενέσθαι, διεκώλυσαν. καὶ γὰρ εἰ πολλὰ περὶ τῆς φήμης οἱ ποιη-

ſideratio. Mirum vero, ſi & Julianus audiens Nilotem aut Dionyſium ſubito virum extitiſſe, deceptus eſt? Audis Eleum illum Phædonem, & hiſtoriam noſti. Sin ſecus, accuratius inquire, nec enim dicam. Putabat ille neminem eſſe tam prave affectum, quem philoſophia non curaret, omnesque illius ope libidines, cupiditates, affectus atque, ut uno ſemel verbo dicam, cuncta hujuscemodi, tolli facillime poſſe. Nam ſi bene & feliciter natos ſolum juvat, quid magnum Philoſophia habet? Si vero homines usque adeo corruptos valet reducere ad lucem, hoc inprimis eſſe admirabile mihi videtur. Atque exinde quoque paullatim de te, ut norunt omnes Dii, melius ſentire cœpi. Neque tamen ſic in primo te nec in ſecundo *præſtantium* virorum numero computavi, quod i[illegible] fortean noſti: ſi ignoras, ſciſcitare ex optimo Symmacho, certo enim ſcio non ſe turpi mendacio contaminaturum, qui ſuapte natura verum dicere conſuevit. Si

τῇ

y) MS. οὐδὲν ἀνίατον εἶναι τῇ Φιλοσοφίᾳ.

z) Ita MS. rectius quam editi βίον.

a) Verba πέπεισμαι γὰρ usque ad πεφυκὼς exſtant in editione Spanhemiana p. 445. B.

ταί φασιν ὡς ἔστι Θεός. b) ἔσω δὲ εἰ βούλει δαιμόνιον. καὶ τὸ τῆς Φήμης οὐ πάντη προσεκτέον αὐτῇ· διότι πέφυκε τὸ δαιμόνιον, οὐ πάντα καθαρὸν οὐδὲ ἀγαθὸν τελείως, ὡς τὸ τῶν Θεῶν εἶναι γένος, ἀλλ' ἐπικοινωνεῖ πως καὶ πρὸς θάτερον. εἰ δὲ ὑπὲρ τῶν ἄλλων δαιμόνων οὐ θέμις τοῦτο φάναι, περὶ τῆς Φήμης οἶδ' ὅτι λέγω, ὡς πολλὰ μὲν ψευδῶς, πολλὰ δὲ ἀληθῶς ἀγγέλλει. c) οὔποτ' ἂν αὐτὸς ἁλοίην ψευδομαρτυριῶν. d) ἀλλὰ τὴν παῤῥησίαν τὴν σὴν οἴει, τεττάρων εἶναι ὀβολῶν, e) τὸ λεγόμενον, ἀξίαν. οὐκ οἶδ' ὅτι καὶ Θερσίτης ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπαῤῥησιάζετο. καὶ Ὀδυσσεὺς μὲν αὐτὸν ὁ συνετώτατος, f) ἔπαιε τῷ σκήπτρῳ. τῷ δὲ Ἀγαμέμνονι τῆς Θερσίτου παροινίας; ἔλαττον ἔμελλεν, ἢ χελώνῃ μυιῶν,

vero ægre fers quod non omnibus a me prælatus es, ego mihi ipſi indignor quod te non in poſtremiſſimis habui. Gratiasque ago Diis & Deabus omnibus, qui me prohibuerunt ne propius communicaremus & negotiorum conjunctione fieremus amici. Etſi enim multa de fama dicuntur a Poëtis, quod Dea ſit, ſit potius Dæmonium, ſiquidem famæ non eſt per omnia fides tribuenda. Eſt enim dæmonium non purum bonumque per omnia, qualis Deorum natura eſſe conſvevit, ſed quod ab ſequiore parte etiam quodammodo participat. Quod ſi de aliis non fas ſit affirmare dæmonibus, de fama novi vere me hoc poſſe dicere, quod falſo multa, multa vere nunciat. Ego

b) Georgius Acropolita c. 1. *Φήμη ὡς Θεά τις καθ' Ὅμηρον καὶ αὐτή.* Non Homeri autem hoc eſt, ſed ut Theodorus Douſa recte notavit, Heſiodi verſu ult. libri ſecundi: *Θεος νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή.* Famæ ara apud Athenienſes, *Æſchines* in Timarchum & *Pauſanias* Attic. cap. 17. Templum *Φήμης καὶ Κλήδονος* Romæ, quod *Ajo Locutio* vertit Xylander apud Plutarchum in Camillo p. 144. Virgil. IV. 195. *hæc paſſim Dea foeda virum diffundit in ora.*

c) *Tam ficti pravique tenax quam nuncia veri.* Virgil.

d) Quæ ſequuntur usque ad *ἄξιαν*, exſtant in editis p. 445. B.

e) hoc eſt, quantivis pretii. Svidas in *Τεττάρων ὀβολῶν*, hunc locum Juliani laudans.

f) Iliad. β. 199.

g) τὸ τῆς παροιμίας; h) πλὴν οὐ μέγα ἔργον ἐστὶν ἐπιτιμᾶν ἄλλοις, ἑαυτὸν δὲ ἀνεπιτίμητον παρασχεῖν. εἰ δέ σοι ταύτης μέτεστι τῆς μερίδος, ἐπίδειξον ἡμῖν. ἆρ' ὅτε νέος ἦσθα καλὰς ἔδωκας περὶ σαυτοῦ τοῖς πρεσβυτέροις ὁμιλίας. ἀλλ' ἐγὼ κατὰ τὴν εὐριπίδειον ἠλέκτραν, * καὶ τοιαύτας σιγῶ τύχας. ἐπεὶ δὲ ἀνὴρ γέγονας καὶ στρατοπέδῳ παρέβαλες, ἔπραξας ὅπως πρὸς τοῦ Διὸς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας φῆς, προσκρούσας ἀπηλλάχθαι. ἐκ τίνων τοῦτο ἔχων δεῖξαι, ὥσπερ οὐ πολλῶν καὶ πονηροτάτων, ὑφ' ὧν περ καὶ αὐτὸς ἀπηλάθης, ἐκτοπισθέντων.** οὐ τοῦτό ἐστιν, ὦ συνετώτατε Διονύσιε, σπουδαίου ἀνδρὸς καὶ σώφρονος, ἀπεχθόμενον ἀπελθεῖν τοῖς κρατοῦσιν. ἦσθα δ' ἂν βελτίων, εἰ τοὺς ἀνθρώπους ἐκ τῆς πρὸς ἑαυτὸν i) συνουσίας ἀπέφηνας ἡμῖν μετριωτέρους. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ κατά σε, μὰ τοὺς θεούς, οὐδὲ κατὰ μυρίους ἄλλους, ὅσοι ζηλοῦσι τὸν σὸν τρόπον. πέτραι γὰρ πε-

quidem falſi teſtimonii nolim argui. Tuam vero libertatem quatuor quod dicitur obolorum pretio tu æſtimas. An neſcis enim quod & Therſites inter Græcos libertate ſua ſe venditabat, quem ſceptro percuſſit Ulyſſes ſapientiſſimus: Agamemnoni autem minus etiam curæ erat Therſitæ temulentia, quam ut eſt in proverbio muſcas teſtudo curat. Non magnum negotium eſt alios reprehendere, ſed aliis ſeſe inculpatum & irreprehenſibilem præbere: quod ſi tibi contigit, age id nobis demonſtrato. At enim juvenis cum eſſes, bellas de te præbuiſti fabulas ſenioribus, quales ego tamen fortunas cum Euripidea Electra ſilentio prætereo: at vir factus, quando adverſus hoſtes res gerenda erat, feciſti profecto quod de veritate ais, obviam illis *datus retroceſſiſti*. Quibus hoc poſſum teſtibus demonſtrare? non e vulgo nec leviſſimis, ſed a quibus ipſe es repulſus, qui ex locis illis ad nos ve-

τραις

g) Apoſtolius, Centur. XX. proverb. 66. ubi Juliani etiam verba affert.

h) Quæ ſequuntur exſtant iterum in *editis* p. 445. *B.* usque ad ἡμῖν.

* Euripidis Electra v. 946. 1122.

** Quæ ſequuntur, iterum exſtant in edit. Spanhemiana p. 445. B.

i) MS. πρὸς σεαυτόν.

τραις, καὶ λίθοι λίθοις προσαραττόμενοι, οὐκ ὠφελοῦσι μὲν ἀλλήλους, ὁ δὲ ἰσχυρότερος τὸν ἥττονα εὐχερῶς συντρίβει. ἆρα μὴ λακωνικῶς ταῦτα καὶ συντόμως. ἀλλ᾽ ἐγὼ μὲν, οἶμαι, λαλέστερος διὰ σε καὶ τῆς Αττικῶν k) ἀποπεφάνθαι τεττίγων. ὑπὲρ ὧν εἰς ἐμὲ πεπαρῴνηκας, ἐπιθήσω σοὶ δίκην τὴν πρέπουσαν, ἐθελόντων θεῶν, καὶ τῆς δεσποίνης Αδραστείας. τίς οὖν ἡ δίκη; καὶ τί μάλιστα l) τὸ δυνάμενόν σου τὴν γλῶτταν καὶ τὴν διάνοιαν ὀδυνῆται, ὡς ἐλάχιστα πειράσομαι, διά τε τῶν λόγων καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐξαμαρτών; μὴ παρέχεσθαι σοῦ τῇ κακηγόρῳ γλώττῃ πολλὴν φλυαρίαν. καίτοι με οὐ λέληθεν, ὅτι καὶ τῆς Αφροδίτης φασὶν ὑπὸ τοῦ Μώμου ἐσκῶφθαι τὸ σάνδαλον. m) ἀλλ᾽ ὁρᾷς ὅτι πολλὰ καὶ ὁ Μῶμος ἐρρήγνυτο, καὶ μόλις ἐλάμβανε τοῦ σανδάλου. εἴη δὲ καί σε περὶ ταῦτα τριβόμενον καταγηράσαι, καὶ τοῦ Τιθωνοῦ βαθύτερόν n) τε, καὶ τοῦ Κινύρου o) πλουσιώτερον, καὶ τοῦ

nerunt. Illud ſtrenui prudentisque viri non eſt, cordatiſſime Dionyſi, diſcedere principibus inuiſum infenſumque: at tum demum bonus merito prædicaberis, quum tua conſuetudine & familiaritate homines nobis reddideris ſapientiores. Sed hoc tibi nunquam, neque aliis mille tui ſimilibus continget. Etenim ſaxa ſaxis ſi confligant, & lapides lapidibus ſi collidantur, nihil ſibi invicem proſunt: ſed mollior à duriore facile teritur. Nempe hæc non Laconice, aut conciſe. Ego enim arbitror me tua cauſa loquaciorem Attica cicada videri. Pro tuis autem in me contumeliis conviciisque faxo pœnas mihi luas, ut par erit, annuentibus Diis, dominaque Adraſtea. Quonam pacto, ais? & quidnam præcipue valebit linguam tuam & mentem conſtringere, ut verbo & opere quam minimum peccem? obſtruam quantum in me erit, peruicaci & maledicæ tuæ

k) Notum proverbium, & vitioſe MS. Λακωνικῶν, quod repetitum ex eo quod præceſſerat Λακωνικῶς.

l) Quæ ſequuntur, usque ad ἐλάχιστα, in editis deſunt.

m) Philoſtrat. Epiſt. 21.

n) Ita MS. rectius quam βαρύτερον quod erat in edit.

o) De Cinyræ opibus Meurſius in Cypro lib. 2. c. 9. De Tithoni ſenectute Theod. Gorallus ad hæc Pedonis Albinovani *paſcitur Auroræ*

Σαρδαναπάλου τρυφερώτερον· ὅπως καὶ τὸ τῆς παροιμίας ἐπὶ σοῦ πληρωθῇ, δὶς παῖδες οἱ γέροντές, p) φασιν. ἀλλ' ὁ θεσπέσιος Ἀλέξανδρος, ἐκ τίνων ἐφάνη σοι τηλικοῦτος; ἆρ' ὅτι μιμητὴς αὐτοῦ γενόμενος ἐζήλωσας· ὅσα ἐκείνῳ τὸ μειράκιον Ἑρμόλαος ὠνείδισεν; ἢ τοῦτο μὲν οὐδεὶς οὕτως ἐστὶν ἀνόητος, ὡς ὑπονοῆσαι περὶ σοῦ, τοὐναντίον δὲ καὶ ὅπερ ἀπωδύρετο παθὼν Ἑρμόλαος, καὶ διόπερ διενοεῖτο τὸν Ἀλέξανδρον, ὥς φασιν ἀποκτεῖναι. οὗτο δὲ οὐδεὶς ὅστις πεπεισμένος οὐκ ἔστι περὶ σοῦ. πολλῶν δὲ ἐγὼ νὴ τοὺς θεοὺς καὶ σφόδρα σε φαμένων φιλεῖν, ἀκήκοα πολλὰ ὑπὲρ ταύτης ἀπολογουμένων τῆς ἁμαρτίας. ἤδη δέ τινος καὶ ἀπιστοῦντος. ἀλλ' οὗτός ἐστιν ἡ μία χελιδών, οὐ ποιεῖ τὸ ἔαρ. ἀλλ' ἴσως ἐκεῖθεν Ἀλέξανδρος ὤφθη σοι μέγας, ὅτι Καλλισθένη μὲν ἀπέκτεινε πικρῶς. Κλεῖτος δὲ αὐτοῦ τῆς παροινίας ἔργον ἐγένετο. Φιλώτας τε καὶ Παρμενίων· καὶ τὸ Παρμενίωνος παιδίον. ἔπειτα τὰ περὶ τὸν Ἕκτορα τὸν ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ Νείλου ταῖς δίναις ἢ ταῖς Εὐφράτου, λέγεται γὰρ ἑκάτερον, ἐναποπνιγέντα. καὶ τὰς ἄλλας αὐτοῦ παιδιὰς σιωπῶ, μὴ βλασφημεῖν ἄνδρα δόξαιμι, τὸ κατορθώμενον μὲν

linguæ ac futilitati timas. Etſi neſcius non ſim Veneris ipſius ſoleam Momi dicteria non evaſiſſe. Sed vides ut idem ille Momus, ob reliquum Veneris decorem invidia rumpebatur, & vix reperit quod in ſolea carperet? Hoc igitur optaverim, ut circa hujusmodi res livore deſtrictus conſeneſcas, & Tithono magis ſeniculus, & Cinyra opulentior, & Sardanapalo mollior, ut de tē veriſſime dicatur, Bis pueri ſenes. At divinus Alexander quibus de cauſis tantus tibi videtur? num quia imitatorem te ejus & æmulum geris? an in eo quod illi puer Hermolaus q) exprobavit? Nemo autem ita deſipit, ut iſtud de te ſuſpicetur; contrarium vero, & de quo graviter conquerebatur affectus verberibus Hermolaus, quam ob cauſam quoque ajunt Alexandrum voluiſſe occidere: hoc nemo eſt qui de te non ſit perſuaſus. Ex multis ego, Deos teſtor, & qui vehementer te ajebant a ſe diligi, audivi multa pro hoc ſcelere a te removendo diſputare, erat etiam aliquis qui negaret ſe illud credere. Sed una hirundo ille fuerit, quæ ver non facit. At enim

οὐδαμῶς

Tithonus nectare conjunx, atque ita jam tremulo nulla ſenecta nocet eleg. 2. v. 119.

p) Quæ ſequuntur, in editis deſunt.

q) Vide Curtium VIII. 6, Arrianum IV. 2.

οὐδαμῶς ἔχοντα, κράτιστον μέντοι τὰ πολεμικὰ στρατηγόν. ὧν σὺ κατὰ τὴν προαίρεσιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρείαν, ἔλατ]ον μετέχεις ἢ τρίχων ἰχθύες. ἄκουε δὴ τῆς παραινέσεως, μὴ λίαν ὀργίλως. οὔτοι τέκνον ἐμὸν δέδοται πολεμήια ἔργα. τὸ δὲ ἑξῆς οὐ παραγράφομαι. αἰσχύνομαι γὰρ, νὴ τοὺς Θεοὺς. ἀξιῶ μέν τοι σε προσυπακούειν αὐτό. κἂν γὰρ εὔλογον ἕπεσθαι τοῖς ἔργοις τοὺς λόγους, ἀλλὰ μὴ φεύγειν τὰ ῥήματα, τὸν μηδαμῶς διαπεφευγότα ἔργον. ἀλλ' ὁ τὴν Μαγνεντίου καὶ Κώνσταντος ὁσίαν αἰσχυνόμενος, ἀνθ' ὅτου τοῖς ζῶσι πολεμεῖς, καὶ τοῖς ὁπωσοῦν βελτίστοις λοιδορῇ. πότερον ὅτι μᾶλλον ἐκεῖνοι δύνανται τῶν ζώντων ἀμύνεσθαι τοὺς λυποῦντας; ἀλλὰ σοὶ τοῦτο οὐ προσῆκε λέγειν. εἰ γὰρ, ὡς γράφεις θαῤῥαλεώτατος, ἀλλ' εἰ μὴ τοῦτο τυχὸν ἕτερον ὥσπερ οὐκ αἰσθανομένους ἐπισκώπτειν; ἴσως οὐ βούλει. τῶν ζώντων ἢ ἄρα τίς οὕτως εὐηθής ἐστιν, ἢ μικρόψυχος, ὃς ἀξιώσειεν ἂν αὐτοῦ παρά σοι, λόγον εἶναι τινὰ, καὶ οὐ βουλήσεται μάλιστα μὲν ἀγνοεῖσθαι παρά σοῦ παντάπασιν, εἰ δ' ἀδύνατον εἴη, λοιδορεῖσθαι παρὰ σοῦ μᾶλλον, καθάπερ ἐμοὶ νῦν, ἢ τιμᾶσθαι. μήποτε οὕτω κακῶς φρονήσαιμι, μήποτε τῶν παρά σου μᾶλλον ἐπαίνων ἢ ψόγων ἀντιποιησαίμην. ἀλλ'

fortaſſe ideo magnus tibi Alexander viſus eſt, quod Calliſthenem crudeliter interfecit, quod Clitum per temulentiam: quod deliciæ ejus Parmenio & Hector Parmenionis filius, idemque in Nili Ægyptii fluctibus vel Euphratis (utrumque enim fertur) ſuffocatus. Omitto alias ejus voluptates, ne contumelioſus in virum videar, qui morum quidem rectitudine neutiquam conſpicuus fuit, in bello autem præclariſſimus dux. De quibus utriſque, & virtutis ſtudii & fortitudinis, minus etiam eſt in te quam comarum in piſcibus. Audi vero quod te monebo, nec ira tibi mentem efferat.

Non tibi, nata, r) datum eſt armorum laude cluere.

Quæ apud Poëtam ſequuntur, non adſcribo, nam profecto pudore cohibeor, velim autem ea a te repeti, cum rationi ſit congruens rebus verba ſubſequi, eum que qui rem neutiquam refugit, nec verba debere aliena a ſe putare. Sed qui Magnentii & Conſtantis manes revereris, viciſſim oppugnas viventes, & optimis quibusque convitiaris. Num quod illi ſuperſtitibus amplius poſſunt ulciſci injurias, quod tamen tibi affirmare neutiquam convenit, ſi

αὐτῷ

r) Iliad. ε, 428.

αὐτὸ τοῦτο τὸ γράφειν πρός σε δακνομένου τυχὸν ἴσως ἐστίν; οὐ μὰ τοὺς Θεοὺς τοὺς σωτῆρας, ἀλλ' ἐπικόπτοντος ἄγαν αὐθάδην, καὶ τὴν θρασύτητα καὶ τὴν ἀκολασίαν τὴν τῆς γλώττης· καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἄγριον· καὶ τὸ μαινόμενον τῶν φρενῶν. καὶ τὸ παρακινηκὸς ἐν πᾶσιν· ἐξῆν γοῦν ὥσπερ ἐδεδήγμην, ἔργοις ἀλλὰ μὴ λόγοις σε σφόδρα νομίμως κολάσαι· πολίτης γὰρ ὢν καὶ τῆς γερουσίας μετέχων, αὐτοκράτορος ἐπίταγμα παρῃτήσω· τοῦτο δὲ οὐκ ἐξῆν δήπουθεν τῷ μὴ μεγάλην ἀνάγκην προϊσχομένῳ. οὐκοῦν ἐξήρκει μοι ὑπὲρ τούτου ζημιῶσαι σε παντοίαν ζημίαν. ἀλλ' ᾠήθην δὴ γράψαι πρὸς σὲ πρῶτον, νομίζων ἰάσιμον ἐπιστολίῳ βραχεῖ. ὡς δὲ ἐμμένοντα τοῖς αὐτοῖς, μᾶλλον δὲ τὸ λεληθὸς τέως τῆς μανίας ἐφώρατα, μή τι καὶ νομισθεὶς ἀνὴρ οὐκ ἀνὴρ ὢν καὶ παῤῥησίας μεστὸς, ἐμβροντησίας ὢν πλήρης καὶ παιδείαν μετεσχηκὼς οὐδὲ γρῦ λόγων ἁψάμενος, ὅσα εἰκός ἐστι ταῖς ἐπιστολαῖς τεκμήρασθαι, s) τὸ γὰρ φρεῦδον, t) οὐδεὶς εἶπε τῶν ἀρχαίων, ἀντὶ τοῦ προφανοῦς, ὥσπερ σὺ νῦν. ἐπὶ u) ταῖς ἄλ-

quidem ut ſcribis es audentiſſimus: ſed ſi hoc non valeat, alterum fortaſſe, quod illos tanquam non ſenſuros derides. Sed non opinor hoc volueris. Ex viventibus autem quis ita eſt ſtolidus, aut puſillanimis, ut hilum curet ſui apud te haberi rationem, quamcunq; , & non malit prorſus tibi eſſe ignotus: aut ſi hoc non poſſit fieri, convitiis peti a te potius, ut mihi nunc contigit, quam honorari. Nolim equidem tam male ſapere, ut laudes a te quam vituperationes tuas potiores exiſtimem: ſed hoc ipſum fortaſſe quod ad te ſcribo, læſum me offenſumque indicat. Minime ſane, Deos ſervatores teſtor: ſed cupio nimis ſibi placentem hominem, audacemque & effrænem ejus linguam coërcere, agreſteque ingenium & inſanum & motæ mentis in omnibus, reprimere. Licebat ſane ſi morſu offenſus eſſem tuo, rebus non verbis legitime omnino pœnas a te repetere. Civis enim & ex Senatorio ordine cum ſis, Imperatoris mandatum transgreſſus es. Hoc autem fas

λας

s) Quæ ſequuntur, exſtant in editis pag. 446. usque ad verba τὸ δέον αἱρουμένους.

t) Φρεῦδον eſt potius ἀφανὲς, ἐκποδὼν, ἄφαντον. vide Heſychium & Harpocrationem.

u) MS. ἐπεὶ.

λας σοῦ τῆς ἐπιστολῆς ἁμαρτίας οὐδεὶς ἂν ἐξελθεῖν ἐν μακρῷ βιβλίῳ x) δυνηθείη, καὶ τὸ μαστροπὸν ἐκεῖνο, καὶ βδελυρὸν ἦθος, ὑφ' οὗ σεαυτὸν προαγωγεύεις. οὐ γὰρ τοὺς y) ἐξ ἑτοίμου ** φηλοῦς ἥκοντας, ** οὐδὲ τοὺς ἐφεδρεύοντας ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλὰ τοὺς βεβαίᾳ κρίσει χρωμένους, καὶ δὴ z) τοῦτο τὸ δέον αἱρουμένους τούτους δεῖν ἀλλὰ τοὺς ἑτοίμως ὑπακούοντας αἱρεῖσθαι; καλάς γε ἡμῖν ἐλπίδας ὑποφαίνεις. οὐδὲ δεόμενος a) ὡς ὑπείξων, ἣν αὖθις καλῶμεν ἐπὶ κοινωνίᾳ πραγμάτων. ἐμοὶ δὲ τοσοῦτον μέρος τούτου περίεστιν, ὥστε σε τῶν ἄλλων εἰσιομένων, οὐδὲ προσείρηκα πώποτε, καί τοι γε πρὸς πολλοὺς ἔγωγε τοῦτο ἐποίησα, γνωρίμων τε καὶ ἀγνοουμένων ἐμοὶ κατὰ τὴν Θεοφιλῆ Ῥώμην διατρίβοντας. οὕτω σου τῆς φιλίας ἀντεποιούμην. οὕτω σε σπουδῆς ἄξιον ᾠόμην. εἰκὸς οὖν ὅτι καὶ τὰ μέλλοντα πρὸς σὲ τοιαῦτα ἔσται. καὶ γὰρ νῦν ἔγραψα ταυτηνὶ τὴν ἐπιστολὴν, οὐ σοὶ μόνον ἀνάγνωσμα, ἐπεὶ καὶ ἀναγκαίαν πολλοῖς αὐτὴν ᾔδειν. καὶ δώσω γε πᾶσιν, οὐκ ἀκουσιν ὡς ἐμαυτὸν πείθω ληψομένοις. σεμνότερον γὰρ ὁρῶντές σε καὶ ὀγκωδέστερον τῶν ἔμπροσθέν σου βεβιωμένων ἄχθονται. τελείαν ἐ-

non erat, ſumma ad hoc non adigente neceſſitate. Igitur neque cauſſæ hoc mihi ſatis fuit propterea te damno qualicunque afficere, ſed duxi prius ad te ſcribendum, ſperans brevi te epiſtolio ſanari poſſe. Cum vero delictis inſtiteris tuis, ſive potius latentem prius inſaniam prodideris palam: ne deinceps qui vir non es virum te putent homines, & confidentem ac liberum qui es meticuloſiſſimus, vel eruditum qui litteras nunquam attigiſti, ut ex epiſtolis tuis licet conjecturam facere. Nec enim antiquorum ullus τὸ φροῦδον, ut rem manifeſtam ſignificaret, uſurpavit; quod tu nunc facis inter ceteros epiſtolæ tuæ lapſus. Nemo denique ſermone quamvis longo lenoninos & impuros tuos mores queat explicare. Stas enim velut proſtibulum, nec eos modo qui te ultro adeunt ductando captas ** Neque enim hos qui magiſtratus aucupantur, ſed eos qui firmo utuntur judicio, & per hoc rectum colunt, ita ut decet deligemus, & qui obſequi parati ſunt. Bonas nobis ſpes objicis,

x) Ita MS, pro μακρῷ πάνυ κύκλῳ.
y) MS. τοὺς ἐξ . . . . . μου φύσει, οὐδὲ τοὺς ἐφεδρ
z) MS. καλὰ τοῦτο.

χεις παρ' ἡμῶν τὴν ἀπόκρισιν. ὥστε σε μηδὲν ἐπιποθεῖν. οὐκοῦν οὐδὲ ἡμεῖς παρὰ σοῦ τι πλέον ἀπαιτοῦμεν· ἀλλ' ἐντυχὼν, ὅτε βούλει, τοῖς γράμμασι χρῆται. τὸ γὰρ ἡμετέρας φιλίας οὐ πεπρατάσοι· ἔῤῥωσο τρυφῶν καὶ λοιδορούμενος ἐμοὶ παραπλησίως.

non rogans vel obſecundans, ſi iterum te ad communia negotia admoverimus. Ego vero tantum ab illo abſum, ut aliis admiſſis nunquam te appellaverim, quod tamen multis ego feci notis & ignotis, qui Romæ in illa dilecta Diis urbe verſantur. Tanti amicitiam tuam æſtimavi, ita dignum te eſſe ratus ſum. Veriſimile igitur impoſterum quoque meam hanc de te ſententiam fore. Nam & in præſenti hanc ad te exaravi Epiſtolam, non ſolum legendam tibi, ſed quam neceſſariam duco ut multi cognoſcant, & dabo legendam omnibus, qui ut opinor non illubentes eam a me accipient. Cum enim vident te ita inſolentem & turgidum eſſe præ aliis, indignantur. Perfectam hanc habes a nobis reſponſionem, ita ut nihil deſiderare poſſis amplius: nec nos à te quicquam amplius poſtulamus. Igitur Epiſtolas noſtras cum voles lege, amicitiam enim noſtram vendidiſti. Vale inter delicias tuas & tua in me convitia.

Ad inſtitutum noſtrum ut revertamur; extincto in Perſia 26. Jun. A. C. 363, ut dixi Juliano (*non clandeſtinis inſidiis* * de quo ipſe ſibi apud Ammianum XXV. 3. gratulatur, ſed *hoſtili conto*, quod frequens genus armorum Perſis:) Paganiſmus ſpe obterendi Chriſtianiſmi ampliſſimorumque Idololatriæ ſucceſſuum, quorum brevem guſtum jam habere cœperat, penitus excidit, Imperio per milites delato non ad *Anatolium* officiorum Magiſtrum (filium Priſci Philoſophi qui Juliano morienti cum Maximo Philoſopho præſens adfuit) hic enim quem videtur Julianus ſucceſſorem exoptaſſe, jam in prælio obierat: nec ad *Salluſtium* Coſ. qui ob ſenectutem & morbos recuſabat Imperium: ſed ad Fl. Claudium JOVIANUM, quem *primum Ordinis Domeſticorum* equitum Imperatoris tribunum, ** *Chriſtianæ Legis ſtudioſum*, appellat Ammianus XXV.

* Igitur nec Ammianus XXV 6. fidem habet rumori incerto, jactato per transfugas, *Julianum telo cecidiſſe Romano.*

** Itaque ἐν τοῖς στρατηγοῖς locum ei dat Socrates III. 22. & χιλιαρ-

XXV. ult. & Themiſtius Oratione Conſulari p. 67. ſeq. & 70. in illo tanquam Chriſtiano laudat quod neminem coëgit ad ſacra Chriſtiana amplectenda, ſed τὸ ἁγιαςείας μέρ⊙ ἅπαντ⊙ εἶναι, Religionem cujusque ſenſui & arbitrio permittendam, lege conſtituit. Sed nec ipſe cogi ſe vel permoveri paſſus erat à Juliano, itaque cum ille edictum propoſuiſſet, quod jubebat ἢ θύειν ἢ ἀποςρατεύεσθαι *aut ſacrificare Diis, aut militia cedere*, tribunatum deponere maluit, quam CHriſti ſacra deſerere ut narrat Socrates III. 22. & ex eo Jo. Antiochenus excerptis Peireſc. p. 845. Svidas in ἰοβιανός Nicephorus X. 38. unde *Confeſſoris* titulo etiam honoratur à Rufino II. 1. hiſt. Eccleſ. & apud Theodoritum IV. 1. *Martyris*, κατὰ τὴν προθυμίαν τοῖς τοῦ Σωτῆρος μάρτυσι συνετέτακτο, a Juliano tamen expeditionem in Perſas parante, ob virtutem Ducis bellici dignitas ei eſt ſervata, ut idem Socrates teſtatur, qui refert præterea Jovianum cum Imperator eſſet nuncupatus, trahentibus etiam per vim eum militibus, vociferatum μὴ βούλεσθαι βασιλεύειν ἀνθρώπων ἑλληνίζειν προαιρουμένων, αὐτὸν ὄντα χριςιανόν, *nolle ſe, qui Chriſtianus eſſet, Imperium ſuſcipere in homines Græcorum* ſive Gentilium *religioni deditos*: ſed milites reſpondiſſe καὶ αὐτοὺς εἶναι χριςιανοὺς *ſe quoque Chriſtianos eſſe*, atque ut addit Theodoritus IV. 1. μαθήμασιν εὐσεβέσι συντεθραμμένους *in pia diſciplina* ſub Conſtantino & Conſtantio *educatos*. Breve enim Juliani Imperium non ſatis idoneum fuit οὐδὲ τοῖς ἐξηπατημένοις ἐνιδρύσαι τὴν λώβην *ad labem* ſuperſtitionis idololatriæ *etiam in deceptorum hominum mentibus altius defigendam*. Idem narrant Rufinus II. 1. Sozomenus VI. 3. Joannes Malala, Chronicon Paſchale, Glycas, Zonaras, &c. Quæ autem *male illati depulſor erroris* ut Jovianus a Rufino appellatur, pro inſtaurando Chriſtianiſmo fecerit, his verbis breviter complectuntur Philoſtorgius VIII. 5. τὸν ἀρχαῖον κόσμον ἀποκαθίςησι ταῖς ἐκκλησίαις, *veterem cultum Eccleſiis reddidit*, πάσης αὐτὰς ἀπαλλάξας ἐπηρείας, ὅσην αὐταῖς ὁ ἀποςάτης ἐπήνεγκεν, *omni eas onere liberavit, quod eis Julianus* (ſupra p. 307. ſeq.) *impoſuerat*. Sozomenus VI. 4. ἀπέδωκε τὰς ἀτελείας ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τοῖς κλήροις, χήραις τε καὶ παρθένοις, *Eccleſiis & Clericis, viduis item ac virginibus immunitates reſtituit, & quicquid antea ad uſum & hono-*

χον vocat Cedrenus, Zonaras χιλιαρχοῦντα, ut mirer Theodoritum, qui IV. 1. Jovianum electum Imp. οὔτε ςρατηγὸν ὄντα, οὔτε τῶν μετ' ἐκείνους: addit tamen ἀριςεύειν ἐν πολέμοις εἰωθότα.

rem Religionis noſtræ à Conſtantino ejuſque liberis donatum ſancitumve. Addit Philoſtorgius: ἀνακαλεῖται δὲ καὶ ἐς ἐκεῖνο τῆς εὐσεβείας ἐ μεθιεμένες ἐφυγάδευσε. *Revocavit etiam ab exilio, quos Julianus relegaverat propterea quod pietatem prodere noluiſſent,* in his & VALENTINIANUM, * ex Thebis Ægyptiis, ſive ut Chron. Paſchale, ex Selymbria, qui poſtea imperitavit. Theodoritus IV. 2. πρῶτον ἔγραψε νόμον καὶ τὲς Ἐπισκόπες ἐπανελθεῖν ἐκ τῆς ἐξορίας διαγορεύοντα, καὶ τὰς Ἐκκλησίας ἀποδοθῆναι παρεγγυῶντα τοῖς τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν διατετηρηκόσιν ἀκέρατον. Simulatque fines Imperii ſui ingreſſus eſt, *primam omnium legem tulit, qua & Epiſcopos* (& in his S. Athanaſium) *ab exilio reverti jubebat, & Eccleſias iis reſtitui mandabat qui Nicænam fidem inviolatam ſervaſſent.* Suidas in Ἰοβιανός. βασιλεὺς Ῥωμαίων ὀρθόδοξος ἐς μέλειαν καὶ φροντίδα πολλὴν ἐποιεῖτο τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ τὲς ἐν ἐξορίαις Ἐπισκόπες πάντας ἀνεκαλέσατο &c. Idem refert Socrates III. 24. additque: τηνικαῦτα δὴ καὶ τὰ ἱερὰ τῶν Ἑλλήνων πάντα ἀπεκλείετο, αὐτοὶ δὲ ἄλλως ἀλλαχῆ κατεδύοντο. *Eodem tempore* (poſt reſtitutos Epiſcopos) *cuncta Gentilium templa occludebantur, ipſique* (Dæmonum Sacerdotes) *variis in locis, ubi quisque poterat, ſeſe abdebant.* οἱ δὲ τριβωνοφόροι τὲς τρίβωνας ἀπέθεντο, *ſed & philoſophi pallium deponebant, & vulgarem habitum ſumebant,* unde eſt quod Philoſophos a Juliano neglectos innuit Themiſtius Oratione ad Valentem pag. 99. quanquam Eunapii ex ſententia, in Maximo pag. 82. τιμῶν τὲς ἄνδρας διετέλεσε. *viros honore proſequi,* hoc eſt ut intelligo, ſtipendia illis permittere numerari *non deſtitit.* πέπαυτο δὲ, pergit Socrates, abrogata commemorans ſacrificia, αὐτοῖς καὶ ὁ δι' αἵματος δημοσίᾳ γενόμενος μολυσμὸς, *ſublata item eſt publica illa per victimarum ſanguinem contaminatio.* Jo. Malalas T. 2. Chronici p. 28. *per Meſopotamiam ... tuto itinere,* εὐθέως πάντα τὰ χριστιανῶν ἀνήγειρε *ſtatim omnem rem Chriſtianorum inſtauravit* καὶ χριστιανοῖς ἐνεχείριζε τὰ πράγματα, καὶ ἄρχοντας χριστιανὲς εἰς τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν προηγάγετο καὶ ἐξάρχες, *rerumque gerendarum curam Chriſtianis commiſit, Chriſtianis etiam ubique Præfectis & Exarchis per Orientem omnem conſtitutis,* quod poſtremum legitur etiam in Chronico Paſchali p. 300. & reſpicit Sozomenus VI. 3. cum ait Jovianum ſcripſiſſe τοῖς ἡγεμένοις τῶν ἐθνῶν, ad Recto-

res

* Vide Sozomenum VI. 6.

res Provinciarum, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀθροίζεσθαι, καὶ τὸ θεῖον ἐπιμελῶς θεραπεύειν, καὶ μόνην εἶναι σέβας τοῖς ἀρχομένοις τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν, *ut in Eccleſias convenirent, Divinum Numen ſtudioſe colerent, ſolamque Chriſtianorum fidem his qui præeſſent venerandam.*

Poſt Jovinianum ab omni memoria ne unus quidem Imperatorum fuit repertus qui cogitaret Ethniciſmum reducere, vel ei dare nomen, vel qui non libenter CHriſti nomen profiteretur; ſed etiam quotquot Jovianum proxime exceperunt *Valentinianus*, ſub Juliano Confeſſor CHriſti & *Valens* fratres, & prioris filii *Gratianus* & *Valentinianus* junior, tum magnus *Theodoſius* & filii ejus *Arcadius* per Orientem, *Honorius* per Occidentem imperitans, filiusque Arcadii *Theodoſius* junior, ne de inſecutis jam memorem, omnes Conſtantini M. exemplum imitati, quam late Imperii Romani fines patebant, nihil facile intermiſerunt, quod ad commendanda, ſtabilienda promovendaque CHriſti ſacra faceret, idololatriam vero, ethnicamque ſuperſtitionem, procul tamen crudeli perſecutione eam colentium, ſupprimeret abrogaretque: ut Codicis Theodoſiani tabulæ & hiſtoriæ Eccleſiaſticæ illorum temporum monumenta luculenter teſtantur. Modo Chriſtiani & eorum Antiſtites ſæpe non defuiſſent ipſi ſuo officio, neque diſſidiis, ambititione, hæreſibus, odiis, luxu, ignavia, vitiisque aliis, ſuperſtites paganorum reliquias a ſuſcipiendo beato CHriſti jugo longius removiſſent.

Congruens igitur propoſito meo exiſtimo inprimis annotare quod per univerſum Romani Imperii ambitum, perque omnes ejus provincias, & prævaluerit ubique Chriſtiana Religio, & Epiſcopatus usque quaque conſtituti ſint, paganiſmus labefactatus paullatim magis ſemper defecerit & ceſſaverit inprimis per Orientem, quoniam exinde lucis Evangelii gratia in cæterum Orbem terrarum expandi cœpit. Jam Conſtantini M. ætate tanta erat Eccleſiarum Chriſtianarum frequentia, ut Concilio Nicæno jam interfuerint Epiſcopi CCCXVIII * ut ſupra p. 288. monere me memini, quorum longe pauciſſimi ex Occidentalibus regionibus. Omnes autem Eccleſiæ Orientales cum ſuis Epiſcopis ſubjectæ fuere his quatuor primariis præſulibus: *CPolitano*, *Alexandrino*, *Antiocheno*, & *Hieroſolymitano*, qui petita à Judæis appellatione deinde *Patriarchæ* nuncupati

 ſunt.

* Steph. le Moyne notis ad Varia ſacra p. 782. ſeq.

ſunt. Et quanquam in Canonibus Concilii CPol A. C. 381. habiti nomen non legitur, tamen Socrates V. 8. teſtatur in Concilio illo cui centum & quinquaginta Epiſcopi interfuere, Patriarchas fuiſſe conſtitutos. καὶ Πατριάρχας κατέστησαν, διανειμάμενοι τὰς ἐπαρχίας. Sed Πατριαρχίαν eo in loco accipit Socrates ſenſu latiore pro Metropolitano, non autem in illo ſtrictiore qui exinde obtinuit ut Metropolitis ſuperiores, & qui plures Metropolitanos at dioeceſes ſub ſe haberent ſpeciatim Patriarchæ vocarentur illi quos dixi quatuor, & de quorum prærogativa Canone Nicæno VI. VII. CPolitano II. III. Chalcedonenſi XXVIII. & Synodi A. C. 680. CPoli *in* Trullo habitæ Canone XXXVI. XXXVII. ad quos ſingulos Guil. Beveregii obſervationes conſulere operæ pretium fuerit, neque enim præſentis loci eſt vel amplum illum de politia Eccleſiaſtica campum ingredi, vel de rationibus ejus juribusque diligentius diſſerere, origineſque dignitatum Eccleſiaſticarum & progreſſus & prærogativas & ſubordinationes, univerſasque adeo de illis controverſias accurate explicare, quod à viris doctis abunde factum, quos in Bibliographia Eccleſiaſtica capite XIII. laudare me memini. Sed ad amplitudinem propagationis Chriſtianiſmi intelligendam, firmitatemque ejus ſtabilimenti per totum Imperium Romanum, ſuffecerit conſulere Geographiæ veteris Eccleſiaſticæ ſcriptores, elenchosque provinciarum & Epiſcopatuum, qui olim viguere, & partem adhuc noſcuntur ſub CPolitano, Alexandrino, Antiocheno & Hieroſolymitano Patriarchis. Horum ecce tibi notitiam veterum primum, deinde etiam recentiorum.

Notitiæ Eccleſiaſticæ quatuor PATRIARCHATUUM Orientis, & generales Geographiæ Eccleſiaſticæ ſcriptores.

HIEROCLIS Grammatici *συνέκδημος*, *Comes Itineris*, Provinciarum LXVI. & Civitatum 935. Imperii CPol. diſpoſitio Civilis, * ſed ex qua Eccleſiaſticæ ſingularis lux affunditur, Græce & Latine vulgata à viro celeberrimo, *Anſelmo Bandurio* in Imperio Orientali ſive Antiquitatibus CPolitanis T. I. p. 31-52. Græce & Latine; addita tabula

* ad Juſtiniani Imp. tempora pertinens.

bula Geographica ære deſcripta Pariſ. 1711. fol. Hierocles iſte Conſtantino Porphyrogenito fuit antiquior, à quo allegatur Themate 1. Occidentis, atque pulchre notavit Bandurius falli Schelſtratenum qui dum Conſtantini verba pro Hierocleis accipit, ex illo Conſtantini loco probare vult Hieroclis ſcriptum genuinum * & integrum non ad nos perveniſſe. Ex Jacobi Sirmondi Codice citatur à Valeſio ad Ammian. XXXI. 9. & n. 11. & ad Philoſtorg. X. 6. Hunc ſynecdemum, ſed ſine nomine auctoris, & quatuordecim poſtremis provinciis mutilum primus vulgaverat *Carolus à S. Paulo* p. 20. ſeq. in notitiis antiquis Geographiæ ſuæ Eccleſiaſticn ſubjectis, quæ Pariſ. 1641. fol. primum prodiit, & recuſa eſt Amſtelod. 1703. fol. *Lucas* vero *Holſtenius* hunc libellum ex MS. Vaticano deſcriptum & ex alio Altempſiano emendatum, & è duobus Farneſianis ſuppletum latine vertit, & cum Conſtantini Porphyrog. de thematibus & de adminiſtrando Imperio vulgare voluit in ſyntagmate Geographorum Græcorum, ſed fato præventus non potuit. Cum itaque in Bibl. Barberina per aliquod tempus delituiſſet, in lucem editus Græce & Latine eſt in *Emanuelis Schelſtrateni* tomo ſecundo poſtumo Antiquitatis Eccleſiæ illuſtratæ, in appendice ad opus Geographicâ. Rom. 1697. fol. Schelſtrateni editionem Bandurius expreſſit.

LEONIS VI. Sapientis, qui Imperii habenas geſſit ab A. C. 889. Cal. Mart. ad 911. Maj. 11. διατύπωσις ὅπως ἔχουσι τάξεως οἱ θρόνοι τῶν Ἐκκλησιῶν τῶν ὑποκειμένων τῷ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως. *Diſpoſitio quem ordinem habeant throni Eccleſiarum Patriarchæ CPolitano ſubjectarum*, in Jure Græco Romano Joannis Leunclavii ** pag. 88.-102. cum quo juvabit conferre Codicem MS. in Bibl. illuſtris Viri *Zachariæ Conradi ab Uffenbach*, Conſulis Francofurtenſis, qui inſcribitur τάξις τῶν μητροπόλεων καὶ τῶν Ἀρχιεπισκόπων καὶ τῶν ὑπὸ τῆς Μητροπόλεως Ἐπισκόπων. Vide Catalogum MSS. illius Bibl. editum Halæ Hermundurorum 1720. fol. pag. 529. ſeq. Metropoles referuntur LXXXI. Archiepiſcopatus, XXXIX. Epiſcopatus CCXXI.

Confe-

* Jo. Harduinus in numis Urbium & populorum illuſtratis p. 482. *Hierocles ſeu quisquis ille eſt cujus opera & ſtudio concinnata exſtat antiqua notitia.*

** Francof. 1596. fol.

Conferenda etiam ἔκθεσις quæ ſub Leone Sapiente & Patriarcha Photio A. 6391. (CHriſti 883.) facta traditur: ex MS. Vaticano ſed minus integra Græce edita & Latine à *Carolo à S. Paulo* appendice ad Geographiam Eccleſiaſticam p. 38.-63. caſtigatior deinde ex alio Codice MS. à *Jacobo Goaro* ad calcem Codini p. 337.-362. Pariſ. 1648. fol. Inſcribitur τάξις προκαθεδρείας τῶν ἁγιωτάτων Πατριαρχῶν, *Ordo præſidentiæ SS. Patriarcharum, Romani, CPolitani, Alexandrini, Antiocheni & Ælienſis ſive Hieroſolymitani*: & e MS. Bodlejano integrior exhibita in notis ad Canonem Trullanum XXXVI. à *Guilelmo Beveregio* T. 2. Synodici magni p. 135.-147. Oxon. 1672. fol. In Provincia Armeniæ p. 146. ad Epiſcopatum Ἰαλιμβάνων annotatur: χωρίον ὅθεν ὁρμᾶ ὁ τὴν παροῦσαν φιλοπονήσας βίβλον Βασίλειος. *Regio ex qua ortus Baſilius qui præſentem librum elaboravit*. Diverſus hic a tribus Baſiliis ad quos exſtant Photii Epiſtolæ. Librarii nomen Georgius Lapithenſis Cyprius, pag. 147. Λάπιθος ἐν ᾗ ἐγεννήθη Γεώργιος ὁ Κύπριος ὁ γράψας τὴν βίβλον ἐξ ἧς ταῦτα μετελήφθησαν. In hac notitia ἐπαρχίαι ſive Provinciæ referuntur LXXIV. Metropolitani XXXIII. & Avtocephali XLI. Epiſcopi DCCCCXXXV. Beveregianam Latine exhibet *Emanuel Schelſtratenus* ad Concilium Antiochenum pag. 425.-447. annotatis pleriſque in quibus Leunclavii, Caroli à S. Paulo & Goari editiones differunt. Poſt Schelſtratenum *Joſephus Bingham* Origg. Eccleſiaſt. T. 3. lib. IX. cap. 3.

NILI DOXOPATRI, Diaconi & Nomophylacis Eccleſiæ CPol. ſub Joanne Comneno Imp. Patriarchici Notarii & Protoſyncellorum præſidis atque archimandritæ, ſcriptum hoc titulo:

Σύγγραμμα [illegible]μενον παρὰ Νείλου Ἀρχιμανδρίτου τοῦ Δοξαπατρίου κατὰ κέλευσιν τοῦ εὐγενεστάτου μεγάλου Ῥηγὸς Ῥογερίου περὶ τῶν πέντε Πατριαρχικῶν Θρόνων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς Ἀρχιεπισκοπῶν, καὶ Μητροπόλεων, καὶ τῶν ὑπὸ τὰς μητροπόλεις Ἐπισκοπῶν, καὶ τῶν ἐνορίων ἑκάστου Πατριαρχικοῦ θρόνου, καὶ πῶς καὶ πότε συνέστη ἕκαστος πατριαρχικὸς θρόνος, καὶ περὶ

Commentarius concinnatus à *Nilo Doxopatrio* Archimandrita juſſu nobiliſſimi magni Regis *Rogerii*, de quinque Patriarchalibus Thronis, & illis ſubjectis Archiepiſcopatibus, & Metropolitatibus & qui his ſubduntur, Epiſcopis, & Diœceſibus unius cujusque ſedis Patriarchalis. Et quomodo & quando Patriarchici Throni inſtituti ſunt, & eorum

τῆς

τῆς τάξεως αὐτῶν, καὶ τῶν ἰδικῶν ἑκάστου ὀνομάτων, καὶ τοῦ λόγον ἐπέχουσι. συνεγράφη δὲ ἔτει: ,ςχνα: Ἰνδικτιῶνος ς: ordine, & propriis nominibus, & cujus locum teneant. Concinnatus eſt anno 6651. * Indictione ſexta.

Hunc libellum è Codice Levini Warneri, quem Bibliothecæ Leidenſi ille legaverat, cum Latina verſione ſua vulgavit vir eruditiſſ. *Stephanus le Moyne*, tomo priore Variorum Sacrorum, Lugd. Bat. 1685. 1694. 4. pag. 211 - 267. Lacunam quaternionis qui in Codice illo deſideratur ex ſchedis ſuis editor ſupplevit, qui in prolegomenis p. 16. uſum illius gratus prædicat ſibi conceſſum à celeberr. Frid. Spanhemio filio, cujus opera quoque conſulenda T. 2. p. 502. & *Leo Allatius* qui ineditum laudaverat libro de Nilis p. 53. edit. à me curatæ & de conſenſu utriusque Eccleſiæ p. 255. 522. &c. Idem caput de Patriarchatu CPolitano eique ſubjectis Epiſcopatibus Græce & Latine in lucem protulit lib. 1. c. 24. p. 409. ſeq. atque ex Allatio *Richardus Simon* ad calcem libri, Hiſtoire Critique de la creance & des coutumes des Nations du Levant, publiee par le Sr. de Moni p. 184. Francof. 1684. 12. Sed integer Nili liber etiam Græce & Latine legitur in appendice ad *Emanuelis Schelſtrateni* Tomum ſecundum poſtumum Antiquitatis Eccleſ. illuſtratæ Rom. 1697. fol.

Ἀνακεφαλαίωσις τῶν ἁγιωτάτων Πατριαρχιῶν τῶν ὁροθεσιῶν, καὶ συναρίθμησις τῶν Ἀποστολικῶν θρόνων. Brevis deſcriptio finium SS. Patriarchatuum & Apoſtolicarum ſedium enumeratio. Græce & Lat. in appendice ad Geographiam Caroli a S. Paulo, è MS. Vaticano. incipit: *ὁ πρῶτος θρόνος τοῦ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων Πέτρου.* p. 2 - 4. & ad calcem Codini editi à Jacobo Goaro, pag. 363 - 381.

Notitia Patriarchatus CPolitani, e MS. Vaticano, Græce & Lat. in appendice ad Caroli à S. Paulo Geographiam Eccleſiaſticam p. 4 - 10. Metropolitani IX. Archiepiſcopi XXXVIII. Avtocephali XLVI.

Ἡ τάξις τῶν μητροπολιτῶν Ordo Metropolitanorum XXXIII. & Epiſcoporum CCCXCIV. qui eis ſubſunt: è Chartophylacio. id. p. 10 - 19. confer Joannis Leunclavii Jus Græco Rom. p. 243. ſq. ubi Patriarchæ CPol. Epiſtola præfixa legitur quæ incipit: *ἔδει τὰς πόλεις*, ſubjuncta

* CHriſti 1143.

recenſione Metropoleon LXXX. & Archiepiſcopatuum XXXIX. Easdem dedere Jacobus Gretſerus p. 113. & ex MS. Regio Jacobus Goar p. 381. ad calcem Codini.

ANDRONICI PALÆOLOGI Imp. ſenioris qui ab A. C. 1282. ad * 1332. II. Febr. præfuit *ἔκθεσις ὅπως νῦν ἔχουσι τάξεως αἱ ὑποκείμεναι μητροπόλεις τῷ Πατριαρχικῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Expoſitio quem locum nunc teneant Metropoles CIX. quæ CPolitano throno ſubjectæ ſunt, & quinam ex Metropolitanis Exarchi & Hypertimi, vel quinam Hypertimi tantum.* Primus Græce & Latine edidit Franciſcus Junius ad calcem Georgii Codini de CPolitani Palatii Officialibus p. 219-242. Heidelberg. 1588. 8. Deinde recenſuerunt in Codino ſuo Jacobus Gretſerus p. 117-130. Pariſ. 1625. fol. & Jacobus Goarus pag. 400-409. Pariſ. 1648. fol. Prior pars etiam ſubjicitur Philippi Cyprii, Eccleſiæ CPol. circa A. C. 1640. protonotarii Chronico Eccleſiæ Græcæ, quod Græce & Latine primus cum eruditis communicavit Nicolaus Blancardus, Franequeræ 1679. 4. ſubjuncto Chriſtophori Angeli enchiridio de ſtatu Græcorum recentis ætatis: & poſt Blancardum Anſelmus Bandurius in Imperii Orientalis Tomo 1. p. 230. Pariſ. 1711. fol. Latine etiam ſubjicitur eidem Chronico, quod Latine cum Henrici Hilarii, Rectoris Scholæ Cellerfeldenſis commentariis in lucem dedit D. Jo. Olearius *ὁ μακαρίτης*, Theologus Lipſienſis 1687. 8. Loco partis poſterioris de Metropolitanis, ibidem occurrit *Catalogus Epiſcopatuum CCCCXL, matricibus Urbibus XXXIV. ſubjectorum, qui nunc ex parte ſuperſunt, plurimi vero exoluere,* apud Bandurium p. 236-240.

Thomas Smithus in Epiſtola de Græcæ Eccleſiæ hodierno ſtatu Lond. 1678. 8. p. 77-82. edidit *indiculum* quem CPoli teſtatur deſcribendum ſe curaſſe, ſive *κατάλογον τῶν ἐπαρχιῶν ἤτοι μητροπόλεων καὶ ἐπισκοπῶν ὑποκειμένων τανῦν ὑπὸ τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως, provinciarum ſeu Metropolium & Epiſcopatuum throno CPolitano hodie ſubjectorum.* CXXV. Eundem *Richardus Simon* ex Smitho repetitum dedit pag. 194.-198. libri ſupra laudati, cui jungendus *Paulus Ricaut* libro Gallice edito Medioburgi 1692. 12. de ſtatu Eccleſiæ Græcæ, p. 94.-104. ubi etiam de Inſulæ Cypri Epiſcopis, qui ex XXXII. ſunt tres hodie ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi.

Joſephus

* vide Petrum Poſſinum ad Pachymerem T. I. p. 527.

Joſephus Waſſe, luculentis in litteras meritis & præclara Saluſtii ac Thucydidis editione clariſſimus, in Diario erudito quod Bibliothecam litterariam inſcripſit & Londini A. 1724. 4. edidit, numero IX. exhibet *Chryſanthi* Patriarchæ Hieroſol. nuncupationes Eccleſiaſticas & ſalutandi formulas, quibus ad Patriarchas, Metropolitanos, Archiepiſcopos & Epiſcopos CXXIII. Græci hodie utuntur. Eximium illud monumentum recudi feci tomo XIII. Bibl. Græcæ pag. 479. - 492. Simile formularium vetus MS. exſtat in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi quod laudat Salmaſius pag. 382. euchariſticæ ad Sirmondi adventoriam : *ὅπως γράφουσιν οἱ μητροπολῖται τοῖς Μητροπολίταις, τοῖς Ἀρχιεπισκόποις* &c. adde pag. 415. & quam Jacobus Goarus ad calcem Codini vulgavit *ἔκθεσιν νέαν ὅπως νῦν γράφει ὁ Κωνσταντινουπόλεως Πατριάρχης τῷ Πάπᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς Πατριάρχαις καὶ Ἀρχιεπισκόποις καὶ μὴν καὶ τοῖς καὶ Μητροπολίταις, καὶ τοῖς κοσμικὰς ἀρχὰς εὐθύνουσιν.*

Notitia Epiſcopatuum ex veteri MS. Bibl. Thuanæ. Incipit: iſti ſunt Epiſcopi ſub Romano Pontifice, qui non ſunt in alterius Provincia conſtituti. *in appendice Caroli à S. Paulo* p. 78 - 85.

Provinciale Romanum, ſeu *Codex Provincialis* Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani, ex Codice Cancellariæ, ut loquuntur, Apoſtolicæ excerptus & Romæ primum editus A. 1503 deinde Pariſiis, Lugduni & alibi ſeparatim : itemque à *Petro Rebuffo* cum praxi Beneficiorum vulgatus, Venet. 1600. fol.

Notitia Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani, ſive Codex Provincialis Romanus ex vetuſto Codice Victoriano Pariſienſi, ſæculi XI. cum notis *Auberti Miræi*, Canonici Antwerpienſis, ad calcem antiquarum collectionum Decretalium, ex Antonii Auguſtini, Epiſcopi Ilerdenſis Collectione editarum à Carolo Labbeo, Pariſ. 1610. fol. & in Joannis Gvaltheri ſive *Jani Gruteri* Chronico Chronicorum Eccleſiaſtico tomo I. Francof. 1614. 8. Vide & *Laur. Beyerlingii* theatrum Vitæ humanæ, voce Epiſcopus T. 3. p. 113. ſeq. Eadem eſt *Notitia quinque Patriarchatuum*, quam ex Regia Bibl. edidit Carolus à S. Paulo appendice ad Geographiam Eccleſiaſticam p. 64 - 77.

Liber Provincialis ex Codice ſæculi XIV. vulgatus a Venerando D. Valentino Erneſto Lœſchero, in appendice ad ſtromateum variarum Diſſertationum, p. 173. ſeq. Witemb. 1724. 4.

Subſcriptiones Epiſcoporum CCCII. ex Provinciis LX. in Concilio Lateranenſi ſub Papa Alexandro III. A. C. 1179. in Lucæ Dacherii ſpicilegio T. 1. edit. novæ p. 636.

Notitia Patriarchatuum Antiocheni & Hieroſolymitani, (diverſa ab ea quam in ſyntagmate Geographorum Græcorum in lucem dare voluit *Lucas Holſtenius*) Guilelmo Tyrio ſubjectam Latine exhibet *Jacobus Bongarſius* T. 1. geſtorum DEI per Francos p. 1044. ſeq. Sub Antiocheno Catholici duo, Metropolitani Avtocephali VIII, Archiepiſcopi XII. Epiſcopi CXXVII. Sub Hieroſolymitano Metropolitani IV. Epiſcopi centum.

Joſephi Ægyptii notitia ſedium Metropoliticarum ſub Patriarcha ſedis Alexandriæ, ex *Eutychii* ab A. C. 933. Patriarchæ Alexandrini ſcriptis collecta, & paraphraſi Arabicæ in Canones Conciliorum præmiſſa, quam e MS. Bibl. Bodlejanæ Arabice & Latine edidit laudatus *Beveregius* ad Canones Concilii Trullani T. 2. Synodici Magni p. 148. ad quam præter Beveregianas conferendæ *Euſebii Renaudoti* obſervationes T. 1. collectionis liturgiarum Orientalium p. 445 - 449.

Auberti Miræi notitia Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani, in qua Chriſtianæ Religionis amplitudo elucet. Antwerp. 1613. 8. libri V. *primo* de quinque primariis Patriarchis Orbis Chriſtiani. *Secundo* Codex Provincialis vetus. *Tertio* de veteri ſtatu quatuor Patciarchatuum Orientalium. *Quarto* Codex Provincialis novus. *Quinto* Geographia Eccleſiaſtica ſive notitia Epiſcopatuum ordine Alphabetico.

Caroli à S. Paulo, Fulienſis Abbatis, Epiſcopi poſtea *Abrincenſis* Geographia ſacra, ſive Notitia antiqua Epiſcopatuum Eccleſiæ univerſæ ex Conciliis, Patribus, Hiſtoria Eccleſiaſtica & Geographis antiquis excerpta. Pariſ. 1641. fol. & cum *Luca Holſtenii* notis curante V. C. *Joanne Clerico* Amſt. 1707. fol. Notæ Holſtenii poſtumæ lucem viderant Romæ 1666. 8. cum ejus obſervationibus in Philippi Cluverii Italiam antiquam & theſaurum Geographicum Abrahami Ortelii, diſſertationeque duplici de ſacramento Confirmationis apud Græcos.

Atlas antiquus, Eccleſiaſticus & profanus, in quo terræ ſacræ variæ diviſiones, diœceſium Patriarchalium & Epiſcopalium limites orbis

orbisque univerſus antiquus ex tabulis Geographicis *Nic. Sanſonis* ejusque filiorum & aliorum celebrium Geographorum, curante laudato *Joanne Clerico.* Amſtelodami 1705. fol.

Philippi Labbei S. J. Geographiæ Epiſcopalis breviarium. Pariſ. 1661. 12. cum tribus tabulis Geographicis Nic. Sanſonis, & in tomo ultimo Conciliorum, editionis *Labbeanæ* Pariſ. 1672. atque uberior etiam in *Harduiniana* A. 1715. index Geographicus locorum quorum Epiſcopi in Conciliis memorantur.

Renati Choppini, Notice Generale des Archevechez & Evechez de tout le Monde, inter ejus Opera Paris 1662. fol. tomo quarto pænultimo.

Tables Geographiques & Chronologiques de tous les Archeveſchez & Eveſchez de l' Univers par Mr. l'Abbé *Echard de Commanville*, a Rouen 1700. 8. Parte *prima* Archiepiſcopatus & Epiſcopatus Ecclſiæ Latinæ, parte *ſecunda* Græcæ perſequitur: *tertia* eos qui nec Græci nec Latini ritus ſunt, Moſcoviæ, Georgiæ, Mingreliæ, Syrorum Jacobitarum & Maronitarum, Armeniorum in Perſia, Turcicoque Imperio: Neſtorianorum denique, Coptorum & Abyſſinorum.

Joſephus Bingham Paſtor Eccleſiæ Harantinæ in agro Hantonienſi, qui A. 1723. diem obiit ſupremum, in Originibus Eccleſiaſticis Anglice editis Volumine tertio, libro nono. Lond. A. 1711. 8. & 1726. fol. & ex Latina verſione C. V. *Jo. Henrici Griſchovii*, Halberſtadienſis Halæ 1717. 4. & , *A. Blackmorius*, in epitome illius operis notitia primitivæ Eccleſiæ Anglice edita Lond. 1722. 8.

Friderici Spanhemii filii, Theologi Leidenſis introductio ad Geographiam ſacram Patriarchalem, Iſraëliticam & Chriſtianam, hancque cum per Romanum omne Imperium ante & poſt Conſtantinum M. tum per Provincias Barbaricas, Lugd. Bat. 1679. & editione tertia Ultrajecti 1696. 8. & Tomo I. Operum, Lugd. Batav. 1701. fol.

Hieronymi Dicelii, Profeſſoris Lipſienſis, heilige Beſchreibung der Welt, ſive Geographia ſacra & Eccleſiaſtica. Lipſ. 1704. 8. *Acta Erud.* 1704. p. 281.

Alphonſus Laſor a Varea; qui per anagramma eſt *Raphaël Savonarola* in Orbe terrarum, ſcriptorum calamo delineato. Patavii 1713. fol.

Jacobus Baſnage Hiſtoire de l'Egliſe T. 1. part. 1. Roterd. 1699. f.

La ſainte Chorographie, ou deſcription des lieux ou reſide l'Egliſe Chrétienne par tout l'Univers, par *P. Geſelin*. Saumur 1629. 8.

Auguſtinus Barboſa de officio & poteſtate Epiſcopi p. 33. ſeq. Rom. 1623. 4. & deinde ſæpius Lugduni, Venetiis, Lutetiæ, Coloniæ.

Pyrrhus Corradus in praxi diſpenſationum Apoſtolicarum. Colon. 1678. fol.

Hiſtoriographie generale des provinces Eccleſiaſtiques del' Egliſe Latine, par le Pere *François Jaques de Digne*, Recolet de la Province d'Avignon. a Avignon 1716. fol. *Journal. des Sav.* 1717. pag. 24.

Mich. Antonius Baudrand Pariſinus in Geographia ordine litterarum diſpoſitâ Pariſ. 1682. fol. ad calcem tomi prioris exhibet ſyllogem Epiſcopatuum & Archiepiſcopatuum totius Orbis juxta ſtatum Eccleſiæ qualis noſtra eſt memoria.

Mich. Antonius Frances de Verrutigoyti in tractatu de Eccleſiis Cathedralibus earumque privilegiis & prærogativis, Lugd. 1665. fol. Epiſcopatuum totius Orbis novam & exactam notitiam dare ſe profitetur capite ultimo, p. 629 - 643.

Petri Opmeer Catalogus totius Orbis Archiepiſcoporum Epiſcoporumque ad ſua uſque tempora Colon. 1595. 8. *Laurentius Beyerling* tomo tertio Theatri Vitæ Humanæ, voce *Epiſcopus*.

Henrici Schereri S. J. Geographia Hierarchica, in Atlantis parte ſecunda, Monachii 1703. forma majore quarta.

Idea delle Catedrali d' Europa; de *Agoſtino Alberti*, con un addizione dell' idea delle Catedrali dell' Aſia, Africa e America. Torino 1718. 4.

* * *

Philippi Ferrarij nova Topographia in Martyrologium Romanum. Venet. 1609. 4.

Auguſtini

Auguſtini Lubini Auguſtiniani Martyrologium Romanum, tabulis Geographicis notisque, & hiſtoricis animadverſionibus illuſtratum. Pariſ. 1661. 4.

Affecta Opera & Promiſſa, necdum in lucem edita.

Iſaaci Caſauboni expenſio veterum notitiarum metropoleon quam ſperare juſſit notis ad Epiſtolam Gregorii Nyſſeni p. 136.

Sammarthanorum fratrum Orbis Chriſtianus, quem ab illis affectum teſtatur Rich. Simon T. 1. Bibl. Critique p. 146. & lettres choiſies T. 3. p. 7. T. 4. p. 161.

Notitia Epiſcopatuum generalis, cujus ſpes cum viveret facta a præclaro viro *Joanne Baptiſta Doni*.

Franciſci Orlandi Ord. Præd. Profeſſoris Theol. Piſani, Orbis ſacer & profanus, excudendus Florentiæ, quinque Voluminibus in fol. *Acta Erud.* 1727. pag. 188. *Giornale de' letterati d' Italia* T. 38. pag. 408.

Michaëlis le Quien Ord. Præd. luculenta Jo. Damaſceni editione celebratiſſimi Viri Oriens Chriſtianus, ſive notitia quatuor Patriarchatuum Orientis, quam Pariſiis in lucem proferendam a viro doctiſſimo cum Africa Chriſtiana eruditi exſpectant, promiſſam jam ab Anno 1723.

Mich. Antonii Baudrand Pariſini Geographia Chriſtiana, cujus mentio in memoriis litterariis Trevoltinis A. 1705. p. 1309.

* * *

De ſpecialibus *Italiæ*, *Africæ*, *Galliæ* aliarumque Regionum Notitiis Eccleſiaſticis infra, ſuis locis.

CAPUT

CAPUT XV.

De Originibus & ſucceſſibus Chriſtianiſmi per ITALIAM, de Epiſcopatu ROMANO regionibusque ſuburbicariis. De SICILIA, SARDINIA &c.

I.

CHriſtianam Eccleſiam plantatam etiam *Romæ* ab ipſis Apoſtolis, atque prædicationem Apoſtolicam Evangelii ad ipſam usque Cæſaris domum & prætorium penetraſſe, conſtat certiſſime ex iis quæ ſupra p. 91. & 220. ſeq. notare me memini. Quanquam autem inter odia & perſecutiones premerentur undique & laterent atque clam in locis abditis & de noctu a) cœtus ſuos haberent Chriſtiani, tamen ut majora ſemper incrementa capiebant, ita Apoſtolico exemplo ſuos habebant Diaconos & Doctores presbyteros atque Epiſcopos. Nam ut Clemens Romanus Epiſtola genuina priore c. 42. de Apoſtolis: κατὰ χώρας καὶ πόλεις κηρύσσοντες καθίστανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν· *Per regiones & urbes Verbum prædicantes, primitias ſuas, Spiritu probantes, Epiſcopos & Diaconos Chriſtianorum crediturorum, conſtituerunt.* Quamquam initio Epiſcopi dicti non urbium tantum modo Antiſtites, ſed etiam parochiarum. b) Quare non inſolentis hoc erat moris, plures in una Urbe admittere Epiſcopos, quod poſtea prohibitum canone Nicæno octavo ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν. c) Sic ut tum notante viro erudito Stephano le Moyne, prolegom. ad Varia ſacra *Romæ in ipſa, Linus, & Clemens, & Cletus, dicuntur ſucceſſores Petri, &*

quod

a) D. Chriſtiani Kortholti τοῦ μακαρίτου paganus obtrectator III. 5. 487. ſeq. Jac. Andreæ Cruſii de Nocte & nocturnis officiis, Brem. 1660. 12. cap. XXII. p. 415. ſeqq.

b) David Clarkſon, libro, a clear account of the ancient *Epiſcopacy.* Lond. 1712. 8. Acta Erud. T. 6. ſupplementi p. *60.*

c) Confer notas Beveregii ad illum Canonem p. *68.* ſeq.

quod videtur ſeriem & ordinem ſucceſſionis Epiſcoporum Romanorum aliquomodo turbare. Sed optime à viris egregie doctis hoc conciliatur, aſſerendo Clementem, Linum, Cletum fuiſſe Epiſcopos ſimul & eodem tempore, unum Pauli, alterum Petri, unum Circumciſionis, alterum Præputii, unum Judæorum, alterum Gentium, unum Latinorum, alterum Græcorum & Peregrinorum, qui in urbe degebant, & nondum Latinæ Linguæ ſatis aſſueverant. Sic Antiochiæ Evodius & Ignatius eadem tempore Epiſcopatum rexiſſe, non improbabile videtur Cardin. Baronio, quod & ante placuerat Balduino Junio, Flandro Ninevenſi in Chron. ad A. 71. Sic Hieroſolymis, unus erat Epiſcopus Circumciſionis, & Naſareorum, & alius Gentium. Sola Alexandria ab iſta Epiſcoporum multitudine & pluralitate ſe vindicavit. οὐ γάρ ποτε Ἀλεξάνδρεια δύο Ἐπισκόπους εἶχεν ὡς αἱ ἄλλαι πόλεις. *Alexandria non habuit duos Epiſcopos ſicut aliæ urbes quam plurimæ, inquit Epiphanius hæreſi LXVIII. Quod revera de Schiſmate, & diviſione optime intelligunt Petavius & Blondellus viri magni, quam nullam paſſa fuiſſet Eccleſia Alexandrina, ſed tamen hoc etiam arguit, Epiphanium in aliis urbibus plures etiam agnoviſſe Epiſcopos. Imo ſi quibusdam creditur, XII. Presbyteri Alexandrini, de quibus Hieronymus Epiſtola ad Evagrium, erant totidem Epiſcopi.* Longe plura illo locó exempla plurium primis temporibus una in Urbe Epiſcoporum à doctiſſimo Lemonio afferuntur, cui jungendus Marcus Antonius de Dominis lib. 2. de Rep. Eccleſiaſtica c. 9. §. XV. & c. 2. §. LX. & Jac. Baſnage hiſt. Eccleſiaſt. lib. 1. c. 4. Rufinus in extremo præfationis ad recognitiones Clementi Romano adſcriptas: *Quidam requirunt, quomodo cum* Linus & Anacletus *in urbe Roma ante* Clementem *hunc fuerint Epiſcopi, ipſe Clemens ad Jacobum ſcribens* d) *ſibi dicat à Petro docendi cathedram traditam. Cujus rei hanc accepimus eſſe rationem, quod* Linus & Anacletus *fuerunt quidem ante* Clementem *Epiſcopi in Urbe Roma, ſed* ſuperſtite Petro, *videlicet ut illi Epiſcopatus curam gererent, ipſe vero Apoſtolatus impleret officium. Sicut invenitur etiam apud Cæſaream fuiſſe, ubi cum ipſe eſſet præſens, Zachæum tamen a ſe ordinatum habebat Epiſcopum.*

d) in Patribus Apoſtolicis Cotelerii T. 1. p. 606. in ſuppoſita Clementi ad Jacobum Epiſtola Petrus ad Clementem cathedræ Romanæ deprecantem munia & honores: ὅτι ἡ τοιαύτη καθέδρα οὐ φιλοκαθεδροῦντος τολμηροῦ χρείαν ἔχει, ἀλλ' εὐλαβοῦς τὸν τρόπον καὶ πολυμαθοῦς τὸν λόγον.

II. Succeſſionem Epiſcoporum Romanorum ab Apoſtolorum temporibus repetunt ſcriptores vetuſtiſſimi, fideque digniſſimi, & repetendam eſſe nemo in dubium vocare ſolida ratione poteſt, quanquam primis temporibus circa nomina eorum & ordinem e) quos Apoſtoli conſtituerunt, eſt quædam inter priſcos ſcriptores diſſenſio, & *Petro* Apoſtolo *Paulum* in Epiſcopatu Romano adjungit Epiphanius XXVII. 6. ſicut de Epiſcopatu Apoſtoli Petri ipſius τοπικῷ f) & nominatim Romano XXV. annorum, & primatu ſuper cæteros Apoſtolos, ac derivato in ſucceſſores inde jure primatus in Occidentalem, imo Suprematus ſive Totatus in Univerſam CHriſti Eccleſiam, res eſt tam aliena a vero verique ſpecie omni, tamque deſtituta idoneis rationibus & teſtimoniis, ut de illa hoc loco pluribus agere poſt Davidem Blondellum g) Marcum Antonium de Dominis h) aliosque viros doctos non ſit neceſſe. Ante Concilium Nicænum *ad Romanam Eccleſiam parvum habitum eſſe reſpectum*, non diffitetur Æneas Sylvius, Cardinalis Senenſis (poſtea Pius II. Papa) Epiſtola CCLXXXVIII. & Gunthero i) lib. 6. Ligurini ſui ſive poëmatis de rebus geſtis Friderici I. Imp. V. 625. judice,

- - - Romanus tempore priſco
Pauper erat Præſul, Regali munere crevit,
Nec tamen ut faſces & regni jura Latini
Vel dare præſumat, vel cuiquam tollere poſſit.

Joannes Cuſpinianus ad Caſſiodori Chron. p. 384. *Nec ſuſpicandum eſt tantis cerimoniis uſos eſſe tunc Pontifices, quibus nunc utuntur, quibus etiam ſuperbia usque ad aram progreditur.* Succeſſionem Epiſcoporum Romanorum Alphabeticam & Chronologicam usque ad Innocentium

e) Vide quæ Viri docti ad Irenæi lib. 1. c. 27. & lib. 3 c. 3. Tertullian. de præſcript. c. 32. Epiphan. XXVII. 6. Optati II. 3. Cotelerius ad Conſtitutt. Apoſtol. VII. 46. &c.

f) Supra p. 95. ſeq.

g) Blondellus libro de Epiſcopis & in pſeudo Iſidoro: præcipue vero in opere edito Gallice quod inſcribitur *de la primauté en l'Egliſe.* Genev. 1641. fol.

h) libro primo de Rep. Eccleſiaſtica, Heidelberg. 1618. fol.

i) Jac. Uſſerius de ſucceſſione Eccleſiarum p. 27.

tium XIII. quam potui accuratam dedi Volumine undecimo Bibl. Græcæ p. 735. & 745. ſeq. à quo tempore poſt *Innocentium XIII.* defunctum A. C. 1724. 7. Mart. Pontificatui Maximo præfuere *Benedictus XIII.* (Vincentius Maria Urſini, Neapolitanus, Archi Epiſcopus antea Beneventanus, Ord. Prædicator.) ab A. 1724. 29. Maj. ad A. 1730. Febr. 21. & qui hodie à 12. Jul. anni ſuperioris 1730. præeſt inter Papas ducenteſimus ac quinquageſimus, *Clemens XII.* (Laurentius Corſini, Neapolitanus.) Cum autem ex multitudine illa ſcriptorum, qui vel Romanorum Pontificum ſucceſſionem conſignarunt, vel de vitis eorum geſtiſque tractavere, ſelectam notitiam eodem loco p. 744. cum ſtudioſis communicare inſtituerim, brevè quoddam eorundem ſpicilegium, veterum primum, deinde recentiorum præſenti loco repræſentare licebit.

Catalogus Pontificum quem ad *S. Damaſum* perperam referunt nonnulli, deſinens in *Liberii* obitu A. C. 354. poſt Jo. Cuſpinianum editus ab *Ægidio Bucherio* de doctrina temporum p. 269. - 273. Antwerp. 1634. fol.

Liber vetus Pontificalis, ſive Catalogus & Acta Romanorum Pontificum, è quibus Anaſtaſius, de primis LV. Romanis Pontificibus, quorum ultimus *Felix IV.* qui A. C. 530. obiit: à Godfrido Henſchenio editus in Actis Sanctor. in limine T. 1. April. & cum *Lucæ Holſtenii* & *Schelſtrateni* notis & emendationibus in hujus Tomo I. Antiquitatis illuſtratæ. Rom. 1692. fol. pag. 401. - 495.

Anaſtaſii Bibliothecarii, ſæculo nono inclinante clari, vitæ Pontificum deſinunt in *Nicolao I.* qui obiit A. C. 867. Hæ cum vita Hadriani II. & Stephani VI. poſt editionem Moguntinam quam ex Marci Velſeri Bibliotheca curavit *Jo. Buſæus* S. J. 1602. 4. & Pariſienſem *Caroli Annibalis Fabrotti*, cum Anaſtaſii Hiſtoria Eccleſiaſtica, inter Hiſt. Byzantinæ ſcriptores Pariſ. 1649. fol noviſſime ad MSS. recenſuit, iiſque vitam Leonis VIII. editam T. 7. Miſc. Baluzii p. 349. & vitas à Guilelmo Bibliothecario, Bernardo Gvidone aliiſque k) ſcriptas, quæ in *Joanne XXII.* terminantur, defuncto A. C. 1334. addidit vir ſupra laudes *Lud. Antonius Muratorius* tomo tertio Corporis ſplendidi ſcriptorum rerum Italicarum. Mediolan. 1723. fol. memorans etiam notas

k) Vide conſpectum meum theſauri litterarii Italiæ p. 27. ſeq.

notas in Anaſtaſium circa A. 1380. ſcriptas à *Petro Boërio*, Epiſcopo Urbevetano. Denique Anaſtaſianæ vitæ luculenter edi illuſtrarique cœperunt Romæ auſpiciis Clementis XI. Pontificis Max. à Viro celeberrimo *Franciſco Blanchino* Rom. 1718. 1723. & 1728. fol. quorum trium volumen ultimum in *Gregorio Magno* deſinit, cujus obitus incidit in A. C. 604. *Joannes* autem *Vignolius* Vir & ipſe eruditiſſimus Anaſtaſii vitas Pontificum integras, ſed præterito Anaſtaſii nomine ex MSS. Codices undeviginti emendatos cum variis lectionibus & notis edidit Romæ 1724. forma quarta majore, ſub titulo *libri Pontificalis, ſeu de geſtis Romanorum Pontificum.* Notæ Antonii Dadini Alteſerræ in Anaſtaſium prodierunt Pariſ. 1680. 4.

Quod ſub *Luitprandi* Ticinenſis Diaconi nomine ambulat opuſculum de vitis Pontificum; deſinit in Formoſo quem A.C. 896. conſtat vita diſceſſiſſe. Prodiit Jo. Buſæo S. J. curante cum *Albonis* ſive *Abbonis* Floriacenſis Abbatis Epitome ex Anaſtaſio, in qua ultimus Papa, cujus vita deſcribitur eſt *Gregorius Magnus*. Obiit Abbo A.C. 1004.

Flodoardi, qui A. C. 966. diem obiit, geſta Pontificum Romanorum libris XIV. ſcripta Latino metro nondum viderunt lucem præter fragmentum quod affert Jo. Mabillonius ſæcul. 3. Benedictin. parte 2. p. 569.

Catalogi duo Pontificum in *Mabillonii* Analectis T. 3. p. 426. 428. & edit. novæ p. 218.

Catalogus à laudatiſſimo *Montfaucono* editus ante tomum I. operum S. Athanaſii p. XC.

Catalogi quatuor cum vetuſto marmore dies Pontificum natales exhibente præmiſſi vitis Anaſtaſianis à *Vignolio*. Rom. 1724. 4.

Catalogus usque ad A. 757. vulgatus ab *Aguirrio* T. 1. Concil. Hiſpan. p. 17. è MS. Vaticano, & recens ab A. 715. ad 1691. T. 3. p. 51-64.

Catalogus præmiſſus Chronico *Farenſi* & in *Benedicto IX.* deſinens T. 2. parte 2. ſcriptorum Italiæ celeberr. *Muratorii* p. 305.

Catalogus quem *Jo. Georgius Eccardus* exhibet T. 1. Corporis Hiſtoricorum medii ævi p. 25. cui etiam debemus *Ricobaldi* Ferrarienſis hiſtoriam Pontificum usque ad ſæculum XIV. 1189.-1224.

& *Theo-*

& *Theodorici de Niem* à Nicolao IV. ad Urbanum IV. p. 1161-1224. nec non Catalogum Pontificum compoſitum non diu poſt A. 1048. T. 2. p. 1629. Chronicon Pontificiale *Amalrici Angerii* de Biterris, compoſitum ſub Urbano V. T. 2. p. 164-1814.

Franciſci Petrarchæ Chronica delle vite de' Pontifici e Imperatori Romani. Venet. 1507. 4. editio ſincera & integra.

Platina A. 1479. primum Venetiis editus deſinit in Paulo II. Ultimus eorum qui additi ab *Onufrio*, eſt Pius IV. ab *Antonio Cicarella* acceſſere inſecuti usque ad Paulum V.

Abrahami Bzovii Romanus Pontifex, ſive de geſtis Pontificum à Petro ad Paulum V. Colon. 1619. fol.

Papyrius Maſſonus de Epiſcopis Urbis, libri VI. usque ad Gregorium XIII. Pariſ. 1586. 4.

Gundiſalvi de Illeſcas hiſtoria Pontifical y Catolica, las vidas y hechos notables de todos los ſumos Pontifices Romanos, y el ſtado de la Igleſia Chriſtiana: usque ad A. 1572 cum continuatione *Ludovici de Bavia* ad A. 1605. & *Marci de Guasdelaxara* ad A. 1624. & *Joannis Banos de Velaſco* usque ad A. 1645. Madrit 1572. 1652. 1678. fol. VI. Volum.

Alfonſi Ciacconii Biacenſis, Ord. Prædicator. opus de vitis Pontificum & Cardinalium prodiit primum Romæ 1601. fol. continuatum illuſtratumque à Franciſco *Cabrera Morali* & *Andrea Victorello*, usque ad Clementem VIII. Deinde à *Ferdinando Ughello* & *Hieron. Aleandro* usque ad Urbanum VIII. Rom. 1630. fol. 2. Volum. & denique ab *Auguſtino Oldoino* S. J. usque ad Innocentium XI. Rom. 1677. fol. quotuor Volum.

Ferdinandus Ughellus tomo primo Italiæ ſacræ.

Claudii Molineti vitæ Pontificum numis illuſtratæ, à Martino V. ad Innocentium XI. Pariſ. 1679. fol. opus ſuppletum & continuatum à *Philippo Bonanni* S. J. Rom. 1700. fol. 2. Volum.

Jo. Palatii geſta Pontificum Rom. Venet. 1687. 1688. 1690. fol. quinque Volum, quæ cum ejus geſtis Cardinalium adſcribuntur libris prohibitis in indice Clementis XI. p. 273.

Franciſci Pagi Ord. Minorum, breviarium hiſtorico Chronogico

gico Criticum geſtorum Pontificum Romanorum: tomi quatuor, quorum ultimus poſtumus ſtudio Antonii Pagi, junioris, auctoris propinqui continuatus & a Clemente V. incipiens deſinit in Eugenio quarto, Antwerp. 1717. - 1727. 4. Diem obiit Franciſcus A. 1721. 21. Jan. Antonius vero Pagi ſenior, cui Cenſuram Baronianam debemus, vita diſceſſit Aquis Sextiis A. 1699. menſe Junio.

Noviſſimè Hiſtoriæ Paparum accuratioris à Petro ad Benedictum XIII. Gallice edendæ ſpes facta eſt, à viro docto Gallo, Romana ſacra profeſſo, edita ſpiciminis in vicem vita Gregorii VII.

III. Canon ſextus Concilii Nicæni ex interpretatione Rufini lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 6. ſtatuit ſervandam conſuetudinem vetuſtam, ut Epiſcopus Romanus *Eccleſiarum ſuburbicariarum* & Alexandrinus Ægypti ſollicitudinem gerat. Per has Eccleſias ſuburbicarias ſunt qui putant à Rufino intellectum territorium Præfecti Urbis, intra centeſimum ab Urbe lapidem, quod in veteribus notitiis Epiſcopatuum ἐπαρχία ὑρβικαρία appellatur, & in Imperatoriis reſcriptis venit nomine *ſuburbicariarum regionum*. Quam explicationem argumentis confirmarunt:

Jacobus Gothofredus conjectura de ſuburbicariis Regionibus & Eccleſiis, ſeu de Præfectura & Epiſcopi Urbis Romæ diœceſi, diſſertationes duæ Francof. 1617. 4. & in conjecturæ ejus Vindiciis, & ad Cod. Theodoſ. lib. XI. tit. 1. leg. 9. Tom. 4. p. 18. ſeq.

ſtituta jam a Rege Alphonſo, & Toletum Saracenorum poteſtati, ſub qua per 370. fere annos gemuerat, ereptum A. C. 1088. Archiepiſcopus Toletanus primas Hiſpaniæ. vide Pagium ad A. C. 1088. n. 6. ſeq. & 1090. ſq. ubi de Mezquita ſive moſchea majore in Eccleſiam verſa. Ab eo tempore variis cladibus acceptis Maurorum res minui, Chriſtiana ſemper augeri majoribus incrementis cœpit.

S. TERESIAM Virginem, quæ defuncta A. 1582. ſanctis A. 1621. adſcripta eſt a Gregorio XV. cum Hiſpaniarum Patronam ſingularem ſcripto commendaret *Franciſcus Morobellus de Puebla*, edito Hiſpanice Malacæ 1628. illud non ſine præjudicio Jacobi majoris, Apoſtoli, unici illorum regnorum Patroni factum notat Nic. Antonius Bibl. Hiſpan. T. 1. p. 344. pro cujus adventu in Hiſpaniam & plantata illic Eccleſia Chriſtiana usque adeo contenderunt jam pridem Hiſpani plerique, ut *Barthol. Laurentius* ſingularem librum indice ſcriptorum pro illa cauſa impleverit, edito Cæſarauguſtæ A. 1591. à quo tempore non pauciores in illo argumento experti ſunt vires ingenii, ut præter ſupra laudatos *Jo. Fernandus de Velaſco*, è quo Latine *Erycius Puteanus*: *Antonius Caracciolus*, *Bartholomæus Ferrus*, *Franciſcus à Jeſu*, *Franciſcus de Melgar*, *Chriſtophanus de Meſa*, *Thomas de Mouroi*, *Franciſcus Quevedo de Villegas*, *Jo. Paulus Martyr Rizo*, *Petrus de Loſada*, *Didacus de la Mota*, *Alphonſus de Reqvena*, *Joannes de Salazar*, *Michael de Salinas*, *Caſpar Sanctius*, *Stephanus Menochius* in Miſcellaneis (le Stuore) Centur. 3. cap. 25. aliique qui a Nic. Antonio in Bibl. Hiſpan. & à Raph. Savonarola in Orbe terrarum, ſcriptorum calamo delineato appellantur.

LUSITANI primordia Chriſtianæ Religionis repetunt à Diſcipulis S. Jacobi majoris, de quibus ſupra ex Martyrologio Romano 15. Maj. vide Manuelis de Faria & Souſa hiſtoriam regni Portugalliæ parte 2. pag. 90. ſeq. edit. novæ Bruxell. 1731. fol.

Georgii

defenſio fidei in cauſa Neophytorum ſive Moriſcorum regni Valentiæ, de quo utroque ſcripto Jacobus Echard in Bibl. Scriptorum Ordinis Prædicator. T. 2. pag. 424. 426. vide ſis etiam *Marcum de Guadalaxara* T. V. p. 124. ſqq. 149. ſq. 158. *Ludovici de Marmol*, hiſtoria del rebellion y caſtigo de los Moriſcos del Reyno de Grenada. Malaga 1600. fol.

Georgii Cardoſi Hagiologium Luſitanum, Ulyſſipone 1652. 1657. 1666. fol. 3. Volum. *Luſitanice.*

Ludovici de Cacegas de Monachis Dominicanis Luſitaniæ, & regnorum Luſitanis ſubjectorum, ex recenſione Ludovici de Souſa, Madrid 1623. *Hiſpanice.*

Bartholomæi Gverre S. J. Corona Regni Luſitaniæ, ſive elogia Virorum illuſtrium qui in imperio Luſitanico pro CHriſti fide mortem oppetiere. *Luſitanice.*

Mauri qui ab A. C. 712. Hiſpaniam & Luſitaniam invaſerunt, non tamen Chriſtianos omnes potuere opprimere, qui magis magisque vires recollegerunt, ita ut ab Henrico Comite Portugalliæ qui A. C. 1112. obiit, ejusque filio Alfonſo deſtructa ſint Maurorum regna: ipſe primus Luſitaniæ Rex A. 1139. & defunctus Conimbricæ A. 1185. ætat. 91. De his Manuel de Faria & Souſa parte 3. & cæteri hiſtoriæ Portugallicæ ſcriptores Antonius Brandaon, Eduardus Nunez, Eman. Conſtantinus, Joſephus Texeira, Anton. Vaſconcellus, le Quien de Neufville, Joſue Rouſſeau, Renatus Aubertus Vertot &c.

Luſitanis * Rege Joanne V. Patriarcham conceſſit Clemens XI. A°. C. 1716. Archiepiſcopi BRACCARENSIS ab A. C. 1123. (*Braga*) ſub quo Epiſcopi 1) Portuenſis, *Porto.* 2) Viſeenſis, *Viſeo.* 3) Mirandenſis, *Miranda.* 4) Lamecenſis, *Lamego.* 5) Gvardienſis, *Gvarda.* ULYSSIPONENSIS ſive OLISIPONENSIS, LISBONENSIS Archiep. (*Lisboa*) ab A. C. 1390. ſub quo Epiſcopi: 6) Conimbricenſis, *Coimbra.* 7) Albenſis, *Elvas.* 8) Lerienſis, *Leyra.* 9) Portalegrenſis *Portalegre.* EBORENSIS Archiepiſcopus ab A. C. 1541. ſub quo Epiſcopus 10) Silvenſis ſive Algarbienſis in urbe Phrao, *Silves, Faro.*

Omitto qui Ulyſſiponenſi ſubeſſe feruntur extra Europam Epiſcopi, Septenſis (*Ceuta*) in Barbaria Africæ, Funchalenſis in inſula Madera, Angrenſis in Tercera inſula: Congenſis in regno Congo ad Africæ oram: Capitis Viridis ſive Heſperidum inſularum, Inſulæ S. Thomæ, & Braſilienſis in urbe omnium Sanctorum. Et qui ſimiliter Eborenſi ſubeſt Archiepiſcopo, Epiſcopus in Africa Tingenſis ſive Tingitanus.

Anto-

* Confer quæ notavi in Indice, infra p. 104.

Antonius Carvalho de Coſta, Corografia Portugveza, * Lisboa 1706. 1708. 1712. fol. 3. Vol. *Raphael Bluteau*, in Vocabulario Portugallico & Latino, *Auberti Miræi* notitia Epiſcopatuum p. 191. ſeq. Jo. Petri Ludovici Ausführlicher Staat von Portugal. Halæ 1734. 8. &c.

Antonii de Souſa Macedo Luſitania infulata & purpurata, Pontificibus Romanis & Cardinalibus illuſtrata: Pariſ. 1663. 1973. 4.

* Acta Erud. T. 9. ſupplementi p. 481.

Caput XVII.

De Originibus & ſucceſſibus Religionis Chriſtianæ in GALLIIS.

I.

Cum de veterum Gallorum ethnicorum idololatria & ſuperſtitioſis ritibus exſtet elaboratum opus clariſſimi viri *Jacobi Martini*, ex illuſtri S. Mauri congregatione Monachi Benedictini: typis exſcriptum Pariſ. 1724. 4. longe plurium doctorum hominum induſtria verſata eſt in inquirendis illuſtrandisque primordiis Chriſtianiſmi in Gallia, & notando tempore quo in illa primum ſuſcepta eſt CHriſti fides, & Eccleſiæ Chriſtianæ conſtitutæ ſunt. Itaque de hoc argumento, præter *Sammarthanos* in Gallia Chriſtiana, recensque edi cœptum opus *Jacobi* ** *Longevallii*, S. J. conſuli poſſunt:

Stephanus Paſquier, recherches de la France lib. III. c. VI. ſeq.

Franciſcus Bosquetus Epiſcopus Monspelienſis tomo I. Eccleſiæ Galliæ hiſtoriarum, Pariſ. 1633. 8. 1636. 4. (Journal des Sav. 1676. pag. 235. Unſchuldige Nachrichten A. 1726. p. 225.)

Claudii Eſpencæi Opera pag. 442.

Scipio

** Hiſtoire de l'Egliſe de France, depuis l'etabliſſement de la Religion Chrétienne dans les Gaules, jusqu'a preſent. Paris 1730. 4. *Critique desintereſée des Journaux literaires* T. 2. p. 228. *Journal des Sav.* 1730. *Nov.* pag. 428.

Scipio du Pleix in opere Memoriarum Gallicarum, editarum Gallice Pariſ. 1619. 4. de l'etat de la Religion Chrétienne dans les Gaules ſous les Empereurs Romains, jusqu'au commencement de la Monarchie Françoiſe.

Petrus de Marca, Epiſtola ad Henr. Valeſium, de tempore quo primum in Galliis ſuſcepta eſt CHriſti fides. Præmiſſa Euſebii Hiſt. Eccleſiaſticæ Valeſianæ. Pariſ. 1659. fol. & in Opuſculis Archiepiſcopi à Steph. Baluzio editis Pariſ. 1669. 8. & in Actis Sanctor. T. V. Junii 30. p. 544.

Joannes Launojus in diſpunctione hujus Epiſtolæ. Pariſ. 1659. 8. & Tomo ſecundo Operum edit. novæ Genevenſis.

Gerardi du Bois Congreg. Oratorii presb. de primis Eccleſiis Galliæ, libro I. Hiſt. Eccleſiæ Pariſienſis 1690. fol. tomo I.

Tillemontius T. IV. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 439. ſqq. 703. ſeqq.

Jo. Richardſon prælect. Eccleſiaſtic. XXIX. & XXX. Lond. 1726. 8. Anglice.

Natalis Alex. Seculo I. Hiſt. Eccleſ. diſſ. 16.

De la Mare traité de la Police liv. 1. tit. 2. p. 257. ſqq.

Bernardi Labenazie, Canonici Aginnenſis diſſ. de tempore quo primo Evangelium prædicatum in Galliis. Toloſæ 1691. 12. ſur le tems auquel la Religion Chretienne a etablie dans les Gaules (*ſæculo ſecundo, non primo*) a Toulouſe 1703. *Journal des Savans A.* 1703. *pag.* 1071.

Jacobus Baſnage hiſt. de l'Egliſe lib. V. cap. 2. Tom. 1. pag. 219. ſqq.

Joannis Launoji diſſertationes tres, quarum *una* Gregorii Turonenſis * lib. 1. hiſt. Francorum c. 27. locus de ſeptem Epiſcoporum

Ccc

* Verba Gregorii ſunt: *Hujus* (Decii) *tempore ſeptem viri Epiſcopi ordinati ad prædicandum in Gallias miſſi ſunt, ſicut hiſtoria paſſionis S. Martyris Saturnini* (Epiſcopi Toloſani, apud Surium 29. Novembr. & in actis ſelectis Ruinarti p. 130.) *denarrat: ait enim ſub Decio & Grato COSS.* (A. C. 250.) *ſicut fideli recordatione retinetur, primum ac ſummum Toloſana Civitas habere cœperat Sacerdotem. Hi ergo miſſi ſunt: Turonicis GRATIANUS Epiſcopus, Arelatenſibus TRO-*

rum adventu in Galliam, ſub Decio & Grato COSS. *altera* locus Sulpitii Severi * lib. 2. Hiſt. cap. 46. de primis Galliæ martyribus defenditur, & in utraque diverſarum Galliæ Eccleſiarum Origines tractantur. Tertia quid de primi Cenomanorum Antiſtitis *Juliani* epocha ſentiendam ſit explicatur, nec à Petro Apoſtolo aut Clemente miſſum ſed longe juniorem fuiſſe oſtenditur. Pariſ. 1651. & 1670. 8. contra *Jo. Blondonnetum* Benedictinum in vitis Epiſcoporum Cenomanenſium Gallce editis. Vide Jacobi Longi Bibl. hiſtor. Galliæ pag. 200. Bondonnetus quam vocat refutationem Launojo oppoſuit Gallice 1653. 4.

De S. DIONYSII adventu in Gallias, quem Dionyſium Areopagitam volunt alii, ut:

Baronius ad Martyrolog. Rom. 9. Octobr. & 15. Nov. ubi de *Eugenio* Toletano Dionyſii diſcipulo.

Franciſcus Gerſon Theologus Pariſ. Epiſtola ad Sirmondum, Gallice edita Pariſ. 1641. 8. & in apologia pro Dionyſio, Lazaro, Trophimo & aliis Galliæ Apoſtolis. 1642. 8. *Jo. Samblancatus* in Galliæ Palladio, Toloſæ 1641. 8.

Germanus Millet Benedictinus in vindicata Eccleſ. Gallicanæ gloria. Pariſ. 1638. 8. contra Sirmondum, & in reſponſione ad Jo. Launoji diſſ. Paris 1642. 8. *Hugo Menardus* Benedictinus de unico Dionyſio contra Launoji diſcuſſionem, Pariſ. 1643. 8. *Jacobus Doublet* Decanus Abbatiæ S Dionyſii, in Hiſtoria Chronologica Gallice edita de veritate S. Dionyſii Pariſ. 1646. 4.

Natalis Alexander T. I. Hiſt. Eccleſ. N. T. diſſ. 16. *Petrus Franciſcus Chiffletius* S. J. in Opuſculo † de S. Dionyſii ætate, Pariſ. 1676. 8.

Gabriel

PHIMUS Epiſcopus, Narbonæ PAULUS Epiſcopus, Toloſæ SATURNINUS Epiſcopus, Pariſiacis DIONYSIUS Epiſcopus, Arvernis STREMONIUS Epiſcopus, Lemovicinis MARTIALIS eſt deſtinatus Epiſcopus. Gregorio aſſentitur *Adrianus Bailletus*, qui horum ſeptem Epiſcoporum geſta in vitis Sanctorum Gallice editis retulit ad tempora Fabiani Papæ.

* Verba Sulpicii Severi: *Sub Aurelio Antonini filio perſecutio quinta agitata, ac tum primum inter Gallias martyria viſa, ſerius trans Alpes religione ſuſceptâ.* Confer Euſeb. lib. V. Hiſtor. & in Chron.

† Journal des Sav. 1676. p. 284.

Gabriel de Caumont libro ſingulari. Pariſ. 1673. & cum additionibus 1674. 8. *Andreas du Sauſſay* de Myſticis Galliæ ſcriptoribus pag. 343. ſqq.

Bernardus Labenazie in diſſertationibus Launojo oppoſitis, in defenſione antiquitatis Eccleſiarum Galliæ, Agenni 1696. 12.

Laurentius Cozza de S. Laurentio Ord. Minor. in vindiciis Areopagiticis Rom. 1702. 8.

Leo de S. Joanne Carmelita in ſcripto, la France convertie. paris 1661. 8.

Alii rectius ab eo diſtinguunt:

Ut *Nicolaus Faber* apud Honoratum de S. Maria, reflex. ſur les regles & ſur l'uſage de la Critique T. 1. diſſ. VI. p. 198.

Jac. Sirmondus T. 1. Concilior. Galliæ A. 1629. & cum Launojo de duobus Dionyſiis & T. 4. Opp. Sirmondi. 1696. fol. p. 354.

Jo. Morinus de ſacris ordinatt. part. 2. cap. 2. ſeqq. *Joannes Launojus* de duobus Dionyſiis Pariſ. 1660. 8. & in judicio ſuper Petri Franciſci Chifletii diſſertatione. Pariſ. 1677. 8. & in miraculis Dionyſii Pariſienſium Apoſtoli. Pariſ. 1641. 8. & in animadverſionibus ad Jo. Samblancati Palladium Galliæ. ibid. & in diſcuſſione reſponſionis Germani Millet. ibid. & tomo ſecundo operum quæ jam Genevæ recuduntur: adde *D. B. Antonij Reiſeri* noſtri Launojum Confeſſorem p. 765. ſq.

Gerardus du Bois, Congreg. Orator. presbyter in hiſtoria Eccleſiæ Pariſ. lib. I. cap. 5. 6. de celebri controverſia, an S. Dionyſius Pariſienſis Epiſcopus Areopagita, quæ de ea doctorum hominum opinio, quando primum orta. Pariſ. 1690. fol.

Tillemontius T. 4. memor. Hiſt. Eccleſ. pag. 439. *Lud. Ellies du Pin* &c.

De hoc Dionyſio primo Epiſcopo Pariſ. & ejus martyrii ſociis præterea conſuli poſſunt:

Vitæ Sanctorum editæ Gallice à *Franciſco Giry*, Minimo, *Adriano Bailleto*, 9. Octobr. ne dicam de aliis quos laudat Vir Clariſſ. Jacobus le Long p. 36. Bibl. hiſtor. Gall.

Martyrolog. Rom. 22. Sept. *Apud pagum Caſtrenſium, S. JONÆ presbyteri & martyris, qui cum S. DIONYSIO profectus in Galliam juſſu Juliani præfecti verberibus cæſus, gladio martyrium conſummavit. - - Apud civitatem Meldenſem B. SANCTINI Epiſcopi, diſcipuli S. DIONYSII Areopagitæ, qui ejusdem civitatis Epiſcopus ab eo conſecratus, primus illic Evangelium prædicavit.*

De reliquiis S. Dionyſii, Pagius ad A. C. 1052. n. 7. ſqq.

S. PHILIPPUM in Galliis Evangelium prædicaſſe affirmant quidam ex Iſidoro Hiſpal. ſed refellit Tillemontius in nota prima ad vitam Philippi Apoſtoli T. 1. memor. hiſt. pag. 645. edit. Pariſ. Sam. Baſnage ad A. C. 46. n. 34.

JACOBUM majorem, Andibus ſepultum contendit ſingulari libro A. 1610. edito Claudius Menardus, *recherches & avis ſur le Corps de S. Jaques le Majeur.* Bibl. Françoiſe T. 13. p. 243.

Martyrolog. Rom. 22. Mart. *Narbonæ in Gallia natalis S. PAULI Epiſcopi Apoſtolorum diſcipuli, quem tradunt fuiſſe SERGIUM PAULUM ProCOS.* (Actor. XIII. 7.) *qui à B. Apoſtolo Paulo baptizatus, & cum in Hiſpaniam pergeret, apud Narbonam relictus, ibidem Epiſcopali dignitate donatus eſt; ubi prædicationis officio non ſegniter expleto, clarus miraculis migravit in cælum.*

Pro B. MARIÆ MAGDALENÆ, LAZARI, MAXIMINI & MARTHÆ in Gallias appulſu.

Sigebertus Gemblacenſis ad A. C. 745.

Baronius ad A. C. 35. & *ad Martyrolog. Rom.* 29. Jul. ubi de Martha, Taraſci in Gallia Narbonenſi. & 17. Dec. ubi de Lazaro, primo ut ajunt Epiſcopo Maſſilienſi.

Jean Scholaſtique Pitton, Docteur en Medicine, diſſ. hiſtorique pour la ſainte Egliſe d' Aix, que S. Maximin, diſciple de Notre Seigneur JEſus CHriſt, & ſainte Marie Magdeleine, ſoeur de Lazare ſont venus en Provence, & ont fini leurs jours a Aix. Lugd. 1668. 4. contra Launojum.

Natalis

Natalis Alexander Sæculo I. diſſ. 17.

Vincent Reboul, Jacobin, dans la vie de la S. Magdalene. Gallice, Maſſiliæ 1661. 12.

Joannis de Chanteloup, l'Apôtre de Provence, ou la vie du glorieux Saint Lazare, premier Eveque de Marſeille. Maſſil. 1607. 8.

Joannes Balinus in poemate heroico de divæ Magdalenæ geſtis & navigatione in Provinciam, & poenitentiæ loco. Prævotii 1607. 8.

Jo. Baptiſta Gveſnay S. J. Magdalena Maſſilienſis advena. Lugd. 1643. 4. contra Launojum: & ejusdem (ſub nomine *Petri Henrici*) auctarium hiſtoricum & diſquiſitio diſquiſitionis cum ſcholiis. 1644. 4. & ad calcem annalium Provinciæ Maſſilienſis Lugd. 1657. fol.

Honorati Bouche Vindiciæ fidei & pietatis contra Launojum. Aquis Sextiis 1644. 8. & Gallice 1663. 4.

Michaelis Jordani, Ord. Præd. ratio vindicatrix calumniæ, contra Launojum. ibid. 1644. 8.

Honorati Leothardi Thyrienſis ſive *Theophili* potius *Raynaudi* S. J. Hercules Commodianus (Launojus) repulſus. ibid. 1646. 8. & tomo XVIII. operum Raynaudi.

Denis de la Sainte Beaume ſive potius *Gveſnæi* triumphus reliquiarum S. Magdalenæ. Gallice 1647. 8. contra Launoji ſentimens ſur le livre du Pere Gveſnay.

Antonius de Ruffi libro X. hiſtoriæ Maſſiliæ Gallice editæ, *Carolus Stengelius* in vita Mariæ Magdalenæ &c.

Contra diſputant:

Jo. Launojus diſſ. de commentitio Lazari, Maximini, Magdalenæ & Marthæ in Provinciam appulſu. Pariſ. 1641. 8. Ejusdem ſentimens ſur le auctarium du Pere Gveſnay. Pariſ. 1646. 8. diſquiſitio diſquiſitionis de Magdalena Maſſilienſi advena. Magdalenæ Vezalienſis & Sammaximianenſis monumenta. Diſpunctio libri Bucheiani, Diſſertationis & Diſquiſitionis confirmatio quadruplex. Pariſ. 1660. 8. Hæc jam recuduntur Genevæ inter Opera Launoji quinque comprehendenda voluminibus, tomo ſecundo, additis Epiſtolis duabus ad Marchettium, ex Mercuriis Anni 1723. Vide ſis etiam *D. Antonii Reiſeri* Launojum Confeſſorum p. 777. ſq.

Tillemontius 2. tomo memoriar. *Sam. Basnage* ad A. C. 35. n. 25. ſeqq.

S. JULIANUS, primus Cenomanenſis Epiſcopus.

Martyrologium Rom. 27. Januar. *Apud Cenomanos depoſitio S. Juliani, primi ejusdem Urbis Epiſcopi, quem S. Petrus illuc ad prædicandum Evangelium miſit.* Confer ibi Baronium & Bollandum.

Epiſcopos à S. Petro in Galliam miſſos *Dionyſius de Rives* a) commemorat traditione ſed parum explorata *Rhemenſem, Catalonenſem, Senonenſem, Aurelianenſem, Carnotenſem, Pariſienſem, Meldenſem, Rotomagenſem, Bajocenſem, Turonenſem, Cenomanenſem, Bituricenſem, Arvernum, Viennenſem, Arelatenſem, Aquenſem, Avenionenſem, Engoliſmenſem* &c.

De ſeptem Epiſcopis qui à PETRO Apoſtolo in Galliam, atque ut alii, etiam in Hiſpaniam miſſi incerta fide feruntur TORQUATO, CTESIPHONTE, SECUNDO, INDALECO, CÆCILIO, ESICIO ſive HESYCHIO & EUPHRASIO, vide Tillemont. Tom. 1. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 200. ſeq. edit. Pariſ.

De MARTIALI LEMOVICENSI, Aquitaniæ Apoſtolo.

Ordericus Vitalis lib. 2. Hiſt. Eccleſ. p. 428. ſeq.

Hieron. Xaverius in hiſtoria Petri Apoſtoli ſcripta Perſice & cum verſione Latina à Lud. de Dieu edita p. 81.

In Bibl. Thuana T. 2. p. 425. MSS. ſermones plures de S. Martiali & aliis Lemovicenſibus. *Aurelianus* Lemovicenſis, quem Martiali ajunt ſucceſſiſſe, in ejus vita edita, Pariſ. 1566. cum Abdia, *Dan. Papebrochius* in Actis Sanctorum T. V. Junii 30. p. 535. ſeqq. & 538.

Concilium Pictavienſe A. 1023. & Pariſienſe A. 1024. pro Apoſtolatu S. Martialis, de quibus Bulæus in hiſtoria Academiæ Pariſ. T. 1. p. 3737. ſeq. & Pagi ad A. C. 1023. n. 2. & A. 1024. n. 12. ſq. qui Jordanum Lemovicenſem Epiſcopum obſervat reſtitiſſe huic novitati, nec Apoſtolis ſed Confeſſoribus adſcribendum Martialem contendiſſe. Videſis ad A. 1025. n. 10. ſed & ad A. 1029. n. 2. A. 1032. & 1034. n. 7.

Concilium Lemovicenſe duplex de Apoſtolatu S. Martialis, celebratum A. C. 1029. 1031. ad calcem T. 2. Bibl. MSS. Philippi

a) In triplici tractatu p. 469. ſeq.

lippi Labbei, & in Conciliis edit. Labbeanæ T. IX. & T. VI. Harduin. Johannis XIX. Papæ Epiſtola ad Jordanum pro Apoſtolatu Martialis T. IX. Concil. Labbei. Ademari Epiſtola MS. apud Baluzium; de qua Dupinius Tom. VIII. Bibl. ſcriptor. Eccleſ. & Acta Erud. A. 1698. pag. 238.

Epiſtola Martialis ad Burdegalenſes, eorumque Epiſcopum Gilbertum, & altera ad Toloſanos inventæ A. 1060. vel 1100. vide Labbei Bibl. MSS. T. 2. pag. 288. 298. Easdem poſt edit. Badianam, repetitas in micropresbytico, Orthodoxographis & in Patrum Bibliothecis, Seorſim cum notis edidit Geverhardus Elmenhorſtius Hamb. 1614. 4. Spurias eſſe docet præter alios Nic. Nourritus apparatu ad Bibl. Patrum T. 1. diſſ. IX. & Dionyſius Sammarthanus T. 2. Galliæ Chriſtianæ. Vide & Caſp. Barthii adverſaria lib. XLV. capit. 7. & 21. *Auguſtinum* Varenium parte I. rationarii p. 153. ſeq. D. Tho. Ittigium diſſ. de Patribus Apoſtolicis pag. 72. ſeq. Unſchuldige Nachrichten A. 1705. pag. 807. ſeq.

Andreas du Sauſſay de Myſticis Galliæ ſcriptoribus p. 302. ſeq. Apoſtolatum Martialis propugnat contra Petrum Molinæum, ſicut & in notis ad Martyrologium Gallicanum 3. Kal. Jul

Bonaventure de S. Aimable, Carme dechauſſé, la vie de S. Martial, ou defenſe del' Apoſtolat de S. Martial & autres, contre les Critiques de ce tems. 3. Volum. fol. opus immane 1676. 1683. 1685. Lemovici. Nouvell. de la rep. des lettr. 1688. p. 928.

Jo. de Fraiſſe, Chanoine de Clemont, l'origine des Egliſes de France, prouvée par la ſucceſſion de ſes Eveques, avec la vie de S. AUSTREMOINE. oppoſitus libro cui titulus *l'Apoſtolat de S. Martial*, & Gregorii Turonenſis fidem de Chriſtiana Religione per ſeptemviros, tempore Decii illata Galliæ propugnans, Pariſ. 1688. 8. *Nouv. de la Rep. des lettres* 1688. pag. 928. *Hiſt. des Ouvrages des Sav.* 1688. *Octobr.* pag. 147.

Bernard de Labenazie, Chanoine de S. Caprais d'Agen, defenſe del' Antiquité des Egliſes de France contre le livre intitule l'Origine des Egliſes de France & contre les principes de Launoy. Agen 1696. 12.

Joannes Cordeſius, Canonicus Lemovicenſis in diſſ. quam Bonaventura de S. Amabili inſeruit T. 1. pag. 146. Hæc diſſertatio Latine

ne verſa de tempore quo S. Martialis in Aquitaniam miſſus eſt, occurrit in Franciſci Boſqueti Hiſt. Eccleſiæ Gallicanæ Tom. 1. p. 50. & in Actis Sanctor. T. V. Junii p. 535.

Radulphus Tungrenſis: *Benedictionem Epiſcopalem Martialis Epiſcopus, Apoſtolorum diſcipulus ex magiſterio Apoſtolorum tradidit, quas probabile ſequentium ſtudium auxit, & Ambroſius dicere coepit.* Confer Jacobum Goarum ad euchologium Græcorum p. 922.

Martyrologium Rom. 16. Maj. *Antiſiodori* S. PEREGRINI *primi ejusdem Civitatis Epiſcopi, qui a B. Xyſto Papa* (poſt ſæculi ſecundi initia circa A. C. 123.) *in Gallias cum aliis clericis miſſus, Evangelicæ prædicationis munere expleto, capitali ſententia damnatus, coronam meruit ſempiternam.*

Idem Martyrolog. 1. Nov. *In caſtro Divione S.* BENIGNI *presbyteri, qui à B. Polycarpo miſſus in Galliam ad prædicandum Evangelium,* ſub M. Aurelio martyrium obiit.

Ex LXX. diſcipulorum numero *Altinum* Aurelianenſes, *Julianum* Cenomanenſes, *Maternum* Colonienſes, *Sabinianum* Senonenſes & *Trophimum* Arelatenſes ſibi vindicant, incerta traditione. Vide David Blondellum de Epiſcopis & Presb. p. 102.

Martyrologium Rom. 9. Nov. *Apud Bituricas* S. Urſini *Confeſſoris, qui Romæ ordinatus a ſucceſſoribus Apoſtolorum, primus eidem Urbi deſtinatur Epiſcopus.*

Epitaphium *S. Cerati* Epiſcopi, in itinere Gallice edito duorum Benedictinorum clariſſimorum, Edmundi Martene & Urſini Durandi T. 2. parte 2. pag. 37.

Inter Pontifices quos primum Gallia vidit,
Ceratus, Saturninusque *fuere ſodales.*
Ille Auſcis Eluſisque *fidem locat, iſte* Toloſæ,
Iſte ibi martyrio moritur, moriturque ſenecta
Alter in his oris, corpusque ex inde ſepulchro
Translatum huc, profert miracula, Spiritus illuc.
Ambo ſui memorem populum fecere medendo,
Qui corpus colit, & tumulo ſolemnia mittit,

De *Saturnino*, cujus vita apud Surium 29. Nov. vide Auguſtini Calmet hiſtoriam Lotharingiæ lib. 3. T. I. p. 130. ſeq.

De SS. SABINIANO & POTENTIANO, primis Senonenſibus Antiſtitibus, *Andreas du Sauſſay* libro de Myſticis Galliæ ſcriptoribus p. 279. ſqq. 300. ſqq.

De S. Saviniani translatione *Pagi* ad A. C. 1029. n. 1.

Hugo Mathoud Benedictinus in diſſ. de vera Senonum origine Chriſtiana, adverſus *Jo. Launoji* Criticas obſervationes. Pariſ. 1687. 4. *Bibl. univerſelle T. 17. p. 561.*

René Ouard, Chanoine de Tours, defence de l'ancienne tradition des Egliſes de France en la miſſion des premiers Predicateurs dans les Gaules, du tems des Apôtres ou de leurs diſciples immediats. Paris 1678. 12.

De S. LUCIANO Bellovacenſium Apoſtolo circa A. C. 245. Tillemontius T. 4. memoriar. Hiſt. Eccleſ. p. 537. ſqq.

Joannes Liron Benedictinus, apologie pour les Armoricains & pour les Egliſes des Gaules & particulirement de la Province de Tours, ou l'on fait voir que les Egliſes de Bretagne ſont plus anciennes que la deſcente des Bretons dans l'Armorique, & que cette Province a reçû la Foy Chrétienne dans le quatrieme ſiecle de l'Egliſe. Paris 1708. 12.

Guy Lobineau Contre apologie des Armoricains. Paris 1712. 8. defenſe de la nouvelle Hiſt. de Bretagne, ou reflexion ſur l'Apologie des Armoricains. *Journal des Savans ſupplement d'Année* 1708.

Martyrologium Rom. 1. Maj. *In Galliis, territorio Vivarienſi* (Viviers) *B. ANDEOLI ſubdiaconi, quem S. Polycarpus cum aliis ab Oriente miſit in Galliam, ad prædicandum Verbum DEI.*

Martyrolog. Rom. 8. Junii: *AQVIS in Gallia, S. MAXIMINI primi ejusdem Civitatis Epiſcopi, quem DOMINI Diſcipulum fuiſſe tradunt.* (unum nempe ex illis LXX.) vide Baronium.

Martyrolog. Rom. 25. Octobr. *Petragoricis in Gallia, S. FRONTONIS, qui à B. Petro Apoſtolo Epiſcopus ordinatus cum GEORGIO presbytero magnam illius Gentis multitudinem ad CHriſtum convertit, & miraculis clarus in pace quievit.*

Martyrolog. Rom. 27. Jun. *In Galatia S. CRESCENTIS, diſcipuli B. Pauli Apoſtoli, qui in Gallias tranſitum faciens, verbo prædicationis*

multos ad fidem CHRISTI convertit &c. vide ibi Baron. & ad 2. Timoth. IV. 10. Millium. Pro primo VIENNENSI in Gallia Epiſcopo venditat Ado.

Martyrolog. Rom. 1. Jul. *Viennæ S. MARTINI Epiſcopi, Apoſtolorum Diſcipuli.*

Martyrolog. Rom. 5. Auguſt. *Catalauni in Gallia S. MEMMII civis Romani, qui a S. Petro illius Civitatis Epiſcopus conſecratus populum ſibi commiſſum ad Evangelij veritatem perduxit.* Similiter MANSVETUM a Petro Apoſtolo tradunt miſſum primum Tullenſium Epiſcopum.

24. Sept. *Auguſtoduni natalis SS. Martyrum ANDOCHII presbyteri, THYRSI Diaconi, & FELICIS, qui à B. Polycarpo Smyrnenſi Epiſcopo ab Oriente directi ad docendam Galliam* &c.

Martyrolog. Rom. 1. Sept. *Rhemis in Gallia S. XYSTI, Diſcipuli B. Petri Apoſtoli, qui ab eo primus ejusdem Civitatis Epiſcopus conſecratus, ſub Nerone Martyrij coronam accepit.* Eundem Xyſtum alii etiam Sveſſionenſis Eccleſiæ Epiſcopum faciunt, ut ex Demochare Baronius annotavit.

Martyrolog. Rom. 1. Nov. *Aruernis S. AUSTREMONII primi ejusdem Civitatis* (circa A. C. 250.) *Epiſcopi.*

Viennenſium & Lugdunenſium Epiſtola ad Chriſtianos in Aſia & Phrygia de Martyrio S. POTHINI Epiſcopi Lugdunenſis & aliorum A. C. 177. apud Euſebium lib. V. hiſt. cap. 8. & in Ruinarti actis ſelectis pag. 62. Confer Tillemont. Tom. 3. memor. *hiſt. Eccleſ.* pag. 596. ſqq. Martyrolog. 2. Jun. & de S. *Irenæi* martyrio 28. Jun. qui traditur in perſecutione Severi cum omni fere Civitatis ſuæ populo coronatus eſſe Martyrio. De S. *Juſto* tempore Gratiani A. C. 379. idem Martyrolog. 2. Sept.

Dominicus de Colonia S. J. in hiſtoria litteraria Civitatis Lugdunenſis, edita Gallice. Lugd. 1728. 4.

Martyrologium Rom. 23. April. *Valentiæ in Gallia paſſio SS. Martyrum FELICIS presb. FORTUNATI & ACHILLEI Diaconorum, qui à B.* Irenæo *Lugdunenſi Epiſcopo ad prædicandum Verbum DEI miſſi, cum maximam partem illius Civitatis ad Fidem convertiſſent, - - ad extremum gladio conſummati ſunt.* & 16. Junii. *Veſontione in Galliis SS. Martyrum FERREOLI presbyteri & FERRUTIONIS Diaconi, qui a B. Irenæo Epiſcopo ad*

prædicandum Verbum DEI miſſi, poſtea ſub Claudio Judice diverſis pœnis excruciati, gladio feriuntur.

De Alexandro & aliis martyribus Lugdunenſibus ſub Antonino Vero, Martyrolog. Rom. 24. April.

29. Dec. *Arelate* S. TROPHIMI, cujus meminit S. Paulus 2. Timoth. IV. 20. qui ab eodem Apoſtolo Epiſcopus ordinatus præfatæ Urbi primus ad CHriſti Evangelium prædicandum directus eſt, ex cujus prædicationis fonte, ut S. Zoſimus Papa * ſcribit, tota Gallia fidei rivulos accepit. - - *Viennæ* in Gallia S. CRESCENTIS diſcipuli B. Pauli Apoſtoli, & primi ejusdem Civitatis Epiſcopi.

31. Dec. Apud *Senonas* Beatorum SABINIANI Epiſcopi & POTENTIANI, qui a Pontifice Rom. illuc ad prædicandum directi, eandem metropolin Confeſſionis ſuæ martyrio illuſtrarunt.

Martyrolog. Rom. 30. April. *Apud Santonas B. EUTROPII Epiſcopi & Martyris, quem S. Clemens Pontificalis Ordinis gratia conſecratum direxit in Galliam, perattaque diu prædicatione, ob CHRISTI teſtimonium colliſo capite victor occubuit.*

Martyrolog. Rom. 20. April. *Ebreduni in Galliis S. MARCELLINI, primi ejusdem Urbis Epiſcopi, qui DEI monitu cum ſanctis ſociis VINCENTIO & DOMNINO ex Africa veniens, maximam partem Alpium maritimarum Verbo & ſignis admirandis ad fidem CHriſti convertit.* Tempore Conſtantii Imp. Ad Conſtantini quoque tempora referendus MATERNUS, quem à Petro Apoſt. miſſum nonnulli perhibent. Vide Tillemontium T. VI. memoriar. Eccleſ. p. 701. Auguſtinum Calmet lib. 4. hiſt. Lotharingiæ T. I. p. 163.

* Zoſimus Papa in Epiſtola data A. C. 417. ad Epiſcopos per Gallias & ſeptem Provincias conſtitutos, ideo Viennenſem, & Narbonenſem utramque Arelatenſi ſubjicit, *quoniam*, inquit, *Metropolitanæ Arelatenſium Urbi vetus privilegium minime derogandum eſt, ad quam primum ex hac ſede TROPHIMUS ſummus Antiſtes, ex cujus fonte tota Galliæ fidei rivulos acceperunt, directus eſt.* Confer Pagium ad A. C. 401. n. 42. & 46. ubi ex Concilio Taurinenſi probat illis ſaltem temporibus non dubitatum de traditione, quod S. TROPHIMUS longe ante Deciana tempora Eccleſiam Arelatenſem fundaſſet.

A. C. 469. *CHLODOVEVS bellum intulit ALEMANNIS, tum in* Sueuia Franconia*que circumſidentibus: dubium; num eousque patuerit, tum* Alemannia? *Contigit proelium apud TOLBIACVM* (in vernacula Zülch,) *qui locus* Coloniæ Agripinæ *confinius. Clades fuerat ſaeua, cruenta, funeſta, magnaque, quam dederant tum ALEMANNI, vel devicti vel exterminati Germania fere universa. Dubio tamen marte ab initio dimicatum. Nam CHLODOVAEUS, adhuc paganus, habuerat res ſuas, fere in deſperatis. Qui etiam facile intellexerit hoc;* Franciam *tunc ceſſuram omnem* Alemannis, *ſi quidem diſcederent in hoc proelio victores. Vni ictui expoſitas fortunas omnes; regna; opes; populos. Adeo ceciderat animo: ut inſtar portenti divini haberet:* vincere Alemannos. *Imo CHRISTVM, quem ſpreverat paganus, exinde ſe cogniturum DEUM, ſi ſtragem cœlitus inferret hoſti. Narrant hiſtorici, inclamaviſſe regem cum ſuis in media acie: JESV CHRISTE, SI DEVS ES, OSTENDE TE VICTORIÆ LARGITOREM; VT VENERER TE NVMEN CVM MEA REGINA CLOTILDE! Illud eſt teſtatiſſimum:* Alemannos & Suevos in fugam actos fuiſſe, omnemque fere ALEMANNIAM ceſſiſſe CLODOVAEO. *Qui, hoc miraculo fuit convictus, de integritate fidei chriſtianæ. Qua ipſe ſtatim poſt in fonte ſacro Rhemis eſt initiatus. Auctores qui hæc deſcribunt præcipui ſunt* Gregorius *TVRONENSIS* lib. II. pag. 286. 287. *auctor vitæ S. VEDASTI* epiſcopi Atrebatenſis p. 525. 527. *ANONYMVS de geſtis regum Francorum* pag. 701. 702. *FREDEGARIVS* in hiſt. miſcella cap. 21. *RORICO* in geſtis Francor. lib. II. p. 806. *Quos omnes primo volumine exhibet Cheſneus.* Hæc Vir illuſtris Jo. Petrus de Ludewig in Vita Juſtiniani Imp. p. 504.

S. SEVERINUS, Abbas Monaſterii Agaunenſis, cujus precibus cultor DEI, Rex CLODOVEUS à diutina infirmitate liberatus eſt. *Martyrolog. Rom. XI. Februar.*

Sam. Frid. Bucheri, Oratio de Clodoveo, Rege primo Francorum Chriſtiano A. C. 494. in parergis Zittavienſibus pag. 33. ſqq. Budiſſæ 1731. 8.

Vita *S. VEDASTI* Epiſcopi Atrebatenſis apud Andream du Cheſne T. 1. & in Alcuini Opp. p. 1410. ſqq. Acta Sanctor. 6. Febr.

De CLOTILDE, Gondebaldi Burgundionum Regis filia, Clodovei conjuge, quæ ad maritum ſuum Chriſtianis jungendum omnem operam impendit, vide Gabrielis Danielis Hiſtoriam Regni Francici Gallice editam T. 1. p. 11. ſeqq.

Martyrolog.

Martyrolog. Rom. 3. Jun. *Pariſiis S. CLOTILDIS Reginæ, cujus precibus Vir ejus CLODOVEUS Rex fidem CHRISTI ſuſcepit.*

1. Octobr. *Remis in Gallia S. REMIGII Epiſcopi & Confeſſoris, qui Gentem Francorum convertit ad CHRISTUM, CLODOVEO ipſorum Rege, ſacro fonte Baptiſmatis, & Fidei ſacramentis initiato* (A. C. 496.) cum termille catechumenis.

5. April. *Venetiæ* (Vannes) *in Britannia minore, S. VINCENTII Confeſſoris, cognomento FERRERII, Ord. Præd.* (defuncti A. C. 1418.) *qui potens opere & ſermone, multa millia infidelium* (Judæorum & Saracenorum) *convertit ad CHRISTUM.* Confer Acta Sanctor. T. I. Aprilis.

7. Auguſt. *Rothomagi S. VICTRICII Epiſcopi, qui adhuc miles ſub Juliano pro CHRISTO abjiciens cingulum, a tribuno multis tormentis afficitur & capitis damnatur: ſed carnifice qui ad eum cædendum miſſus fuerat, cæcitate percuſſo, ipſe vinculis ſolutus liber evaſit: poſtea Epiſcopus factus MORINORUM & NERVIORUM gentes indomitas Verbi prædicatione ad fidem CHRISTI perduxit, & demum Confeſſor in pace quievit.* 22. Octobr. *Rothomagi S. MELANII Epiſcopi, qui a S. STEPHANO Papa ordinatus illuc ad prædicandum Evangelium miſſus eſt.*

8. Auguſt. *Viennæ in Gallia S. SEVERI presbyteri & Confeſſoris, qui ex India Evangelii prædicandi cauſa laborioſam peregrinationem ſuſcepit, & ad præfatam Urbem deveniens, ingentem paganorum multitudinem Verbo & miraculis ad Fidem CHRISTI convertit.* circa A. C. 452.

11. Jun. *Aquilejæ paſſio SS. FELICIS & FORTUNATI fratrum, in perſecutione Diocletiani & Maximiani.*

XI. Auguſt. *Apud Ebroicenſes in Gallia S. TAURINI Epiſcopi, qui a B. Clemente Papa, illius Civitatis Epiſcopus ordinatus, Evangelii prædicatione Chriſtianam Fidem propagavit, ac multis pro ea ſuſceptis laboribus, miraculorum gloria conſpicuus obdormivit in Domino.*

1. Octobr. *Tornaci S. PIATONIS presbyteri & martyris, qui cum B. QUINCTINO ejusque ſociis ab Urbe Roma in Galliam prædicationis cauſſa perrexit, ac poſtea in perſecutiane Maximiani conſummato martyrio migravit ad Dominum.*

28. Maji. *Lutetiæ Pariſiorum S. GERMANI, Epiſcopi & Confeſſoris,* de quo plura Venantius Fortunatus, Gregorius Turonenſis, Acta

Sanctor. Maji T. 6. p. 774. ſeqq. Jo. Mabillonius ſæculo tertio Benedictino &c. Obiit A. C. 576. De S. *Germano* altero Antiſſiodorenſi Epiſcopo, defuncto A. 450. vide Tillemontium T. XV. memoriarum.

De Epiſcopis & Archiepiſcopis Galliæ.

Notitiam Epiſcopatuum Galliæ ſub ſuis metropolibus ex *Iſidoro* refert Carolus le Cointe in annalibus Francorum ad A. C. 752. T. V. pag. 390. ſeq. & T. VII. p. 161. ſeq. 165-172. & Goldaſtus notis ad Eginhardum de vita Caroli M. c. 34. pag. 215. ſeq. ubi XXI. Metropolitanæ Civitates in regno Caroli fuiſſe traduntur. Vide & Sigebertum ad A. 880. & notitias ab Andrea du Cheſne, Carolo a S. Paulo aliisque editas de quibus V. C. Jacobus le Long Bibl. Hiſt. Galliæ p. 146. ſq.

Steph. Luſignanus Ord. Præd. Notitia antiqua Epiſcopatuum Galliæ Paris 1580. 8.

Jo. Papyrii Maſſonii notitia Epiſcoporum Galliæ, quæ Francia eſt Pariſ. 1606. 8. 1610. 1636.

Jo. Chenu hiſtoria Chronologica Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum Galliæ, ad calcem notitiæ Beneficiorum dioeceſeos Burgenſis. Pariſ. 1621. 4.

Claudii Roberti Gallia Chriſtiana. Pariſ. 1626. fol.

Roberti Cenalis topographia hierarchiæ Gallicæ. Pariſ. 1557. 1581. fol.

Philippi Labbei S. J. polyptychum Regium, h. e. Epiſcopatuum & Beneficiorum, ſpectantium ad collatiouem Regis Chriſtianiſſimi, collectio. Paris 1648. 4. Ejusd. acceſſiones ad Geographiæ Epiſcopalis breviarium. Pariſ. 1661. 4.

Scævola & Ludovicus Sammarthani fratres in Gallia Chriſtiana. Pariſ. 1656. fol. quatuor Voluminibus, quorum tertius Abbatias etiam Galliæ perſequitur & Generales Ordinum, Congregationesque. Non pauca hujus Operis eximii loca emendantur & illuſtrantur à *Joanne Mabillonio* in Annalibus Benedictis, & à *Carolo le Cointe* in Annalibus Francorum, quem Sammarthanis iniquiorem ſe ſubinde præbere notavit Rich. Simon T. I. Bibl. Criticæ c. 10. Novam vero & continuatam in præſens tempus, emendatam auctamque ac ſuppletam editionem

nem Galliæ hujus Chriſtianæ octo Voluminibus paravit *Dionyſius Sammarthanus* Franciſci F. Monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri, cujus tomus *primus* in lucem datus Pariſiis 1715. * *ſecundus* 1720. *tertius* 1725. (qui Dionyſio emortualis fuit 30. Mart. æt. 75. uti Scævolæ A. 1652. æt. 79. & Ludovico A. 1656. æt. 83.) Tomo *quarto* qui A. 1729. prodiit, Dionyſii Sammarthani vita præmiſſa eſt, quæ etiam ſeparatim excuſa Pariſ. 1725. 4. & de qua conſuli poſſunt Philippus le Cerf in Bibl. hiſtorico Critica ſcriptorum Congregationis S. Mauri p. 458. ſq. & Niſſeronus in memoriis Virorum doctrina clarorum Gallice editis T. V. p. 89. Qui adhuc deſiderantur tomi quatuor poſteriores, ab alio viro docto adjungentur. Apologia pro primo Volumine contra cenſuram Memoriarum Trevoltinarum A. 1716. p. 1409. ſeparatim in lucem edita A. 1717.

Joannis Columbi, S. J. noctes Blacalandanæ Lugd. 1660. 4. & inter alia auctoris ſcripta 1668. fol.

Dom *Beaunier*, Benedictin, recueil Chronologique, Hiſtorique & topographique des Archevechés, Evecheés, Abbayés & Prieureés de France. Paris 1726. 4. *Journal des Sav.* 1726. *Septembr.* p. 3.

Galliæ præſenti ætate Archiepiſcopos XVIII. & Epiſcopos CIX. refert Genealogiophilus in den itztlebenden Häuptern Franckreichs, Zürich 1721. 8. p. 21. ſq. Ejusd. erſte Fortſetzung p. 8. ſeq. ibid. 1723. 8.

l'Origine des Egliſes de France, prouvée par la ſucceſſion de ſes Eveques, avec la vie de *S. AUSTREMOINE*, Apoſtre & Primat des Aquitaines. Paris 1688. 8.

Petri Frizonii Gallia purpurata, ſive de pontificibus & Cardinalibus Gallis ad A. C. 1629. Pariſ. 1638. fol. *Steph. Baluzii* anti Frizonius. Toloſæ 1652. 8. De *Andreæ* & *Franciſci du Cheſne* opere ejusdem argumenti, Pariſ. 1660. fol. 2. Volum. aliisque *Henrici Albii* S. J. & aliorum vide laudati *Longi* Bibliothecam Hiſt. Galliæ p. 144. ſeq.

De promotione Epiſcoporum, Galliæ præſertim diſſerit & varia formularum veterum exempla exhibet Jac. Sirmondus T. 2. Concilior. Galliæ p. 633. ſq. T. 8. Concilior. Labbei & T. V. Harduin. pag. 1425. ſeq.

Archi-

* Acta Erud. T. 6. ſupplem. pag. 373. T. 7. p. 1. Journal des Sav. A. 1717. pag. 107. A. 1721. p. 105. &c.

Archiepiſcopatus & Epiſcopatus, de quibus in Gallia Chriſtiana.

I. Archi-*Epiſcopatus Albienſis*, Alby.
Epiſc. 1. Caſtrenſis, *Caſtres.*
2. Mimatenſis, *Mende.*
3. Cadurcenſis, *Cahors.*
4. Ruthenenſis, *Rodez.*
5. Vabrenſis, *Vabres.*

II. Archi-*Epiſcopatus Aquenſis*, Aix.
Epiſc. 6. Aptenſis, *Apt.*
7. Rejenſis, *Ries.*
8. Forojulienſis, *Frejus.*
9. Vapincenſis, *Gap.*
10. Siſtaricenſis, *Siſteron.*

III. Archi-*Epiſcopatus Arelatenſis*, Arles.
Epiſc. 11. Maſſilienſis, *Marſeille.*
12. Tricaſtinenſis, *S. Paul trois-chaſteaux.*
13. Tolonenſis, *Toulon.*
14. Arauſicanus, *Orange.*

IV. Archi-*Epiſcopatus Avenionenſis.* Avignon.
Epiſc. 15. Carpentoractenſis, *Carpentras.*
16. Vaſionenſis, *Vaiſon.*
17. Cabellionenſis, *Cavaillon.*

V. Archi-*Epiſcopatus Auſcienſis.* Auſch.
Epiſc. 18. Aquenſis, *Acqvs* (Dax)
19. Lactorenſis, *Lectoure.*
20. Convenenſis, *Comenge.*
21. Conſeranenſis, *Conſerans.*
22. Adurenſis, *Aire.*
23. Vaſatenſis, *Baſas.*
24. Tarbenſis, *Tarbe.*
25. Oloronenſis, *Oleron.*
26. Laſcurenſis, *Leſcar.*
27. Bajonenſis, *Bayonne.*

VI. Archi-

VI. Archi-*Epiſcopatus Biſonticenſis*, Beſançon.
Epiſc. 28. Bellicenſis, *Bellay.*
29. Lauſannenſis, *Loſanne.*
30. Baſileenſis, *Basle.*

VII. Archi-*Epiſcopatus Bituricenſis*, Bourges.
Epiſc. 31. Claromontenſis, *Clermont.*
32. S. Flori, *S. Flour.*
33. Lemovicenſis, *Limoges.*
34. Tutelenſis, *Tulles.*
35. Podienſis, *le Puy.*

VIII. Archi-*Epiſcopatus Burdegalenſis*, Bourdeaux.
Epiſc. 36. Aginnenſis; *Agen.*
37. Condomienſis, *Condom.*
38. Engoliſmenſis, *Engouleſme.*
39. Santonenſis, *Saintes.*
40. Pictavienſis, *Poitiers.*
41. Rupellenſis, *la Rochelle.* (prius Malleacenſis, *Maillezais.*)
42. Lucionenſis, *Luçon.*
43. Petracorienſis, *Perigveux.*
44. Sarlatenſis, *Sarlat.*

IX. Archi-*Epiſcopatus Cameracenſis*, Cambray.
Epiſc. 45. Atrebatenſis, *Arras.*
46. Tornacenſis, *Tournay.*
47. S. Audomari, *S. Omer.*
48. Namurcenſis, *Namur.*

X. Archi-*Epiſcopatus Colonienſis*, Cologne.
Epiſc. 49. Leodienſis, *Liege.*

XI. Archi-*Epiſcopatus Ebredunenſis*, Embrun.
Epiſc. 50. Dinienſis, *Digne.*
51. Graſſenſis, *Graſſe.*
52. Vencienſis, *Vence.*
53. Glandevenſis, *Glandeſve.*
54. Senecenſis, *Senés.*
55. Nicienſis, *Nice.*

XII. Archi-*Epiſcopatus Lugdunenſis*, Lyon.
Epiſc. 56. Eduenſis, *Autun.*
57. Lingonenſis, *Langres.*
58. Cabilonenſis, *Châlons.*
59. Matiſconenſis, *Maſcon.*

XIII. Archi-*Epiſcopatus Machlinienſis*, Malines.
Epiſc. 60. Antwerpienſis, *Anvers.*
61. Brugenſis, *Bruges.*
62. Gandavenſis, *Gand.*
63. Iprenſis, *Ipre.*
64. Ruremondenſis, *Ruremonde.*
65. Buſcoducenſis, *Bosleduc.*

XIV. Archi *Epiſcopatus Moguntinenſis*, Mayence.
Epiſc. 66. Vormatienſis, *Wormes.*
67. Spirenſis, *Spire.*
68. Argentinenſis, *Strasbourg.*
69. Conſtantienſis, *Conſtance.*

XV. Archi-*Epiſcopatus Narbonenſis*, Narbonne.
Epiſc. 70. Biterrenſis, *Beziers.*
71. Agathenſis, *Agde.*
72. Carcaſſonenſis, *Carcaſſone.*
73. Nemauſenſis, *Nismes.*
74. Aleſienſis, *Alais.*
75. Monſpelienſis, *Montpellier.*
76. Lodovenſis, *Lodesve.*
77. Uceticenſis, *Uſez.*
78. S. Pontii, *S. Pons.*
79. Alectenſis, *Alet.*

XVI. Archi-*Epiſcopatus Pariſienſis.* Paris.
Epiſc. 80. Carnotenſis, *Chartres.*
81. Bleſenſis, *Blois.*
82. Meldenſis, *Meaux.*
83. Aurelianenſis, *Orleans.*

XVII.

XVII. Archi-*Epiſcopatus Remenſis*, Reims.
Epiſc. 84. Sveſſionenſis, *Soiſſons.*
85. Catalaunenſis, *Châlons.*
86. Laudunenſis, *Laon.*
87. Silvanectenſis, *Senlis.*
88. Bellovacenſis, *Beauvais.*
89. Ambianenſis, *Amiens.*
90. Noviodunenſis, *Noyon.*
91. Bolonienſis, *Bologne.*

XVIII. Archi-*Epiſcopatus*, *Rotomagenſis*, Rouën.
Epiſc. 92. Bajocenſis, *Bayeux.*
93. Abrincenſis, *Avranches.*
94. Ebriocenſis, *Ebreux.*
95. Saienſis, *Seez.*
96. Lexovienſis, *Lizieux.*
97. Conſtantienſis, *Couſtances.*

XIX. Archi-*Epiſcopatus Senonenſis*, Sens.
Epiſc. 98. Trecenſis, *Troyes.*
99. Antiſſiodorenſis, *Auxerre.*
100. Nivernenſis, *Nevers.*

XX. Archi-*Epiſcopatus*, *Tarantaſienſis*, Tarantaiſe.
Epiſc. 101. Auguſtenſis, *Aouſte.*
102. Sedunenſis, *Sion.*

XXI. Archi-*Epiſcopatus*, *Toloſanus*, Toulouſe.
Epiſc. 103. Appamienſis, *Pamiers.*
104. Montalbanenſis, *Montauban.*
105. Mirapicenſis, *Mirepoix.*
106. Vavrenſis, *Lavaur.*
107. Rivenſis, *Rieux.*
108. Lomberienſis, *Lombés.*
109. S. Papuli, *S. Papoul.*

XXII. Archi-*Epiſcopatus*, *Trevirenſis*, Treves.
Epiſc. 110. Metenſis, *Metz.*
111. Tullenſis, *Toul.*
112. Virdunenſis, *Verdun.*

XXIII. Archi-*Epiſcopatus*, *Turonenſis*, Tours.

Epiſc. 113. Cenomanenſis, *le Mans.*
114. Andegavenſis, *Angers.*
115. Redonenſis, *Rennes.*
116. Nannetenſis, *Nantes.*
117. Vennetenſis, *Vannes.*
118. Coriſopitenſis, *Cornovaille.*
119. Leonenſis, *Leon.*
120. Trecorenſis, *Tregvier.*
121. S. Brioci, *S. Brieu.*
122. S. Maclovii, *S. Malo.*
123. Dolenſis, *Dol.*

XXIV. Archi-*Epiſcopatus Viennenſis*, Vienne.

Epiſc. 124. Valentinenſis, *Valence.*
125. Dienſis, *Die.*
126. Gratianopolitanus, *Grenoble.*
127. Vivarienſis, *Viviers.*
128. Maurianenſis, *Morienne.*
129. Genevenſis, *Geneve.*

XXV. Archi *Epiſcopatus Ultrajectinus*, Utrecht.

Epiſc. 130. Midelburgenſis, *Middelbourg.*
131. Harlemenſis, *Harlem.*
132. Daventrienſis, *Deventer.*
133. Groeningenſis, *Groninghen.*
134. Leovardienſis, *Leuvarden.*

De ſingulis hiſce ſcriptores, infra index alphabeticus ad calcem Voluminis offeret. Neque opus eſt monere, hodie non eſſe Gallicæ ditionis Archiepiſcopatus Colonienſem, Mechlinienſem, Moguntinum, Trevirenſem, Ultrajectinum, neque Epiſcopatus Lauſannenſem, Baſileenſem, Genevenſem, &c.

BURGUNDIONES.

Burgundiones Gens pagana *a*) Germanorum ad Moenum fluvium circa A. C. 406. cum Vandalis, Alanis aliisque Barbaris Galliam ingreſſi, jam

jam ante A. 417. quo ipſo Oroſius libros ſuos abſolvit, Chriſtiani facti ſunt, ita enim ille VII. 32. *Burgundionum quoque novorum hoſtium novum nomen, qui plusquam octoginta millia (ut ferunt) armatorum, ripæ Rheni fluminis inſederunt. Hos quondam ſubacta interiore Germania à Druſo & Tiberio adoptivis filiis Cæſaris, per caſtra diſpoſitos, aiunt in magnam coaluiſſe gentem: atque ita etiam nomen ex opere præſumpſiſſe, quia crebra per limitem habitacula conſtituta, Burgos vulgo vocant: eorumque eſſe prævalidam & pernicioſam manum, Galliæ hodieque teſtes ſunt, in quibus præſumpta poſſeſſione conſiſtunt, quamvis providentia Dei omnes Chriſtiani modo facti catholica fide, noſtrisque clericis quibus obedirent receptis, blande, manſuete, innocenterque vivant, non quaſi cum ſubjectis Gallis, ſed verè cum fratribus Chriſtianis.* Socrates VII. 30. de iisdem Burgundionibus: γενόμενοί τε ἐν πόλει μιᾷ τῆς Γαλλίας, παρακαλοῦσιν ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου τυχεῖν χριστιανικοῦ βαπτίσματος &c. *ad quandam Galliæ civitatem delati poſtulant ab Epiſcopo ut Chriſtianum baptiſmum ſuſcipiant. Ille cum ſeptem dies jejunare eos juſſiſſet, ac Fidei rudimentis inſtituiſſet, octavo tandem die baptiſmo donatos dimiſit. Exinde fidenti animo adverſus Hunnos progreſſi ſunt* &c. Per Epiſcopum illum intelligi *Severum* Trevirenſem, magna ſanctitatis fama virum, ſententia eſt Hadriani Valeſii lib. 3. rerum Francicarum pag. 138. ſed non ſatis certa & explorata, ut probat Pagius ad A. C. 414. n. 14. Vide ſis etiam Conradum Samuelem Schurzfleiſchium diſſ. de Burgundionum hiſtoria & regno, in ejus Operibus hiſtorico polit. Idem Oroſius lib. VII. c. 41. *Si ob hoc ſolum Barbari Romanis finibus immiſſi forent, quod vulgò per Orientem & Occidentem Eccleſiæ CHriſti* Hunnis, Svevis, Vandalis & Burgundionibus, *diverſisque & innumeris credentium populis repleatur, laudanda & attollenda DEI miſericordia videretur.* Gundicarium b) tamen Burgundionum Regem ab Hunnis cum populo ſuo & ſtir-

a) Vide Philippum Cluverum Germaniæ antiquæ III. 36. & Valeſium ad verba Ammiani XXVIII. 5. *ſubolem ſe eſſe Romanam Burgundii ſciunt.*

FRANCI ita Chriſtiani, ut humana ſacrificia & alios ſervarent ritus ſuperſtitioſos. Procop. II. Gothic. 25. ubi Maltretus putat hæc illis affingi.

b) Pagi ad A. C. 435. n. 35.

ſtirpe deletum tradunt in Chronicis Proſper ad A. C. 435. & Caſſiorus, licet Hunnorum decem millia priore prælio a Burgundionibus cæſa ſcribunt Socrates VII. 30. Tripartita XII. 4. & Nicephorus XIV. 40.

CAPUT XVIII.

De originibus & ſucceſſionibus Religionis Chriſtianæ in ANGLIA, SCOTIA, HIBERNIA Inſulisque adjacentibus.

De Anglorum Saxonumque converſione ad CHriſtianam Religionem *Henr. Speelmannus Tom.* I. *Concilior. Britannic.* ſub init. Lond. 1639. fol.

Jacobus Uſſerius de Britannicarum Eccleſiarum primordiis. Dublin. 1639. & auctiore editione Lond. 1687. fol. *Act. Er.* 1688. pag. 431.

Eduardus Stillingfleet in Originibus Britannicis, ſive antiquitatibus Eccleſiarum Britannicarum Lond. 1685. fol. & Tom. 3. Opp. 1710. fol. Anglice. *Act. Er.* 1688. p. 24.

Jo. Richardſonus in prælectionibus poſtumis Eccleſiaſticis, vulgatis Anglice. Lond. 1726. 8. prælectione XXIV. qui etiam de *Calendoniorum*, *Pictorum*, *Scotorumque* converſione, prælect. XXVI. de *Hibernorum* prælect. XXVII.

Jo. Seldenus Analect. Anglo Britannic. lib. 1. cap. 6. lib. 2. cap. 1. ſeq. T. I. Operum junctim editorum a V. C. Davide Wilkinſio Lond. 1726. fol. p. 895. ſqq. 905. ſeqq.

Abraham Whelocus ad *Bedæ* Hiſt. Eccleſiæ Anglorum. Cantabrig. 1643. fol.

Joannes Inett in Originibus Anglicanis, vulgatis Anglice. Lond. 1704. fol. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1704. p. 168. 240. *Boekſaal van Europe* A. 1707. T. 2. p. 109.

Jeremias Collier tomo priore Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ magnæ

Britan.

Britanniæ, itidem Anglice editæ. Lond. 1708. fol. *Hiſtory of the works of the learned* 1708. p. 113. 161.

Franciſci Godwin de converſione magnæ Britanniæ ad Religionem Chriſtianam. Anglice.

In Britanniam veniſſe PAULUM Apoſtolum, diſputant nonnulli, qui per τέρμα δύσεως Britanniam intelligunt apud Clementem Rom. cap. 5. Epiſtolæ. Alii rectius, ut videtur, Hiſpaniam. * Confer Emanuelis a Schelſtrate diſſ. de auctoritate Patriarchali & Metropolitica contra Stillingfleetum, Rom. 1687. 4. qui tamen non magis exploratis teſtibus nititur, quando Metaphraſti credit PETRUM in Britannia verſatum. Neque Nicephori certa fides, qui II. 40 Hiſt. Eccleſ. tradit in Britanniam veniſſe SIMONEM Zelotem Apoſtolum. Atque pro Britannia Bactrianam Perſidis regionem reponendam apud Nicephorum & Dorotheum ſuſpicatur Florentinius p. 166. ad Martyrologium Hieronymi. Fabulæ de JOSEPHO Arimathæo, Britannorum Apoſtolo, nec ex ipſis eruditis Britannis multum tribuunt Uſſerius c. 2. Stillingfleetus c. 1. adde D. Thomæ Ittigii ſelecta capita Hiſt. Eccleſ. Sæculi I. p. 484.

Gvilelmus Musgravius ** ad veterem Inſcriptionem ſive epitaphium Julii Vitalis, Lond. 1711. 8. contendit POMPONIAM GRÆCINAM uxorem *Plautii*, qui tempore Claudii Imp. partem Britanniæ Romanis ſubjecit, fuiſſe Chriſtianam, & Evangelium primam in hanc inſulam intuliſſe.

De ARISTOBULO, Martyrolog. Rom. 15. Martii: *Natalis S. Ariſtobuli, Apoſtolorum diſcipuli, qui curſu Prædicationis peracto martyrium conſummavit.* Britannis prædicaſſe, præter Græcos in Menologio teſtatur pſeudo Dorotheus. Videtur is notari Ariſtobulus, cujus mentio Rom. XVI. 10.

De LUCII † Britonum Regis ſæculo II. Juliæ Mamınææ & Philippi utriusque Imperatorum credito temere Chriſtianiſmo, *Frid. Spanhemius* Filius T. 2. Opp. Lugd. Bat. 1703. fol. p. 390. ſeq. *Bibl. novor. libror.* pag. 568.

Sub

* Supra p. 25. & 374.

** Mem. de Trev. 1713. p. 2016.

† Beda hiſt. Angl. Martyrolog. Rom. 3. Decembr. &c. pro cujus fide pugnat Emanuel a Schelſtrate diſſ. de auctoritate Patriarchali p. 12. ſeqq. Mich. Alfordus &c.

Sub MAXIMO in Britannia antiCæſare contra Gratianum Imp. de CONNANO Britanno Aremoricæ præfecto S. *Urſulam* & undecim millia Virginum a DEONOTO Cornubiæ Rege petente ad connubium cum Chriſtianis in Aremorica neophytis jungendum,

Petrus Natalis lib. IX. c. 87. Legenda aurea Jacobi de Viragine c. 154.

Baronius ad Martyrolog. Rom. 21. Octobr.

Hermanni Crumbach, S. J. Urſula vindicata. Colon. 1647. fol. 2. Volum. Ejusdem auctarium Urſulæ vindicatæ. Colon. 1669. 4.

Coulani Doctoris Sorbonici Panegyricus in S. Urſulam Sorbonæ patronam, habitus Gallice die ejus feſto 21. Octobr. editusque Paris 1705. 4. *Memoires litteraires de Trevoux* A. 1706. p. 285.

Traditioni illi fidem derogant:

Jac. Uſſerius antiquitatt. Eccleſ. Britannic. p. 323. ſeq.

Antonius Pagi ad A. C. 383. n. V.

Mich. Alfordus &c. in Annalibus Eccleſiæ Britannicæ.

B. D. Jo. Conradus Dannhauer homil. Academic. Tom. 2. pag. 619. ſqq. Balthaſar Bebelius antiquitatt. Eccleſiæ. Argentorat. p. 104. ſqq. ubi de *Aurelia*, *Einbetha*, *Worbetha* & *Wilbetha*, S. Urſulæ comitibus.

Jo. David Koeler in der Hiſtoriſchen Münz-Beluſtigung pag. 260. ſeqq.

* * *

Tertullianus libro contra Judæos c. 7. (circa A. C. 208.) *Britannorum inacceſſa Romanis loca, CHriſto vero ſubdita.*

Jo. Chryſoſtomus Orat. quod CHriſtus DEUS, Tom. I. edit. novæ p. 575. B. *Cogita quantum ſit, totum orbem tam brevi tempore Eccleſiis repleviſſe, tantas convertiſſe gentes, ut paternis ſolutis legibus radicatam conſuetudinem evellerent, ubique altaria excitarent in regione Romanorum, Perſarum, Scytharum, Maurorum, Indorum: quid dico? vel extra orbem noſtrum.* καὶ γὰρ αἱ Βρετανικαὶ νῆσοι αἱ τῆς θαλάττης ἐκτὸς κείμεναι ταύτης, καὶ ἐν αὐτῷ οὖσαι τῷ ὠκεανῷ, τῆς δυνάμεως τοῦ ῥήματος ᾔσθοντο.

ταύτης, καὶ γὰρ κἀκεῖ ἐκκλησίαι καὶ θυσιαστήρια πεπήγασιν. *Nam & Britannicæ inſulæ, quæ extra hoc mare ſitæ ſunt, & in ipſo Oceano, vim Verbi ſenſerunt: illic enim Eccleſiæ & altaria erecta fuere.*

Martyrolog. Rom. 26. Maj. *Romæ* S. ELEVTHERII *Papæ* (ab A. C. 171. ad 185.) *& Martyris - qui ſanctos* DAMIANUM *&* FUGATIUM *in Britanniam miſit; qui* LUCIUM *Regem una cum uxore & toto fere populo baptizarunt.* vide ibi Baron.

Martyrolog. Rom. 1. Jul. *In Britannia SS Martyrum Julii & Aaron, qui poſt S. Albanum in perſecutione Diocletiani paſſi ſunt: quo tempore ibidem quamplurimi diverſis cruciatibus torti* &c.

ANGLI & SAXONES è Germania in Britanniam vocati A. C. 447. ut auxilio adverſus Scotos Pictosque eſſent: vide Pagium ad illum annum n. 9. ſeq. & ad A. 449. n. 21. ſeq. ubi de eorum adventu in Britanniam.

De *S. Germano* bis miſſo in Britanniam A. 429. & 447. Pagi ad A. C. 429.

De OSWALDO Rege A. C. 642. defuncto, *Martyrolog.* 5. Auguſt.

Mediterraneorum Anglorum, MERCIORUM converſio ſub principe PEADA, *Beda III. 21. Pagi ad A. C.* 653. n. 3. & 655. n. 8. Circa A. C. 670. Eccleſia per Angliam longe lateque propagata. Vide Pagium n. 4. & A. 671. n. 5.

Orientalium SAXONUM converſio ſub Rege SIGEBERTO cognomine Bono *Beda III. 22. Pagi ad A. C.* 655. n. 7. & 12.

De EDILTRUDE Regina circa A. C. 680. *Martyrolog.* 23. Jun.

De S. WILFRIDO South Sexiæ ſive Auſtralis SAXONIÆ Apoſtolo *Eddius in ejus vita* c. 39. *Pagi ad* A. C. 681. n. 18. ſq.

Ab eodem VECTIS inſula ad CHriſtum converſa *id. ad A. C.* 686. n. 13. *è Bedæ* IV. 16.

Martyrolog. 15. Nov. *In Britannia natalis S. MACHUNTI Epiſcopi* (circa A. C. 561.) aliis *Maclovius* hic dicitur, teſte Baronio.

Idem Martyrolog. Rom. 12. Mart. *Romæ S. GREGORII Papæ & Eccleſiæ Doctoris eximii, qui ob res præclare geſtas atque Anglos ad CHRISTI fidem*

 converſos

converſos magnus eſt dictus, & Anglorum Apoſtolus appellatus. Confer. *Gvil. Forbeſium* Inſtruct. hiſtorico Theol. III. 30.

Martyrolog. Rom. 10. Octobr. *Eboraci in Anglia S. PAULINI Epiſcopi, diſcipuli B. Gregorii Papæ, qui cum aliis ad prædicandum Evangelium illuc miſſus EDUVINUM Regem ejusque populum ad Fidem CHriſti convertit.* De S. Fredeswinda Virgine, 19. Octobr.

S. AUGUSTINUS, Romanus, primus Archiep. Cantuarienſis circa A. C. 597. Regem Cantiorum ETHELBERTUM ad fidem CHriſti convertit. Vide Bedam lib. 1. c. 25. Steph. Birchingtonum in vitis Archiepiſcopor. Cantuarienſium, Tom. 1. Angliæ ſacræ Henr. Warthoni p. 1. Lond. 1691. fol. Wilhelmum Malmesburienſem lib. 1. c. 3. atque alios. Martyrolog. Romanum 24. Febr. & ibi Baronium Bollandumque & ad 26. Maj.

Martyrolog. Rom. 2. Febr. *Cantuariæ in Anglia, natalis S. LAURENTII Epiſcopi, qui poſt S. Auguſtinum* (ab A. C. 613.) *eam Eccleſiam gubernavit, & Regem ipſum* (Ethelbertum) *ad fidem convertit.*

Martyrolog. Rom. 24. April. *In Anglia depoſitio MELLITI Epiſcopi, qui a S. Gregorio I. in Angliam miſſus* (Laurentio ſucceſſit) *Orientales Saxones & Regem ipſorum ad Fidem convertit.*

10. Nov. *In Anglia S. JUSTI Epiſcopi, qui una cum AUGUSTINO, MELLITO & aliis à B. Gregorio Papa in eam inſulam miſſus ad prædicandum Evangelium, ibidem ſanctitate celebris obdormivit in Domino.*

20. Nov. *In Anglia S. EADMUNDI, Regis & Martyris.*

Gregorius M. in verba Jobi XXXVI. *Cardines quoque maris operiet*, lib. XXVII. moralium cap. 6. *Quod faciendum quidem Heliu vocibus audivimus, ſed auctore DEO jam factum cernimus. Omnipotens enim Dominus coruſcantibus nubibus cardines maris operuit, quia emicantibus prædicatorum miraculis ad Fidem etiam terminos Mundi perduxit. Ecce enim pæne cunctarum jam Gentium corda penetravit, ecce in una Fide Orientis limitem Occidentisque conjunxit: ecce lingua Britanniæ quæ nil aliud noverat quam barbarum fundere, jam dudum in Divinis laudibus Hebræum cœpit Halleluja reſonare. Ecce quondam tumidus, jam ſubſtratus ſanctorum pedibus ſervit Oceanus* &c.

Martyrolog. Rom. 8. Martii. *In Anglia S. FELICIS Epiſcopi, qui Orientales Anglos ad fidem convertit.* circa A. C. 630. vide Bedam lib. 2. c. 15. 7. Jul. *S. Hedlæ, Epiſcopi Saxonum Occidentalium.* obiit A. C. 705. *Birini primi Dorceſtrienſis Epiſcopi* 3. Dec.

Mich. Alfordi, S. J. Annales Eccleſiaſtici & Civiles Britannorum, Saxonum & Anglorum. Leodii 1663. fol.

Rich. Smitheus in floribus Hiſt. Eccleſiaſticæ Anglorum. Pariſ. 1654. fol.

Nic. Fierberti de antiquitate & continuatione Catholicæ Religionis in Anglia. Rom. 1608.

la Converſion d' Angleterre au Chriſtianiſme, comparée a ſa pretendüe Reformation. ex Anglico Gallice a *Nicerono* Barnabita. Pariſ. 1729. 8. *Journal litteraire Tom.* 14. p. 167. *Journal des Sav.* 1729. *Août.* p. 454. *lettres ſerieuſes & badines* T. 3. p. 183.

Joſephi Trapp Angli liber, ſuperiori oppoſitus, *England's converſion and Reformation compared.* Lond. 1727. 8.

Benedicti Picteti, Theologi Genevenſis, Oratio de Britannia Chriſtiana & Reformata. Genev. 1715. 4.

SCOTIA.

DONALDUS Scotorum Regum primus tempore Severi Imp. Chriſtianos ritus receperat: nec tamen ipſe nec proximi aliquot Reges, etſi magna nobilitatis parte conatibus eorum favente, priſcas ſacrorum cærimonias penitus extingvere potuerunt, ut notat Georgius Buchananus lib. IV. rerum Scoticarum p. 65. edit. luculentæ Edinburgenſis 1715. fol.

S. Proſper libro contra Collatorem cap. 21. pag. 363. edit. novæ: *Nec vero ſegniore cura ab hoc eodem morbo* (Pelagianiſmi) *Britannias liberavit* (Cæleſtinus Papa ab A. C. 423. ad 431.) *quando quosdam inimicos Gratiæ, ſolum ſuæ originis occupantes, etiam ab illo ſecreto excluſit Oceani, & ordinato Scotis Epiſcopo* (Palladio) *dum Romanam inſulam ſtudet ſervare Catholicam, fecit etiam barbaram Chriſtianam.* & in Chronic. ad A. C. 431. pag. 744. *Ad Scotos in CHriſtum credentes ordinatur à Papa Cæleſtino PALLADIUS & primus Epiſcopus mittitur.* Vide eundem Bu-

chananum libro quinto rerum Scoticarum, ad A. C. 452. & Pagium ad A. 429. num. 11. ſq. & A. 431. num. 51. Baron. ad A. C. 604. 632. 639. &c.

Tho. Dempſterus in hiſtoria Eccleſiaſtica Gentis Scotorum, Bonon. 1627. fol. & in Menologio Scotico.

Paulinus primus Archiep. Eboracenſis, cujus ſucceſſores *Aidanus*, *Finanus* & de quo Henſchen. ad 18. Febr. *Colnanus.*

Synodus *Pharenſis* A. C. 664.

Machliniæ paſſio S. RUMOLDI Martyris, Scotorum Regis filii & Epiſcopi Dublinenſis (circa A. C. 775.) *Martyrolog. Rom.* 1. *Jul.*

Rex Chriſtianus, *Macbetha* ſ. *Macbotus*. Pagi ad A. C. 1050. n. 24. A. 1054. n. 11.

Scoti & Britones an Quartadecimani ab A. C. 566. ad 716. *Natalis Alex.* Sec. 2. diſſ. V. artic. 8.

HIBERNIA.

Giraldus Cambrenſis, in topographia Hiberniæ, diſtinct. 3. cap. 29.

Joannes Richardſonus prælect. poſtumis Eccleſiaſticis, prælect. XXVII. *Acta Erud.* 1713. p. 230. Neuer Bücher-Saal T. 2. p. 634.

PETRUM vel JACOBUM Apoſtolos in Hibernia Evangelium prædicaſſe ſunt qui incerta fide tradant. Vide Meſſinghamum pag. 110. & 138. Non melioribus teſtibus S CATHALDUS deinde ſæculo II. perhibetur Chriſtianam religionem in Hibernia propagaſſe. id. p. 138.

Vetus catalogus apud Uſſerium de Britannicarum Eccleſiarum primordiis, ab A. C. 433. ad 540. ſecundus ad A. 604. tertius ad A. 664. adde Salmaſium de Coma p. 389.

De S. PATRICIO, Seculo V. Irlandiæ ſive Hiberniæ * Apoſtolo

* Multa fabuloſa actis Patricii admixta ferri non dubito, Henrico tamen Mauritio nolim aſſentiri, qui in libro Anglice adverſus Davidem Clarkſonum edito Lond. 1691. 8. *a defenſe of Dioceſan Epiſcopacy* p. 155. nullum fuiſſe Patricium Hibernum contendit, ſed

ſtolo, Martyrolog. Rom. & Acta Sanctorum 17. Mart. T. 2. p. 517. ſqq. & vita à *Jocelino* ſcripta pag. 540. ſqq. *Uſſerius* antiquitatt. Britannic. *Pagi* ad A. C. 431. n. 52.

Tillemont. T. 16. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 452. ſqq. & 476. ſqq. ubi de converſione SCOTORUM & PICTORUM.

Thomæ Meſſinghami, florilegium Inſulæ Sanctorum, ſeu vitæ & acta Sanctorum Hiberniæ, *Patricij*, *Columbæ*, *Brigidæ*, *Columbani*, *Galli*, *Magni* Confeſſoris &c. Pariſ. 1624. fol. ubi etiam p. 110. *Davidis Rothi*, Oſſorienſis Epiſcopi de converſione Hibernorum, & ad Joſcelinum obſervationes.

Philippus Oſullevanus in S. Patricii vita. Bononiæ 1686. 4. *Giornali de' letterati di Parma* A. 1686. pag. 51. *Acta Erud. Tom.* 1. *ſupplem.* pag. 71.

Richardus Staniburſtus in vita S. Patricii. Antwerp. 1587.

Synodus S. Patricii A. C. 450. vel 456. vide Speelmanni Concilia Britannica Tom. 1. pag. 51. ſqq. 55. ſqq. Jacobum Waræum in opuſculis S. Patricii Lond. 1656. 8. Tillemont. Tom. 16. memoriar. p. 466. Adde his quæ ex veteri collectione Canonum Hibernica Lucas Dacherius T. IX. ſpicilegii (Tom 1. edit. novæ pag. 492.) atque Edmundus Martene & Urſinus Durand ſub initium Tomi IV. theſauri Anecdotorum.

Patricii diſcipula *S. Brigitta* Virgo Kildarienſis, de qua Baronius & Bollandus Calendis Februarii. De S. Egberto monacho 24. [A]ril.

Omnes ſancti terræ iſtius, Confeſſores ſunt, nullus Martyr. Confer J. Tolandi Opera poſtuma T. I. p. 12. ſeq.

De S. NINIANO Confeſſore, Apoſtolo Pictorum Auſtralium Beda III. 4. Martyrolog. Rom. 16. Sept. Pagi ad A. C. 396. n. 4.

De S. Ethbino Abbate circa A. C. 610. Martyrolog. Rom. 19. Octobr.

De S. DYMPNA, filia Regis Hiberniæ, a patre juſſa decollari, circa A. C. 600. Martyrolog. Rom. 15. Maj.

illum totum confictum à Monachis ex Patricio Aruernenſi vel ex Patricio Hiſpano.

S. SUNNEFA A. C. 996. Thormondus Torfæus T. 2. p. 369. hiſt. Norwag. & p. 390.

De LAURENTIO Epiſcopo Dublinenſi, ſanctis adſcripto A. C. 1225. ab Honorio III. Baronius ad Martyrolog. 14. Nov. & Laurentius Cherubinus bullarii T. 1. p. 96.

De Angliæ Epiſcopis.

Beda in hiſt. Eccleſ. Anglorum, *Jocelinus*, *Ethelwoldus*, *Gvil. Malmesburienſis* & alii de quibus Wilh. Nicolſon in Bibliotheca Scriptorum Angliæ part. 2. c. 5. p. 122. ſeq.

Index Epiſcopatuum & Epiſcoporum Angliæ, ad calcem hiſtoriæ *Matthæi Pariſii.* Lond. 1640. fol.

Faſti Epiſcoporum Angliæ in *Henr. Savilii* ſcriptoribus rerum Anglicarum.

Franciſcus Goodwin Lond. 1601. & auctior 1615. 4. Anglice: & Latine 1616. 4. de Præſulibus Angliæ, cum appendice 1621. 4.

Nic. Harpsfield in hiſtoria Angliæ Eccleſiaſtica, Duaci 1622. fol.

Jo. Pitſeus, *Mich. Alfordus* & alii.

Henricus Speelmannus prolegom. ad Concilia Angliæ Tom. 1. pag. 22. ſeqq.

Henr. Warthonus in Anglia ſacra. Lond. *1691. fol.* duobus Volum.

Samuelis Carte tabula chronologica Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum in Anglia & Wallia, ortus, diviſiones, translationes &c. cum indice nominum quibus apud auctores inſigniuntur. Memoires de Trevoux 1715. p. 1854.

John le Neve, the lives and characters of all the Proteſtant Bishops in England, Lond. 1720. 8. Ejusd. faſti Eccleſiæ Anglicanæ or an eſſay towards deducing a regular ſucceſſion of all the principal dignities in each Church or Chapel. Lond. 1716. fol. *Acta Erud.* 1717. pag. 300.

Jeremias Collier, Eccleſiaſtical hiſtory of Great Britain.

Brown

Browr Willis ſurvey of Cathedral churches of York, Durham, Carlisle, Man, Lichfield, Hereford, Worceſter, Glouceſter and Briſtol. 1727. 4.

Atkinſius in hiſtoria provinciæ Gloceſtriæ.

Mortonus in hiſtoria Northamtoniæ A. 1712. &c.

Caſp. Sagittarii introductio in hiſt. Eccleſ. T. 2. pag. 399. ſeq.

Archiepiſcopi hodie a) in ANGLIA ſunt duo, CANTUARIENSIS, *Canterbury* ab A. C. 596. & EBORACENSIS, *York*. Sub CANTUARIENSI ſunt Epiſcopi XXI. 1) Londinenſis, ab A. 606. 2) Winceſtrienſis, ſive Wintonienſis ab A. 640. 3) Worceſtrienſis ab A. 679. 4) Bathonienſis & Wellenſis. 5) Oxonienſis ab A. 1541. 6) Sarisburienſis ab A. 1075. *Sarum, Salisbury*. 7) Coventrenſis & Lichfeldenſis, ab A. 656. 8) Roffenſis, ſive Roceſtrienſis, *Rocheſter* ab A. 696. 9) Petroburgenſis. 10) Elienſis ab A. 1108. 11) Lincolnienſis. 12) Gloceſtrenſis. 13) Bangorenſis ab A. 560. 14) Norvicenſis ab A. 630. 15) Herefordienſis ab A. 680. 16) Menevenſis ſive ad fanum S. Davidis. 17) Ciceſtrienſis ab A. 711. 18) Briſtolienſis. 19) Exonienſis *Exeter*. 20) Landavenſis ab A. 490. 21) S. Aſſaphi ſive Eluenſis ab A. 560. Sub EBORACENSI tres, 22) Dunelmenſis, *Durham*. 23) Carleolenſis *Carlisle*, & 24) Ceſtrienſis, *Cheſter*.

In SCOTIA non obſtante Caroli I. Regis contraria conſtitutione b) *Ariſtocratica Eccleſiæ per Presbyteros adminiſtratio obtinet abrogata veteri politia Eccleſiaſtica*, in qua duo Scotis erant Archiepiſcopi c) S. ANDREANUS ſive ANDREAPOLITANUS & GLASCOVIENSIS: Sub ANDREAPOLITANO Epiſcopi VIII. 1) Dunckeldenſis. 2) Abredonenſis ſive Aberdonenſis. 3) Moravienſis ſive Elginenſis, *Mourra*. 4) Dumblanenſis, 5) Brechinenſis, 6) Edimburgenſis. 7) Roſſenſis, ſedes in Chauria. 8) Cathanaſiæ ſive Cathanenſis, *Cathnes*, ſedes Dornockii. 9) Orcadum Inſularum, Orcadenſis,

Orcknay

a) Guy Miege, état preſent de la grande Bretagne, Amſt. 1708. pag. 359.

b) Id. pag. 781. ſeq.

c) Aub. Miræi notitia Epiſcopatuum pag. 217. ſeq.

d) De inſulis, Britanniæ vicinis, laudatus Guy Miege p. 709. ſeq. De Orcadibus aliisque p. 725. ſq.

Orcknay, ſedes in Kinkwallia. Sub GLASCOVIENSI Archiepiſcopo Epiſcopi tres: 10) Candidæ Caſæ in Gallovidia Provincia, *Galloway, Witborn.* 11) Liſmorenſis & 12) Inſularum Hebridum ad Occidentem, *Illis.*

In HIBERNIA Archiepiſcopi ſunt quatuor, e) ARMACHANUS, DUBLINENSIS, CASSILIENSIS & TUAMENSIS. Sub his viginti Epiſcopi. Sub ARMACHANO 1) Medenſis, *Meath.* 2) Derenſis, *London Derry.* 3) Clochorenſis. 4) Dunenſis & Conerenſis, *Doan & Connor.* 5) Kilmorenſis & Ardachenſis. 6) Rapotenſis, *Rapho.* 7) Cluanenſis, *Cloyne.* 8) Dromorenſis. Sub Archiepiſcopo DUBLINENSI 9) Kildarenſis ſive Cellæ Dariæ & Cellæ Auxilii, *Cealuſſali.* 10) Oſſorienſis, *Oſray* & *Kilkenny.* 11) Fernenſis & Laglinienſis ſive Lechlinienſis. Sub CASSILIENSI 12) Luminiacenſis, *Limeric.* 13) Waterfordienſis. 14) Corcagiæ & Roſſæ. 15) Kiltenorenſis. 16) Ardefarenſis. Sub TUAMENSI, *(Gallway)* 17) Clonfertenſis. 18) Killalenſis & Achonrienſis, & 19) Elfinenſis.

ORCADES Inſulæ.

Ad ſeptentrionalem partem Scotiæ conſtat ſparſas in oceano exſtare Orcadenſes inſulas, quas XXI. Buchananus numerat, Torfæus qui de illis diligentiſſime ſcripſit f) teſtatur nomina ſe XXVII. inſularum tradita obſervaſſe. Has Claudium Imp. Romano adjeciſſe Imperio teſtis in Chron. Euſebius, cui Caſſiodorus. g) Eutropius, Oroſius, Beda, Marianus, Ekkulfus, Jornandes, Ado & alii juniores ſuffragantur, licet ſub Domitiano demum perdomitas tradunt Tacitus vita Agricolæ c. 10. & Juvenalis II. 161. Hæ poſtea Pictis ſubjectæ, inde Saxonibus & Sogniæ Norwagicæ Regi, mox piratis & hinc

e) Unſchuldige Nachrichten von Theologiſchen Sachen A. 1718. pag. 155. Atlas hiſtorique T. 2. parte 2. num. 58.

f) Torfæus libris tribus Hiſtoriæ rerum Orcadenſium, Havniæ 1697. fol. Lud. Neocori Bibl. novorum librorum A. 1697. pag. 420. 527. Hiſt. des Ouvrages des Sav. 1699. pag. 166. Acta Erud. 1701. pag. 150.

g) Arnoldus Pontacus ad Euſebii Chron. p. 564.

hinc Oſtrogothis, poſt exiguam lucis Chriſtianæ ſtricturam à *Palladio* Scotiæ Epiſcopo qui SERVANUM ad eos medio ſæculo quinto traditur miſiſſe, h) interjecto tempore circa A.C 875. pervenerunt in poteſtatem Regis Norwagiæ, *Haraldi* Pulchricomi, i) cujus filius *Ericus* accepta ab Angliæ Rege Adalſteino in feudum Northumbria, cum uxore, & liberis omnique familia & exercitu Chriſtianam Religionem amplexus eſt circa A. 935. k) Comitibus inde Chriſtianis paruerunt, donec Regem Orcadenſium l) fecit filium ſuum Sigurdum Rex Norwagiæ Haraldus Imperioſus circa A.C. 1077. ſed mox iterum prælata appellatio & dignitas Comitum prævaluit. De Magno Comite Martyre A. 1110. laudatus Torfæus pag. 87. ſq. & de æde ſacra ejus memoriæ dedicata p. 112. De Comitis Rognwaldi profectione Hieroſolymam ſuſcepta circa A. 1150. p. 122. ſeq. Epiſcopus Orcadenſium primus THOROLFUS ordinatus ab Archi-Epiſcopo Hamburgenſi Adalberto circa A. C. 1070. poſt Chriſtiana ſacra illata in illas inſulas a Comite Olavo Tryggvino, Sigurdi Craſſi filio, ut ex Adami Bremenſis lib. 3. c. 44. idem Torfæus p. 157. qui de cæteris etiam earum Epiſcopis usque ad A. 1469. conſulendus libro ſecundo. Ex quo tempore autem Chriſtiernus I. Daniæ & Norwagiæ Rex Jacobo Scotorum Regi m) easdem in filiæ Margaretæ dotem, ipſi in matrimonium collocatæ A.C. 1468. jure hypothecario pro ſumma 600000. florenorum Rhenenſium conceſſit, Reges Scotiæ & poſt Scotiam A. 1603. junctam cum Anglia, magnæ Britanniæ Reges Orcadenſium Inſularum atque tuendæ in illis Chriſtianæ Religionis curam habent.

h) Torfæus pag. 8. & 157.
i) pag. 10. k) pag. 22. l) id. p. 67. 75. m) id. p. 195. 207.

CAPUT XIX.

De propagatæ Lucis Evangelicæ Originibus ac ſucceſſibus in noſtra GERMANIA.

THOMAM Apoſtolum *Germanis* prædicaſſe Evangelium, traditur in pſeudo Dorotheo, Oecumenio & Sophronii quibusdam Codicibus: ſed *Caramannus* legendum contendit

 Her-

Hermannus Conringius diſſ. de conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ T. 2. Opp. p. 699. ubi plura de propagatione Chriſtianæ Relig. in Germania. Martyrologium Rom. 21. Decembr. non *Carmanis* nec *Germanis* legit ſed *Brachmanis*.

De MATERNO S. Petri diſcipulo qui dicitur *Tungrenſes*, *Colonienſes*, *Argentoratenſes*, aliosque finitimos ad CHriſti fidem perduxiſſe, & ad Brunſvicenſem uſque agrum perveniſſe, *Baronius* ad Martyrolog. Rom. 14. Sept. Ægidius Bucherius in Belgio Romano &c. Quam incerta ſit illa traditio, docet B. D. *Balthaſar Bebelius* in Antiquitatibus Germaniæ primæ & in hac Argentoratenſis Eccleſiæ Evangelicæ, Argentorat. 1669. 4. & noviſſime vir celeberr. *Auguſtinus Calmet* in hiſtoria Lotharingiæ T. 1. pag. 163. Neque alium fuiſſe Maternum quam qui Epiſcopus Colonienſis interfuit Concilio Arelatenſi A. C. 314. probat eruditiſſ. Tillemontius nota ſexta ad hiſtoriam Donatiſtarum, T. 6. memor. hiſt. Eccleſ. p. 701. ſeq.

De VALERIO & EUCHARIO, quos Petrus Apoſtolus traditur miſiſſe ad Trevirenſes, Otto Friſingenſis III. 15. Chron. Marianus Scotus, Albertus Stadenſis &c. Baronius & Acta Sanctor. 29. Januar. De Euchario etiam Baronius ad 8. Sept. De utroque Chriſtoph. Browerus in Annalibus Trevirenſ. Auguſtinus Calmet in Hiſtoria Lotharingiæ &c.

MARCUS Pauli ſectator Laureacum a) *in Norico*, *LUCIUS Cyrenæus Pauli commilito & cognatus*, *quem & Britanniæ Regem* b) *vocant*, *Auguſtam Tiberinam* h. e. *Ratisbonam*, *provinciasque Iſtro conterminas luce Evangelii illuſtravit*. Titus *Pauli diſcipulus in Dalmatia*, c) *CLEMENS Pauli collega Metis in Lotharingia*, *VALERIUS vir Apoſtolicus Argentinæ*, *RUPERTUS in Franconia*, *BEATUS* * *Conſtantiæ*, *ÆGISTUS* d) *unus de LXX. Chriſti diſcipulis*, *cum MARIANO in* Bardewick *ad fluvium Elmenaw non procul à loco ubi nunc Luneburga ſita*, Trophimus *denique Pauli comes*, *Arelate in Gallia prædicavit Evangelium*. *His adde quod* Aventinus *lib. 2. Annal. Bojorum pag.* 130. *ſcriptum reliquit*, *LUCIUM cujus jam meminimus* *Cyrenæum*

a) Hundii metropol. Salisburg. T. 1. p. 190.
b) Supra pag. 407. ſq.
c) 2. Timoth. IV. 10.
* De hoc infra cap. XX.
d) Centur. Magdeburg. Centur. 1. lib. 2. c. 2.

Cyrenaum in Vindelicia, Rhatis finitimisque regionibus CHriſti doctrinam propagaſſe, & quod Cranzius *libro & capite primo Metropoleos autor eſt quemdam Petri diſcipulum imperante Nerone,* e) Bardewici *Evangelium docuiſſe, ibique diem obiiſſe.* Confer Coſterum in Enchiridio c. 2. p. 83. Chriſtiani Schützii *diſſ. de ortu & progreſſu Chriſtianæ Religionis in Germania*, D. Zeæmanni Uncatholiſches Pabſtthum *parte 2. p.* 233. Hæc D. Jo. Frid. Mayerus ὁ μακαρίτης in hiſtoria verſionis Germanicæ Biblior. Lutheri p. 143.

Moguntinam ſedem conditam à CRESCENTE Pauli diſcipulo tradunt Ado & alii recentiores. Vide Baronium ad Martyrolog. 27. Jun. Nic. Serarium lib. I. rerum Moguntinarum c. 19. & lib. 2. c. 1. ſeq. & Acta Sanctor. T. V. Junii p. 250. ſqq.

Certe Eccleſiarum Germanicarum τῶν ἐν Γερμανίαις ἱδρυμένων ἐκκλησιῶν meminit *S. Irenæus* in loco quem dedi ſupra pag. 26. cum perſpicuo teſtimonio *Tertulliani* c. 7. adverſus Judæos. Atque inter gentes, Crucifixi Leges amplexas numerantur etiam à *Theodoreto* Cimbri & Germani, ſupra p. 37.

Jo. Henrici Urſini, Spirenſis, de Eccleſiarum Germanicarum origine & progreſſu ab adſcenſione Domini uſque ad Carolum M. Norimberg. 1664. 8.

Chriſtianus Niſanius in oſtenſione hiſtorico Theologica de Carolo M. non Papiſta, Francof. 1670. 8. p. 25-79.

Certum eſt longe ante tempora Carolina Religionem Chriſtianam Saxonibus, Anglis & Friſiis eſſe commendatam, ut patet ex Marcellino de vita S. Sviberti, item ex vita S. Ludgerii, Beda Venerabili, aliisque quos citat Schatenius in hiſtoria Weſtphaliæ. Quid quod ipſe Conringius non diffitetur ab Anglo-Saxonibus & ſuis Friſiis Fidem Chriſtianam in Weſtphalia ante Carolum M. aliquatenus fuiſſe propagatam.* Quod quoque conſtat ex vita D. Bonifacii & litteris Papæ Gregorii I. ſive Zachariæ Pontificis ad Principes & primores Saxoniæ datas apud Serarium, rerum Moguntinarum libro tertio. *Jo. Gvil. Goedelius notis ad Conring. T. 6. Opp. p.* 210.

e) Chriſtianus Kortholtus, nepos, diſſ. de ſacrorum Chriſtianorum in Cimbria primordiis, ſub Præſidio D. Philippi Friderici Hane, Kil. 1728. 4. cap. I.

Martyrolog. Rom. 10. Octobr. *Coloniæ Agrippinæ S. GEREONIS Martyris cum aliis 318. qui in perſecutione Maximiani pro vera pietate gladiis patienter colla ſubdiderunt.* De trecentis Martyribus in eadem perſecutione iterum 15. Octobr. De Martha & Saula aliisque pluribus. 20. Octobr. S. Urſulæ & Sociarum 21. Octobr. ab Hunnis interfectarum, adde 22. Id. 5. Octobr. *Treviris SS. Martyrum PALMATII & ſociorum, qui in perſecutione Diocletiani ſub Rictiovaro Præſide martyrium ſubiere.* Et 6. Octobr. *Treviris commemoratio innumerabilium pæne Martyrum* ſub eodem Rictiovaro.

NARCISSUS Epiſcopus Auguſtam veniens tempore perſecutionis Diocletianeæ. Vide Acta S. Afræ in Marci Velſeri Operibus p. 441. & 477. ſeq. Baronium ad Martyrolog. Rom. 5. Auguſt. ubi hæc verba leguntur: *Auguſtæ Vindelicorum natalis S. AFRÆ martyris, quæ cum eſſet pagana, per doctrinam S. NARCISSI Epiſcopi ad CHRISTUM converſa & cum omni domo ſua baptizata, pro Confeſſione CHRISTI igni tradita eſt.*

Idem Martyrolog. 18. Mart. Auguſtæ S. NARCISSI Epiſcopi, qui primus in RHÆTIA Evangelium prædicavit.

Martyrolog. Rom. 26. Jun. *Apud Tridentum S. VIGILII Epiſcopi, qui cum reliquias idololatriæ penitus exſtirpare conaretur, a feris hominibus lapidum imbre percuſſus, pro CHRISTI Nomine Martyrium implevit,* circa A. C. 400.

De S. SEVERINO, Norici & Vindelicorum Apoſtolo, defuncto A. C. 482. Acta Sanctor. 8. Januar. & Tillemontius T. 16. memor. hiſt. Eccleſ. p. 169. Vita ſcripta ab Eugippio Abbate, obvia in M. Velſeri operibus p. 637. Martyrologium Rom. 8. Januar. *apud Noricos S. Severini Abbatis, qui apud eam gentem Evangelium propagavit, & Noricorum dictus eſt Apoſtolus.*

De Svevorum Apoſtolo & Helvetiorum COLUMBANO, extincto A. C. 615. Surius & Baronius ad 21. Nov. Carolus le Cointe T. 2. Annal. Francorum p. 98. ſeq.

Martyrolog. Rom. 16. Octobr. Apud Arbonam * in Germania S. GALLI Abbatis, diſcipuli S. Columbani. De hoc Apoſtolo Helvetiorum, qui A. C. 640. die, obiit, videndus Surius 16. Octobr. & rerum

* In Svevia, ad lacum Conſtantienſem.

rerum Helveticarum ſcriptores, ſpeciatim Jo. Jacobus Hottingerus tomo primo Hiſtoriæ Eccleſiarum Helveticarum, quam Germanica lingua edidit Tiguri 1698. 4. & quæ infra, cap. XX.

De RUDBERTO, Francorum Apoſtolo & Bojariorum, Epiſcopo Juvaviæ ſive Salisburgenſi, defuncto A. C. 628. vide *Surium*, *Baronium* & Acta Sanctorum 27. Mart. *Wiguleum Hundium* in metropoli Salisburgenſi, Jo. *Aventini* annales Bojorum, *Marcum Velſerum* libro rerum Boicarum quarto, Anonymum *de converſione Bojariorum & Carenthanorum ad Fidem Chriſtianam*, in Marqu. Freheri ſcriptoribus rerum Bohemicarum: *Mathæi Raderi*, S. J., Bavariam ſanctam, Monachii 1615. 1624. 1627. fol. & Bavariam piam. 1628. fol. &c.

FRANCORUM Orientalium Apoſtolus S. KILIANUS A. C. 689. vide Acta Sanctor. 8. Julii, *Jo. Petrum Ludewig* in ſcriptoribus rerum Wirtzburgenſium p. 966. ſeq. *Eliæ Martini Eyringii* diſſ. de ortu & progreſſu Religionis Chriſtianæ in Francia Orientali, edita ad calcem vitæ Erneſti pii, glorioſiſſimæ memoriæ ducis Gothani. Lipſ. 1704. 8.

Martyrolog. Rom. 8. Jul. *Herbipoli in Germania S. KILIANI Epiſcopi, qui a Rom. Pontifice* (Conone circa A. C. 686.) *ad prædicandum Evangelium miſſus, cum multos ad CHRISTUM perduxiſſet, una cum ſociis, COLOMANNO presb. & TOTNANO Diacono trucidatus eſt.* adde Baronium ad A. C. 686. n. 8. ſeq.

3. Octobr. *apud antiquos Saxones duorum Martyrum EWALDORUM, qui cum eſſent Presbyteri, & CHriſtum ibi prædicare cœpiſſent, comprehenſi ſunt a Paganis, & occiſi*, A. C. 695.

SVIDBERTUS, primus Verdenſis Epiſcopus, Saxonum Friſionumque Apoſtolus, qui A. C. 717. obiit. Vide vitam ſcriptam à Marcellino apud Surium & in Actis Sanctor. T. 3. April. p. 802. ſeq. Bedam hiſt. Anglor. V. 12. Trithem. illuſtr. Benedictin. III. 103.

Martyrolog. Rom. 1. Mart. *Apud Civitatem Werdam S. Svitberti Epiſcopi, qui tempore Sergii Papæ apud Friſones, Batavos & alios Germaniæ populos Evangelium prædicavit.* Vide Mabillonium T. 2. Annalium Ord. S. Benedicti, etiam Acta Sanctorum T. 3. April. p. 802. ſeqq. & de *S. Pattone* Epiſcopo Verdenſi T. 3. Martii 30. p. 844.

De S. WILLIBRORDO, Apoſtolo FRISIORUM vide Bedæ H. E. gentis Anglor. III. 13. V. 11. 12. & ſex ætates Mundi, in Juſtiniano ſecundo. Alcuinum in vita ejus apud Jo. Mabillonium in Actis Benedictin. ſæc. 3. part. 1. p. 603. cum obſervationibus Mabillonii prævíis, nec non de Pontificibus & Sanctis Eccleſiæ Eboracenſis verſ. 1034. Steph. Eddium in Vita Wilfridi c. 25. Pſeudo Marcellinum in vita Sviberti apud Surium 1. Mart. Willibaldum in vita Bonifacii. Fragmentum Hiſtoricum apud Andr. Quercetanum T. 1. p. 788. Reginonis Chronicon ad A. 622. Sigebertum in Chron. ad Annos 692. 694. 697. Florentinum Vigornienſem ad A. 696. Matth. Weſtmonaſter. ad A. 697. Ranulphum Higedenum in Polychronio lib. V. p. 241. 243. Joannem Capgravium in Willibrordo, Jo. Trithemium de Viris illuſtr. Ordinis Benedicti III. 137. IV. 67. Cæſ. Baronium ad Martyrolog. Roman. 7. Nov. Beda, Uſuardus, Ado & alii in Martyrolog. Othlonus Fuldenſis in Vita Bonifacii ap. Henricum Caniſium T. IV. part. 2. (hanc vitam edidit etiam Laur. Surius, ſed ſtilum ſuppreſſo auctoris nomine mutavit.) Jo. Molanum ad Uſuardum & in Indiculo Sanctorum Belgii, Joannem Becam in Chronico Epiſcoporum Traject. pag. 8. & Arnoldum Buchelium in locum. Gvilelmum Hedam in Hiſtoria Epiſcoporum Ultraject. pag. 25. Jacobum Meierum in Annalibus Flandriæ ad A. 611. Hadr. Barlandum de rebus geſtis Epiſc. Trajectenſium pag. 5. Petrum Cratepolium de Germaniæ Epiſcopis pag. 147. Cornel. Kempium de origine Friſiorum III. 22. Gerard. Noviomagum in Hiſt. Epiſc. Trajectinorum pag. 23. Arnold. Wionum in ligno vitæ II. 54. III. pag. 363. Arnoldum Raiſſium in Belgica Chriſtiana pag. 347. Jo. Pitſeum de illuſtribus Angliæ ſcriptoribus pag. 140. Jo. Lelandum de ſcriptoribus Britannicis pag. 101. Carolum Stengelium in Vitis Sanctorum Ord. Benedicti pag. 146. Laur. Beyerlingium in vita Willibrordi. Clement. Reynerum de antiquitate Ordinis Benedictinorum in Anglia p. 30. Aubertum Miræum in faſtis Belgicis 7. Nov. in codice Donationum p. 27. & in notitia Eccleſiarum Belgii p. 28. 31. Vitas Gregorii & Ludgeri ap. Chriſtoph. Browerum inter ſidera Sanctorum. Willibrordum Boſcardum in diatriba de primis Vet. Friſiæ Apoſtolis, Edeardum Maihevium de illuſtribus Angliæ Scriptoribus Ord. S. Benedicti p. 97. Godefr. Henſchenium & Dan. Papebrochium in Actis Sanctorum 1. Mart. de vita Sviberti, Conciliorum collectionem Labbeanam

beanum T.6. pag. 1376. 1879. Anton. Matthæus de nobilitate II, 3. probare conatur ELIGIUM Epiſcopum Noviomag. omnium primum Friſiis Evangelium prædicaſſe. Tho. Dempſterus in Hiſt. Eccleſ. gentis Scotorum perperam Willibrordum Scotis adnumerat, cum non ſolum Alcuinus in Vita ejus & Bonifacius in Epiſtolis, verum etiam Beda Anglo-Saxonem fuiſſe affirmat. Pitſeus, Dempſterus & Maihevius nonnulla eum ſcripſiſſe tradunt, ſed fides incerta. *Hæc ex Antonio Hallo ad Jo. Lelandum de ſcriptoribus Britannicis.*

Quicquid vero alii præſtiterint, maxima propagatæ & inſtauratæ per Germaniam Chriſtianæ Religionis gloria penes CAROLUM Imp. & BONIFACIUM manet. Bonifacius ſane quicquid erat inter Rhenum & Viſurgium populorum, imprimis *Friſios* Chriſtianam fidem docuit, qui vero Chriſtiana ſacra jam ante receperant, hos confirmavit, iiſque diſciplinam ac leges Eccleſiaſticas ſanxit. *Herm. Conring. T. 2. Opp. p.* 701.

Martyrolog. Rom. 13. Febr. *Romæ, S. GREGORII Papæ ſecundi* (ab A. C. 715. ad 731.) *qui - - S. Bonifacium ad prædicandum Evangelium in Germaniam miſit.*

Martyrolog. Rom. 5. Junii. *S. BONIFACII Epiſcopi* (ab A. C. 747.) *Moguntini, qui de Anglia Romam veniens, & à Gregorio II. in Germaniam miſſus* (A. C. 719.) *ut Fidem CHRISTI illis Gentibus evangelizaret, cum maximam multitudinem, præſertim FRISONUM, Chriſtianæ Religioni ſubjugaſſet, Germanorum Apoſtolus meruit appellari. Noviſſime* (A. C. 754.) *in Friſia a furentibus Gentilibus gladio peremtus martyrium conſummavit cum EOBANO & quibusdam aliis ſervis DEI.* De illo Bonifacio Surius ad 5. Jun. *Jo. Nauclerus* in Chron. *Jo. Mabillonius* tomo ſecundo Annalium Ordinis Benedictini. Pariſ. 1705. fol.

Nic. Serarius ad S. Bonifacii Epiſtolas, Mogunt. 1605. 4. & in Bibl. Patrum. Idem Serarius libro 3. rerum Moguntinarum.

Acta Sanctorum T. I. Junii pag. 452. ſqq. ubi præter vitam ſcriptam a *Willibaldo* diſcipulo, alia pag. 477. à presbytero S. Martini Ultrajecti, & p. 481. a quodam fortaſſe Monaſterienſi.

Vide etiam Vitam S. STURMII, Abbatis Fuldenſis primi, ſcriptam a *S. Eigile*, Abbate Fuld. & vitam S. WILLIBRORDI, Friſiorum

rum Apoſtoli, cui in Trajectino Archi-Epiſcopatu A, C. 744. Bonifacius jam ſexagenarius ſucceſſit.

Martyrolog. Rom. 7. Jul. *In Saxonia S. WILLEBALDI, primi Eiſtetenſis Epiſcopi, qui una cum S. Bonifacio laborans in Evangelio, multas gentes convertit ad CHRISTUM.*

Cyriaci Spangenbergs Bonifacius, Smalkalden 1603. 4.

Jo. Letzneri Hiſtoria S. Bonifacij. Erfurt. 1603. 4. Unſchuldige Nachrichten A. 1713. p. 751.

Jacobi Weberi Hiſtoriſche Predigten von Bekehrung der Deutſchen. Jen. 1606. 4. Unſchuldige Nachrichten A. 1713. p. 760.

THURINGIS & HASSIS Evangelium prædicavit *Bonifacius* cum ſociis ubi tunc maxime opus erat doctrina illorum, ob hæreticos & vicinitatem paganorum indoctamque plebem. Vide quæ Pagius ad A. C. 723. n. 1. ex vita S. *Gregorij* Ultrajectini Epiſcopi, & ad A. 724. n. 1. ex Willebaldo & Othlono. D. Jo. Georgii Liebknecht de Evangelicæ Veritatis ante Reformationem in Haſſia Confeſſoribus. Giſſæ 1726. 4. Unſchuldige Nachrichten 1728. p. 760.

Caſpar Sagittarius in den Bericht von den Heyden und Chriſtenthum der alten Thüringer, und daß längſt vor den Zeiten Bonifacii gute Chriſten in Thüringen geweſen. Jenæ 1685. 4. *Acta Erud.* 1685. p. 363. ſqq.

Jo. Chriſtophorus Olearius ſyntagm. rerum Thuringicar. parte 1. pag. 357. ſqq.

D. Henrici Philippi Gudenii Superint. Cellerfeldenſis diſſ. de Bonifacio Germanorum Apoſtolo, & Obſervationes Miſcellaneæ ex hiſtoria Bonifacii ſelectæ, Helmſt. 1729. 4. ſub præſidio *D. Juſti Chriſtophori Boehmeri.*

De nimio Bonifacii in proferenda Papæ Romani poteſtate ſtudio, *Chriſtianus Niſanius* p. 75. ſeq. Oſtenſionis Hiſtorico Theologicæ de Carolo M. non Papiſta.

Carolomannus in Concilio Germanico, A. C. 742. & *Pipinus* in Concilio Sveſſionenſi A. C. 744. religionem Chriſtianam in populis Rheni accolis labefactam reſtituere aggreſſi, vide Pagium ad A. 671. n. 6. ſeq. & 696. n. 7. ſq. ubi de S. RUDBERTI adventu in Bajoariam qui

Theo-

Theodonem ſecundum, Bojariæ Ducem ad CHriſtum convertit. id. ad A. 716. num. 15.

De S. CORBINIANO Epiſc. primo Friſingenſi. id. ad A. 702. num. 8. Aribo in vita, apud Surium 8. Sept. Otho Friſing. V. 23. ſq. Carolus Meichelbeck T. 1. hiſt. Friſingenſis.

CAROLI M. pietas in convertendis Saxonibus à *Carolo Gottlob Hofmanno* deſcripta ſive potius contaminata iniquis obtrectationibus & ſuſpicioſis ingratisque erga famam maximi principis, cujus memoriam omnibus Chriſtianis ſanctam ac venerabilem eſſe oportet. Prodiit cum Conr. Sam. Schurzfleiſchii fundamentis hiſtoriæ mediæ. Schneeberg 1728. 8. Deutſche Acta Erud. 139. Tom. 12. pag. 484. ſeqq.

De S. LIOBA virgine miraculis clara in Germania temporibus Caroli M. quæ cum ſorore WALPURGI ſanctimonialium apud Germanos inſtitutarum anteſignana fertur, Baronius ad Martyrolog. 28. Sept. Rudolfus Monachus Fuldenſis in Liobæ vita, apud Mabillonium ſecul. 3. Benedictin. parte 2. Pagi ad A. C. 725. n. 8.

LUDOVICI Pii præceptum *de paganis ad Chriſtianitatem invitandis, & de inſtitutione Archi-Epiſcopatus Hamaburgenſis* A. C. 829. apud Baluz. Tom. 1. Capitular. p. 681. Carolum le Cointe ad A. C 822. num. 43. Tom. 7. p. 615. Bollandum Tom. 1. Act. Sanctor. Februar. pag. 404. Erpoldum Lindebrog. ſcriptor. Septentrional. pag. 125. Lambecium lib. 2. rerum Hamburg. pag. 354. Philippum Cæſarem in triapoſtolatu *Septentrionis*, *Colon.* 1642. 8. pag. 173. Jo. Joachimum Maderum ad Adamum Bremenſem pag. 179. Jo. Chriſtian. Lunigium ſpicileg. Eccleſiaſt. Tom. 1. pag. 114. Nic. Staphorſt. Tom. 1. Hiſt. Eccleſ. Hamb. p. 26. Sedem Archiepiſcopalem per hoc Cæſareæ auctoritis præceptum ſtatui Ludovicus Imp. ait, *unde omnes illæ barbaræ Nationes, æternæ vitæ pabulum uberiusque capere valerent - - inſuper etiam & magnorum progenitorum noſtrorum ſacra lucrandi ſtudia noſtris in diebus nunquam deficerent. Genitor etenim noſter glorioſæ memoriæ KARULUS omnem Saxoniam Eccleſiaſticæ Religioni ſubdidit, jugumque CHriſti ad usque terminos Danorum atque Slavorum corda ferocia ferro perdomans docuit* &c.

Philippi Cæſaris D. Theol. Triapoſtolatus Septentrionis, Vita & geſta S. WILLEHADI, S. ANSGARII & S. REMBERTI, Colon.

lon. 1642. 8. & Volumine ſecundo memoriarum mearum Hamburgenſium. Hamb. 1710. 8.

Sigebertus Gemblacenſis ad A. C. 780. *Carolus Rex Albiam fluvium transgreditur, ibique in ejus gratiam BARDOGAVENSES & NORDUITÆ baptizantur.*

Idem Sigebertus ad A. C. 776. *CAROLUS Saxoniam velut tempeſtas proterit, munitiones irrumpit, & ad hoc eos impellit, ut ſe & patriam ei dedant, & datis obſidibus ſe Chriſtianos futuros ſpondeant.* & ad A. 777. *Saxones baptizati paciſcuntur ut ingenuitatem ſuam & omnia ſua perdant, ſi unquam a fidelitate CHriſti & Regis deſiſtant.* & ad A. 785. *Witbichindus & Albion Duces Saxonum Carolo reconciliati baptizantur, & motus Saxonum reprimuntur.* ad A. 793. *Saxones in fide DEI & fidelitate Regis vacillant.* ad A. 795. *Saxones virtute Caroli conterriti reddunt ſe CHriſti & Regis fidelitati.* ad A. 803. *Carolus Imp. omnes Saxones trans Albiam morantes in Franciam tranſtulit, pagosque eorum Abrotidis * dedit.*

Martyrologium Rom. VIII. Novemb. *Bremæ S. WILLEHADI, primi ejus Civitatis Epiſcopi* (ordinati A. C. 788.) *qui una cum BONIFACIO, cujus diſcipulus fuit, in Friſia & Saxonia Evangelium propagavit.*

Plura *Adamus* Bremenſis in hiſtoria Ecclesiaſtica, cujus ſpero meliorem me editionem daturum eſſe, poſt illam quam in Erpoldi Lindembrogii ſcriptoribus Septentrionalibus A. 1706. exhibui.

Albertus Crantzius lib. 2. Saxoniæ c. 14. 15. & lib. 1. Metropoleos ſive hiſt. Eccleſ. Saxon. cap. 7. 8.

De B. WITEKINDO Duce Saxonum inclyto quem Carolus M. geſto per annos triginta amplius annos difficili bello vicit & ad Chriſtiana ſacra amplectenda adduxit, vide Bollandum T. 1. Act. Sanctor. Januarii 7. p. 380. ſqq. Reinerum Reineccium &c.

Rembertus in S. Anſcharii vita c. 11. *CAROLUS Auguſtus omnem Saxoniam ferro perdomitam & jugo Chriſti ſubditam per Epiſcopatus diviſit, ultimam partem ipſius provinciæ* (Nordalbingiam ſive Saxoniam trans Albim ejusque partes tres, Holſatiam, Stormariam & Ditmarſiam) *quæ erat in Aquilone ultra Albiam, nemini Epiſcoporum tuendam commiſit, ſed ad hoc reſervare decrevit, ut ibi Archiepiſcopalem conſtitueret ſedem, ex qua,*

* Lege, *Abotritis.*

qua, DOMINI Gratia tribuente, etiam ſucceſſio fidei Chriſtianæ in exteras proficeret nationes, qua de re primitivam etiam ibi (HAMBURGI) *Eccleſiam per quemdam Epiſcopum Galliæ* (Trevirenſem) *AMALHARIUM nomine, conſecrari fecit.* A. C. 811. confer Lambecium lib. 1. Origg. Hamburg. pag. 3. ſeq. edit. à me curatæ. Ibi deinde ſedem Archiepiſcopalem conſtituit LUDOVICUS Pius Imp. A. C. 834. *cui ſubjaceret univerſa Nordalbingorum Eccleſia, & ad quam pertineret omnium regionum Aquilonarium poteſtas ad conſtituendos Epiſcopos ſive Presbyteros in illas partes pro CHriſti nomine deſtinandos.*

Martyrologium Rom. 3. Febr. *S. ANSCHARII, Bremenſis Epiſcopi, qui Suevos & Danos ad fidem CHRISTI convertit.* Pro *Suevis* legendum *Svecis*, quibus A. C. 816. Joannes Magnus, alii jam A. 805. Evangelium ab Anſchario prædicatum perhibent, quod refellit laudatus Nicolaus Staphorſt T. 1. hiſt. Eccleſiaſticæ Hamburg. p. 656. atque A. 829. demum ab eo factum probat. Claudius Arrhenius A. 826. Vide infra in Svecia.

De S. REMBERTO Anſcharii ſucceſſore, præter jam laudatos, Philippum Cæſarem, Lambecium, Staphorſtiumque vide ſis Acta Sanctor. 4. Febr.

Trogilli Arnkiel, Præpoſiti & Paſtoris Apenradenſis, Cimbriſche Heyden Religion, gülden Heyden Horn, Cimbriſche Heyden Begräbniſſe, und Cimbriſche Heyden Bekehrung, wie unſere Vorfahren Cimbriſcher Nation, die Sachſen, Guten, Wenden und Freſen, und die von denſelben herſtammende Mitternächtige Völcker durch das heilige Evangelium ſind bekehret, und in dieſen Landen das Heydenthum ausgereutet, die Kirche GOttes gepflantzet, und das Chriſtenthum eingewurtzelt. Hamb. 1702. 4. Hic parte IV. pag. 28. ſqq. viſus ſibi deprehendere in Cimbrorum idololatrarum religione veſtigia doctrinæ Apoſtolicæ de SS. Trinitate, de Mundi creatione & interitu & de baptiſmo: obſervat etiam ſignum Crucis in vetuſtiſſimis illorum monumentis. Sed parum explorata illa ſunt omnia, ſive rem ipſam & qua de illis monumentis conſtat nobis fidem, aut ætatem illorum, ſive cum Apoſtolica doctrina congruentiam concordiamque ſpectemus. Certiora ſunt pleraque quæ deinde afferuntur de converſione *Friſiorum* pag. 72. ſqq. *Saxonum* pag. 92. ſqq. *Jutorum Danorumque* pag. 153. ſqq. *Vandalorum* p. 223. ſq.

Svecorum pag. 263. ſqq. *Norwagorum* pag. 289. ſqq. *Islandorum* pag. 307. ſqq. *Gronlandorum* pag. 317. ſqq. *Finnonum* pag. 330. & *Livonum* pag. 333. ſqq. in quibus omnibus pauca ante Carolinam tentata ætatem, pleraque etiam poſterioribus demum ſæculis perfecta reperiuntur.

Friderici Arnkiel Rettung des erſten Nordiſchen Chriſtenthums, wider Gotfrid Arnold. Glückſtadt 1712. 4.

Paulus Cypræus in Annalibus Epiſcoporum Sleſvicenſium, quos *Joannes Adolphus Cypræus* filius continuatos & ad umbilicum perductos edidit Colon. Agrippinæ 1634. 8.

Johannes Mollerus in iſagoge quadripartita ad hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ Hamb. 1691. 8.

Chriſtianus Kortholtus, nepos in laudata ſupra, pag. 419. diſſertatione.

Martyrolog. Rom. 26. Mart. *S. LUDGERI Mimigardefordenſis* (Monaſterienſis in WESTPHALIA) *qui Saxonibus Evangelium prædicavit.* Obiit Ludgerus A. C. 809. de quo Acta Sanctorum T. 3. Martii p. 616. ſeq. & illuſtris Leibnitii Scriptores Brunſvicenſes T. 1. p. 85. 100. &c.

BORUCTUARIOS quibus S. SVIBERTUS Anglus ſub initium octavi ſeculi Evangelium prædicavit, WESTPHALOS fuiſſe contendit Chriſtoph. Hartknochius Preußiſche Kirchen-Hiſtoria p. 11.

Gerb. Kleinſorgii Chronicon Weſtphaliæ Eccleſiaſticum, Bernhardo a Mallinkrot laudatum, necdum lucem vidit, quod ſciam, conſuli autem poſſunt:

Hermann Adolph Meinder de ſtatu Religionis & Reip. ſub Carolo M. & Ludovico Pio in Weſtphalia 1711. 4.

Caſpar Calvoer im Heydniſchen und Chriſtlichen Nieder-Sachſen. 1714. fol.

Nicolaus Schaten S. J. in hiſtoria Weſtphaliæ. Neuhuſ. 1690. fol. & in Annalibus Paderbornenſibus. 1693. 1698. fol.

Jo. Antonius Stubberg in der verſprochenen ausführlichen Osnabrückiſchen Hiſtoria, parte 2. de Hiſt. Eccleſ. Oſnabrug. Primum Epiſcopum Oſnabrugenſem WIBONEM defunctum A. C. 809. idem memorat pag. 59. des Entwurfs einer ausführlichen Osnabrückiſchen Hiſtoria. Jen. 1720. 8.

Sigebertus Gemblacenſis ad A. C. 779. *Carolus Rex in Saxonia Weſtphalos ſibi ſubjugat.*

Martyrolog.

Martyrolog. Rom. 15. Octobr. *In PRUSSIA S. BRUNONIS Epiſcopi Ruthenorum & Martyris, qui Evangelium in ea regione prædicans, ab impiis tentus, manibus pedibusque præciſis, capite truncatus eſt.*

A. C. 996. S. ADALBERTUS, ſive ALBERTUS Pragenſis Epiſcopus, qui Bohemis, Polonis & Hungaris Evangelium prædicavit, poſtea in Pruſſia idem facere inſtituens a Siggone Sacerdote idolorum, lancea eſt confoſſus 23. April. Vide Acta Sanctorum ad illum diem, & Chriſtoph. Hartknochii Hiſt. Eccleſ. Pruſſiæ, Germanice editam Francof 1686. 4. lib. 1. cap. 1. ubi etiam copioſe traditur quam pertinaciter *Bernhardo* nudipedi, *Bonifacio*, *Brunoni* * aliisque reſtiterint Boruſſi ſive Pruſſi, qui ſæculo XI. & XII. illos ad CHriſtum adducere conati ſunt, operam ſuam etiam impendentibus Polonorum Principibus BOLESLAIS, donec ſæculi XIII. initio CHRISTIANUS & PHILIPPUS, Ciſtercienſes Monachi feliciore ſucceſſu hac in re ſunt verſati, ita ut Chriſtianus ille primus Prutenorum Epiſcopus ſit conſecratus A. C. 1215. *Innocentio* III. Papa eidem ſuffragante, & *Equitibus Ordinis Teutonici* ab A. 1230. deinde per annos quinquaginta tres, Pruſſos bello perſequentibus, de quo vide etiam laudati Hartknochii opus alterum, Alt und Neues Preuſſen Francof. 1684. fol. parte 2. cap. 2. p. 277 ſeq. & de originibus Ordinis Teutonici Jo. Trithemium in Chronico Hirſaug. ad A. C. 1192. Polniſche Bibliothec IV. pag. 297. ſeq. &c.

De REINBERNO Colbergæ in Pomerania Epiſcopo, Apoſtolo Pruſſorum, Pagius ad A. C. 1008. n. 4.

Martyrolog. Rom. 2. Jul. *Bambergæ S. OTHONIS Epiſcopi, qui POMERANIS Evangelium prædicans eosdem convertit ad Fidem.* circa A. C. 1124. adde vitam Othonis editam a Caniſio T. 2. (edit. novæ T. 3. parte 2.) libro 2. & 3. Acta Sanctorum T. 1. Julii. (Mem. de Trev. 1710. p. 7. ſq.) notas *Baronii* ad Martyrolog. & Annales ad A. 1124.

D. Dan. Crameri Chronicon Pomeraniæ Eccleſiaſticum Germanice editum libro primo. Sanctis adſcriptus Otho ille a Clemente III. A. C. 1189. vide *Baron.* ad illum annum n. 13. & *Pagium* n. 9. ut ad A. 1124. n. 2. & 1128. n. 23. ſeq. ubi de LEUTICIIS ** ab Othone converſis.

* Vide Pagium ad A. C. 1008. n. 2. ** Mecklenburgenſibus.

Chriſtiani Schoetgenii Andencken der Pommerſchen Bekehrung durch Biſchoff Otto von Bamberg A. 1124. Stargard 1724. 4.

Jo. Petrus Ludewig in ſcriptoribus rerum Epiſcopatus Bambergenſis. Lipſ. 1718. fol.

a WALDEMARO Daniæ Rege victi RUGIANI Henetorum ſive Sclavorum populi Chriſtianam Religionem ſuſcipiunt. vide Pagium ad A. C. 1164. n. XIV. ſq. ex Helmoldo, Saxone Grammatico &c.

Helmoldus presbyter & Canonicus Butronienſis, hiſtoriam converſionis Henetorum ſive Sclavorum ad CHRISTUM, à temporibus Caroli M. usque ad A. C. 1168. perduxit. *Pagi ad illum annum n. 22.*

Martyrolog. Rom. 14. Octobr. *Herbipoli, S. BURCHARDI, primi* poſt S. Kiliani A. 1688. martyrium *illius civitatis Epiſcopi*, qui obiit A. C. 791. Vide Scriptores Wirtzburgenſes editos à *Jo. Petro Ludewig* Francof 1713. fol.

16. Octobr. *Moguntiæ S. LULLI, Epiſcopi & Confeſſoris.*

De *S Canuto Lewardo*, Rege OBOTRITORUM, Duce Slesvicenſi A. 1133. Sanctor. Acta T. 1. Januarii p. 390. De *Bernone*, Epiſcopo Obotritorum quem Henricus Leo temporibus Hadriani IV. conſtituit, vide Antonium Pagi ad A. C. 1195. n. 10. Idem de *Leuticis* ſive *Lutizis* videndus ad A. 1034 n. 18. ſeq. & A. 1035. n. 8. ubi eosdem fuiſſe cum *Waris* & *Abotritis*, Ducatus Meclenburgenſis incolis obſervat. Quam longe olim patuerit nomen *Vandalorum*, idem Pagius erudite oſtendit ad A. 407. n. 15. ſeq.

D. Franciſci Alberti Æpini ſchediaſma de Mecklenburgenſium à Gentiliſmo ad Chriſtianiſmum converſione. Roſtoch. 1708. 4.

Georgii Frid. Stiberi Mecklenburgiſche Kirchen-Hiſtoria. Guſtroviæ 1714. 8. *Acta Erud.* 1715. p. 40. Neuer Bücher-Saal XLVII. p. 765.

Tobiæ Eckardti diſſ. de difficultate* converſionis Vandalorum. Quedlimb. 1728. 4.

De primis Epiſcopis Mecklenburgenſis, *Philippi Friderici Hane* diſſert. Roſt. 1721. 4.

Ve-

* *Difficulté qui donna l'occaſion à l'entrée de la Nobleſſe Allemande dans le Mecklenbourg & dans les Provinces voiſines.* Bibl. Germanique T. 17. pag. 227.

Veraniam inſulam incaſſum tentat ad fidem convertere Otho Epiſcopus Bamberg. (circa A. C. 1130.) vide vitam ejus lib. 3. c. 10.

De Germaniæ Archiepiſcopatibus & Epiſcopatibus *Caſpar Bruſchius* Noriberg. 1549. & in Chronico Chronicorum Gruteriano Eccleſiaſtico Tom. 1.

Albertus Crantzius in metropoli ſæpius edita.

Dav. Chytræus, Crantzii continuator, in Saxonia, idem autor ſucceſſionis Epiſcoporum in XVIII. Eccleſiis Saxoniæ & Vandaliæ cathedralibus ab A. C. 1500. ubi Krantzius deſinit, ad 1582. ſeparatim editæ in 4.

Gabriel Bucelinus T. 1. Germaniæ ſacræ & profanæ, Auguſtæ Vindel. 1651. Francof. 1699. fol.

Goldaſtus in indice Ordinum Romani Imperii, quem Conſtitutionum Imperialium collectioni præmiſit Frf. 1673. fol.

Petri Merſæi Cratepolii de Germaniæ Epiſcopis & doctoribus. Colon. 1588. 1592. 8.

Jo. Georgii Eccarti kurtze Erzehlung der vornehmſten Beſchreiber der Ertz-Biſchöflichen und Biſchöflichen Hiſtoria unſers Teutſchen Vaterlandes, wobey zugleich das Vorhaben eine vollſtändige Hiſtorie des Biſchofthums Oſnabrück zu verfertigen eröfnet wird. Lemgo 1718. 4.

Præcipuum opus, *Marci Hanſitz*, S. J. Germania ſacra, cujus tomus primus metropolin Laureacenſem cum Epiſcopatu Patavienſi chronologico ordine perſequens lucem vidit Auguſtæ Vindel. 1727. fol. & cæterorum inſecuturorum, uti ſpem facit lectoribus, ita deſiderium injicit. Vide Acta Eruditorum Latina A. 1729. pag. 193. & Germanica CXXXVI. T. 12. p. 229.

Antonius Monichiacenus Demóchares tomo ſecundo propugnationis pro ſacra Miſſa. Paris 1562. fol.

Johannis Hubneri Hiſtoriſche Fragen tomo VII. ſeq.

Jo. Chriſtiani Lunigii Spicileg. Eccleſiaſtici tomo I. & II. & in continuatione.

Genealogophilus in den itztlebenden Häuptern Teutſchlandes pag. 50. ſeq. Zürich 1727. 8.

Anonymi * hiſtoire Eccleſiaſtique d'Allemagne, à Bruxell. 1724. 8. duobus Volum. Hoc utili in opere Archiepiſcopatus Germaniæ

* Journal des Savans 1725. p. 20.

niæ cum ipſorum Epiſcopis ac ſuffraganeis, ſingulorumque Archiepiſcoporum & Epiſcoporum ſucceſſiones in noſtra usque tempora recenſentur. Ordo quo ſedes ipſas recenſet, hic eſt:

Archiepiſcopi I. MOGUNTINUS, ſub quo Epiſcopi 1. Erfurtenſis, 2. Wormatienſis, 3. Spirenſis, 4. Wirtzburgenſis ſive Herbipolitanus. 5. Aichſtadienſis. 6. Argentoratenſis ſive Strasburgenſis. 7. Conſtantienſis. 8. Auguſtanus, ſive Auguſtæ Vindelicorum. 9. Paderbornenſis, 10. Hildeſienſis ſive Hildesheimenſis, 11. Curiæ Rhætorum (*Coire.*) 12. Halberſtadienſis. 13. Verdenſis. 14. Bambergenſis.

II. TREVIRENSIS, ſub quo Epiſcopi: 15. Metenſis, 16. Tullenſis, 17. Verdunenſis ſive Verodunenſis.

III. COLONIENSIS, ſub quo 18. Leodienſis, (*Liege*) ante A. C. 713. Trajectinus ad Moſam, & ante S. Servatium (qui A. 403. obiit) Tungrenſis. 19. Monaſterienſis. 20. Oſnabrugenſis. 21. Mindenſis.

IV. SALISBURGENSIS, ſub quo Epiſcopi: 22. Friſingenſis, 23. Ratisbonenſis, 24. Paſſavienſis, 25. Brixenenſis, 26. Viennenſis ſive Vindobonenſis, 27. Neoſtadienſis, 28. Lavanti ſive Lavantinus, 29. Gurcenſis, 30. Seccovienſis, 31. Chiemenſis, (*Chiemſee.*)

Exemti: 32. Tridentinus, & 33. Tergeſtinus (*Trieſte.*) 34. Lubianenſis, ſive Labacenſis, (*Laybach.*)

V. PRAGENSIS (qui ad A. C. 1343. ſuffraganeus Moguntini fuerat) ſub quo 35. Litomislienſis, 36. Reginæ Gradecienſis (*Koning-Gretz*) 37. Litomerienſis (Leitmaritz.)

Exemti 38. Olmucenſis, 39. Uratislavienſis (*Breslaw.*)

VI. VESONTINUS, ſub quo Epiſcopi: 40. Baſileenſis, 41. Lauſannenſis, 42. Genevenſis, 43. Sedunenſis (*Sion* ſive *Sitten.*)

VII. MAGDEBURGENSIS, ſub quo fuere 44. Martisburgenſis (Merſeburg) 45. Lebuſſenſis, 46. Pomeſanienſis, 48. Numburgenſis, 49. Brandenburgenſis, 50. Havelbergenſis & 51. Caulinenſis.

Miſnenſis, exemtus.

VIII. BREMENSIS, HAMBURGO Bremam translatus, ſub quo fuere 52. Lubecenſis, 53. Ratzburgenſis, 54. Swerinnenſis, 55. Sleswicenſis.

Claudam

Claudam hoc caput Profeſſione Fidei veteri Franco Saxonica, partim ut appareat, quomodo fides Apoſtolica, traditioque Symboli etiam in Germaniam, ab Ethniciſmo revocatam, propagata olim feliciter fuerit: partim ut brevi quodam ſpecimine demonſtrem quomodo optem edi vetera Theotiſca monumenta, ut major inde utilitas in lectores Germanos, ad linguæ qua utimur intelligendas origines, ipſaque priſca Teutonica facilius rectiusque capienda proficiſcatur. Itaque præter verſionem Latinam, in uſum eorum quibus ſermo Germanicus peregrinus eſt, additam ex C. V. Joannis Georgii Eccardi Catecheſi Theotiſca p. 74. ſeq. adjunxi novam Germanicam, conſtantem ex meris verbis ejusmodi, quæ reſpondentia veteribus illis Franco-Saxonicis, ab hodierni adhuc ſermonis uſu agnoſcuntur.

Exhortatio ad plebem Chriſtianam.

1.	1.	1.
Lauſchet (höret) ihr lieben Kinder, die Tugend des Glaubens die ihr im Hertzen geheget haben ſollt.	*Hloſat ir chindo liupon tugathi dera calauba, diu ir in herzin cahuctlibo hapen ſculut.*	Audite filii regulam fidei, quam in corde memoriter habere debetis.
2.	2.	2.
Wann ihr den Chriſten Nahmen empfangen eigt. (habet.)	*Wanta ir den Criſtan nom intfangun eigut.*	Quia Chriſtianum nomen accepiſtis.
3.	3.	3.
Das iſt ein Kündniß eurer Chriſtenheit von dem Droſt (Herren) eingeblaſen, von ſein ſelbſt Magen (Jüngern) geſetzt.	*Daz iſt chundida iuuera Chriſtanheiti, fona demo Truhtinè innan caplaſan, fona ſin ſelpes maginon caſazta.*	Quod eſt veſtræ indicium Chriſtianitatis à Domino inſpiratum, ab Apoſtolis inſtitutum.

4.

Der Glaube gewiſſe few(wenig) Worte ſind, auſſer daß drade (ſehr) mächtige caruni (Runen, Geheimniſſe) darin befangen.

Dera calaupa cduuiſſo fouui uuorte ſint : uzan drato mihili caruni darinne piſangan.

Cujus itaque fidei pauca verba ſunt: ſed magna in ea concluduntur myſteria.

5.

Der geweihete Athem (Heilige Geiſt) hat den Meiſtern der Chriſtenheit den geweiheten ſeinen Boten, dieſe Worte dictiret in ſolcher Kürtze.

Wiho Atum cauuiſſo dem maiſtrom dera Chriſtanheiti, dem wihom potom ſinom, deiſu uuorte tichtota ſullichere churtniſſi.

Sanctus etenim Spiritus Magiſtris Eccleſiæ, Sanctis Apoſtolis hæc dictavit verba tali brevitate.

6.

Daß die allen Chriſten zu glauben iſt, ja auch ſimpel zu bekeñen, alle verſtehen möchten, auch geheget (in Gedächtniß) haben.

Daz diu allem Chriſtianom zicalaupenne iſt, jo ouh ſimplum zipigihanne, alle furſtanten mohten, ouh kibouctlihho cahapen.

Ut quod omnibus credendum eſt Chriſtianis ſemperque profitendum, omnes poſſint intelligere, & memoriter retinere.

7.

In wie föddert (inquit) der Mann (ſagt daß er ein) Chriſt iſt, der dieſe few(wenige) Worte des Glaubens, von denen er zum Heil gebracht ſoll ſeyn, ja die er kennen ſoll, ja auch die Worte des Frohn(Herren) Gebets, die der Droſt (Herre) ſelbſt zum Gebete geſetzet: wie mag er Chriſte ſeyn der die lernen nicht will noch in ſeinem Gehege (Gedächtniß) haben.

In huueo qvit ſih der man Chriſtianan der deiſu fouui uuort dera calaupa, dera er cabeilit ſcal ſin, ja dera er canenan ſcal, ja ouch dei uuorthes frono capetes, dei der Truhtin ſelpo zi capete caſazta, huueo mag er Chriſtan ſin, der dei lirnen ne uuili noh in ſinera Cahucti cahapan.

Quomodo enim ſe Chriſtianum dicit, qui pauca verba fidei, qua ſalvandus eſt, atque etiam Orationis Dominicæ, quam ipſe Dominus ad orandum conſtituit, neque diſcere, neque velit in memoria retinere?

8. Oder

8.

Oder wie mag der für andere des Glaubens Verheiſſer ſeyn oder für andre heiſſen, (als ein Taufzeuge verſprechen) der den Glauben nie nicht weiß.

Odo uueo mac der fur andran dera calaupa furbeizo ſin, odo fur andran caheizen, der diu calaupa nibeino ni uueiz?

Vel quomodo pro alio fidei ſponſor exiſtit, qui ipſe hanc fidem neſcit?

9.

Bey dieſem ſollet ihr wiſſen, meine Kindlein, wenn je eins daß euer iechliger denſelben Glauben ſeinen filium (Taufſohn) nicht lehret zu vernehmen, den er aus der Taufe empfahet, daß er ſchuldig iſt, wieder Gott ſeine Verheiſſung.

Pidiu ſculut ir uuizan, chindilin miniu, uuanta eo unzi daz juner eogaliher den ſelpun calaupa den ſinan fille ni calerit zi farnemanne, den er uz deru toufu intfahit, daz er ſcaldig iſt uuidar Gote ſin furbeizo.

Ideoque noſſe debetis, filioli mei, quando nec unusquisque veſtrum eandem fidem filiolum ſuum ad intelligendum docuerit, quem de baptiſmo exceperat, reus eſt fidei ſponſionis.

10.

Und der den ſeinen Sohn zu lehren verſäumet, zu dem Sühntage Rechnung geben ſoll.

In der den ſinan fille zi kaleren farſumat, zi demo Suonatage reching gepan ſcal.

Et qui hunc filiolum ſuum neglexerit, in die judicii rationem redditurus eſt.

11.

Nun alle manniglich, der Chriſt ſeyn will, den Glauben, auch das Frohn (Herrn) gebet, aller eil wolle lehren, die er aus der Taufe empfehet, daß er zu Sühntage nicht werde genöthiget rede darüber geben.

Nu aller manocalihi, der Chriſtan ſin uuelle, dera calaupa, jouch daz frono capet allera ailunga uuolle caleren dei er ouz dera toufu intfahet, daz er zi ſuonotagen ni uuerde conoated redia urgepan.

Hanc igitur omnis, qui Chriſtianus eſſe voluerit, hanc fidem & orationem Dominicam omni feſtinatione ſtudeat didiciſſe, & eos, quos de fonte exceperit, edocere, ne ante Tribunal CHriſti cogatur rationem exſolvere.

12.	12.	12.
Ja das iſt unſer Heil, ja unſers Herrn Gebot, noch wir ander weiſe mögen unſerer Sünden entlaſſung gewinnen.	*Jo daz iſt unſer heili jo unſers Hern capot, noh uuir ander uuiſo megan unſero ſunteno antlaz cauuinnan.*	Quia juſſio eſt & ſalus noſtra, & Domini noſtri mandatum: nec aliter poſſumus veniam conſequi delictorum.

Abrenuntiatio Diaboli
&
Profeſſio Fidei
FRANCO - SAXONICA.

Verſageſtu dem Teufel?	*Forſachiſtu Diabolæ?*	Renunciasne Diabolo?
Ich verſage dem Teufel.	Et Reſp. *Ec forſacho Diabolæ.*	*Reſp.* Ego renuncio Diabolo.
Und aller Teufels Gilde?	*End allum diabol gelde?*	Et omni Diaboli ſocietati*?
Und ich verſage aller Teufels Gilde.	Reſp. *End ec forſacho allom diobolgelde.*	*Reſp.* Et ego renuncio omni Diaboli ſocietati.
Und allen Teufels Wercken?	*End allum diabole vuercum?*	Et omnibus Diaboli operibus?
Und ich verſage allen Teufels Wercken und Worten, den ehren des thuna (Hügels oder Waldes:) des Wodans und Saxen Otin, und allen den Unholden die ihre Genoſſen ſind.	Reſp. *End ec forſacho allom dioboles vuercum end uuordum, thuna erende, Vuoden end Saxn Ote ende allem them unboldum, the hira genotas ſint.*	*Reſp.* Et ego renuncio omnibus Diaboli operibus & verbis, lucorum cultui Wodano & Saxonico Otino, & omnibus Spiritibus malis, qui horum conſortes ſunt

Pro-

* Ita rectius, quam Vir doctus lib. de ſtatu Relig. & Reip. ſub Carolo M. pag. 142. qui vertit *peculio.*

Profeſſio Fidei.

Glaubeſtu an GOtt, allmächtigen Vater?	*Gelobiſtu in Got almehtigan, fadar?*	Crediſne in Deum omnipotentem, patrem?
Ich glaube an GOtt, allmächtigen Vater.	Reſp. *Ec gelobo in Got almehtigan, fadarr.*	*Reſp.* Ego credo in Deum omnipotentem, patrem.
Glaubeſtu an Chriſt, GOttes Sohn?	*Gelobiſtu in Criſt Godes ſuno?*	Credisne in Chriſtum, Dei filium?
Ich glaube an Chriſt, GOttes Sohn.	Reſp. *Ec gelobo in Criſt Godes ſuno.*	*Reſp.* Ego credo in Chriſtum, Dei filium?
Glaubeſtu an Heiligen Geiſt?	*Gelobiſtu in halogan Gaſt?*	Credisne in Sanctum Spiritum?
Ich glaube an Heiligen Geiſt?	Reſp. *Ec gelobo in halogan Gaſt.*	*Reſp.* Ego credo in Sanctum Spiritum.

Eſt & aliud quod in edendis antiquis Theotiſcis monumentis valde deſiderem minime negligi, quatenus ex manuſcriptis Codicibus hoc nobis ſubſidium ſuppetit, ut accentus, pronunciationis indices, non omittantur, quos in MS. Otfrido Vindobonenſi exſtare norunt qui illum Codicem tractavere. Meminique præclarum virum *Dietericum van Stade*, τὸν μακαρίτην, Virum in hoc genere litterarum verſatiſſimum, qui novam Otfridi editionem cum Lexico & Grammatica Theotiſca ad prelum paratam reliquit, cum hac de re eum monerem, utilitatem agnoviſſe & rationem illius ſe habiturum recepiſſe, cum & typograhis non adeo difficilis futura ſit opera, ſiquidem accentus nullis litteris niſi vocalibus imponi linguarum uſus patitur, facilique negotio & ſumtu vocales duplicis generis, ἄτονοι & accentibus inſtructi poſſunt parari & in officinis adhiberi. Sed antequam ad aliud caput progredior, ecce tibi aliam Confeſſionem, quam ſæculo XIII. uſitatam retulere Joannes Stumpfius, & ex Stumpfio Martinus Cruſius T. I. Annal. Svevic. p. 571. & emendatiorem Goldaſtus in ſcriptoribus rerum Alemannicarum T. 1. p. 145.

Confeſſio fidei Chriſtianæ, circa A. C. 1209. in Helvetica Alemannia, præſertim Turgoia & valle Rhenenſi.

Jch widerſqig dem Tiufal, vnt allen ſinen Werchen; vnt allen ſinen Gezierdin. Jch geloub an ain Got Vatter, Allmachtigen: ain Schepfer Himmelo vnt Erde, vnt aller Geſchepfde. Jch geloub an ſinen ainbornun Sun, vnſurn Herren Jeſum Chriſtum. Jch geloub an den hailigan Gaiſt. Jch geloub, das die drie benamde, ain guuaire Got iſt: der ye was, an angenge, vnt immathar iſt, an ende. Jch geloub, daß derſelb GOTTES SUN geandot ward (id eſt, gemeldet oder verkůndet) von dem hayligen Engil ſant Gabriel. Jch geloub, daß er emphangen wart von dem hayligen Gaiſt: vnt er geboren wart von Sant Marien der rainen maigede. Jch geloub, daß er an dirre (pro diſer) Werlte was, als ain ander Menſche, wann daß er nien geſundot. Jch geloub, daß er an dem driſgoſten Jar getofet wart in dem Jordan von S. Johanſen. Jch geloub daß er ferratun wart von ſinen junger Judas, Jch geloub, daß er gefangun wart von den Juden, unt gebundun wart, vnt ſin geſpottet wart, vnt angeſpůwit wart, Jch geloub, daß er gemartiret wart, vnt an das Cruxz erhangen wart, vnt daran er ſtarb, an der Menſchhait vnt niut an der Gotthait. Jch geloub, daß er ab dem Cruxz genommen wart, vnt zer Erde begraben wart: vnt darinne lag dry Tag, vnt dry Nächt. Jch geloub, daß er an dem dritten Tag erſtuond geware Got vnt geware Menſche. Jch geloub, daß er erſchain nach ſiner vrſtendi ſinen Jůngern, vnt ſinen guoten Friundin. Jch geloub, daß er an dem vierzigeſten Tag nach ſiner Vrſtendi ze Himmelo fuer, ze der angeſicht ſiner Jůnger, vnt aller Mängei, die ſin wirding warent. Jch geloub, daß er da ſitzit zu der zeſwin † ſines Vatters, jhm ebun gewaltig, vnt ebun ewig. Jch geloub in dannan kiuntftig an dem jůngeſten Tag, ze ertailen (pro vrtheilen: δικάζειν, τὸ δίκαιον δίχα καὶ ἴσα διανέμειν) uiber Lebent, vnt uiber Todt, nach jhr werchen. Jch geloub an die Kriſtanhait Göttlich vnt allich (allgemain.) Jch geloub gmainſami der Hayligen. Jch geloub ablaß meiner Siunte nach gewahrer Ruwe (nach wahrer reuwe.) Jch geloub vrſtendt myns Libes. Jch geloub nach dieſem Leben ſein das ewig Leben. Jch geloub, daß mir gelonet ſoll werden nach minen Werchen. Den Lon den fiurcht ich ſer. Wann ich diche (dick, h. e. ſæpe) geſundot han, mit Gedanchen mehr, ꝛc.

Caput

† Cruſius: Freud und Herrlichkeit. Sed *Zeſewun* eſt *dextera*, ut recte Goldaſtus. Vid. Jo. Schilteri gloſſarium Teutonicum pag. 894.

CAPUT XX.

De propagatæ lucis Chriſtianiſmi originibus & ſucceſſibus in HELVETIA & BELGIO.

Quanquam initia & progreſſus Evangelii, qui apud Helvetios Belgasque fuerint, magnam partem intelligi jam hauririque poſſunt ex ſcriptoribus quos capite XVII. de Gallia, & capite ſuperiore XIX. de Germania retuli; quoniam Germaniæ vel Galliæ Helvetia & Belgium accenſeri a multis conſveverunt: attamen cum ambas ſui juris jam pridem, ſeparatasque ab utrisque & potentiſſimas ambas Reſpublicas eas eſſe nemo ignoret, ſingulari etiam capite de illis, quanquam breviter dicere conſtitui.

Franciſcus Gvillimannus de rebus Helvetiorum lib. 1. cap. 15. ait *in eo ferme convenire ſcriptores, BEATUM fuiſſe Anglum Sacerdotem, qui primus apud Helvetios publice CHRISTI mentionem habuerit, miſſum à Petro Apoſtolorum Principe Româ in eam regionem.* Sed nec ſcriptores illos nominat, ut eorum de antiquitate & fide conſtaret: & longe minus idoneis confirmat argumentis, quod ſubjungit, ſibi potius videri *ipſum PETRUM fuiſſe, qui ut alias nationes, ita Helvetios de Fide & vera Religione docuerit peregrinatione illa quam ad Orbis ultimos Britannos ſuſcepit.* Neque etiam itineris illius alium adducit teſtem quam Simeonem Metaphraſtem, & parum credibili hariolatione Apoſtolum putat comitem ſe dediſſe Claudio Imp. ſuſcipienti expeditionem in Britanniam, in illaque multos ſibi ſocios paraſſe ac diſcipulos, e quibus *Beatum* (alio nomine *Svetonium*) ejusque ſocium ACHATEM Helvetia obtinuerit, qui obiiſſe ac ſepultus traditur Luceriæ, ubi etiam Beati reliquiæ oſtentantur. Pro eadem traditione ſed non firmioribus ſtabilita teſtibus, adiri poſſunt *Petrus Caniſius* S. J. in vitis SS. *Beati & Fridolini* primorum Helvetiæ Apoſtolorum, Friburg. 1590. 4. Acta Sanctorum 9. Maji ubi de *Beato*, & 6. Mart. ubi de *Fridolino* Abbate Seckingenſi, qui A. 540. obiit, & a Glaronenſibus (quorum etiam decorat inſignia) colitur.

Beatus

Beatus Rhenanus lib. 3. rerum Germanic. p. 161. *Quidam ſuperioribus annis, quem adhuc audio ſupereſſe, BEATUM, Anachoretam Helvetium, ut vulgus prædicat,* Svetonium *fuiſſe vocatum affinxit, illius vitam deſcribens, & ſocium habuiſſe, cui nomen eſſet ACHATÆ. Adij hominem, quæſiturus undenam id aſſereret: putabam enim illum hæc absque auctore non dicere. Sed audi impudentiam. Propterea, inquit, Svetonium fuiſſe vocatum, quod legeretur à* Svedia *prodiiſſe. Et quia Æneæ Virgiliano fidus* Achates *ſemper adhæſit, ideo ſodalem illius hoc nomine donavit, alioquin anonymum futurum. Et tamen hæc hiſtoria, ſi ita vocari libet, non ſolum picta eſt * in templis ac ſcripta, ſed etiam typis excuſa.*

LUCIUM quoque Regem Chriſtianum ** ipſis ſuſpectum Britannis, inter Helvetiæ Apoſtolos nonnulli celebrant, eique multum debere non modo Rhætiam, ſed pagum quoque Tigurinum contendunt. Vide *Henrici Mureri* Helvetiam ſanctam, editam Germanice apud Lucernenſes 1648. fol. *Sed*, ut notavit præf. tomi tertii Hiſt. Eccleſiaſticæ Hottingerus, *quam ejus Hiſtoria perplexa eſt? Si* Lucium *quæramus ipſum, Regem eum Britannicum plerique aſſerunt; alij negant; alij Lucium Cyrenæum fuiſſe pronunciant, quibus apud* Lucam, *Act.* 13. v. 1. *fit mentio. Eundemque Lucium Cyrenæum alij Simonis illius, qui CHriſto crucem portavit, filium; alij Pauli commilitonem & cognatum fuiſſe cenſent: alij cum Rege eum Britannico confundunt. Sed nec* converſionis *tempus ita accurate obſervari potuit à quoquam, quin de ea viginti tres circumferantur ſententiæ diverſiſſimæ.* Baptiſmatis *ſacra unda ablutum eum nonnulli ſcribunt in Scotia, per Timotheum Pauli diſcipulum; alij longius rejiciunt. Quo conſilio Chriſtianiſmum ſuſceperit, varie etiam ab authoribus refertur.* Regnâſſe *Lucium aliquem, tum ex vetuſtiſſimis non male colligunt Britanni nummis; tum ex conſtanti, ſi ab uno diſceſſerimus* Oratore Caſtellano, *conſenſu. Quo uſque vero pomæria ſe ejus extenderint, id ipſum controverſia non caret. Nam ut credamus, potitum eum fuiſſe vel univerſa Britannia, vel potiori ejus parte, quam in provinciæ formam Romani redegerant, ratio illorum temporum non permittit.* Mortem *ejus, teſtibus* Vſſerio *in Britannicis antiquitatibus &* Murero *in Helvetia ſancta, quam varie exagitant? Non pauci, Martyrij coronam ei vindicant, cæteri placide expiraſſe ſcribant. Utrumlibet velis,*

* Vide Conradi Hottingeri Altes und Neues aus der gelehrten Welt A. 1717. pag. 193.

** ſupra pag. 407.

lis, incertam tibi authores, tum beatæ illius ἀναλύσεως, tum principij & finis regni relinquunt Hiſtoriam. Ne ſepulto *quidem quieſcere datur. Alij, ex Rhætia ejus corpus in Britanniam reportatum, & Claudioceſtriæ honorifice ſepultum eſſe ferunt; alij Londino hunc aſſerunt honorem. Alij iterum Claudioceſtriæ & mortuum & tumulatum, contra Annalium Rhæticorum fidem, aſſerunt. Et ne melior ſors* Emeritæ, *ſororis ejus, fuiſſe videatur, ipſa quoque montium cacumina ex Rhætia in intimam Scotiam migrare debuerunt. Trimontium enim, locum Curiæ vicinum, ubi & Martyrium Emerita ſubiiſſe dicitur, in ora occidentalis Scotiæ collocanda erat, ne virginis illius memoriam, ſine ratione, celebraſſe dicerentur.*

De FELICE ex legione Thebæorum Martyrum, & ſorore ejus REGULA, qui tempore Maximiani feruntur primi Tigurinis Evangelium prædicaſſe, & quorum memoria recolitur XI. Septembr. conſulendi *Jo. Henricus Hottingerus* T. 8. hiſt. Eccleſ. p. 1040. ſq. *Jo. Jacobus Huldricus* de protomartyrum Tigurinorum Religione, ſive de antiqua Fide S. Felicis & S. Regulæ, Tiguri 1628. 4. & *Jo. Jacobus Hottingerus* Joannis Henrici Filius præclaro opere Hiſt. Eccleſiaſticæ Helveticæ, Germanica lingua editæ (Helvetiſche Kirchen-Geſchichte) Tomi I. libro 2. Quam parum certa autem ſint quæ de legione Thebæa traduntur, præter ea quæ notavi ſupra, pag. 142. monet etiam Pagius ad A. C. 297. Illud vero non inficiandum, quod Hottingerus Pater in methodo legendi Hiſtorias Helveticas pag. 540 licet traditioni de legione Thebæa & loco laudato, & in T. 1. hodegi Germanice editi p. 10. ſq. multum tribuat, tamen certum ſibi videri libenter eſt profeſſus, non ſimul nec uno tempore Paganiſmi tenebras ex Helvetia eſſe pulſas. COLLUM, Columbani diſcipulum, ſexto adhuc ſeculo, Tucconliæ ad Limagi ſuperioris fauces, delubrum incendiſſe, ſcribit *Murerus* Helvet. Sanctor. pag. 96. & 196. & *Guillimannus* pag. 138. FRIDOLINUM, Glaronenſem regionem vicinam, partim convertiſſe, partim in fide ſuſcepta confirmaſſe, habet *Guillimannus* lib. cit. pag. 137. Mortuus autem hic demum fuit A. C. 514. Sed & ROMANUM & LUPICINUM Burgundorum, Aventicorum, aliorumque Helvetiorum ſeculo ſexto; quo inculta & rudior adhuc fuit religio; Evangeliſtas fuiſſe refert uterque.

De fratibus LUPICINO & ROMANO primis Abbatibus Condadiſconenſibus in monte Juraſſo circa A. C. 450. vide Acta Sanctorum 28. Febr. & Tillemontii memorias Hiſt. Eccleſ. Tom. 16. pag. 142. ſeqq.

Antiquiſſimus Helvetiorum Epiſcopus eſt Theodorus Octodurenſis qui ſubſcripſit Concilio Aquilejenſi contra Arianos A. C. 381. ſed Concilio Epaonenſi A. 509. interfuere tres, Vindoniſſenſis, Genavenſis & Octodurenſis.

Epiſcopatus in Helvetia ſex olim fuiſſe noſcuntur 1) *Aventicenſis* ſive Coloniæ Aventicorum (Wiſlesburg) deinde Neviduni Equeſtrium ſive Lauſannenſis: 2) *Vindoniſſæ*, (Windiſch) deinde Conſtantienſis, 3) *Octodurenſis* (Martinach) ſive Valienſium qui idem Sedunenſis (Sitten) 4) *Baſileenſis*, 5) *Genevenſis*, 6) *Curienſis* ſed diverſis conditi temporibus & parum explorata origine, ut à *Jo. Jacobo Hottingero* T. I. libro tertio hiſt. Eccleſ. Helveticæ p. 157. ſeq. eſt demonſtratum.

Helvetia ſacra e profana, cio e relatione del Dominio temporale de XIII. Cantoni e de' Veſcovati, Abbatie e altre dignità ſubordinate alla nunciatura Helvetica, di *Ranutio Scotti*, Macerata 1642. 4.

Collegium Bruntrutanum, S. J. in Baſilea ſacra, auctore Claudio Sudano. S. J. 1658. 8.

Caſparis Langii S. J. opus ſpiſſum A. 1692. duobus tomis Germanice editum de doctrinæ Apoſtolicæ conſtanti per Helvetiam ante Zwinglium propagatione & conſervatione, ad examen paſſim revocat in Hiſtoria Eccleſ. Helvetiæ laudatus Jo. Jacobus Hottingerus.

Gabriel Bucelinus in Rhætia Ethnica, Romana, Gallica, Germanica ſacra & profana. Auguſtæ Vindel. 1666. 4.

BELGIUM.

De S. VEDASTO, primò Atrebatenſium ſive Cameracenſium Epiſcopo, qui Clodoveum Francorum Regem ad CHriſti ſacra colenda inſtituit, vide *Alcuinum* in Vedaſti vita p. 1405. ſq. Opp. & Acta Sanctor. 6. Febr. De S. AMANDO primo Trajectenſium ad Moſam Epiſcopo, *Bandemundus* in vita apud Surium, & in Actis Sanct. 6. Febr.

Baronium ad A.C. 632. 650. &c. *Notgerum* in vita S. CANDOALDI circa A.C. 650. de quo & de AMANTIO Diacono Act. Sanct. 19. Martii. Obiit Vedaſtus A.C. 540. & Amandus A. 679. vide Pagium ad A. 661. n. 2. ſq. & de S. WILFRIDO Friſiorum Apoſtolo ad A. 678. n. 7. & de S. TRUDONE, Hasbaniæ in Brabantia Apoſtolo ad A. 660. n. 11. & de S. ELIGIO, Epiſcopo Noviomenſi & Tornacenſi, Andovorpenſium, Friſonum, Svevorum & Barbarorum circa maris littora Apoſtolo, ad A. 665. n. 5. de quo etiam *Audoenus* in ejus vita apud Surium 1. Decembr. *Eddius* in vita Wilfridi, *Bartholomæus Fiſen* S. J. in vita Trudonis &c.

Nicolaus Vernulæus de propagatione Fidei Chriſtianæ in Belgio per WIGBERTUM ſeu WICHTBERCHTUM de quo Beda lib. V. cap. 10. & alios ſanctos Hiberniæ viros. Colon. 1639.

Ægidius Bucherius S. J. in Belgio Eccleſiaſtico ac civili. Leodii 1655. fol. & de primis Tungrorum ſeu Leodienſium Epiſcopis, inter geſta Pontificum Tungrenſium & Leodienſium, edita Leodii 1612. 4. Tomo 1. pag. ſeq.

Joannes Molanus indice Sanctorum Belgii, cum chronica *Petri Louwii* recapitulatione, & *Arnoldi Raiſſii* auctario.

Batavia ſacra, ſive res geſtæ Apoſtolicorum Virorum, qui fidem Bataviæ primi intulerunt. Bruxell. 1714. fol. Memoir. de Trevoux 1715. Maj. p. 838.

Flandria Chriſtiana. *Jo. Bucelinus* in Antiquitatibus Flandriæ ſacris & Profanis. *I. B. Grammaye* in Antiquitatibus Brabantiæ.

Brabantia ſacra *Antonii Sanderi*, le grand theate ſacre du Duché de Brabant &c.

Aubertus Miræus in faſtis Belgicis, ſive rerum Belgicarum Annalibus: ejusdem notitia Eccleſiarum Belgii.

Jacobi Baſelii Sulpicius Belgicus, ſive hiſtoria Religionis inſtauratæ, corruptæ & reformatæ. Lugd. Bat. 1656.

Ægidius Gazæus in hiſtoria Eccleſiaſtica Belgii, 1614. Belgice.

Arnoldi Raiſſii, Duacenſis, Belgica Chriſtiana, de Epiſcopis Provinciæ Belgicæ 1634. 4.

Noviſſime in Diario Belgico Amſtelodamenſi * publicata eſt brevis diſſertatio viri eruditi, in qua conjecturis indulgens diſputat prima Chriſtianiſmi ſemina in Belgio jacta eſſe à RUFO, PUDENTE & CLAUDIA, PAULINOQUE & SILIO quorum omnium apud Martialem mentio, Paulini & Silii apud Tacitrm quoque, qui in Belgio militaſſe eos, nec paucos Batavos inter prætorianas cohortes ſtipendia meruiſſe teſtatur: in quibus Paulinum etiam & Silium fuiſſe conjicit: itaque, cum in toto Prætorio Romæ pernotuiſſe vincula ſua & eorum cauſam, Evangelii prædicationem, doceat Apoſtolus Philipp. I. 13. inde ad eos quoque fructum illius perveniſſe, & ab eis ad Batavos propagatum ſuſpicatur. Rufus idem quem ſalutare jubet Paulus Apoſtolus & electum in Domino vocat Rom. XVI. 13. Claudia Rufina, Rufi ſoror, de cujus cum Pudente nuptiis, Martialis IV. 13. Ab hac Claudia & ab hac Pudente ſalvere jubet Timotheum Paulus poſteriore Epiſtola quam ad eum Roma ſcripſit IV. 21. Cæterum Claudiam hanc Britanni ſibi vindicant, e Martialis XI. 54. *Claudia ceruleis cum ſit Rufina Britannis edita* &c. Et ab hac Claudia permotum Apoſtolum Paulum ut Britannos adiret, eosque ad CHriſtum adduceret, contendit auctor libri † cui titulus: *hiſtorical collections of the inhabitants of Great Britain* Lond. 1706. 8. De Pudente illo vide ſis etiam Acta Sanctor. T. IV. Maji 18. p. 296. ſeq.

In Belgio conditi à Philippo II. Rege Hiſpan. & Paulo IV. Pontifice ** A. 1559. Archiepiſcopatus tres, *Machlinienſis* (Malines, Mechelen) *Cameracenſis* ad Scaldim, (Cambray, Cameriick) & *Ultrajectinus* ad veterem Rheni alveum. (Utrecht.) Sub *MACHLINENSI*, Epiſcopatus 1) *Antwerpienſis*, in Brabantia. 2) *Brugenſis* in Flandria. 3) *Gaudenſis*, (Gent) in Flandria. 4) *Iprenſis*, in Flandria. 5) *Ruremundenſis*, in Geldria, ad Moſam, & 6) *Silviducenſis* ſeu *Buſcoducenſis* in Brabantia, (Hertzogenbuſch.) Sub CAMERACENSI, 7) Epiſcopatus *Atrebatenſis* (Arras) in Arteſia. 8) *Tornacenſis* ad Scaldim, (Tournay, Dornick)

* Republique der geleerden Mart. en April. 1719. Neue Bibliothec LXXXIX. pag. 784.

† Acta Erud. T. 4. ſupplem. pag. 179.

** Aubertus Miræus notitia Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani pag. 301, ſeq. & quos laudavi infra in Indice p. 27.

nick) 9) *Audomaropolitanus* (S. Omer) in Arteſia. 10) *Namurcenſis* (Namur) ad Moſam. Sub ULTRAJECTINO denique, qui hodie eſt in potentiſſimorum Ordinum Fœderatorum poteſtate, 11) Epiſcopatus *Daventrienſis*, (Deventer) 12) *Groeningenſis* apud Friſios, 13) *Harlemenſis* in Hollandia, 14) *Leovardienſis* in Friſia, & 15) *Middelburgenſis* in Zelandia.

Martini l'Hermite S. J. hiſtoria Sanctorum Gallo Flandriæ, cum ortu, progreſſu & ſplendore Religionis Catholicæ in illa Provincia. Duaci 1638. 4.

Hiſtoriam Reformationis Eccleſiarum Belgii dedere, Belgica lingua *Jo. Uytenbogardus*, & cujus opus Anglice etiam verſum legitur & Gallice, *Gerhardus Brand.* Sed non eſt præſentis inſtituti referre illos qui hiſtoriam Eccleſiaſticam recentiorem vel Reformatorum ſacrorum condiderunt, quos Volumine XII. Bibl. Græcæ, & parte ſecunda Centifolii Lutherani qui volet requiret.

CAPUT XXI.

De propagata Luce Evangelica in Regnis HUNGARIÆ, BOHEMIÆ, POLONIÆ, MORAVIA, TRANSSYLVANIA, &c.

Apoſtolos intuliſſe in Pannoniam * lucem Evangelii, atque ANDREAM & PHILIPPUM Scytharum Europæorum Doctores fuiſſe contendit *Paulus Erneſtus Debrecerus* in limine hiſtoriæ Eccleſ. Reformatæ in Hungaria & Transſylvania, quam vir eruditiſſ. Fridericus Adolphus Lampe nuper †† in lucem edidit, ſed qui huic ejus ſententiæ non audet calculum ſuum adjungere.

Alexandri militis martyrium ſub Maximiano Imp. Driziparæ in Pannonia, Martyrolog. Rom. 27. Mart. *S. Pollionis* ſub Diocletiano, 28. April. *Ladislai* Regis 27. Jun.

* Hungaria, eadem Pæonia antea, hinc Pannonia. Vide Ezech. Spanhem. p. 160. b. ad Orat. 1. Juliani.

†† Trajecti ad Rhen. 1728. 4.

AVARES, HUNNI, UGRI, * HUNGARI.

De *CAROLI* M. expeditione felici in Avares ſive Hunos & victoria de illis ampliſſima reportata, Eginhardus in ejus vita cap. XII. Alcuinus Epiſt. 7. ad Carolum: *Gentes populosque Hunorum antiqua feritate & fortitudine formidabiles tuis ſuo honori militantibus ſubdidit ſceptris CHRISTUS, præveniente que gratia, colla diu ſuperbiſſima ſacræ fidei jugo devinxit, & cæcis ab antiquo tempore mentibus lumen Veritatis infudit.* Vide Sirmondum ad hæc Theodulfi Aurelian. III. 1.

Adveniunt gentes CHriſto ſervire paratæ,
Quas dextra ad CHriſtum ſollicitante vocas.
Pone venit textis ad CHriſtum crinibus Hunnus,
Eſtque humilis fidei qui fuit ante ferox.

Sigebertus ad A. C. 797. *THUDIN Princeps Avarorum ſe & patriam ſuam CAROLO M. Regi dedit, & gratiam Baptiſmi percepit.* ſed ad A. 800. *Gens Avarorum a Fide deficit.* ad A. 804. *Avari qui & Hunni,* victi à Carolo ad A. 805. *non ſufferentes infeſtationem Slavorum, a Carolo Imp. inter Sabariam & Charantanum impetraverunt habitandi locum, ibique ſine regni nomine reſederunt ſub ditione Francorum.*

De PILIGRINO Laureacenſi Epiſcopo Lambecius Tom. 2. p. 641. ſqq. & Pagi ad A. C. 979.

Ademarus in Chron. *S. BRUNUS convertit ad fidem Ungriam Provinciam & aliam quæ vocatur Ruſſia, Regem Ungriæ baptizavit qui vocatur GEISA, & mutato nomine in baptiſmo STEPHANUM vocavit.* Confer Pagium ad A. C. 997. n. 3. & A. 1002. n. 8.

Hungarorum converſionem ad ſacra CHriſtiana A. C. 1010. contigiſſe tradunt Sigebertus & Albericus. vide Benedicti Picteti Hiſt. Eccleſ. ſæculi XI. p. 103. De S. ADALBERTO Pragenſi Epiſcopo qui A. C. 997. martyrium ſubiit, Martyrologium Rom. 23. April. *qui Polonis & Hungaris Evangelium prædicavit.* Chronicon Magdeburgenſe apud Caniſium Tom. 3. edit. novæ pag. 65. *A. 996. poſtquam ſignifer CHRISTI præſul Adalbertus, retibus fidei cepit Pannoniam ſimul & Poloniam* &c.

Martyrolog. Rom. 14. Jul. *Bambergæ S. HENRICI primi Imp. qui cum uxore ſua CHUNEGUNDE perpetuam virginitatem ſervavit, & S.* *STE-*

* Vide Pauli Hachenbergii Hungariam p. 8.

STEPHANUM Hungarorum Regem cum univerſo fere ejus regno ad fidem CHRISTI ſuſcipiendam perduxit. Vide Baronium ad A. C. 1002. n. 8. 9. ſeqq. Martyrolog. Rom. 20. Aug. *Albæ in Pannonia S. Stephani Regis, qui Divinis virtutibus exornatus primus Hungaros ad Fidem CHRISTI convertit.* De hoc uberius in Antonii Bonfinii rerum Hungaricarum decad. 2. libro 1. Obiit A. C. 1038. vide Pagium n. 6. Idem Martyrolog. 4. Nov. *In Pannonia apud Albam Regalem depoſitio* B. Emerici *Confeſſoris, filij S. Stephani Hungarorum Regis.* Vide Georg. Colvenerium ad formicarium Jo. Nyderi p. 63.

Wiborada Virgo & Martyr ſanctis adſcripta à Clemente II. A. C. 1047. de qua Pagius n. 4.

Ladislaus Hungariæ Rex A. 1095. defunctus, à Cæleſtino III. de quo Acta Sanctor. 27. Jun.

Strigonienſem metropoliticam Eccleſiam & *Colocenſem* Epiſcopatum aliosque à Stephano Rege conditos & à Benedicto V. Papa confirmatos refert laudatus Bonfinius rerum Hungaricar. decad. 2. lib. 1. Confer Chronologiam Regum Hungariæ Chriſtianorum ad calcem Bonfinii pag. 682. ſqq. edit. Colon. 1690. fol. S. Stephani I. Regis decreta. ibid. poſt p. 702.

S. Gerardus Canadienſis Epiſcopus, primus Hungariæ Martyr. Pagi ad A. C. 1047. num. 9. Baronius ad Martyrolog. Rom. 24. Sept. 12. Octobr. *Celenæ in Pannonia S. Maximiliani, Epiſcopi Laureacenſis.*

S. Eliſabetha filia Andreæ Regis Hungariæ, Ludovici Pii Haſſiæ Principis conjux, circa A. C. 1223. Caniſius T. 4. edit. novæ p. 113. & Struvii acta literar. T. 2. p. 1. ſq. Baronius ad Martyrolog. Rom. 19. Novemb.

Melchior Inchofer S. J. in Annalibus Hungarorum Eccleſiaſticis ab A. C. 795 ad 1059. Rom. 1644. fol.

Georgius Raicſani S. J. in Tyrnavia naſcente. Nova lit. Hamburg. 1709. p. 25.

Archiepiſcopi in Hungaria duo, *Strigonienſis* (Gran) regni primas, cujus eſt Regem coronare. Hic Strigonio A. 1543. à Turcis occupata *Tirnaviæ* reſidet, & *Colocenſis* ſeu *Colocienſis* cui Bathanatienſis ſive Bathmonaſterienſis eſt unitus. Vide Miræum pag. 209. ſeq. & Commanvillium p. 101.

Sub

Sub *STRIGONIENSI* ſunt *Nitrienſis*, regni Cancellarius,
Jaurinenſis (Raab.)
Agrienſis.
Vaccienſis.
Quinqveeccleſienſis.
Veſprimienſis, Cancellarius Reginæ.

Sub *COLOCENSI* *Zagrabienſis*, in Slavonia, quo translatus *Siſcienſis* (Siſſeg.)
Tranſſilvanienſis ſive *Albæ Juliæ*,
Varadinenſis.
Sirmienſis (Szerem.)
Cenadienſis ſeu *Canadienſis* (Chonad.)
Boſnenſis (Boſſina) ſedem habens Jaiczæ.
Singiduni (Sigedin.)
Cibinienſis.
Hermanſtadenſis.
Bacchenſis in Tranſſilvania.
Bacovienſis in Walachia.
Murſæ (Eſſec.)

De Epiſcopis Hungariæ, Genealogophilus in den vornehmſten itzt lebenden Häuptern Teutſchlandes, Zürich 1723. 8. pag. 311. ſeqq. qui pag. 316. etiam memorat Epiſcopos quinque Reformatæ Religionis 1) inter Theiſſam & Danubium, 2) in ſuperioribus partibus cis & ultra Danubium, 3) in partibus inferioribus, 4) in mediterraneis ultra Danubium, 5) in Transſylvania. Et tres Lutheranos pag. 317. Minivenſem, Tſetnekenſem & Eperienſem: denique quartum in Transſylvania Berethalmenſem. Græci ritus duos, 1) Munhatſi & Marmaroſii, 2) Fagarenſem in Transſylvania, qui Epiſcopatus inſtitutus A. C. 1721.

De Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſ. in Hungaria, Diarium Theologicum Dresdenſe, Unſchuldige Nachrichten, A. 1725. p. 1003. ſeq. Hiſtoria diplomatica de ſtatu Relig. Evangelicæ in Hungaria. 1710. fol.

Ut

Ut Reges Galliæ Chriſtianiſſimi, ita Hungariæ Reges APOSTOLICI dicuntur: Et Corona eorum, *Sacra*, * *Angelica & APOSTOLICA Regni Hungariæ Corona*: V. *Petr. de Reva de Monarch. & Corona R. Hung.* Ad eum forte modum, quo Græci Conſtantinum M. in Calendario Eccleſiæ CPLæ Τὸν ἐν βασιλεῦσιν Ἀπόστολον, & ἰσαπόστολον appellare amarunt. Et quem Preſte-Chan alii dixere, Scaliger *Friſtegiani*, h. e. *Apoſtolicum* vocari autumat in Computo Hiſtor. Æth. L. VII. de emendat. temporum. Alias vero idem Nomen Pontifici M. & Sedi Romanæ non una vice tributum legimus: Sic *Rupertus Tuitienſis* L. I. de Div. Offic. c. XXVII. *Aliorum quidem Apoſtolorum Succeſſores Patriarchæ ſunt dicti: Petri autem Succeſſor pro Excellentia Principis Apoſtolorum* APOSTOLICUS *nominatur*. Et Capitul. Caroli Calvi Tit. 30. §. 4. *Apportavit mihi - - Domini Apoſtolici* Epiſtolas. Et in Concilio Remenſi A. MXLIX. concluſum: *Lectis ſententiis ſuper hac re olim promulgatis ab Orthodoxis Patribus declaratum eſt, quod ſolus Romanæ ſedis Pontifex Univerſalis Eccleſiæ Primas eſſet & APOSTOLICUS.* Similiter Pontificia Dignitas APOSTOLATUS. Ut Paul. Warnefr. de Geſt. Longobard. L. IV. c. XXX. *B. Gregorius migravit ad CHriſtum* &c. *in cujus locum ad APOSTOLATUS officium Sabinianus eſt ordinatus.* Unde & hodienum *Nuncij APOSTOLICI*, Qualitas Legatorum Pontificiorum, de quibus *Diſſ. XVI. c.* 1. §. 6. V. plura ap. *Du Freſne Gloſſar. V. Apoſtolus.* Hæc vir præclarus Jo. Chriſtophorus Becmannus in ſyntagmate dignitatum illuſtrium II. 2. 10. pag. 129.

BOHEMIA.

Poſt A. C. 805. Bohemi ac Moravi variis bellis victi ſunt † à Carolo M. ejusque filio Ludovico Pio & ab Henrico II. Imperatore unde ad illos quoque populos lux Evangelii feliciter non modo propagata ſed & apud eos conſervata fuit.

L l l   *Julij*

* vide Odoricum Raynaldum ad A. C. 1309. n. 16. & Martinum Schmeizelium lib. de Coronis p. 205. ſqq. Jen. 1712. 4. qui ita dictam non dubitat quod miſſa ſit à Papa Sylveſtro II. ad Regem Stephanum ſub A. C. 1000.

† Vide Goldaſtum commentar. de regni Bohemiæ juribus lib. 2. cap. 2. & notas V. C. Jo. Hermanni Schminckii p. 146. ſq.

Julij Solimanni, Firmani Itali S. J. Bohemia exoriens, Gentilis, Chriſtiana, pia, bellicoſa, regnans, imperans, Auſtriaca. Pragæ 1627. fol. ad Ferdinandum III. nomine Collegii S. J. Pragenſis. Hic ut ſolent communiter, auſpicium Chriſtiani Nominis in Bohemia culti repetit a BORZIVOIO, Principe Bohemiæ undecimo, qui A. C. 894. Principatus ſui quarto edoctus a SS. Antiſtibus METHODIO & CYRILLO, Svatovitium & alia idola ſuſtulit, atque ſuperſtitionum Ethnicanum loco ſacram Religionem Bohemis commendavit. Vide Jo. Dubravii, Olomucenſis Epiſcopi hiſt. Bohemic. lib. IV. Coſmæ Pragenſis Chronicon Bohemic. Paulum Stransky Reip. Bojemæ c. 6. Jocobum Infantium in limine Hiſt. Concilii Baſileenſis Gallice nuper editæ: Wenceslaum Hagecium, Zachariam Theobaldum &c. Gelehrten Criticum, Centuria III. quæſt. 60. p. 921. ſqq.

Boleslaënſis Eccleſia fundata à WRATILAO S. Wenceslai parente, poſt A. C. 915. & deſtinata ſedes Epiſcopis, antequam *Pragenſi* Eccleſiæ honor iſte obtigit. Vide Bohuslai Balbini S. J. Epitomen hiſtoricam rerum Bohemicarum editam Pragæ 1677. fol. lib. 1. cap. 1. & 2. & lib. VI. & 2. & de Pragenſi Pagium ad A. C. 976. n. 14. ſeq. Archiepiſcopatus hic eſſe cœpit A. C. 1344. concedente Clemente VI.

Ejusdem *Balbini*, Bohemia ſancta, de ſanctis & beatis BOHEMIÆ, MORAVIÆ, SILESIÆ, LUSATIÆ, in Miſcellaneis hiſtoricis regni Bohemiæ, Prag. 1682. fol. *Act. Er.* A. 1682. pag. 400. A. 1683. p. 19.

Bohemia pia *Georgij Bartholdi Pontani a Breitenberg*, Præpoſiti Pragenſis, Frf. 1608. & Jeſuitarum *Georg. Crugerij, Alberti Chanousky* &c.

S. ADALBERTUS Epiſcopus Pragenſis A. C. 983. Vide Pagium ad A. 980. & 983. n. 13. ſq. A. 989. n. 1. 990. n. 2. 994. num. 6. 995. n. 8. ſq. 997. n. 1. Vita edita in Actis Sanctor. 23. April. à Mabillonio ſec. V. Benedictin. Caniſio, Bzovio, & ad calcem chronici Bohemor. à Frehero.

De S. WENCESLAO Duce & martyre, primoque Rege Bohemorum quem frater Boleslaus A. C. 938. interemit, Baronius ad Martyrolog. Roman. 28. Sept. & Bohuslaus Balbinus S. J. epitomes rerum Bohemicarum libro primo, qui inter alia etiam *Chriſtanni de*

Scala

Scala S. Ludmillæ, vitam S. Wenceslai & ejus aviæ Ludmillæ vitam p. 41. ſqq. exhibet cum notis p. 66. ſqq. ſubjectis.

MORAVIA.

Martyrologium Rom. 9. Martii. *In Moravia Sanctorum Epiſcoporum CYRILLI & METHODII, qui multas illarum regionum Gentes cum eorum Regibus ad Fidem CHRISTI perduxerunt.* circa A. C. 856. adde ibi Baronium, Bollandumque.

Jo. Georgij Stredowsky, Protonotarii Apoſtolici ſacra Moraviæ hiſtoria, ſive vita SS. *Cyrilli & Methodij*, genere Civium Romanorum, prærogativa Patriciorum CPolitanorum, eruditione perſpicaciſſimorum Philoſophorum, gradu Eccleſiaſtico *Welehradenſium Archiepiſcoporum*, meritis MORAVIÆ, BOHEMIÆ, ſuperioris SILESIÆ, GAZARIÆ, SERVIÆ, CROATIÆ, MENGRELLIÆ, CIRCASSIÆ, BULGARIÆ, TRIBALLIÆ, BOSNIÆ, RUSSIÆ, DALMATIÆ, PANNONIÆ, DACIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLÆ, & univerſæ SLAVONIÆ Zelantiſſimorum Apoſtolorum. Solisbaci 1710. 4.

D. Nic. Hieron. Gundlingij Gundlingiana parte XI. num. 2.

Circa A. C. 1070. annuente Alexandro II. Papa, Pragenſes Epiſcopi conſenſerunt, ut ſuum ſibi Moravi haberent Epiſcopum *Olmucenſem*, Vide Balbini epitomen rerum Bohemicarum pag. 203. & 211.

POLONIA.

Stanislaus Lubienskius, Epiſcopus Plocenſis in vitis & ſerie Epiſcoporum Plocenſium, origines Chriſtianiſmi in Polonia ab ANDREA Apoſtolo repetit. Vide Pagium ad A. C. 965. n. 6.

De Sauromatis inter Gentes CHriſto obſequentes mentio apud Chryſoſt. T. I. p. 566. E. 567. B. & Theodoritum ſupra p. 37. Sauromatæ victi a Conſtantino M. Niceph. VII. 46.

MICISLAUS ſive MIESCO Dux primus baptizatus & Chriſtianiſmi auctor in Polonia circa A. C. 965. vide Ditmarum Merſeburg. T. I. Leibnitii p. 359. ſq. Jo. Dlugoſſum Canonicum Cracovi-

enſem Hiſt. Polonicæ lib. 1. extremo & initio ſecundi. Martinum Cromerum libro 3. de rebus Polonicis. Albertum Jnes, S. J. Lechiados parte 2. p. 98. Pagium ad A. C. 965. n. 7. Joachimum Paſtorium lib. 1. Flori Polon. cap. 15. & II. 1. Benedicti Picteti hiſt. Eccleſ. ſæculi XI. p. 18. Polniſche Bibliothec pag. 83. ſeq. Sam. Friderici Lauterbachs Polniſche Chronica pag. 72. ſeq. gelehrten Criticum Tom. 3. quæſt. 61. pag. 936. ſeq. DOBRAVÆ ſive DAMBROWKÆ, Bohemorum Principis Boleslai filiæ nuptias petit Micislaus obtinetque, permotus inde ut CHriſti ſacra amplecteretur, quod fecit cum ſorore ſua *Adleida*, ejusque exemplum Poloni libenter ſunt ſequuti, idolis Dominica Lætare confractis, cujus rei veſtigium per longum tempus deinde videre licuit, etiam aliis in regionibus, ritu idolum mortis Dominica Lætare quotannis ſolenniter ejiciendi frequentato, de quo amici noſtri *Pauli Chriſtiani Hilſcheri*, Paſtoris poſtea palæo-Dresdenſis τȣ̃ μακαρίτȣ diatriba erudita lucem vidit Lipſiæ 1690. 4. *Nic. Henelius* Sileſ. renov. parte 2. cap. 8.

Obiit Micislaus A. C. 991. vide Pagium ad illum annum n. 3. ſeq. Miſcam vocat Antonius Bonfinius decad. 2. rerum Hungaricarum lib. 5. p. 119. ubi coronam, Regiumque titulum a Papa Benedicto V. conceſſum refert.

Martyrolog. Rom. 23. April. *In Pruſia natalis S. ADALBERTI Pragenſis Epiſcopi & martyris* (A. C. 996.) *qui Polonis & Hungaris Evangelium prædicavit.* Confer ibi Baronium & Henſchenii Acta Sanctor. Vitam Adalberti editam à Caniſio T. V. lect. Antiquar. & T. 3. edit. novæ Jac. Baſnagii pag. 55. ſeq. 62. 65. 66.

Epiſcopatus *Gneſnenſis* non ab Adalberto ſed à Boleslao Chrobri, tempore Ottonis III. conditus; Deinde Poloniæ Epiſcopatus conſtituit Gregorius VII. lib. 2. Regeſti Epiſt. 73. adde Chriſtoph. Hartknochii Remp. Polonicam lib. 2. cap. 3. & Hiſtoriam Eccleſ. Pruſſiæ, Germanice editam lib. 1. cap. 1. Pagium ad A. C. 999. n. 6. ſeq.

Lambertus Schafnab. ad A. C. 1077. ſcribit Regem Boleslaum tertium a XV. Epiſcopis conſecratum. Sed non habuit tunc tot Epiſcopos Polonia, neque ullus ante A. C. milleſimum Archiepiſcopus. Vide Pagium ad A. 1077. n. 23. & ad A. 965. n. 11. quanquam Abraham Bzovius

vius dd A. C. 965. ſcribit Micislaum Cathedrales baſilicas novem diverſis locis ædificaſſe, *Gneſnenſem* quidem & *Cracovienſem* Archiepiſcopis, reliquas vero ſingulis Epiſcopis attribuiſſe, *Poſnanienſem*, *Smogorinenſem*, (quæ poſtea *Bicinenſis*, nunc vero *Uratislavienſis* dicitur) *Grusvicienſem*, quæ ſucceſſu temporis *Uladislaviam* translata eſt, *Plocenſem*, *Culmenſem*, *Lubuſſenſem* & *Caminenſem*.

Archiepiſcopi in regno Poloniæ hodie ſunt duo, 1) *Gneſnenſis* in majore Polonia, legatus natus Pontificis, Primas Poloniæ, vide Chriſtoph. Hartknochium de Rep. Polonica II. 3. p. 462.

2) *Leopolienſis*, in Ruſſiæ nigræ Palatinatu. (*Luuow*) *Halitiam* translatus A. C. 1375. ſed reſtitutus A. 1414.

Epiſcopi quindecim, 1) *Cracovienſis* Cracuenſis in Minore Polonia, ad Viſtulam fluvium.

2) *Cujavienſis* qui & *Wladislavienſis* Epiſcopus dicitur, in majore Polonia. Eo translatus *Gruſvicienſis* ſive *Graſvicienſis*.

3) *Vilnenſis* in Lithuania, (*Vilenski*, *Wilde*.)

4) *Poſnanienſis* in majore Polonia. *Poznan*. Primus in Polonia Epiſcopus ante Ottonis III. tempora, Archiepiſcopo ſubjectus Magdeb.

5) *Plocenſis* in Maſoviæ Ducatu, ad Viſtulam fluvium (*Ploczko*.)

6) *Warmienſis* in Pruſſia; Fraunbergæ reſidet. Varmienſi etiam unitus *Sambienſis* qui Regiomonte ſedem habebat.

7) *Luceorienſis* ſive *Lucenſis* in Volhynia, Ruſſiæ nigræ provincia poſt A. C. 1264. (*Luſuc*) *Luczko*. vide Cromerum lib. IX. p. 556.

8) *Præmislienſis* in Ruſſiæ nigræ Palatinatu.

9) *Samogitiæ* ſive *Miednicenſis*. (Mednich.)

10) *Culmenſis* in Pruſſia. (Culmenſée) Ei unitus *Pomeſanienſis* cujus ſedes fuerat Marienwerder.

11) *Chelmenſis* in Ruſſiæ nigræ Palatinatu.

12) *Kiovienſis* & *Czernichovienſis* ad Boryſthenem. (*Kiou*) Eo tranſlatus *Volodimirienſis*.
13) *Camenecenſis* in Podolia. (*Caminiek.*)
14) *Smolenſcenſis* in Ruſſia alba, ultra Boryſthenem.
15) *Livoniæ* Epiſcopus, *Vindenſis* ſeu *Vendenſis*, tempore Stephani Bathorii. *Wenden, Kies.*

Miræus pag. 211. addit *Uratiſlavienſem* in Sileſia, (*Breslaw.*)
Lebuſienſem in marchionatu Brandenb.
& *Caminenſem* in Pomerania. (Caminum translatus *Julinenſis.*) Sed hi ad Poloniam hodie non ſpectant, uti nec *Livoni* de quibus ſuo loco, nec *Colbergenſis* Pomeranus. Gneſnenſi pridem ſubjectus ab Othone, ut refert Dithmarus.

Ruſſici præterea ſive Ruthenici ritus, ſub ditione Regis Poloniæ Epiſcopi VIII. ab eodem Miræo pag. 213. memorantur recepti à Clemente VIII. Papa A. C. 1596. de quibus Baronius conſulendus ad calcem tomi VII. Annalium:
Kiovienſis, Metropolita, *Halicienſis* & totius Ruſſiæ.
Vlodomicienſis protothronius, *Breſtenſisque*.
Luccorienſis & *Oſtroſienſis* epiſcopus exarcha.
Polocenſis, Vladikæ Archiepiſcopus & *Vitebſcenſis*.
Præmislienſis & *Samborenſis*.
Leopolienſis.
Chelmenſis.
Pinſcenſis, *Turovienſisque*.

Epiſcopus *Armeniorum* in Polonia.

In Walachia *Baccovienſis*, a Clementis VIII. temporibus.

Martyrolog. Rom. XI. April. *In Cracovia natalis S. STANISLAI, Epiſcopi & Martyris, qui à Boleslao impio Rege necatus eſt*, adde ibi Baronium, & Henſchenium in Actis Sanctor.

XII. Nov.

XII. Nov. *In Polonia Sanctorum Martyrum Benedicti, Joannis, Matthæi, Iſaac & Chriſtini eremitarum.* circa A.C. 1005.

Hedwigis Duciſſa Poloniæ, defuncta A. C. 1243. adſcripta ſanctis A. 1267. vide Martyrolog. Rom. 15. Octobr. & Laur. Cherubini bullarium magnum T. 1. pag. 166.

LITHUANIA.

LITHUANORUM & Samogitarum Converſio ad CHriſti ſacra circa A.C. 1386. facta per Archiepiſcopum Gneſnenſem *BODZANTAM* auſpiciis LADISLAI JAGELLONIS Regis Poloniæ & Ducis Lithuaniæ, poſt ductam in matrimonium HEDWIGEM, filiam LUDOVICI, Hungariæ Regis. vide Johannem Dlugoſſum hiſt. Polonicæ lib. X. p. 108. ſqq. Odoricum Raynaldum ad A. C. 1386. n. 4. Sam. Frid. Lauterbach, Polniſche Chronicka p. 265. ſeq. Jacobum Infantium in hiſtoria Concilii Piſani, Gallice edita T. 2. p. 294. ſqq.

Epiſcopatus *Vilnenſis* à Rege Vladislao A. C. 1387. conditus, everſis ante à Jagellone idolis.

Joannis XXII. Epiſtola de Gedeminno Letuinorum Rege, & Ruthenis in fide CHriſti inſtituendis, apud Edmundum Martene T. 1. anecdotorum p. 1349.

Alberti Kojalovicij S. J. Procancellarii Vilnenſis, Miſcellanea rerum ad ſtatum Eccleſiaſticum in magno Ducatu Lithuaniæ pertinentium laudantur a Simone Staravolſcio in Polonia cum præf. Hermanni Conringii recuſa Wolferbyti 1656. 4. p. 31.

TRANSSYLVANIA.

GIULA Jazygum ſive Tranſſylvanorum Princeps bello captus, à S. STEPHANO Hungariæ Rege, & cum uxore ipſius ſubditisque ad Chriſtiana ſacra perductus. Vide Anton. Bonfinium decad. 2. rerum Hungaricar. lib. 1. & Baronium ad A. C. 1002. n. 15.

Duo conditi Epiſcopatus, *Albenſis* qui Strigonienſi Metropolitæ, & *Milkovienſis*, qui Archiepiſcopo Colocenſi ſubjectus fuit. Vide quæ ex *Davidis Hermanni* Medienſis Annalibus rerum Tranſſylvanicarum *M. Georgius Haner* Schæsburgo Tranſſylvanus libro tertio hiſtoriæ Eccleſiarum Tranſſylvan. p. 71. ſeq. Francof. 1694. 12.

SCYTHÆ.

SCYTHÆ.

Omnem pæne Scythiam ad fidem CHRISTI convertiſſe traditur PHILIPPUS Apoſtolus in Martyrologio Rom. Calendis Maji & in Pſeudo Abdia lib. X. cap. 2. leges, B. Philippum *per annos viginti Gentibus per Scythiam conſtanter prædicaſſe Evangelium*: ſed Origenes tomo tertio ἐξηγητικῶν apud Euſebium lib. 3. hiſt. c. 1. *Thomas quidem, ut à majoribus traditum accepimus, Parthiam ſortitus eſt*, Ἀνδρέας δὲ τὴν Σκυθίαν. *ANDREAS vero Scythiam.* Martyrolog. Rom. 30. Nov. *apud Patras Achajæ, natalis S. ANDREÆ Apoſtoli, qui in Thracia & Scythia, CHriſti Evangelium prædicavit.*

Poſt Scythas à Conſtantino M. victos de quo Niceph. VII. 49. etiam ad eos transmiſſam lucem Evangelii non eſt dubitandum, de quo etiam perſpicua exſtant teſtimonia S. Chryſoſtomi contra Judæos edit. novæ T. 1. pag. 566. c. 567. B. 575. B. ubi inter gentes quæ CHriſti doctrina paſcerentur nominat Scythas, Thracas & Sauromatas.

Tomis in Scythia *S. Bretannio* Epiſcopus, martyr ſub Valente Imp. Ariano. Martyrolog. Rom. 25. Jan. *S. Theotimus* Epiſcopus tempore Arcadii Imp. 20. April.

De *NICETA* Romatianæ in Dacia Epiſcopo Paulinus Nolanus:

Te patrem dicit plaga tota Borræ,
Ad tuos fatus SCYTHA mitigatur,
Et ſui diſcors fera te magiſtro
Pectora ponit.
Et GETÆ currunt & uterque DACUS &c.

Theodoreti verba de Scythis & Sauromatis, leges Crucifixi amplexis, adduxi ſupra pag. 37.

Scytharum Monachorum occaſione motus excitati CPoli A. C. 518. celebris memoria in Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ monumentis ſæculo ſexto. Vide Henricum Noris in apologia Monachorum Scythiæ, & Natalis Alexandri ſelecta capita Hiſt. Eccleſ. T. V. edit. in fol. pag. 398. p. 494.

SLAVI.

SLAVI.

A. S. *Amando* factum Evangelicæ prædicationis periculum. Vide Baronium ad A. C. 632. n. 7. Baudemundus in S. Amandi vita apud Surium & in Actis Sanct. 6. Febr. Felicior ſucceſſus circa A. C. 1062. Confer Benedicti Picteti Hiſt. Eccleſ. ſeculi XI. p. 552. ſeq.

GOTHI trans Danubium.

Sub VALENTE Imp. ab ULPHILA ad CHRISTUM converſi ſæculo IV. vide Socratem IV. 33. Hiſt. Eccleſ. Philoſtorgium lib. 2. cap. 5. & ibi Jacobum Gothofredum. Ante Ulphilam in ſubſcriptionibus Synodi Nicænæ A. C. 325. *Theophilus* Gothiæ metropolis Epiſcopus memoratur T. 1. Harduin. p. 319. Socrates II. 41. de Ulphila A. C. 360. in Concilio CPol. ad Arianos deflectente: τὸν γὰρ ἔμπροσθεν χρόνον τὴν ἐν Νικαίᾳ πίςιν ἠσπάζετο, ἑπόμενος Θεοφίλῳ, ὃς τῶν ΓΟΤΘΩΝ ἐπίσκοπος ὢν τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ παρὼν * καθυπέγραψε. adde Sozom. VI. 37. Tillemont. T. 6. p. 604. ſq.

Circa A. C. 413. primus Rex Gothorum Chriſtianus Alaricus, Arianus Arianos Epiſcopos a Valente miſſos nactus. Oroſius VII. 33. *Gothi antea per legatos ſupplices popoſcerunt ut illis Epiſcopi, à quibus Chriſtianæ fidei regulam diſcerent, mitterentur.* Valens *Imperator exitiabili pravitate doctores* Ariani *dogmatis miſit. Gothi primæ fidei rudimentum, quod accepere, tenuerant.* De Alarico Chriſtiano idem VII. 37.

Pauli templum & Petri reverentur etiam belli tempore & inviolatum Gothi præſtant. Procop. II. Goth. cap. 4.

Joannis Gothi Epiſcopi qui circa A. C. 800. floruit vita Græce & Lat. in Actis Sanctor. T. 5. Junii 26. pag. 190. Incipit: ἔτος ὁ ὅσιος πατὴρ Ἰωάννης Ἐπίσκοπος ἦν Γοτθίας.

S. Epiphanius hæreſi LXX. Audianorum num. 14. Tom. 1. pag. 827.

Mmm Τπίςη

* Non audiendus itaque Sandius, qui ait non ſubſcripſiſſe Theophilum, pag. 168. hiſt. Eccleſ.

Ὑπέστη δὲ καὶ ἐξορίαν αὐτὸς ὁ γέρων Αὔδιος εἰς τὰ μέρη τῆς Σκυθίας, ὑπὸ τοῦ Βασιλέως ἐξορισθεὶς, διὰ τὸ ἀφηνιάζειν λαοὺς, καὶ ὑπὸ τῶν Ἐπισκόπων τῷ βασιλεῖ ἀνηνέχθη. ἐκεῖ δὲ μάλιστα διατρίβων, χρόνον ἐτῶν οὐκ ἔχω λέγειν, καὶ εἰς τὰ πρόσω βαίνων, καὶ εἰς τὰ ἐσώτατα τῆς Γοτθίας, πολλοὺς τῶν Γότθων κατήχησεν, ἀφ' οὗπερ καὶ Μοναστήρια ἐν τῇ αὐτῇ Γοτθίᾳ ἐγένετο, καὶ πολιτεία, καὶ παρθενία τε καὶ ἄσκησις οὐχ ἡ τυχοῦσα.

Cæterum idem ille ſenex Audius in Scythiam † ab Imperatore†† relegatus eſt; quodpopulos paſſim ab Eccleſiæ obſequio retraheret, cum eo nomine ab Epiſcopis eſſet ad Imperatorem delatus. Cumque in ea regione verſaretur (quot autem annis ibidem vixerit certo aſſervare non poſſumus) in interiora Gothicæ* penetrans, barbaros multos** Chriſtianæ religionis rudimentis inſtituit. Ex quo Monaſteria in Gotthia nonnulla propagata ſunt: in quibus religioſa vivendi ratio, & virginitas, arctiſſimaque diſciplina floruit.

Homilia quam ex Bibl. montis Atho in lucem daturus tomo XII. eſt celeberrimus Montfauconus, habita à S. Chryſoſtomo in Eccleſia S. Pauli, cum Gothi legiſſent, & Gothus presbyter concionatus fuerat. Incipit: ἐβουλόμην παρεῖναι Ἕλληνας τήμερον, ὥστε τῶν ἀνεγνωσμένων ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν πόση τοῦ σταυρωθέντος ἰσχύς. Comparat doctrinam Græcorum Idolatrarum etiamque Philoſophorum quos acriter pungit, cum doctrina CHriſti: atque illam etiam apud ipſos pridem Græcos pæne contemni & interiiſſe, dum doctrina CHriſti viget etiam apud Barbaras & longe remotas nationes: occaſione ſcilicet Gothorum in Eccleſia legentium & concionantium.

Jornandes: *Hanc Gothiam, quam DACIAM appellavere, quæ nunc GEPIDIA dicitur.* Gepidiam Avares occupavere, quos à Carolo M. victos & ad CHriſtum adductos ſupra retuli.

HERULI.

† Romanam intellige.

†† Valente. vide Tillemont. T. V. memor. hiſt. Eccleſ. p. 692.

* In regionem ultra Danubium ſitam, & ab Aureliano Imp. loco Daciæ Gothiam appellatam. *Pagi.*

** Adde Baronium ad A. C. 370. n. 113. ſeq. Pagium ad A. 396. n. 12.

HERULI.

Evagrius Scholaſticus lib. IV. Hiſt. Eccleſ. c. 20.

Ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις, ὡς ὁ αὐτὸς Προκόπιος ἀναγράφει, Ἔρουλοι ποταμὸν Ἴστρον ἤδη διαβάντες ὅ τε τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν Ἀναστάσιος διεκυβέρνα; φιλοφρονηθέντες ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ χρήμασι μεγάλοις αὐτοὺς δωρησαμένου, πανσυδὶ χριστιανοὶ γεγόνασι, καὶ τὴν δίαιταν ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον μετέβαλον.

Sub idem tempus, ut ſcribit Procopius, Eruli, qui jampridem Imperatoris Anaſtaſii temporibus Danubium trajecerant, benigne excepti à Juſtiniano, & maximis opibus ab eodem locupletati, univerſi ſimul Chriſtianam fidem amplexi ſunt, & priſtina vivendi ratione depoſita, manſuetiorem cultum induerunt.

Ad quæ verba vir doctus Henricus Valeſius: *De horum converſione ad fidem CHriſti loquitur Procopius in lib.* 2. *Gothicorum*, c. 14. (defectionem etiam eorum memorans c. 15.) *& Theophanes in Chronico: pag.* 149: *Hi cum juxta Mæotim paludem in locis ſtagnantibus degerent, primum Eluri nominati ſunt: ἕλη enim Græce paludes dicuntur. Jordanes in libro de rebus Geticis, de Herulis ita ſcribit*: Nam prædicta gens, Ablabio Hiſtorico referente, juxta Mæotidas paludes habitans in locis ſtagnantibus, quas Græci Ele vocant, Eluri nominati ſunt. *Idem ſcribit Author Etymologici, in voce* ἔλουρος. ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἑλῶν Ἔλουροι κέκληνται. Δέξιππος ἐν δωδεκάτῳ χρονικῶν. *Hos Herulos Helmoldus in Chronico Slavorum cap.* 2. *Gentem Slavicam eſſe dicit, qui inter Albiam & Odoram habitabant, longoque ſinu ad Auſtrum portendebantur, quos etiam alio nomine Heveldos dici ſcribit.*

DACI, & BESSI; Riphæorum montium accolæ.

Martyrologium Rom. 7. Januar. *In Dacia S. NICETÆ Epiſcopi qui feras & barbaras Gentes Evangelij prædicatione mites reddidit ac manſuetas.* Ad hunc Nicetam ſive Niceam, ut in quibusdam Gennadii Codicibus legitur, Romatianæ in Dacia Mediterranea Epiſcopum S. Paulinus Nolanus poëmate 17. (al. 30.)

Nam ſimul terris animisque duri
Et ſua BESSI nive duriores
Nunc oves facti duce te gregantur
Pacis in aulam.

S. Hieron. Epiſt. 3. ad Heliodorum: *Beſſorum feritas & pellitorum turba populorum, qui mortuorum quondam inferiis homines immolabant, ſtridorem ſuum in dulce CHriſti fregerunt melos.* Confer Tillemontium T. X. memoriar. Hiſt. Eccleſ. p. 621. ſq. Acta Sanctor. 7. Januar. Pagium ad A. C. 396. n. 5. ſeq. & A. 397. n. 6. ſeq. Theodorus Petræ Epiſcopus in vita Theodoſii Archimandritæ Palæſtini; Magiſtri ſui de eodem Niceta: *Quatuor Eccleſias intra ſepta Monaſterij conſtruxit. Unam quidem in qua Patrum numeroſus cœtus ſeorſim lingua* Græca *DEO immolat, uti ſcriptum eſt, ſacrificium laudis. Altera in qua* Beſſi *propria ipſorum linguam vota & preces reddunt DEO altiſſimo. Tertiam in qua* Armeni *lingua patria Domino litant.*

CAPUT XXII.

De originibus & ſucceſſibus Chriſtianiſmi in regnis DANIÆ & NORWAGIÆ, SVECIÆQUE, tum in LIVONIA, FINNONIA, LAPPONIA, &c.

Martyrologium Rom. 7. Novembr. *In Friſia depoſitio S. WILLEBRORDI, Epiſcopi Trajectenſis, qui à B. Sergio Papa* A. C. 696. *ordinatus Epiſcopus, in Friſia & Dania Evangelium prædicavit.*

Honorius Auguſtodunenſis lib. 3. de imagine Mundi: *Brema conſtruitur, DANIA convertitur à WILLIADO Epiſcopo.* Vitam S. Willehadi ſcriptam ab S. Ansgario, dedit Philippus Cæſar in Triapoſtolatu Septentrionis, ex quo eam recudi feci T. 2. memoriarum Hamburgenſ. p. 652. Habet & Surius ad VIII. Novembris ſed in ea Saxonum tantum & Freſonum ad CHriſtum adductorum, baptizatique Widikindi mentio, nulla Danorum. In vita autem ANSCHARII capite ſexto ſeq. traditur HERIOLDUS ſive HARALDUS Clagus

Rex

Rex qui partem tenebat Danorum, expulſus regno confugiſſe ad LUDOVICUM Pium Imp. circa A. C. 826. & petiiſſe ut per eum regno reſtitueretur. *Qui cum ſecum detentum, tam per ſe quam per alios ad ſuſcipiendam Chriſtianitatem cohortatus, quod ſcilicet inter eos ita major familiaritas eſſe poſſet, populusque Chriſtianus ipſi ac ſuis promptiori voluntate in adjutorium ſic veniret, ſi uterque unum Deum coleret. Tandem Divina gratia tribuente ad fidem convertit, & ſacro baptiſmate perfuſum, ipſe de ſacro fonte ſuſcepit, ſibique in filium adoptavit.* Saxo Grammaticus lib. IX. p. 175. *Inter hæc HARALDUS quorundam aſtipulatione Danorum, Regneri militiam languidiore ſtudio comitantium, recidivos patriæ tumultus incutiens, regii nominis uſurpator emerſit. Qui Regneri ab Helleſponto redeuntis armis exceptus, cum rebus infeliciter geſtis exhauſta domeſticæ opis præſidia animadverteret, LUDOVICUM Moguntiæ conſtitutum auxilia petiturus acceſſit. At Ludovicus ſummo amplificandæ Religionis ardore confertus, conditionem Barbaro intulit, opem ſpondendo, ſi CHriſti cultum exequi conſenſiſſet. Nullam enim poſſe ajebat animorum intervenire concordiam, diſſona ſacra complexis. Quamobrem petitorem opis primum Religionis contubernio opus habere, neque magnorum operum conſortes exiſtere poſſe, quos ſupernæ venerationis formula diraſſet. Qua ſententia & ſalutem hoſpiti, & ſibi pietatis præconium peperit. Haraldum enim ſolenni lavacro uſum conſequenter Saxonicis roboravit auxiliis. Quibus is fretus, in territorio Sleſvicenſi dicandam Deo ædem ſolicita moliebatur impenſa. Hic itaque ſanctiſſimi tenoris ſpecimen à Romanis ritibus mutuatus, profanato perfidorum errore, delubra diruit, victimarios proſcripſit, flaminium abrogavit, atque inconditæ patriæ Chriſtianiſmi ſacra primus intulit, rejectoque dæmonum cultu, Divinum æmulatus eſt. Supremo, quicquid ad cuſtodiam religionis attinuit, ſcrupuloſiſſima cura ſervavit.* Remiſſo igitur in regnum additi Comites S. Anſcharius & AUTBERTUS ſive GAUDBERTUS qui *aliquando inter Chriſtianos, aliquando inter Paganos conſtituti cœperunt Verbo DEI inſiſtere, & quoslibet poterant ad viam Veritatis permovere.* Confer Pagium ad A. C. 826. n. 14. *Jo. Meurſium* initio libri 3. Hiſt. Danicæ, ubi etiam de ERICO Rege, Haraldi fratre, ſacris Chriſtianis imbuto per eundem Anſcharium, qui Comitem ſecum habens etiam HERIMBERTUM ſive REMBERTUM, lucem Evangelii Daniæ inferre magis magisque ſtuduit.

Decretum Gregorii IV. Pontificis, quo Anſcharium legatum in omnibus circumquaque Gentibus *Danorum*, *Sveonum*, *Nortweborum*, *Farriæ*, *Gronlandon*, *Halſingolandon*, *Islandon*, *Scridevindun*, (Scritifinnorum) & Slavorum, aliarumque in Aquilonis partibus conſtitutarum, una cum EBONE Remenſi Archiep. delegerit, exſtat apud Lambecium I. origg. Hamburgenſ. pag. 36. edit. meæ, & Carolum le Cointe ad A. C. 30. T. VIII. Annal. Francor. p. 116. nec non Jo. Iſaacium Pontanum lib. 4. hiſtoriæ rerum Danicarum p. 98.

Adamus Bremenſis II, 16. *ADALDAGUS igitur Archiepiſcopus* (qui poſt Unonem fuit ab A. C. 836. ad 988) *ordinavit in Daniam plures Epiſcopos* - - Hored, Liafdag, Raimbrand, & poſt eos Harig, Stercolf, Adelbrecht, Merha *& alios*. Plura eodem loco & II, 26, de *ODINKARO* utroque.

Poſt Haraldi VI. mortem, ſub ejus filio SVENONE ſive Svenottone II. perſecutio in Chriſtianos A. C. 980. Saxo Gammaticus lib. X. pag. 186. *Defuncto Haraldo, Sveno proſperam ſibi in Divina ſæviendi occaſionem veniſſe gaviſus*, * *totam religionis ſtirpem ab radice convulſit, eoque autore Dani ſuſceptum Divinitatis cultum repetita ſuperſtitione mutarunt; hoc liberius erroris ſui recurſum complexi, quo certius amariſſimum ejus reprehenſorem occidiſſe cognoverant. Quam temeritatem vindex contemptus ſui Divinitas, non parva rerum acerbitate penſavit, auctorem ejus triſtiſſimis fortunæ vicibus inſecuta. Ipſum namque deſerendæ religionis ducem perquam graviter affectum, violentiſſimis caſibus implicare non deſtitit, lætisque ſucceſſibus ſpoliatum, amarum vitæ uſum experiri coegit. Quippe Julini oppidi accolis piratica Daniam inceſſentibus captus* &c. Et poſt pauca: *Nec tamen erga deſertorem ſacrorũ, principem, Divinæ correptionis aculei quieverunt Nam Svetiam quoque Danorum rebus infeſtam fecere. Cujus Rex Ericus agnomen à victoriis mutuatus* &c. Et aliquibus interjectis: *Hac fortunæ ſævicia Sveno ad amplectendam* † *religionis charitatem adactus, abſtractos caligine oculos ſalutari lucis*

* Adde Helmoldum lib. 1. cap. 15. & Thormodi Torfei librum de tribus Regibus Daniæ Gormo, Haraldo & Svenone, editum A. 1707. nec non Andreæ Severini Velleji vulgatum Danice de Svenone Rege Heroldi ſive Haraldi ſexti F. Hafn. 1705. 8.

† Huc refer quod ſcribit Adamus Bremenſis II. 28. *Cognovit autem* Sven *quod Dominus ipſe eſt Deus*, - - *& reſtituit eum* Olaph *in-*

lucis contemplatione ſuffudit. Nam cum duos maxime reatus ſuos, parricidium atque ſacrilegium, totidem graviſſimis ſuppliciis, captivitate atque exilio abunde mulctatos animadverteret, piam neglectæ ſalutaris diſciplinæ verecundiam egit, converſoque in curam ſacrorum animo, utriusque delicti contagium plenis pœnitentiæ lachrymis expiavit. Quinetiam cunctis circa ſe rite peractis, lavacri uſum promptiſſimo religionis tenore percepit. Cujus quanta prius labes extiterat, tantum poſtea robur ac columen evaſit. Atque iterum p. 191. de eodem Svenone jam ſene: *Divinis rebus infatigabilem ultimi temporis curam tribuit, nec ſpiritu quam religione diuturnior fuit.*

De miraculis quæ ex ore Svenonis junioris, Eſthritii, Daniæ ab A. C. 1049. Regis, facta à POPPONE refert Adamus Bremenſis II. 26. meminerunt etiam Sigebertus Gemblac. ad A. 966. Danos CHriſtum JEſum & idola prius ſimul coluiſſe referens, aliique illorum temporum ſcriptores, ut notavit Stephanus Joannes Stephanius ad Saxonem Grammaticum pag. 207. Vide ſis etiam Jo. Meurſium lib. 3. Hiſt. Danicæ pag. 51.

De CANUTI Magni, ſex regnorum, Daniæ, Sveciæ, Norwagiæ, Angliæ, Sclaviæ, Sembiæ Regis, qui A. C. 1048. diem obiit, laudato ſtudio promovendæ Religionis Chriſtianæ; Jo. Iſaacius Pontanus libro V. & laudatus Stephanius ad Saxonem p. 213.

De S. Canuto Danorum protomartyre, una cum aliis duodeviginti interfecto A. C. 1086. in civitate Othenſia, Ælnothus in vita a Jo. Meurſio edita, & Acta Sanctor. 10. Jul.

D. Joannis Slangendorfii, Theologi Hafnienſis de initiis Doctrinæ & Religionis propagatione & incrementis in inclytis Daniæ & reliquorum ſeptentrionalium regnis, Hafniæ 1591. 8.

Haraldus Huitfeld Regni Danici Senator & Cancellarius qui A. 1608. diem obiit, in tomo quinto hiſtoriæ Danicæ, ſive hiſtoria Eccleſiaſtica Daniæ & Norwagiæ, Danica lingua editæ Hafniæ 1604. 4.

Jo. Iſaacius Pontanus hiſtoriæ rerum Danicarum libro IV. & V. Amſt. 1631. fol.

Joannes

regnum ſuum, eo quod Matrem ſuam habuerit. Feceruntque pactum firmiſſimum, ut Chriſtianitatem in regno ſuo plantatam retinerent, & in exteras effunderent nationes, adde Pagium ad A. C. 994. n. 5.

Joannes Jani Svavingius in Chronologia Danica, Hafniæ 1650. fol. pag. 63. ſeq.

Joannes Mollerus introductione in hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ parte 1. cap. 2.

Ludovici Holberg Profeſſoris Hafnienſis clariſſimi, Däniſche Reichs-Hiſtoria cap. 4. p. 117. ſqq. Hafniæ 1713. 4.

J. B. des Roches, Advocati Regii generalis Rupellæ in Gallia, hiſtoire de Dannemarc, Amſt. 1730. 12. tomo ſecundo.

Nic. Petri Sibbern Bibliotheca Hiſtorico Norwegica cap. 9. pag. 291.

Epiſcopi olim ſub Archiepiſcopo LUNDENSI fuere octo, *Roſchildenſis* in Zelandia, *Othonienſis* (Odenſee,) *Wendſyſſelenſis*, & in Jutia *Ripenſis*, *Arhuſienſis*, *Burglavienſis* (Börglum) hodie *Aalburgenſis* & *Viburgenſis*, atque ab A. 1067. in Cimbria *Sleſvicenſis*. De quatuor diœceſibus Jutiæ ſive Jutlandiæ, Jo. Iſaacus Pontanus in Chorographica Daniæ deſcriptione pag. 358. ſeq. Hodie præter quatuor illos Jutiæ Epiſcopatus vigent in Dania hi tres; 1) *Zelandiæ*, 2) *Fioniæ*, 3) *Lalandiæ Falſtriæque*. Habet & Cimbria, Superintendentes Generales duos *Sleſvicenſem* ac *Rensburgenſem*, antiquato ut in plurimis Proteſtantium ditionibus fieri conſuerit, Epiſcopi nomine.

Magni Matthiæ liber ineditus de prima Chriſtianiſmi in Daniam introductione, deque reformata in Dania Religione fuit MS. Hafniæ in Bibl. Reſeniana. *Chriſtiani Tychonii*, viri eruditiſſ. opus promiſſum de ſtatu Eccleſiæ Danicæ ante Reformationem, nondum lucem vidit, quod ſciam. De Reformatione Danica præter Haraldum Huitfeldum in hiſtoria Chriſtierni II. & Friderici I. conſulendi ſcriptores laudati à Rev. noſtro *Bernhardo Raupachio* Obſervatt. ad Orationem de utilitate itineris Danici p. 42. ſeq.

NORVAGIA.

De *Eirico* Norwagia profugo, qui Northumbriam ab Adalſteino Angliæ Rege, jure clientelari conſecutus, cum uxore & liberis, omnique familia, ipſumque ſecutis clientelis copiisque militaribus CHriſto nomen dedit, baptiſmoque tinctus eſt circa A. C. 930. videnda,

denda quæ veteris Chronici fide tradit vir celeberrimus Thormodos Torfæus hiſtoriæ Norwagiæ T. 2. pag. 183. ſeq.

Primus autem HACO omnium Norwagiæ Regum, medio ſæculo decimo Chriſtianam Religionem coluit ejusque cultum ſuis omni ratione perſuadere tentavit & A. C. 945. hoc peregit in Comitiis Froſtenſibus, de quo idem Torfæus T. 2. p. 214. ſqq. 216. 233.

Sub OLAO Erici filio *Norwagia BERNARDI ex Anglia profecti ſaluberrima admonitione profecit*, ut ſcribit Saxo Grammaticus lib. X. pag. 189. ubi etiam *aquarum ſacrarum liquore perfuſum, religioſæ diſciplinæ rudimenta ſorpſiſſe* licet nondum alienum ab omni ſuperſtitione, teſtatur: ad quem locum Stephanus Johannes Stephanius pag. 208. Bernardi hujus non meminit Chronicon Norvagicum: ſed à TANGBRANDO quodam Chriſtiana ſacra Olaum Tryggonis edoctum fuiſſe tradit, pag. 125. SIGURDI quoque Epiſcopi beneficio multos in Norvagia ad fidem Chriſtianam converſos edocet p. 161. Adamus Bremenſis GOTEBALDUM quendam ab Anglia venientem, ſæpe etiam in Norvagia, pariter ac Svecia, evangelizaſſe commemorat, Lib. 2. Cap. 29. Wernerus Rolewinck in Faſciculo temporum, Norvagiam primum ad fidem Chriſtianam per ADRIANUM Legatum, & Cardinalem Albanenſem, eſſe converſam, ſub A. Ch. 1154. perperam tradit. Verba ejus hæc ſunt: *Norvegia, quæ eſt inferior regio Alamanniæ, convertitur ad fidem. Ibi primum prædicavit Adrianus legatus & Cardinalis Albanenſis, & poſtea Papa.*

De hoc S. OLAO Rege Norvagiæ & Martyre A. C. 1028. *Baronius ad Martyrolog.* 29. Jul. & ad A. 1028. num. 7. Pagi num. 8. *Jo. Vaſtovius* in vite Aquilonari p. 27. *Torfæus* Tom. 2. pag. 457. ſeq. vide & p. 336. 337. 338. 339. ſqq. 369. 377. ſqq. 381. ſqq. 388. ſqq. 398. ſqq. Idolum Thori Odinique everſum pag. 407. ſqq. nec non Freyris p. 410. Thorgerdis Holgabruderis p. 412. ſq. &c.

De SIGISMUNDO BRESTERINO quem Rex in Færeyas inſulas ad plantandam Eccleſiam Chriſtianam miſit, idem *Torfæus* T. 2. p. 414. 416.

Prima ſedes Archiepiſcopalis ſive Metropolitana in Norvagia * NIDROSIENSIS. (Truntheim.) Sub quo ** olim fuere Epiſcopi,

* Anton. Pagi ad A. C. 1148. n. 15.
** Aub. Miræus in notitia Epiſcopatuum p. 221.

pi, 1) *Bergenſis*, 2) *Stavangarenſis*, 3) *Hammarienſis*, 4) *Anſloënſis* ſive *Asloienſis*, 5) *Sodrenſis* ſive *Inſulanus*, & 6) *Gronelandenſis*. Hodie Epiſcopi in Norvagia ſunt tres: 1) *Chriſtianienſis* conjunctus cum Asloënſi, 2) *Nidroſienſis* & 3) *Bergenſis*.

SVECIA.

Tempore CAROLI M. Imp. & BERONIS (BIORNI IV.) Regis Sveciæ ab A. C. 813. maxime vero ſub LUDOVICO Pio Imp. per S. ANSCHARIUM * ab A. C. 826. ſive potius 829. Svecia ſalutari CHRISTI nomine coepit perſonare. Videantur

Claudii Arnhelmii (Oernhiälms) hiſtoriæ Sveonum Gothorumque Eccleſiaſticæ libri quatuor priores, inde à magis conſpicua in his oris Chriſtianæ Religionis origine usque ad finem ſæculi poſt CHriſtum natum duodecimi: Stockholmiæ 1689. 4.

Joannes Baazius inventario Eccleſiæ Sveo-Gothorum. Lincopiæ 1642. 4. libro I. cap. 4. ſeqq.

Jo. Meſſenius Chronolog. Scondiæ T. 1. p. 27. 63. & in cenſura de hiſtoria Scondica T. X. n. 388. 393. 395.

Jo. Vaſtovius Gothus in vite Aquilonia ſive Vitis Sanctorum Regni Sveo Gothici, ad Sigismundum Polonorum & Svecorum Regem, Colon. 1623. fol. & cum notis eruditiſſ. Viri *Erici Benzelii*, filii, Epiſcopi hodie Gothoburgenſis, Upſal. 1708. 4. In hoc opere ante Anſcharium commemoratur HERBERTUS Epiſcopus qui primus cum ſociis circa A. C. 813. Oſtrogothiam penetraverit, & in diverſis ejus locis falſorum numinum cultum impugnans, doctrinæ Chriſtianæ ſparſit ſemina, primaque Eccleſiæ Lincopenſis fundamenta jecerit. Teſtatur autem laudatus Benzelius in notis, alibi ſe demonſtraturum & origines Eccleſiæ Lincopenſis & Herbertum hunc ad juniora tempora referendum eſſe.

Thormodus Torfæus ſerie regum Daniæ lib. 3. cap. 15. p. 415.

S. Anſcharium ſecunda vice in Sveciam profectum comitatus eſt S. REMBERTUS circa A. C. 853. Sveciæ Evangeliſta ideo appellatus

* Confer Rembertum in vita S. Anſcharii c. 8. 9. 10. Gvaldonem cap. 24.

pellatus. Vide Adamum Bremenſem IV. 41. Jo. Meſſenii Chronologiam Scondiæ ad illum annum, Jo. Vaſtovium p. 13. & Benzelii notas pag. 7. Vitam S. Anſcharii cap. 8. ſeq. Remberti vitam in Actis Sanctor. 4. Februar.

L. Paulinus Gothus Hiſtoriæ Arctoæ lib. 1. cap. 41. p. 90. ſeq. Idem c. 46. ſecundam poſt Anſcharium Evangelii in SveoGothia propagationem refert ad *Erici IX.* tempora poſt A. C. 940. & c. 47. tertiam ſub *Olao II.* † poſt A. 974. & c. 49. quartam ſub Stenchillo II. poſt A. 1043. Prodiit Paulini opus, Stregneſii 1636. 4. Illum Olaum in baptiſmo nomen *Jacobi* accepiſſe narrat Saxo Grammaticus lib. X. pag. 190. *Conſimilis, ejusdem Pontificis* (BERNARDI ex Anglia miſſi) *induſtria Svecia Regem OLAVUM ad Chriſtiana ſacra perductum JACOBI nomine venuſtavit, morum profectui decus vocabuli tribuens. Utrum autem idem Rex ab eo, an a Bremenſium Pontifice UNNONE, ſacrorum uſum diſciplinamque perceperit, parum comperi.*

Adamus Bremenſis lib. 2. cap. 26. *Claruit etiam tunc in Dania felicis memoriæ ODINCHAR ſenior, de quo ſupra* (cap. 16) *diximus, qui in Fionia, Seland, Scane ac in Svedia prædicans, multos ad Chriſtianam fidem convertit.*

De S. SIGFRIDO Archiepiſcopo, Pagi ad A. C. 1028. n. 10. Acta Sanctor. 15. Febr. ubi etiam de ÆNSCHYLE & DAVIDE.

De ERICO Rege Martyre A. C. 1160. Baronius & Heſchenius ad 18. Maj. Jo. Vaſtovius pag. 65. ſeq. qui etiam de CHRISTINA ejus conjuge pag. 70.

In Svecia hodie Archiepiſcopus UPSALIENSIS, & ſub eo Epiſcopi 1) *Lincopenſis*, 2) *Scarenſis*, 3) *Strengnenſis*, 4) *Aroſienſis*, ſive Weſtmanno Dalekarliæ, 5) *Wexonienſis*, 6) *Lundenſis* in Scania, 7) *Borgenſis*, 8) *Gothoburgenſis*, & 9) *Colmarienſis*, ut omittam Superintendentes, Carolſtadienſem, Inſulæ Gothlandicæ, Caroli Coronæ &c. Confer *Joannis Magni* hiſtoriam Metropolitanæ Eccleſiæ Upſalienſis, & de Epiſcopis Sveciæ, nec non *Joannem Meſſenium* in Chronico, Scondiaque illuſtrata.

Nnn 2 LIVO-

† De hoc Benedictus Pictetus Hiſt. Eccleſ. Sec. XI. p. 13. Jo. Vaſtovii vitis aquilonia p. 33. qui etiam de *Stenchillo* pag. 43. & *Ingone* Rege pag. 44.

LIVONIA, LETTIA, CURLANDIA.

S. MAINARDUS Seegenbergenſis Canonicus & BERTOLDUS Abbas Lucenſis, Apoſtoli Livoniæ. *Rigenſis* Epiſcopatus inſtitutus A. C. 1186. vide Baronium ad illum annum & Pagium n. XI. & XII. XIII. ubi etiam de *Gladiferis* ſive *fratribus de gladio*. Conradi Sam. Schurzfleiſchii & fratris Henrici Leonhardi Hiſtoriam Enſiferorum Witeb. 1685. 4. 1701. 8. Chriſtoph. Hartknochii altes und neues Preuſſen p. 278. ſq.

Conſtituti præterea in Livonia Epiſcopi *Revalienſis*, 2) *Curienſis* ſeu *Piltenſis* in *Churlandia*, ab aliis etiam dictus *Gerlandenſis*. 3) *Dorpatenſis* ſive *Torpatenſis*. 4) *Oſilienſis* ſive *Oeſſel*, Inſulæ, & 5) *Vindenſis* ſeu *Vendenſis* qui ſub Stephano Battorio, Poloniæ Rege acceſſit. De tribus prioribus Jo. Iſaacius Pontanus lib. 6. hiſtoriæ rerum Danicarum p. 307. ad A. C. 1218. *Operam præterea eodem tempore Waldemarus II. Daniæ Rex dedit, ut Epiſcopatus Revalienſis, Dorpatenſis, Churlandiæque conſtituerentur, & ipſi Epiſcopi regni Daniæ ſupremæ curiæ adſciti, comitiis etiam intereſſent, ac ſinguli Lundenſium Archiepiſcopum ut vicarij (vulgo ſuffraganeos vocant) agnoſcerent.*

FINNONES. *

De HENRICO, Epiſcopo ſeptimo Upſal. & Martyre, Apoſtolo Finlandiæ A. C. 1150. Acta Sanctor. 19. Januar. *Jo. Vaſtovius* in vite Aquilonia pag. 62. ſeq.

Finlandi ab ERICO Svecorum Rege victi CHRISTUM agnoſcunt. Pagius ad A. C. 1168. n. 22. Ericus Martyr. id. A. 1151. num. 9. Acta Sanctor. 18. Maji.

Epiſcopatus *Aboënſis* conditus A. 1300. Vide infra, in indice, pag. 2.

M. Fabiani Toerneri, Prof. Eloqv. diſſ. de Origine & Religione Finlandorum. Upſal. 1728 8.

Thormodi Torfæi Hiſtoria Vinlandiæ antiquæ, Hafniæ 1705. 8. *Nova lit. maris Baltici* p. 311. ſeq.

Jo.

* *Phinni*, Sirmond. T. 3. Opp. p. 1321. *Finnia* id. pag. 1316.

Jo. Schæperi, Aboënſis, Finnoniæ elogia, oratione comprehenſa. Dorpati 1650. 4.

Finnonum Eccleſia Lutherana hodie Petroburgi.

LAPPONES.

Chriſtiani eſſe cœperunt jam inde à temporibus *Erici S.* Sveciæ Regis A. C. 1160. & *Magni Ladulos* A. C. 1277. magisque deinde ſub Guſtavo Ericſonio, Carolo IX. Guſtavo Adolpho & Regina Chriſtina. Conferenda *Joannis Scheferi* Lapponia capite VIII. quæ Latine Francof. 1673. 4. Anglice Oxon. 1674. & Gallice Pariſ. 1678. 4. lucem vidit. Atlas hiſtorique T. 4. diſſ. ſur la Lapponie cap. XII.

Plura de Lapponibus *Franciſcus Niger* Ravennatenſis in deſcriptione Lapponiæ, quam Italicè vulgavit Joannes Cinellius Calvolus, patricius Florentinus Venet. 1705. 8.

Olaus Rudbeckius in Lapponia illuſtrata. Upſal. 1701. 4. Hiſtory of the works of the learned A. 1703. pag. 525. Nouvell. de la Rep. des lettres 1703. T. 2. pag. 295.

Aubrius de la Motraye T. 2. itinerum per Europam, Aſiam & partem Africæ, Lond. 1723. 1729. fol. pag. 289. ſeq. Idem opus Gallice prodiit Hagæ Com. 1727. fol. Acta Erud. 1725. pag. 248. Hiſt. lit. del' Europe A. 1727. Janvier pag. 1. Fevrier pag. 113. Bibl. Angloiſe T. 12. pag. 87. Journal des Sav. A. 1727. T. 2. pag. 542. A. 1728. pag. 117.

Jo. Georg Schellers Reiſe-Beſchreibung in Lappland und Bothnien. Jen. 1727. 8.

Lapponum ſacris præeſt Superintendens Norlandiæ Occidentalis.

ISLANDIA.

Non diverſam eſſe *Thulen* veterum ab Islandia, adverſus *Arngrimi Jonæ* Islandi ſententiam lib. 1. Crymogææ cap. 1. docet Jo. Iſaacius Pontanus in Chorographica Daniæ deſcriptione p. 742. ſqq. ad calcem Hiſtoriæ rerum Danicarum.

Hiſtoria de Religionis Chriſtianæ origine per ISLANDIAM inſtitutæ, Schalholti 1688. impreſſa memoratur à Thormodo Torfæo & notatur T. 2. hiſt. Norwagiæ p. 337.

STEFNERES in Islandiam miſſus à Rege OLAO. Torfæus T. 2. p. 378. poſt ejus irritos conatus THANGBRANDUS p. 397. 417. 418. ſqq.

Votum pro Chriſtiana Religione pag. 430. præceptum Regis, p. 413. Vide & p. 486. ſq.

Islandiæ Epiſcopi duo, *Skalholtenſis* atque *Holumenſis*. Snæbiorni autem Torphæi Annales Præſidum Islandiæ Hafn. 1656. 4. non Epiſcopos ſed Gubernatores politicos perſequuntur; ut notavit Jo. Mollerus ὁ μακαρίτης in hypomnematibus ad Albertum Bartholinum de ſcriptis Danorum p. 404.

Theodori Thorlacij diſſ. de Islandia ſub B. D. Ægidio Strauchio habita prodiit Witeb. 1666. 4.

GROENLANDIA.

GROENLANDI Chriſtiani facti circa A. C. 996. Torfæus T. 2. hiſt. Norwag. p. 434. ſqq. Lud. Holberg Däniſche Hiſtoria p. 662. adde pag. 374. De Groenlandia præter Iſaacum Peyrerium, Lyſcandrum & Dav. Fabricium adeundus idem Torfæus in Groenlandia antiqua, edita Havniæ 1715. 8.

CAPUT XXIII.

De Evangelii Luce allata ROXOLANIS ſive MOSCIS, BULGARIS &c.

S*igismundus* liber Baro *de Herberſtein* in Commentariis rerum Moſcoviticarum a) Antwerp. 1557. 8. editis, notat Ruthenos in Annalibus

a) Pag. 19. in rerum Moſcovitarum auctoribus, edit. Wechelianæ Francof. 1600. fol. Bzov. ad A. C. 1514. n. 16. pag. 226. Confer,

libus ſuis aperte gloriari, ante Wolodimerum & Olgam, Ruſſos Evangelii vocem accepiſſe ab ANDREA, CHRISTI Apoſtolo, *quem ex Græcia ad oſtia Boryſthenis veniſſe ipſi affirmant, & adverſo flumine ad montes ubi nunc Chiovia eſt navigaſſe, atque ibi omnem terram benedixiſſe & baptizaſſe.* D. *Joannes Faber*, Epiſcopus Viennenſis, de Moſcovitarum religione ad Ferdinandum Archiducem: b) *Fidem Chriſtianam ſequuntur, quam ab ANDREA Apoſtolo, fratre Simonis Petri primum eis prædicatam affirmant.* Idem, quanquam repetunt *Alexander Gwagninus* Veronenſis in deſcriptione regionum morumque Moſchoviæ c) qui etiam in Novogrodiam magnam ex Kiovia ſcribit penetraſſe, & *Paulus Oderbornius* in vita Joannis Baſilidis lib. 1. d) aliique juniores: tamen inter traditiones minus certas, atque idoneis documentis hiſtoricis deſtitutas referendum eſſe peritiores judicant, non minus quam quod Matthias de Miechow lib. 2. de duabus Sarmatiis cap. 1. refert *a Ruthenis inter Sanctos cum primus coli THADDÆUM Apoſtolum, adſerentibus quod eos converterit & fidem CHriſti docuerit: deinde BARTHOLOMÆUM, itidem Apoſtolum, per quem multos articulos de Fide ſe accepiſſe dicunt.* Vel quod Novogrodenſes e) fabulantur S. ANTONIUM lapide ingenti molari adnatantem ad ipſos appuliſſe atque Chriſtiana doctrina eos imbuiſſe.

Martyrolog. Rom. 14. Junii. *Apud Ruthenos S. QUINCTIANI Epiſcopi* circa A. C. 506. vide ibi Baron.

Cedrenus poſt A. C. 860. pag. 453.

Τὰ δὲ ἐντὸς Εὐξείνου, καὶ πᾶσαν τὴν αὐτοῦ παραλίαν, ὁ τῶν Ῥῶς ἐπόρθει καὶ κατέτρεχε στόλος. Ἔθνος δὲ οἱ Ῥῶς Σκυθικὸν, περὶ τὸν ἀρκτῷον Ταῦρον κατῳκημένον, ἀνίμερόν τε καὶ ἄγριον· καὶ αὐτῇ δὲ

Interim quidquid eſt intra Euxinum pontum maritimarum regionum, Roſſica incurſionibus vexabat atque vaſtabat claſſis. Roſſi gens eſt Scythica, * ad ſeptentrionalem incolens Taurum,

τῇ

ſi placet, quæ de S. Andrea, Scytharum Apoſtolo, ſupra pag. 98. ſeq. Ῥῶς, Scythæ Hyperborei apud Nicetam Choniatem p. 142.

b) Tubing. 1525. id. p. 133. c) A. 1586. id. p. 172. d) Spiræ 1581. id. p. 256.

e) Moſcowitiſcher Kirchen-Staat cap. 1.

* Hæc iisdem verbis Jo. Scylitzes Curopolata p. 30.

τῇ Βασιλίδι δεινὸν ἐπέσεισε κίνδυνον, οἱ μετ' οὐ πολὺ θείας πειραθέντες ὀργῆς, οἴκαδε ἀπενόστησαν, πρεσβεία τε αὐτῶν τὴν Βασιλίδα καταλαμβάνει, τοῦ θείου μεταλαχεῖν βαπτίσματος λιτανεύουσα. ὃ καὶ γέγονε.

fera atque immanis. Hi cum ipſam Conſtantinopolim † in grave conjeciſſent periculum, paulo poſt Dei iram experti, domum reverſi ſunt: legatisque in Vrbem miſſis, Divinum baptiſmum efflagitarunt, impetraruntque.

Conſtantinus Porphyrogenetus, ſive potius f) Leontius Byzantinus in vita Baſilii Macedonis qui Imperio Græcorum præfuit ab A. C. 867. ad 887. cap. LXVI. p. 165.

Ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν Ῥῶς ἔθνος δυσμαχώτατόν τε καὶ ἀθεώτατον ὂν, χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου, καὶ σηρικῶν περιβλημάτων ἱκαναῖς ἐπιδόσεσιν εἰς συμβάσεις ἐφελκυσάμενος, καὶ σπονδὰς πρὸς αὐτοὺς σπεισάμενος εἰρηνικὰς, ἐν μετοχῇ γενέσθαι καὶ τοῦ σωτηριώδους βαπτίσματος ἔπεισε. καὶ Ἀρχιεπίσκοπον παρὰ τοῦ Πατριάρχου Ιγνατίου τὴν χειροτονίαν δεξάμενον δέξασθαι παρεσκεύασεν. ὃς κατὰ τὴν τοῦ εἰρημένου ἔθνους χώραν παραγεγονὼς ἀπὸ τοιαύτης πράξεως εὐπαράδεκτος τῷ ἔθνει γεγένηται. Τοῦ γὰρ ἄρχοντος τοῦ τοιούτου

Præterea genti Ruſſorum, neſciæ manſveſcere, aliique ſuccumbere, & a Deo alieniſſimæ, auri, argenti, & ſericarum veſtium affluentibus largitionibus in fœdus pertractæ, & induciis cum ea initis, ut particeps quoque fieret Divini lavacri, perſuaſit; & Archiepiſcopum, à Patriarcha *Ignatio* ordinatum, ſuſcipere diſpoſuit: qui ad dictæ gentis regionem accedens, ob hoc illuſtre facinus claro plauſu excipitur. Namque illius gentis Princeps, cum vectigalium ſuorum cœtum cele-

γλύους

† Sub Michaële Balbo.

f) Si Conſtantinus ipſe eſſet vitæ illius auctor, non omiſiſſet vel verbulo innuere, ſed gloriatus etiam fuiſſet avum ſuum illum eſſe cujus vitam ſcriberet: neque in vita illa legerentur de Conſtantino Porphyrogeneto hæc verba cap. 34. νῦν ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων Κωνσταντῖνος ὁ τῆς Πορφύρας βλαστὸς, ὁ Λέοντος μὲν τοῦ σοφωτάτου υἱὸς, ἐκείνου δὲ υἱωνὸς &c. Ecquis unquam de ſemetipſo loquens, ita ſcripſit, ſuis temporibus geſta quæ ipſe feciſſet.

γοὺς σύλλογον τοῦ ὑπηκόου ποιησαμένου καὶ μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν γερόντων προκαθεσθέντων, οἳ τῶν ἄλλων μᾶλλον τῇ δυσειδαιμονίᾳ διὰ τὴν μακρὰν συνήθειαν προσετηκότες ἐτύγχανον. καὶ κρινουμένων περί τε τῆς οἰκείας καὶ τῶν χριστιανῶν πίστεως, εἰσκαλεῖται ἄρτι ὁ πρὸς αὐτοὺς φοιτήσας Ἀρχιερεὺς, καὶ τίνα τὰ παρ' αὐτοῦ καταγγελλόμενα, καὶ αὐτοὺς διδάσκεσθαι μέλλοντα, ἐπυνθάνετο. Τοῦ δὲ τὴν ἱερὰν τοῦ θείου Εὐαγγελίου βίβλον προτείναντος, καί τινα τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Θεοῦ θαυμάτων αὐτοῖς ἐπαγγείλαντος, καὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τερατουργηθέντων κατὰ τὴν παλαιὰν τὴν ἱστορίαν αὐτοῖς ἀναπτύξαντος, εἰ μή τι τῶν ὁμοίων εὐθέως, ἔφθασαν οἱ Ῥῶς, καὶ ἡμεῖς θεασόμεθα, καὶ μάλιστα οἷον τὸ ἐν τῇ καμίνῳ τῶν τριῶν λέγεις παίδων, * οὐκ ἄν σοι ὅλως πιστεύσωμεν, οὐδὲ τὰς ἀκοὰς ἡμῶν ἔτι τοῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις ὑπόσχωμεν. Ὁ δὲ πεποιθὼς ἐπὶ τῷ ἀψευδεῖ τοῦ εἰπόντος, † ὅτι, ὃ ἐὰν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, λήψεσθε, καὶ ὅτι, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει, ὅταν οὐ πρὸς ἐπίδειξιν, ἀλλὰ πρὸς σωτηρίαν ψυχῶν μέλλει γίνεσθαι τὰ γινόμενα, ἔφη πρὸς αὐτούς. Εἰ καὶ μὴ ἔξεστιν ἐκπειράζειν Κύριον τὸν

braſſet, & cum ſuis ſenioribus præſediſſet, qui magis aliis propter longam conſvetudinem falſæ religioni addicebantur; dum de Chriſtianorum & ſua ipſorum fide examinanda dijudicant, advocatur, qui tum recens ad eos appulerat, Præſul, & *Quænam ipſe profiteretur, & quænam ipſi inculcaturus eſſet*, ſciſcitatur. Illo ſacrum Divini Evangelii librum protendente, & *Salvatoris noſtri & Dei quædam miracula enarrante, exponenteque in veteri hiſtoria à Deo prodigia edita*, ſtatim Ruſſi ſubdiderunt: *Si nos ſimile quid non intuebimur, & præcipue quale nobis narras in camino trium Puerorum accidiſſe, nullam prorſus tibi fidem adhibebimus; imo nec aures noſtras in poſterum dictis tuis pronas accommodabimus.* Præſul fidens, qui fallere neſcit, dicenti, *Quod quæretis in nomine meo, accipietis; &, Qui credit in me, opera, quæ ipſe facio, faciet, & majora his faciet;* cum non ad oſtentationem, ſed ad ſalutem animorum illa fiunt; dixit: *Etſi non liceat Dominum tentare, nihilominus ſi ex animo ſtatuiſtis ad Deum accedere, quod libet, quærite, illudque Deus propter fidem veſtram efficiet; licet nos ſimus deſpicati & minimi.* Illi poſtularunt, *ipſum fidei Chriſtianæ librum, ſive Divinum ſacrumque Evangelium*

* Dan. III. † Joh. XIV. 12. 13.

Θεὸν, ἀλλ᾽ ὅμως εἰ ἐκ ψυχῆς διεγνώκατε προσελθεῖν τῷ Θεῷ, αἰτήσασθε ὅπερ καὶ βούλεσθε, καὶ ποιήσει τοῦτο πάντως διὰ τὴν πίστιν ἡμῶν ὁ Θεὸς, κἂν ἡμεῖς ἐσμὲν εὐτελεῖς καὶ ἐλάχιστοι. Οἱ δὲ ᾐτήσαντο αὐτὸ τὸ τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν βιβλίον, ἤτοι τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν Εὐαγγέλιον ἐν τῇ ὑπ᾽ αὐτῶν ἀναφθείσῃ ἐμβληθῆναι πυρκαϊᾷ, καὶ εἰ ἀβλαβὲς τηρηθείη, καὶ ἄκαυστον, προσελθεῖν τῷ παρ᾽ αὐτοῦ κηρυσσομένῳ Θεῷ. Ῥηθέντων δὲ τούτων, καὶ τοῦ Ἱερέως πρὸς Θεὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰς χεῖρας ἐπάραντος, καὶ εἰπόντος, ὅτι, Δόξασόν σου τὸ ἅγιον ὄνομα Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ νῦν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ ἔθνους τούτου παντός, ἐῤῥίφη εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς ἡ τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου βίβλος. Ὡρῶν δὲ διεληλυθυιῶν ἱκανῶν, εἶτα τῆς καμίνου κατασβεσθείσης εὑρέθη τὸ ἱερὸν πυκτίον διαμεῖναν ἀπαθὲς καὶ ἀλώβητον, καὶ μηδεμίαν ὑπὸ τοῦ πυρὸς δεξάμενον λύμην, ἢ μείωσιν, ὡς μηδὲ τῶν ἐν τοῖς κλειδώμασι τῆς βίβλου κροσσῶν τὴν οἱανοῦν ὑπομεινάντων φθορὰν, ἢ ἀλλοίωσιν. Ὅπερ ἰδόντες οἱ βάρβαροι, καὶ τῷ μεγέθει καταπλαγέντες τοῦ θαύματος, ἀνενδοιάστως βαπτίζεσθαι ἤρξαντο.

in ſuccenſum ab ipſis rogum injici; &, ſi neque lædi neque uri contigerit, ipſi ad Deum, quem Præſul prædicabat, accederent. His dictis, & Præſule oculos manusque ad Deum ſuſtollente, precanteque, *Glorifica nomen ſanctum tuum, JEſu CHriſte, Deus noſter, nunc ante oculos univerſæ hujus nationis*; conjectus eſt ſancti Evangelii liber in rogum ignis. Cum horæ præteriiſſent pleræque, roguſque eſſet extinctus; ſacrum volumen ſine ullo damno ac læſione, nullaque ab igne noxa aut imminutione contracta, und neque librum claudentes fimbriæ aliquam vel corruptionem vel immutationem ſubierint, compertum eſt. Id intuiti Barbari, & rei geſtæ magnitudine obſtupeſcentes, ſine ulla hæſitatione baptiſmo imbui cœpere.

Eadem narrat, ex hac vita, ut videtur mutuatus Zonaras T. 3. Annal. pag. 139. & Jo. Scylitzes Curopalata p. 44. b. Cedrenus p. 484. &c.

De BONIFACIO Camaldulenſi, Ruſſorum Pruſſorumque Apoſtolo, qui diem obiit A. C. 1008. idem Martyrologium 19. Junii: *S. Bonifacii Martyris, diſcipuli B. Romualdi, qui a Romano Pontifice ad prædicandum Evangelium in Ruſſiam miſſus, cum per ignem tran-*

ſiſſet

ſiſſet illæſus, Regemque ac populum baptizaſſet, a furente Regis fratre necatus optatam martyrii Coronam accepit. Confer Petrum Damianum in vita S. Romualdi, cap. 27. Acta Sanctor. T. 3. Junii & T. 6. pag. 217. ſeq. ubi Bonifacium eundem quoque BRUNONEM dictum fuiſſe annotant, quem alii ab illo diſtinguunt. Vide Pagium ad A. C. 997. n. 2. ſeq. & ad A. 1008. ubi etiam n. 4. de REINBERNO Colbergenſi in Pomerania Germaniæ, Epiſcopo.

OLGA *Ivoris*, ſive *Georgii*, Ruſſorum Principis uxor, Chriſtianam Religionem A. C. 955. in baptiſmo, *Helena* adſcito nomine, profeſſa diem obiit ſupremum A. C. 970. Poſt Olgam, Moſcis Chriſtianiſmi & Græci ritus amplectendi auctor fuit nepos ejus WOLDIMIRUS baptizatus A. 988. & in baptiſmo dictus *Baſilius*, ducta in conjugem Imp. CPolitani Baſilii II. ſorore *Anna*, Vide Cangii familias Byzantinas pag. 144. Pagium ad A. C. 987. n. 6. ſeq. & ad A. 1015. quo Woldomirus obiit, n. 8. Menologia Ruſſorum, 15. Jul Benedictum Pictetum in Hiſt Eccleſ. ſæculi XI. Gallice edita Genev. 1713. 4. pag. 16. ſeq. Cum Woldemiro ejusque XII. filiis baptizata dicuntur una die Ruſſorum 20000. Vide Strahlenbergium pag. 273.

• Ruthenorum Calendarium ab *Antonio Poſſevino* editum in apparatu S. T. 2. in voce Rutheni: Menologium Ruthenicum quod Amſtelodami a Laurentio van der Hem accepit *Dan. Papebrochius*, & cum Menologio Græcô metrico præmiſit T. 1. Actor. Sanctorum Maji. Indiculum Sanctorum Ruthenis propriorum exhibet pag. LXIV. Menologium *Slavo* Ruſſicum editum Moſcuæ A. 1679. Latine verſum A. 1688. ab illuſtri viro *Jo. Gabriele* Barone *de Sparwenfeld* & collatus cum MSS. laudatur in Actis Sanctor. T. V. Junii pag. CXI. Altare portatile Ruſſicum cum Sanctorum imaginibus, quod occurrit in Diario Theologico Dresdenſi, Unſchuldige Nachrichten A. 1723. p. 3.

Salomon Neugebauer in Moſcovia, edita Gedani 1613. 4. capite XII. ſeq.

D. Jo. Botbwidi, Gothi, Regii Concionatoris theſes juſſu Regis Guſtavi Adolphi in Academia Upſalienſi propoſitæ, Regique inſcriptæ, & publicatæ Holmiæ 1620. poſtea recuſæ Lipſiæ 1705. 4. de quæſtione, utrum Muſchovitæ ſint Chriſtiani. Adde *Ludovici Dunte* caſus Conſcientiæ cap. 16. Sect. 2. Quæſt. 6.

D. Jo. Conradi Dannhaweri exercitatio Hiſtorico Theologica de Religione Moſcovitarum, reſpondente M. Michaele von Oppenbuſch, poſtea Eccleſiaſte Hamburgenſi, Argentorat. 1667. 1687. 1703. 4. & inter B. Dannhaueri diſſertationes junctim Lipſiæ vulgatas. Pleraque exinde repetita in ſcripto ſub *Theophili Warmundi* nomine edito Germanice de Moſcovitica Religione 1698. 8. & in Chriſtiani Kühne relatione de Theologia Moſcovitica, ad calcem vitæ Baſilidis ex Oderbornio excerptæ.

D. Mich. Siricii Theologi Gieſſenſis, Religio Moſcovitica, per certa lectu digna & utilia capita. Gieſſæ 1661. 4.

D. Jo. Erneſti Gerhardi diſſ. de Moſcovitarum Religione, Jen. 1662. 1710. 4. reſpondente Johanne Schwabe, poſtea Paſtore Eccleſiæ Æſthonicæ Revalienſis.

M. Joannes Herbinius in Cryptis Kijovienſibus capite 3. p. 17. ſeq. qui inter alia provocat ad Chronographum Ruthenorum Neſtorem, & Slavonicum Πατεϱικόν. Jen. 1675. 8.

La Religion ancienne & moderne des Moſcovites, a) enrichie des figures, a Cologne 1698. 12. & e Gallico Germanice, interprete Venerando *Jo. Georgio Pritio*, b) hodie Seniore Eccleſiar. Francof. ſub titulo Moſcowitiſcher oder Reußiſcher Kirchen-Staat, Lipſ. 1698. 12. nec non Belgice, c) per *Joannem van Leeuwen*, Religie der Moſcoviters, Thiel 1698. 8.

Nicolaus Bergius Superint. Generalis Livoniæ in exercitatione hiſtorico Theologica de ſtatu Eccleſiæ & Religionis Moſcoviticæ, Holmiæ 1704. 4. capite quarto pag. 48. ſeq. qui præ cæteris conſuli meretur, laudans etiam ex Ruthenis *Innocentium Ghizelium*, Annales Ruſſicos *Stepenna Kniga*, *Neſtorem Pitzursky*, *Strikowskium* Polonum, & ex Svecis ſuis *Petrum Petrejum*.

M. Joh. Alexander Doederlein, im Slavoniſch-Rußiſchen Heiligthum von Theodoro dem Kriegs-Oberſten und Märtyrer: in der Hiſtoriſchen Erlauterung p. 20. ſeq. Nürnberg 1724. 4.

Chriſtian Martini, Nachricht aus Rußland. Francof. 1731. 8. ſub init.

Jac.

a) Journal de Berlin 1698. pag. 109.
b) W. E. Tentzelii monatliche Unterredungen A. 1698. p. 322.
c) Bibl. novorum librorum Lud. Kuſteri A. 1698. p. 252. Boekſaal van Europe A. 1698. p. 338. 349.

Jac. Debia account of the Religion of the Moſcovites. Lond. 1712. 12. (Neuer Bücher-Saal XIII. p. 72.) & Germanice, ausführliche Beſchreibung der Religion der Moſcowiter. Francof. 1712. 12.

Ericus Odhelius, Theologus Upſalienſis, palmæ bacciferæ capite 8. *Andreas Wengerſcius* ſive *Adrianus Regenvolſcius* Slavonia reformata libro IV. p. 457. ſeq.

Thormodus Torfæus hiſtoriæ Norwagicæ T. 2. p. 338. ſeq.

Philippus Johannes von Strahlenberg in libro lectu digno, ex quo varia profiteor me didiciſſe, das Nord und Oſtliche Theil von Europa und Aſia cap. VIII. p. 269. ſeq. Holmiæ 1730. 4.

B. Iwan Neſteſuranoi (per anagramma, *Jean Rouſſet*) memoires du regne de Pierre le Grand, Amſt. 1725. 12. Tomo I. p. 10. ſeq.

Sub PATRIARCHA Ruſſorum (* primus conſecratus *Jobus* a Patriarcha CPol. Jeremia A. C. 1588.) pridem quatuor fuere *Metropolitani* Novogordienſis, Roſtavienſis, Caſanenſis, & qui in aula Czarii aſſidue verſabatur, Sarskyenſis. *Archiepiſcopi* octo, Kijovienſis, Moſcovius, Pleskovienſis, Wolodimirienſis, Tobolskovienſis in Siweria, Smolenskovienſis, Aſtrachanenſis. Hodie *Patriarcha* in Ruſſia nullus eſt poſt defunctum A. 1699. poſtremum Patriarcham *Adrianum*: à quo tempore SYNODUM ſive Collegium Eccleſiaſticum perpetuum Petrus, glorioſæ memoriæ Ruſſorum Imperator conſtituit, cum auctoritate de rebus Eccleſiaſticis decernendi, cujus ipſe eſſet præſes, creato etiam aliquo ex Metropolitis, Archiepiſcopis vel Epiſcopis Vicepræſide. Confer promulgatam A. 1721. 14. Febr. conſtitutionem, quæ Germanice etiam lucem vidit, Gedani 1724. 4. ſub titulo: Geiſtliches Reglement, auf Befehl des Czaarn, und Groß-Fürſten PETRI des erſten, Kayſers von gantz Rußland, und mit Bewilligung des gantzen heiligen dirigirenden Synodi &c. & laudatum Strahlembergium p. 290. ſeq.

METROPOLITÆ, 1) Reſanenſis & Muromienſis. 2) Smolenskovienſis, 3) Woroneſienſis & Jeletzenſis. 4) Sarskavienſis & Podonskyenſis. 5) Colomnenſis, 6) Caſanenſis.

ARCHIEPISCPI, 1) Czernichovienſis & Novogroda Severskyenſis. 2) Kijovienſis. 3) Moſcovius ſive Saravienſis & Podonenſis. 4) Wolodomivienſis. 5) Tobolskovienſis in Sieweria.

* Frid. Spanhem. fil. T. 2. Opp. p. 501. 504.

EPISCOPI 1) Pleskovienſis & Olonotzenſis. 2) Nizegorodenſis, 3) Twerenſis, 4) Carelienſis, 5) Roſtovienſis, 6) Suzdalienſis & Jurjewienſis, 7) Wologdenſis, 8) Perejeslawienſis. 9) Wiatkenſis & Permienſis. 10) Aſtracanenſis. 11) Cholmogorodenſis, 12) Uſtiagenſis. 13) Smolenskovienſis. 14) Woronitzenſis. 15) Nertſchiuskienſis in Siweria.

Ἔκθεσις τῆς τῶν Ῥώσσων πίστεως ſcripta Expoſitio fidei Ruſſorum auctore *Petro Mogila*, Metropolita Kijovienſi, & recenſita a *Meletio Syrigo* ** Græceque & Latine edita a V. C. *Laur. Normanno* Lipſ. 1695. 8. etiam lingua litteriſque Slavono Ruſſicis vulgata Moſcuæ, fol. Denique Germanice edita ſub titulo: *liber ſymbolicus Ruſſorum*, oder der gröſſere Catechiſmus der Ruſſen, à *Johanno Leonhardo Friſch*. Francof. 1727. 4.

De doctrina & ritibus Ruſſorum, quos à Græcis magnam partem accepere, & de eorum incaſſum tentata unione cum Latinis *Baronius* ad calcem tomi VII. Annalium: *Antonius Poſſevinus* S. J. libro ſexto Bibl. ſelectæ, *Abraham Bzovius* Ord. Præd. tom. XIX. Annal. ad A. C. 1514. p. 226. ſq. ad 233. *Odoricus Raynaldus* T. XX. p. 180. ſeq. & ad A. 1308. p. 36. ſq. *Thomas à Jeſu* Carmelita de procurandâ converſione omnium Gentium libro VI. pag. 106. Opp. & pag. 140. ſqq. Colon. 1684. fol. *Rich. Simon* Bibliotheque choiſie T. 1. c. 41. p. 302. ſqq. *Johannis Robitæ*, *Joannis Saraceni*, *Petri Scargæ* & aliorum ſcripta quæ exſtant in ſylloge quæ lucem vidit Spiræ 1582. atque inſcribitur: *de Ruſſorum Moſcovitarum & Tartarorum Religione* &c. Vide Caſp. Sagittarii introductionem in Hiſt. Eccleſ. pag. 452. ſqq.

D. Jo. Franciſci Buddei, τοῦ μακαρίτου Eccleſia Romana cum Ruthenica irreconciliabilis. Jen. 1718. 4. & Miſcell. Theol. parte 2. p. 165. ſeq. Ejusdem apologia Eccleſiæ Lutheranæ contra Steph. Javorskium, Reſanenſem & Muromienſem Metropolitam Jen. 1629. 4. quem Javorskium Pontificiis nimium indulgere probat ſcriptum 1730. 4. ſine nota loci editum cui titulus: *Genius Stephani Jaworskij ex ejus opere poſtumo Theoſophico*, Petra Fidei *dicto*, *in Epiſtola familiari delatus*.

Jubilæum AUGUSTANÆ CONFESSIONIS celebratum Petroburgi Anno ſuperiore 1730. a tribus Paſtoribus Eccleſiæ S. Petri Evan-

** Vide Bibl. Græcæ Volum. X. p. 437.

Evangelicæ recens inaugurata Lutheranis Svecis. En tibi præfationem eorum præmiſſam Auguſtanæ Confeſſioni ejusque hiſtoriæ, editæ Germanice Petroburgi, typis Academiæ ſcientiarum, 1730. 8. & repetitam in Bibliotheca Lubecenſi Volum. XI. pag. 503.

An den GOtt-liebenden Leſer.

Da wir durch die Gnade des getreuen und allmächtigen GOttes, diejenige Zeit erlebet haben, in welcher das Gedächtniß der im Jahr 1530. überreichten Augſpurgiſchen Confeſſion, in der gantzen Evangeliſchen Kirche, denen Gemeinden durch die auf den Mauren Jeruſalems beſtellte Wächter vorgetragen wird, zur Erweckung ſchuldigſter Danckbarkeit gegen den lebendigen GOtt, auch Aufmunterung zur Beſtändigkeit und Gehorſam der Wahrheit; ſo haben wir (unſrer Pflicht nach) auch unſers Theils an dieſem Jubel-Feſt des HErrn gedencken wollen und ſollen, auf daß bey uns kein Schweigen ſey. Uebergeben demnach unſern wehrteſten Gemeinden dieſe nachſtehende unveränderte Augſpurgiſche Confeſſion zu einer geſeegneten erbaulichen Betrachtung in dieſen Tagen, zumahl da uns GOtt auch die Freude ſchencket, an dieſem Jubel-Feſt die neu-erbauete **Evangeliſch-Lutheriſche St. Petri Kirche** mit Gebet, Lob, Seegen und Betrachtung des Wortes GOttes zu heiligen und einzuweihen; wobey wir Urſache haben, ſo vielmehr unſere Zuhörer theils zum Lobe GOttes über der, unter unſer **allergnädigſten Kayſerlichen hohen Obrigkeit** geſchenckten Gewiſſens-Freyheit zu erwecken, theils zu einem heiligen und dem Evangelio würdigen Wandel treulichſt zu ermahnen, damit auch unter und bey uns der Nahme GOttes geheiliget, ſein Reich befördert, und ſein gnädiger guter Wille vollbracht werde; wozu GOTT dann auch dieſes unſer Glaubens-Bekäntniß bey einer jeden Seele, die ſelbiges lieſet und höret, im reichen Seegen wolle ſeyn laſſen. Dieſes wünſchen und bitten von Hertzen

Derer hieſigen Evangeliſchen Gemeinden

Gegeben St. Petersburg
den 10. Jun. 1730.

verordnete Lehrer und Prediger

Henrich Gottlieb Nazzius.
Johann Leonhard Schattner.
Ludolph Otto Trefurt.

BULGARI.

BULGARI.

Sigebertus Gemblacenſis ad A. C. 778. *THELERICUS Bulgar ad LEONEM Imp. fugit, quem baptizatum Imperator Patricium facit.* Auctor vitæ Baſilii Macedonis cap. 4. narrat ſub imperio Conſtantini & Irenes poſt A. C. 780. expugnata à Crumo Bulgarorum Principe Adrianopoli, & Baſilii Macedonis, qui poſtea imperitavit, parentes & Epiſcopum Adrianopolitanum in Bulgariam abductos fuiſſe.

Ἔνθα τὴν οἰκείαν τῶν χριστιανῶν πίστιν ἀνόθευτον διασώζοντες, ὅ τε θαυμάσιος ἐκεῖνος ἀρχιερεὺς, καὶ ὁ σὺν αὐτῷ λαὸς, πολλοὺς τῶν Βουλγάρων πρὸς τὴν ἀληθινὴν πίστιν μετήγαγεν τοῦ Χριστοῦ, οὔπω γὰρ ἦν τὸ ἔθνος μετηνεγμένον πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ πολλαχοῦ πρὸς τὰς τῆς χριστιανικῆς διδασκαλίας κατεβάλλοντο σπέρματα, τῆς ἐθνικῆς τοὺς Σκύθας πλάνης μεθέλκοντες, καὶ πρὸς τὸ τῆς θεογνωσίας μετάγοντες φῶς.

In qua propriam Chriſtianorum fidem illibatam puramque conſervantes, tum admirabilis ille Præſul, tum populus qui cum eo advenerat, multos ex Bulgaris ad veram CHriſti fidem adduxerunt; (nondum enim gens illa ad pietatem advenerat) & à gentili errore Scythas amoventes, & ad Divinæ cognitionis lumen conducentes, multis in locis Chriſtianæ doctrinæ ſemina jecere.

Idem auctor cap. 65. p. 164. longe feliciores fuiſſe Chriſtianiſmi ſucceſſus in Bulgaria teſtatur poſtea ſub Baſilio Macedone, circa A. C. 870.

Τὸ γὰρ τοιοῦτον ἔθνος, εἰ καὶ πρὸ τούτου τὴν πρὸς εὐσέβειαν μεταβολὴν εἰσδέξασθαι ἔδοξε, καὶ πρὸς τὸν χριστιανισμὸν μετελθεῖν, ἀλλ' ὅμως ἀπαγὲς ἦν ἔτι πρὸς τὸ καλὸν καὶ ἀνίδρυτον, ὡς ὑπὸ ἀνέμου φύλλα ῥαδίως σαλευόμενον καὶ μετακινούμενον. ἀλλὰ ταῖς τοῦ Βασιλέως συχναῖς παραινέσεσι, καὶ ταῖς λαμπραῖς δεξιώσεσιν, ἔτι δὲ καὶ ταῖς μεγαλοψύχοις φιλοτιμίαις τε

Hæc enim natio, licet ante ipſum pietatem amplexari viſa eſt, & Chriſtianorum ritus recipere, nihilominus ad bonum nondum confirmata induruerat, ſed veluti à vento folia, facili negotio agitabatur, dimovebaturque. Porro frequentibus Imperatoris (Baſilii Macedonis) adhortationibus, munificiſque officiis, nec non & magnificis muneribus

καὶ

ϗ δωρεαῖς. Ἀρχιεπίσκοπόν τε πείθεσθαι καταδέξασθαι, ϗ Ἐπισκόποις καταπυκνωθῆναι τὴν χώραν ἀνέχεται. ϗ διά τε τούτων, διά τε τῶν ἐξ ὀρέωντε ϗ τῶν σπηλαίων τῆς γῆς μετακληθέντων, ϗ ἐκεῖσε παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποσταλέντων τῶν εὐλαβῶν Μοναστῶν, τοῦ τε πατρῷα ἤθη καταλιμπάνει, ϗ ὁλόκληρον τῷ Χριστῷ σαγηνεύεται.

largitionibusque, ſuadetur Archiepiſcopum admittere, regionemque illam ſuam Epiſcoporum frequentia ſtipari; & per hos, perque eos etiam quos è montibus ſpeluncisque accerſiverat Imperator, eoque miſerat, religioſos Monachos, avitas conſuetudines relinquens, integre ad Chriſtum irretita eſt.

Sub idem tempus Papa *Nicolaus* I. & *Hadrianus* II. ad inſtructionem Bulgarorum miſiſſe traduntur *Dominicum* & *Grimoaldum* Epiſcopos, ut narrant Anaſtaſius Bibliothecarius in vitis memoratorum Pontificum. Ad idem tempus pertinent quæ de *Bogoride* principe Bulgarorum baptizato, ejusque ſorore Chriſtiana & Bulgaris ad CHriſtum adductis memorant Joannes Scylitzes Curopalata pag. 25. b. & Cedrenus pag. 443. Omitto quod ex Chronico metropolitæ Macarii, qui ſub Joanne Baſilide ſcripſit, notat Strahlenbergius p. 271. Bulgaros ſive Coſaros à *Methodio* & *Cyrillo* CHriſtum colere edoctos fuiſſe circa A. 856. Vide ſis etiam Benedictum Pictetum Hiſt. Eccleſ. ſæculi XI. p. 5. & de CPolitani Patriarchæ ſtudio Bulgarorum diœceſin ſibi aſſerendi, Natalem Alex. Sec. IX. & X. diſſ. IV. §. XXIII. T. 6. pag. 263. ſqq. Catalogum Archiepiſcoporum Bulgariæ, neſcio num in antiquioribus ſatis fide dignum, ex MS. Bibl. Regiæ exhibet eruditiſſ. Cangius in familiis Byz. p. 174. qui etiam de Achride Archiepiſcoporum Bulgariæ ſede conſulendus p. 284. ad Annæ Comnenæ Alexiadem.

CHROBATI, SERBLI &c.

In eadem vita Baſilii Macedonis c. XXXVIII. edit. Allatii, mentionem auctor cum feciſſet variorum populorum Scythicorum, qui Romano Imperio ſe ſubduxiſſent, τῶν ἐν Παννονίᾳ, ϗ Δαλματίᾳ, ϗ τῶν ἐπέκεινα τούτων διακειμένων Σκυθῶν, ΧΡΩΒΑΤΟΙ, φημι, ϗ ΣΕΡΒΛΟΙ ϗ ΖΑΧΛΟΥΜΟΙ, ΤΕΡΒΟΥΝΙΩΤΑΙ τε ϗ ΚΑΝΑΛΙΤΑΙ, ϗ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΙ ϗ ΡΕΝΤΑΝΟΙ τῆς ἀνέκαθεν τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας

τίας ἀφηνιάσαντες &c. Deinde cap. XXXIX. p. 101. refert eos relicta Ethnica ſuperſtione nomen CHriſto dediſſe & ſacro baptiſmate initidos ſe tradidiſſe.

Τὸ δὲ περὶ τοὺς ἐν Δαλματίᾳ παρὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικουρίας γεγονὸς, καὶ τὰ προμνημονευθέντα ἔθνη θεασάμενοι, οἵ τε Χρωβάτοι, καὶ Σέρβλοι, καὶ οἱ λοιποὶ, καὶ τοῦ ἄρτι βασιλεύοντος Ῥωμαίων τὴν ἐπιείκειαν, καὶ περὶ πάντα δικαιοσύνην καὶ ἀρετὴν πυνθανόμενοι, καὶ τὸ καλῶς ἄρχεσθαι τοῦ ἐπισφαλῶς ἐκ θρασύτητος ἄρχειν προκρίναντες, σπουδὴν ποιοῦνται πάλιν εἰς τὴν προτέραν δεσποτείαν ἐπανελθεῖν, καὶ πρὸς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπαναχθῆναι δούλωσιν. Καὶ δὴ πρὸς τοῦτο καὶ πρέσβεις καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸν βασιλέα πέμπουσιν, οἵ τε μετὰ τῆς αὐτῆς θρησκείας ἀποστατήσαντες, καὶ οἱ τέλειον τοῦ θείου βαπτίσματος ἐπαυτομολήσαντες τῆς ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν δουλώσεως, καὶ εἰς ὅσα Ῥωμαίοις γεγόνασι ποτὲ χρήσιμοι εὐκαίρως ὑπομιμνήσκοντες, καὶ ἀξιοῦντες τῇ φιλανθρώπῳ ζεύγλῃ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐξουσίας, καὶ ὑπὸ τῷ ταύτης ἀγελάρχῃ τάττεσθαι καὶ αὐτούς. ὧν ὡς εὐλόγου τῆς δεήσεως ἐπακούσας ὁ Βασιλεὺς, ἐπεὶ καὶ πρὸ τούτου ἐδυσφόρει περὶ αὐτῶν καὶ ἤχαλλεν, ὡς οὐ μικρῷ μέρει περικεκομμένης, καὶ διηρπασμένης τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς, εὐμενῶς ὡς τὸν ἀφρόνως ἀφηνιάσαντα υἱὸν, εἶτα μετα-

Cum Romana auxilia in Dalmatiam perveniſſent, antea à nobis commemoratæ nationes, Chrobati, Serbli, reliquique, conſiderantes Imperatoris, qui tum præerat, æquitatem, & in omnibus juſtitiam ac virtutem audientes, & bonum principatum periculoſo audacique præponentes, quam diligentiſſime rurſus procurant, ad priſtinum dominatum reverti, & Romanorum jugum amplecti. Quare ad Imperatorem oratores mittunt, tum qui cum ipſa religione defecerant, tum qui penitus divinum lavacrum ejuraverant, ab initio ſuæ ſervitutis, quibus in rebus & quando Romanis tempeſtive proficui facti ſunt, commemorantes, *ſupplicanteſque*, humano Romanæ potentiæ jugo & illius ductui ſubjici. Eorum juſtis precibus æquum ſe præbens Imperator, cum & antea pro illis angeretur, indoleretque tanquam non minima parte exciſa raptaque ſui principatus, benigne, quemadmodum ſtulte imperium detrectantem filium, poſtmodum pœnitentia ductum reverſumque, benevolus pater, eos

γνόντα,

γνόντα, καὶ ὑποστρέψαντα ὁ φιλάνθρωπος πατὴρ, καὶ αὐτὸς τούτους προσήκατο, καὶ ἀνεδέξατο, καὶ ἱερεῖς εὐθέως μετὰ καὶ βασιλικοῦ ἀνθρώπου σὺν αὐτοῖς ἐξαπέστειλεν, ὡς ἂν πρὸ τῶν ἄλλων τοῦ ψυχικοῦ τούτους κινδύνου ἐξέληται, καὶ πρὸς τὴν προτέραν πίστιν ἐπανασώσηται, καὶ τῶν ἐξ ἀγνοίας, ἢ ἀνοίας ἀπαλλάξῃ πλημμελημάτων αὐτούς. Ἀνυσθέντος δὲ τοῦ τοιούτου θεοφιλοῦς ἔργου, καὶ πάντων τοῦ θείου μεταχόντων βαπτίσματος, καὶ εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπανελθόντων ὑπόπτωσιν, ἐδέξατο κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τὴν ὁλοκληρίαν ἡ βασιλέως ἀρχὴ, πάντων φιλανθρώπῳ τοῦ κρατοῦντος προστάγματι ἐκ τῶν οἰκείων καὶ ὁμοφύλων δεξαμένων ἄρχοντας εἰς ἐπιστασίαν αὐτῶν. Οὐ γὰρ ὠνίους ἐκεῖνος τὰς εἰς ἐπιστασίαν αὐτῶν, οὐχ ἵνα ἐντεῦθεν τοὺς πλεῖον διδόντας καὶ καλαμωμένους αὐτῷ τὸ ὑπήκοον εἰς τὸ τούτων κατεξουσιάζειν προβάλληται, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων ἐκλεγομένους, καὶ οἱονεὶ χειροτονουμένους, ὡς αἱρετοὺς ἄρχοντας καὶ πατρικὴν πρὸς αὐτοὺς διασώζειν ὀφείλοντας εὔνοιαν, ἄρχειν αὐτῶν συνεχῶς διωρίσατο. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ.

admiſit excepitque: ſtatimque ſacerdotes cum imperatorio homine ad illos delegavit, ut ante alia à periculo, quod animis imminebat, eriperent, & priſtinæ fidei reſtituerent, & ab iniquitatibus, quas illi vel ignorantia vel malitia contraxerant, liberarent. Hoc pio opere perfecto, & omnibus Divini Baptiſmatis particibus factis, Romanæque ſubjectioni redditis, Imperatoris principatus hac parte integratus eſt: omnibus æquiſſima Principis juſſione & propriis & ejusdem nationis hominibus in ſui moderationem gubernatores accipientibus. Neque enim ipſe venalem eorum curationem exponebat, ideoque plurimum tradentes, & ex ſubditis ſpicas colligentes proponebat, ſed ab iis electis, & veluti manu porrecta promotis, tanquam ducibus, ſuffragio electioneque populi aſſumptis, ideoque paternam benevolentiam in eos conſervaturis, gubernandi provinciam conſiderate demandabat. Et hæc ita evenere.

PATZINACITÆ.

Petſchenenſes, * *Drewenſes*, ex Idololatris Chriſtiani ſub Con-

* Strahlenberg p. 272.

ſtantino Monomacho, qui Græcorum Imperio præfuit ab A. C. 1042 ad 1054.

SIBERIAM poſt Idololatras Mahumetani, & ab A. C. 1587. Ruſſi Chriſtiani in poteſtate habuerunt. Verändertes Rußland pag. 178. 238.

OSTIAKI Iſchutorum *Oſtianki* ſive reliquiæ, ab A. C. 1712. Chriſtiani eſſe cœperunt curante Archiepiſcopo Siberiæ Philotheo, Jam A. 1713. 1714. ultra quinque millia Oſtiakorum baptizata. Verändertes Rußland p. 209. ſqq. Strahlenberg p. 253.

Jo. Bernhardi Molleri ſcriptum de Oſtiakis eorumque moribus & religione inſertum integrum libro cui titulus: Das veränderte Rußland, Francof. 1721. 4. p. 169. ſqq. Ab Epiſcopo Stephano pridem nonnulli illorum ad CHriſtum adducti. vide pag. 187.

CAPUT XXIV.

De Comminatione Divina, Apocalypſ. II. 5. λυχνίαν & Lucem Evangelii de loco ſuo ab indignorum ingratorumque uſu removendam & tollendam prædicente: & de Chriſtianiſmo multis in locis non contaminato tantum per errores hæreticorum, vitamque Chriſtianorum minime Chriſtianam; ſed etiam remoto & ejecto per Ethnicos, ac longe magis per Saracenos. Comminatio de ἐνεργείᾳ πλάνης permittenda; 2. Theſſalon. II. 11.

NOn ſine ratione idololatris exprobratum fuit olim ab Euſebio, a) tot reſponſa futurum prænuncia paſſim jactantibus, quod Pythius ipſorum Apollo non prævidiſſet nec præſignificaſſet quis contemtus ipſum & quod ſilentium oracula ejus brevi maneret, & quod evertenda eſſent idola, ceſſaturus illorum cultus, atque Ethniciſmi ſuperſtitiones exſibilandæ per magnam partem Orbis terrarum. Eo diligentius igitur memoria recolere & religioſa mente obſervare Chriſtianos decet quæ de propagatione Lucis Evangelicæ

a) Euſebius Orat de laudibus Conſtantini p. 627.

gelicæ vaticinia Divina & diſertiſſima habemus quadruplicis generis, quibus ut eventus hactenus reſpondit, ita in omne ævum porro ex aſſe comprobaturum, illa eſſe non eſt dubitandum. *Primi* generis ſunt quæ in limine ſtatim hujus libri complura attuli, de Evangelio per totum orbem prædicando & à quamplurimis ſuſcipiendo Gentibus; quo etiam pertinent verba Eſaiæ II. 2. *Et erit noviſſimis diebus præparatus mons domus DOMINI in vertice montium, & elevabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi.* *Alterum* genus monet de Eccleſiæ Chriſtianæ hoſtibus futuris & oppugnatoribus, perſecutoribusque, Matth. X. 16. 18. 19. XXIV. 9. Joh. XVI. 1. 2. 3. 4. Epheſ. VI. 12. Apoc. XI. 7. XIII. 7. hæreſibus 1. Corinth. XI. 19. & ſcandalis Matth. XVIII. 7. *Tertium* certam fidem facit nihil horum ita metuendum vel tantis fore viribus, ut Evangelii lumen prorſus extingvere & Eccleſiam tollere atque evertere poſſit, adverſus quam nec orci fauces inferumque clauſtra ita prævalitura affirmat Salvator, ut deglutire eam interitumque illi afferre valeant. πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Matth. XVI. 18. Facilius eſt cœlum de medio tolli & terram perire, b) quam interire Eccleſiam, ut idem CHriſtus ait, *Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.* Matth. XXIV. 35. *Πιστὸς ὁ λόγος* c) *καὶ ἀσάλευτος ἡ ὑπόσχεσις, καὶ ἡ ἐκκλησία ἀήττητος, κἂν ᾅδου πύλαι ἐπιγένωνται, κἂν ὁ ᾅδης αὐτὸς κινηθῇ, κἂν οἱ ἐν αὐτῷ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους. Fidelis ſermo, & non vacillans promiſſio: invicta res eſt Eccleſia, etiamſi adſint portæ inferi, quamvis infernus ipſe & qui cum ipſo ſunt Principes Mundi tenebrarum moveantur.*

Quartum denique Vaticiniorum genus, quod ſpeciatim hoc loco juvat conſiderare, perſpicuis verbis comminatur futurum, ut lumen Evangelii Eccleſiis particularibus Divina gratia accenſum, idem propter defectum fidei & charitatis iiſdem iterum ſubtrahatur, aliiſque locis eodem latius affulgente, ipſæ vel prorſus diſpergantur, vel tenebris idololatricis, erroribus efficacibus aut pernicioſis hæreſibus involvantur ac relinquantur. [illegible] licet per hominum vitium, negligentiam ac malitiam accid[illegible] certum eſt, tamen quoniam in pœnam ingrati contemtus longanimitatis Divinæ, pœnitentiam exſpectantis

b) Chryſoſt. ſive quisquis autor homil. 1. in Pentecoſt. T. 3. edit. Montfauconianæ p. 799.

c) Athanaſ. Orat. ὅτι εἷς ὁ χριστός. T. 2. edit. novæ p. 51.

ctantis hoc fieri vindex juſtitia cœleſtis permittit, CHriſtus ipſe, hoc ſibi tribuit tanquam auctori ac vindici, & certiſſime futurum prædicit Apocalypſ. II. 5. *ἔρχομαί σοι ταχὺ, καὶ κινήσω τὴν λυχνίαν σου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς ἐὰν μὴ μετανοήσῃς veniam ad te brevi, tuumque candelabrum ex ſuo loco transmovebo, ni reſipueris.* Quando candelabrum ſacrum d) apud Hebræos movebatur loco, tunc cultus Eccleſiæ ceſſabat, non aliter ac ſi ipſa Eccleſia tolleretur. Nam cum candelabrum lucem ſuppeditans tabernaculo, movebatur, movebatur etiam arca loco ſuo, movebantur altaria de loco ſuo, movebatur denique totum tabernaculum, quod fiebat cum caſtra ponerent in aliis locis, & ſic Eccleſia quaſi loco movebatur, & in alium locum transferebatur. Fiebat ea res ſatis operoſe, & pœnæ loco habebatur, quia illo tempore non ſacra peragi miniſteria, nec offerri victimæ poterant. Unde quando dicitur: *& movebo candelabrum de loco ſuo*, ſenſus hic eſt: & tollam Eccleſiam illam, ejusque cultum. Ad candelabrum vero templi Hieroſolymitani reſpici in loco laudato Apocalypſeos, perſpicuum eſt, & præter D. Daſſovium atque alios bene notavit Johannes Henninges ſingulari ad h. l. obſervatione T. I. diſſ. exegetic. p. 16. de quo ipſo candelabro conſuli poſſunt quæ curioſa atque accurata induſtria nuper ſcripſit vir eruditiſſimus Hadrianus Relandus libro de ſpoliis templi Hieroſolymitani in arcu Titiano Romæ conſpicuis. Trajecti 1716. 8. Similiter ut norunt omnes ſacris ſcriptoribus ſolenne eſſe ut Doctrinam cœleſtem, convenientiſſima appellatione *Lucis* nuncupent, eique obſequentes prædicent beatos, quod in Luce ambulent. Vide B. Martinum Geierum ad Pſalm. CXIX. 105. & ad Proverb. IV. 18. & VI. 23. Sic lucem hanc iterum tollendam eſſe & ſubtrahendam adſpernantibus, innuit Servator etiam Joh. XII. 35. *Ambulate* (in luce) *dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant: & qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat.* & VIII. 12. *Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.*

Quemadmodum autem in c[illegible]Judaico & Hieroſolymitano accurate hoc fuit impletum quod CH[illegible]us prædixerat e) non modo removendum eſſe, quia ipſum rejicerant, de loco ſuo candelabrum Judæo-

d) B. D. Theodorus Daſſovius de emphaſi ſacrarum vocum, Kil. 1703. 4. commate IX.

e) Supra cap. VI, pag. 123. ſeq.

Judæorum, ſed & templum evertendum & deſertum relinquendum. S. Hieronymus ad verba Eſaiæ I. 8. Derelinquetur filia Sion: *reliquit templum ſuum Dominus, iratusque conſurgens ait: ſurgite, abeamus hinc.* μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν, quam vocem in templo ante excisionem fuiſſe auditam narrat Joſephus VII. 5. (13) de bello Judaico & ex eo Euſebius III. 8. hiſt. Procopius in Eſaiam pag. 15. Nicephorus III. 4. &c. S. Nilus ad Zoſarium tribunum lib. 1. Epiſtola 57. Μηδὲ ἀπατάτω ἰουδαῖος λέγων, δι' ἑτέρας ἁμαρτίας ἀπηλλοτριῶσθαι τῆς Παλαιστίνης, οὐ γὰρ δι' ἄλλας ἁμαρτίας, διὰ δὲ τὴν κυριοκτονίαν πεπόνθασι τὰ ἀνήκεστα, πρώην μὲν γὰρ εἰδωλολατρεύοντες, καὶ τοὺς προφήτας φονεύοντες, καὶ τοῖς δαίμοσι τὰς θυγατέρας, καὶ τοὺς υἱοὺς θύοντες, τοῖς ἀλλοφύλοις εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπὸ Θεοῦ παρεδίδοντο, καὶ μετ' ὀλίγα ἔτη τῷ θείῳ βουλήματι πάλιν ἐπανήγοντο εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. ἀφ' οὗ δὲ τὸ ἀνίατον τετολμήκασι πρᾶγμα, εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν, παντελεῖ πορθήσει ἐκδέδονται. ἰδοὺ λοιπὸν πεντακοσιοστὸν ἔτος, καὶ οὐδαμοῦ θεία τις ἐπισκοπὴ, οὐκ ἀντίληψις, οὐ παρηγορία, οὐ προφήτης νουθετῶν, καὶ στηρίζων, ὥσπερ ἐν Βαβυλῶνι Ἰεζεκιὴλ τε καὶ Δανιὴλ, καὶ οἱ ἄλλοι. οὐκέτι γὰρ αὐτοῖς θέλει προσομιλεῖν ὁ Θεὸς βδελυττόμενος τούτους. *Ne te ſeducat Judæus aſſerens, propter alia peccata ſpoliatum ſe eſſe Palæſtina; neque enim ob alia peccata, ſed propter Domini necem, multa gravia, quibus nulla medicina eſt, perpeſſi ſunt. Etenim ante illa tempora, Idola colentes, prophetas trucidantes, Dæmonibus filias filiosque ſacrificantes, alienigenis in captivitatem à Deo tradebantur, & paucos poſt annos, ita Deo annuente, in terram promiſſionis reducebantur. Ex quo vero immedicabile facinus, in Filium Dei manus apponentes, perpetrarunt, perpetuo excidio traditi ſunt. En itaque quingenteſimus annus,* (hodie jam ſupra milleſimum ſexcenteſimus & ſexageſimus) *& nusquam Divinum ſubſidium, non auxilium, non conſolatio, non Propheta inſtruens, & confirmans, quemadmodum in urbe Babylone Ezechiel & Daniel, & alii; non enim cum illis, ab eis abhorrens, Deus colloqui vult.* Similiter quod Epheſinæ Eccleſiæ Salvator apud Johannem comminatur, ni meminerint unde & quanta Gratia exciderint, f) ac prævertat pœnam pœnitentia, futurum & futurum brevi, non ut Fides Chriſtiana lucere in terris, vel Eccleſia eſſe deſinat, quam

f) Cicero II. 16. ad Atticum; *non recordor unde cecíderim, ſed unde ſurrexerim.*

quam quoque inferorum portis confirmaverat prævalituram eſſe: ſed ut ab ipſis ſpeciatim, Evangelii lux, ejusque fruitio ſalutaris auferatur, & quæ ſancta CHriſti prædicatione perſonuerat felix Epheſus & florens, ea deinde concedat miſera pateatque perſecutoribus Chriſtianorum & erroribus exitioſis ſuperſtitionibusque idolatricis & Muhamedanis fœdata, nihil ſervet ex veteri proſperitate ac ſplendore, ſicut etiamnum hodie Turcis parens Epheſus g) *infelix & miſeranda eſt, plane ſordet, caſulis & gurguſtiis deformata, non civitas ſed vicus, licet ob rudera venerabilis.*

Neque Epheſum ſolam, ſed pleraſque alias Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus tritas Eccleſias, hoc pœnæ Divinæ genus expertas fuiſſe hiſtoriarum monumenta teſtantur in Græcia, Aſia & Africa: ſive locis ipſis per hoſtilia arma everſis ac deletis, ſive irruptione Barbararum nationum idololatriam inſtaurantium, maxime vero per Saracenos ac Muhamedanos, qui pſeudo Prophetæ ſui placita & errores longe lateque diſſeminarunt, atque etiamnum ſub jugo ſuo tenent non exiguam partem orbis terrarum. Eodem pertinet quod in Eccleſiis quibusdam Chriſtianis prævaluit ἐνέργεια πλάνης; multiplex hæreticorum & efficax error, atque ut Petronii h) verbis dicam *mendacium in damnum potens*, quod ipſum DEO permittente & ſocordiam ac refractarios Chriſtianorum mores puniente futurum diſerte prædixit Apoſtolus 2. Theſſalonic. II. 10. *ideo quod amorem veritatis non receperunt ut ſalvi fierent, ideo mittet illis DEus efficaciam erroris, ut credant mendacio.* Atque hanc ipſam vim efficaciamque ſive energiam *erroris & fallaciloquentiæ* commate priore 9. deſcribit promanantem à Satana, ubi Antichriſti adventum ſignificat fore κατ' ἐνέργειαν τȣ̃ Σαλανᾶ ἐν πάσι δυνάμει ϗ σημείοις ϗ τέρασι ψεύδȣς *ſecundum operationem efficacem Satanæ in omni potentia & ſignis & prodigiis mendacibus.* Quam in rem opportunum erit conſulere quæ Theologus celeberrimus D. Gottlieb Wernsdorfius ὁ μακαρίτης annotavit in diſſ. de efficacia errorum, edita Witebergæ Ao. MDCCXVI.

CAPUT

g) Tho. Smithus de VII. Eccleſiis Aſiæ pag. 44. Supra cap. V. pag. 87.

h) Petron. pag. 431. edit. clariſſimi Burmanni.

CAPUT XXV.

De perſecutionibus qua Saraceni moverunt, & de remediis ad Mohammedaniſmum propagandum adhibitis.

I.

Nullum majus graviusque exemplum exſtat impletæ, de qua ſuperiore capite dixi, juſtæ comminationis Divinæ, & candelabri locis ſubtracti innumeris Eccleſiisque, & pro ſalutari doctrina Chriſtiana invectorum efficaciterque dilatatorum & per mille amplius annos in noſtram uſque ætatem propagatorum errorum, quam quod ex Koraishitarum Arabum a) progenie oriundus *Mohammedes* ab A. C. 622. Chriſtianis intulit, DEO permittente, ut *Saraceni* ad prædas & latrocinia quam ad juſta prælia & concurſatorias pugnas ut Ammianus Marcellinus b) appellat, habilior Arabica natio, ipſius ineſcata fraude, & fortuna belli erecta caput repente efferret, & poſt Arabiam, ſub ejus ſucceſſoribus *Abubekere*, *Omaro*, & *Othmano* intra breve tempus Syriam, Perſiam atque Ægyptum ſibi ſubjicerent, & longe lateque deinde ulterius in Imperii Græcorum viſcera graſſarentur, & ſub diverſis nominibus *Arabum*, *Saracenorum*, *Maurorum*, *Almohadum* c) *Tartarorum*, *Turcorum*, *Morabitarum* arma circumferrent victricia per Mediam, Chaldæam, Indiam, Tartariam, inſulasque complures: atque in Europa Hiſpaniam ab A. 714. tenerent per multa ſæcula, infeſtarent Galliam, e qua A. 726. ejecti ſunt à Carolo Martello: imminerent Italiæ, Siciliamque & Sardiniam, Corſicam, Majorcam, & Cretam aliasque occuparent inſulas non paucas: in Africa Feſſanum conderent regnum, Maroccanumque & Algeritanum, Tunetumque & Tripolin redigerent in poteſtatem, donec totum Imperium Orientale tandem *Turcis* ceſſit, & Regia ipſa CPolis capta a Mohammede II. A. C. 1453. 29. Maj.

Qqq *Hum-*

a) Jo. Gagnier ad Iſmaëlis Abulfedæ librum de vita & rebus geſtis Mohammedis, Moslemicæ Religionis auctoris & Imperii Saracenici fundatoris Oxon. 1723. fol. p. 6. Comes Boulainvierius in vita Mohammedis vulgata Gallice Lond. 1730. 8.

b) Vide Valeſium ad Ammiani lib. XXXI. cap. ult.

c) Almowahedinorum, Pagi ad A. C. 1119. n. 21. A. 1120. num. 29. ſq. A. 1076. n. 17.

Humfredus Prideaux Decanus Norwicenſis in vita Mohammedis, qua & Mohamediſmi ac Chriſtianiſmi origines propagatioque inter ſe comparantur: Anglice primum Lond. 1697. 8. & jam octava editione 1729. 8. & Gallice etiam nec minus Belgice, & Gallice.

Simonis Ockely liber itidem Anglice editus Londini 1708. 8. the conqueſt of Syria, Perſia and Egypt by the Saracens, containing the lives of Abubeker, Omar and Othman, the immediate ſucceſſors of Mahomet.

Chronicon Saracenicum d), & Turcicum e) *Wolfgangi Drechſleri à Georgio Fabricio & Joanne Roſino* emendatum auctumque cum notis ſupplementis & appendice Joannis Reiskii. Lipſ. 1689. 8. ex Elmacino, Abulpharajo, Eutychio, Leunclavio &c.

Joſephi Addisſonij, the firſt ſtate of Mahometiſm, in ejus Miſcellaneis opuſculis junctim nuper editis.

II. Qui ſucceſſus armorum his populis, idem etiam Islamiſmi & Mohammediſmi fuit, neque minor cura Mohammedi ejusque ſucceſſoribus ſive ſvadendæ ſive per vim propagandæ ſuperſtitionis ſuæ, quam finium Imperii proferrendorum, quod ipſum ut tamen facilius poſſent facere ipſa illa falſa Religionis ſpecies inſervire ambitioni eorum debuit. Itaque & bellum Mohammedi eſt *decertatio pro via DEI ſeu pro Religione*: f) & in Alcorano, Sura VIII. 39. *pugnate contra eos* (infideles) *donec aboleatur falſa Religio tota DEI.* & 12. *percutite ſuper colla, & percutite ex eis omnes extremitates manuum ac pedum. Hoc, quia ipſi ſchiſma fecerunt contra DEUM & legatum ejus* (Mahommedem.) & Sura XLVII. 4. *Cum ergo infideles inveneritis, percuſſio cervicis* (h. e. ut explicat apud Maraccium Galaleddinus, occidite eos.) *Cum vero debiles eos atque imbecillos reddideritis* (plures eorum trucidaveritis) *tunc* (abſtinete a cæde) *& vinculis fortiter alligate* (reliquos captivos abducite.) & Sura IX. 30. *Pugnate contra eos qui non credunt in DEUM neque in diem noviſſimum, & non prohibent id quod prohibuit DEUS & legatus ejus* (Mohammed) *& profitentur Religionem veram ex iis quibus traditus fuit Liber* (id eſt ex Judæis & Chriſtianis) *donec perſolvant tributum*

d) ab A. C. 622.
e) ab A. 1300.
f) Vide Lud. Maraccium prodromo Alcorani parte 4. p. 395. ſeq. (edit. in fol. p. 60.)

tum a manu & ipſi ſint parvi. Quod vero a Nicolao Cuſano & aliis quibusdam non contemnendis ſcriptoribus traditum eſt, Mohammedem Judæis quoque & Chriſtianis g) æternam ſalutem ſperandam tribuere ſi pie vivant, hoc argumentis & teſtimoniis non inficiandis confutavit vir clariſſimus Hadrianus Relandus lib. 2. de Religione Mohammedica c. 2. pag. 129. ſeq. qui docet verba Suræ II. 59. & V. 73. ita eſſe intelligenda: *Utique illi qui credunt* (Mahommedani) *& Judæi & Nazareni* (Chriſtiani) *& Zabij* (Gentes idololatræ in Arabia) *quicunque* (ex iis) *credit in DEUM & diem ultimum & facit bona opera* (i. e. accedit ad fidem Mahommedis & ſecundum illam inſtituit vitam ſuam) *iis eſt merces apud Dominum ſuum, & nullus timor ſuper illos* (veniet) *nec moerore afficientur.*

III. Qui primus Alcoranum Arabice in lucem dedit cum præfatione erudita Hamb. 1694. 4. deſideratiſſimus noſter D. *Abrahamus Hinckelmannus* ὁ μακαρίτης, idem illi editioni præluſerat vulgato h) Hamb. 1690. 4. Arabice & Latine Mahomedis quod vocatur *Teſtamento* ſive *pactione* inita cum Chriſtianæ fidei cultoribus anno quarto Hegiræ (CHriſti 626.) quam licet pro ſuppoſita habet Grotius Epiſt. 258. tamen editor genuinam eſſe non dubitat, probatque argumentis, perinde ut aliis viris doctis genuina videtur, ut Salmaſio Epiſt. ad Grotium p. 450. ſq. ad Gallos, Jo. Gagnierio ad Abulfedam p. 31. adde p. 125. 126. &c. Allata fuit ex Oriente à Pacifico Scaligero, Capucino, & cum Gabrielis Sionitæ Latina verſione vulgata Pariſ. 1630. 4. Germanice etiam exſtat in Odoardi Dapperi Aſia p. 479. & in Joannis Prætorii cataſtrophe Muhammetica, Lipſ. 1664. 4. & Anglice Lond. 1727. memoirs of the life of Mahomet, with a true copy of his laſt will and teſtament. Latine ex eadem Sionitæ verſione recudi fecit Jo. Fabricius Dantiſcanus Roſtoch. 1638. 4. cum Theodori Bibliandri apologia pro editione Alcorani. In illa pactione promittit ſe Mohammed Chriſtianos qui ſeſe ipſi ſubjecturi ſunt *ſuſcepturum ſub protectione ſua ab omni læſione, - - Epiſcopus de Epiſcopatu ſuo non deturbabitur, neque Chriſtianus de Fide Chriſtiana, neque Monachus de profeſſione ſua &c.* Inſtrumentum ſecuritatis vocat Elmacinus. Vide Hottingeri hiſtoriam Orientalem p. 236.

g) Id. Maraccius procœmio prodromi parte 3. p. 5. ſq. & ad Alcoran. p. 48. 837. Abrahami Ecchellenſis hiſt. Arabum p. 245.

h) Hiſt. des ouvrages des Savans 1690. Octobr. p. 80.

IV. Joannes Vaſæus in Chronico Hiſpaniæ ſcribit ſe in ſchedis *Nicolai Clenardi* viri undecunque doctiſſimi legiſſe quas ille in Africa conſcripſerat dum illic Arabicarum litterarum peritiam ad bellum antiMohammeticum quod parabat (& de quo Epiſtolæ eius Lovan. 1561. 8. Hanov. 1606. 8. editæ teſtantur) indefatigabili ſtudio conſectabatur, *Totum Mahumetiſmum decem Judæorum commentum fuiſſe : Hoc Judæos excogitaſſe, ut Chriſtianis inſignem aliquem excitarent hoſtem*, ac de ea re exſtare librum apud Judæos - - Alius vir probus qui diu in Africa verſatus fuerat, Vaſæo narravit audiſſe ſe à viris gravibus in Africa, *Judæorum quendam aſtutum, Angelum ſe mentientem, Mahometi nocturnis illuſionibus perſuaſiſſe, ut ridicula multa & à rerum natura abhorrentia Alcorano ſuo inferciret, ut Judæos tam ſtultæ legis ludibrio à ſecta Mahumetica averteret.* Adde Philippi Camerarii Oper. ſubciſiv. III. centur. cap. XI. Jo. Jacobi Schudt Jüdiſche Merckwürdigkeiten T. 1. pag. 71. ſeq. Sane Judaici *genii veſtigia in Alcorano multa & non inficianda, præcipue vero hoc, quod ipſum tamen Mohamedem impoſturæ vel ſolum convincit certiſſime, quod cum cætero qui JEſum à DEo miſſum fateretur, ** tamen Judaiſmi magnam partem palam cum circumciſione iterum reduxit, qua admiſſa CHriſtus nobis non prodeſſet Galat. V. 2. & Chriſtianiſmi fundamentum unicum conſtituit ſubruere, quod eſt ſanguine CHriſti nos mundari a peccatis noſtris, neque in alio eſſe Salutem aut ullum aliud Nomen eſſe datum nobis, in quo ſalvis eſſe liceret quam Nomen JEſu 1. Joh. I. 7. Actor. IV. 12. Prohibuit etiam vini uſum, quo γεννήματι ἀμπέλου JEſus Sacramentum ſanguinis ſui ſumendum omnibus inſtituerat. Matth. XXVI. 29.

Quo-

* Vide Dav. Millii Orat. de Mohammediſmo e veteribus Hebræorum ſcriptis magna ex parte compoſito, Trajecti 1718 4. & in Orationibus ſelectis a V. C. Jo. Erhardo Kappio editis Lipſiæ 1721. 8. p. 434. ſeq.

** Vide Jo. Gagnierium ad Abulfedam pag. 26. Levini Warneri Compendium hiſtoricum eorum quæ de CHriſto aliisque capitibus Relig. Chriſtianæ tradiderunt, Lugd. Bat. 1643. 4. Demetrium Cantemirum in ſyſtemate Relig. Muhamadamæ lib. 3. cap. 14. David. Millii diſſ. ſelectas X. 25. p. 344. ſeq. Jo. Henrici Hottingeri hiſtor. Oriental. pag. 105. 106. 248. Jo. Chriſtiani Clodii de nominibus JEſu CHriſti & Mariæ Arabicis, Lipſ. 1729. 4.

V. Quomodo autem tantos progreſſus fecerit facereque potuerit Lex nova Mohammedis, inquirentibus hæ rationes maxime ſeſe offerunt. Primo quidem ex Judaiſmi & Chriſtianiſmi capitibus manifeſtisſimis prælata ab homine aſtuto & actuoſo ſpecies inſignis de colendo DEo uno, oportuna in ruborem dandis confutandisq; nugis impiis Arabum Koraiſchitis unius DEI † cultoribus adverſantium, & perſuadendæ Gentium idolatricarum multitudini. Deinde rationi ſibi relictæ placens facilis negatio præfracta myſteriorum Chriſtianorum, quæ Judæis ſcandalum eſſe, *Ethnicis* ſtultitiam, ex ipſis Apoſtolorum ſcriptis Mohammed *non ignorabat*. Hinc inter Chriſtianos ipſos jampridem degenerantes à *prima puritate*, multitudo †† hæreſium ac diſſidiorum, & vita parum digna Chriſtianis, ac cultus adoleſcens imaginum & ſanctorum, qui jam ad Paganam ſuperſtitionem videbatur accedere. Præterea diviſæ Imperii Romani Imperii opes, & poſt Occidentale everſum aucta barbarorum nationum potentia, & in Oriente incrementum capientes vires Saracenorum. In Imperio ipſo Orientali miſera facies, inter contentiones ambitioſas præſulum CPolitanorum cum Romanis, Mauritio Imp. per Phocæ injuriam interfecto, & Phoca ſuperato a Perſis pœnasque ſuæ perfidiæ dante ſucceſſori Heraclio, qui dein a Perſis victoriam magnam retulit, iisdemque per Mohammedis ſectatores poſtea ſubigendis viam præivit. Denique felices Mohammedis in bello ſucceſſus fraudibus jactatisque cum angelo colloquiis ſuffragantes & ab illis viciſſim ſuſtentati.

Petrus Bergeron, Pariſinus in breviario Hiſtoriæ Saracenorum & Mohammedanorum edita Gallice * notat tribus præcipue remediis uſum fuiſſe Mohammedem ad ſectam ſuum fundandam dilatandamque, primo quidem ſortilegiis & impoſturis ac falaciis: deinde indulgendo libertati conſcientiarum & voluptatibus conſectandis: tertio

† David. Millius diſſ. ſelect. X. de Mohammediſmo ante Mahommedem pag. 311.

†† Hottinger II. 2. hiſt. oriental. pag. 222. ſq.

* Abregé de l'Hiſtoire des Saraſins & Mahometans, ou il eſt traité de leur origine, peuples, moeurs, religion, gverres, conquêtes, Califes, Rois, Sondans, Cherifs, & de leur divers Empires & états établis par le Monde. Paris 1631. 8. & in Petri van der Aa, recueil des voyages en Tartarie, Perſe &c.

tertio denique per vim & arma, diſerte juſſis morti dari omnibus quotquot auderent reſiſtere, neque permiſſa venia caput Religionis ullum adducendi in controverſiam ** aut argumentis in dubium vocandi. Et pag. 62. *** quo vi & armis non potuerunt penetrare, eo ſollerter ſeſe inſinuarunt commerciorum induſtria & dexteritate, uti per univerſam reliquam Indiam & ad ipſos Chinenſes usque Idolorum cultores, non valde abhorrentes a ſecta quam ſenſuum voluptatibus vident ſuffragari.

Jo. Henricus Hottingerus lib. 2. hiſtoriæ Orientalis capite V. quod eſt de cauſis Mahommedaniſmi conſervantibus.

D. Georgii Moebii, Theologi Lipſienſis, de cauſis & mediis introducti & conſervati Mohammedaniſmi, in ejus diſſertationibus junctim editis pag. 991. ſeq.

Nathanaëlis Falckii, Gedanenſis diſſ. de arcanis ſtatus in Religione Mohammedana. Roſtoch. 1685. 4. præſide D. Joanne Quiſtorpio.

Henrici Scharbau Poſtoris Lubecenſis diſſ. anti Bæliana (in parte quinta & ultima parergorum Philologico Theologicorum Lubec. 1726. 8.) in qua collato modo Chriſtianiſmi promulgati propagatique cum dilatatione violenta Mohammedaniſmi, Chriſtianæ Religionis Divinitatem ac præſtantiam vindicat.

Petri

a Leide 1729. 4. pag. 9. *Mahomet uſa de trois moiens entre autres, pour fonder & étendre ſa Secte, a ſavoir* 1) *de ſortileges, impoſtures, tromperies & fauſſetez.* 2) *de liberté de conſcience (en gardant ſeulement ſa Religion au Coeur) & de ſenſualité.* 3) *d'armes & de force: ſur tout il commenda expreſſement de mettre a mort tous ceux qui y reſiſteroient, & de n'en diſputer avec les autres en aucune ſorte.*

** Lud. Maraccius prodromo Confutationis Alcorani parte 4. pag. 438. ſeq. Chriſtophori Cellarii programmata p. 385. 419.

*** Id. pag. 62. *ou leurs armes & force n'a pu penetrer, ils s'y ſont finement introduits par le moien de traffic, comme par tout le reſte des Indes, & en la Chine méme parmi les Idolatres, qui reçoivent aiſement cette ſecte a cauſe de ſa ſenſualité.*

Petri Janichii Oratio de impedimentis circa convertendos Mohammedanos, Thorunii.

VI. De Mohammedanorum rebus & religione ſcriptores & qui e Chriſtianis adverſus eos fortiter depugnavere, recenſiti à me ſunt in libro de Vdritate Relig. capite quinuageſimo, quibus licet totidem fere alios quos addam annotatos habere me video, tamen ne Te, bone Lector, differam, claudam præſens caput brevi notitiâ operis paucis adhuc noti, quod inſpiciendum mihi dedit Vir clariſſimus & Profeſſor pridem Petroburgenſis Academiæ, editaque nuper introductione in hiſtoriam & rem litterariam Slavorum eruditis non ignotus, Johannes Petrus Kohl.

DEMETRIUS CANTEMIRUS, terrarum Moldaviæ Deſpota, inde ſub Ruſſorum Monarcha Princeps, Senator & Conſiliarius intimus (defunctus A. C. 1723. 21. Aug. ætat. 50.) ſcripſit Latine libros ſex *de Religione & ſtatu Imperij Turcici*, qui Ruſſice translati ſub titulo: *Syſtema Religionis Muhamedanæ*, dedicatique Petro Magno Ruſſorum Imperatori prodiere e typographiâ Imperiali Petropolitana 1722. fol.

Lib. 1. Cap. 1. de nominibus Muhamedis. 2. Vita. 3. Perſona, 4. Mores, 5. initium pſeudoprophetiæ ipſius. 6. quomodo Legem à Deo ferat ſe accepiſſe. 7. adſcenſus ipſius in Cœlum. 8. deſcenſus de cœlis. 9. miracula ſcriptis memoriæ prodita. 10. alia quæ a plebe narrantur, & virtus filiæ ipſius qua ſatisfecit libidini aliquot mille militum. Numerus uxorum ejus. 11. reliquiæ. 12. ſucceſſores.

Lib. 2. Cap. 1. de nominibus Curani ſ. Alcorani. 2. de libro Muhamedis qui traditiones continet. 3. de Doctrina Curani. 4. demonſtratur falſitas Curani. 5. de ſtylo Curani. 6. de difficultate idiomatis quo Curanus ſcriptus eſt.

Lib. 3. exponit apocalypſin Muhamedanam.

Lib. 4. Cap. 1. deſcribitur Theologia Muhamedanorum. 2. Quid ſentiant de DEO. 3. De Providenti Divina. 4. De creatione eorum quæ præceſſerunt Univerſi Creationem. 5. De Angelis, Diabolis &c. 6. De Creatione Mundorum. 7. Adami & Evæ. 8. De Prophetis ab Adamo usque ad Noachum. 9. De Noacho. 10. De Abraha-

Abrahamo & filiis ejus. 11. De Moyſe & Aarone. 12. De Davide & Salomone. 13. De Alexandro Magno. 14. De Domino ac Salvatore noſtro JESU CHRISTO & beatiſſima Virgine Deipara. 15. De Sanctis Chriſtianorum. 16. De fine Mundi. 17. De univerſali reſurrectione & Judicio extremo. 18. De examine peccatorum fidelium. 19. De *Araf* igneo fluvio ipſorum purgatorio. 20. De inferno. 21. De Paradiſo.

Liber 5. Cap. 1. Excuſatio auctoris, quod vix valeat omnes ſuperſtitiones & vanitates Muhamedanorum deſcribere. 2. De Regione Muhamedana in genere. 3. De *Husl*, i. e. ablutione totius corporis, & *Abdeſt* ſive ablutione manuum. 4. De *Namas*, i. e. precibus. 5. De *Urudz*, i. e. jejunio. 6. De *Hadz*, i. e. peregrinatione ad Meccam. 7. De præcepti Curani. 8. De operibus ad *Fars*, i. e. præcepta a DEO data, & *Sunnet*, i. e. præcepta a Muhamede tradita pertinentibus. 9. De operibus ad ſolum Sunnet ſpectantibus. 10. De operibus meritoriis ſed non neceſſariis. 11. Quod ea quæ ad Fars atque Sunnet ſimul pertinent, & neceſſaria ſunt & meritoria. 12. De aliis operibus meritoriis. 13. De præceptis *Halal*, i. e. permisſivis. 14. De præceptis *Haram*, i. e. prohibitivis. 15. De *Mecrub*, i. e. rebus ſpurcis & execrabilbus.

Liber 6. Cap. 1. De *Dubun* ſive ſolennitate in genere. 2. De matrimonio. 3. De divortio. 4. De ſepultura & parentalibus. 5. De monumentis *Scheichorum* i. e. Prælatorum. 6. De diebus feſtis. 7. De ſolennitatibus politicis. 8. De ſectis *Derwiſchorum* i. e. religioſorum in genere. 9. De primis ſectarum Derwiſchorum auctoribus. 10. De ſecta *Mewlewi* Derwiſch. 11. De ſecta *Bektaſchi* Derwiſch. 12. De ſecta *Calenderi* Derwiſch. 13. De ſecta *Kadri* Derwiſch. 14. De Derwiſchis *Torlak* & *Ebribubari* dictis. 15. De ſecta *Jedhemi* Derwiſch. 16. De ſecta *Hyſrewi* Derwiſch. 17. De *Abdal*, *Urian*, & *Budalla* Derwiſch. 18. De *Sejah* Derwiſch. 19. De hæreſibus Muhammedanorum in genere. 20. De hæreſi *Raphaſy* dicta. 21. De hæreſi *Munaſuch*. 22. De hæreſi *Maalumi*. 23. De hæreſi *Nimetullahi*. 24. De hæreſi *Meſaky Bajagy* &c. 25. De hæreſi *Iſchraky*. 26. De hæreſi *Chajreti*. 27. De hæreſi *Muammaſi* & *Selis*. 28. De hæreſi *Bektaſchi*. 29. De hæreſi *Kadyſadeli*. 30. De hæreſi *Mumſojunduren*.

31. De

31. De hæreſi *Luty*. 32. De idololatris & impiis Muhamedanorum. 33. De atheis inter Muhamedanos. 34. De ſcientiis quæ apud Muhamedanos coluntur. 35. De eo quod primum in ſcientiis eſſe debeat. 36. De Doctrina *Inſcha* dicta. 37. De ſcientiis *Rekam gendiſe* &c. 38. De Logica, Rhetorica &c. 39. De ſcientia Divinorum Nominum. 40. De ſcientiis *Raſad*, *Sybr*, *Tylſym* &c. 41. De ſcientiis *Fal*, *Dziaſuly* &c. prohibitis.

CAPUT XXVI.

Violentiam & perſecutiones, rem irreligioſiſſimam, indignumque & ineptum eſſe remedium ad perſuadendam Religionem, argumenta & teſtimonia Ethnicorum, Chriſtianorum, Judæorum & Mohammedanorum.

Omnes novimus ac perſentiſcimus, amorem & fidem eſſe actus liberos propriosque mentis, qui moveri impulſu ſenſus & rationis, ſed non poſſint ab invitis per vim extundi: nihilque magis placere etiam amato, quam ſi non coactos ſed ſponte hoc facere noverit qui amore eum proſequuntur, non niſi *falſa amoris ſigna* externa præ ſe laturi, ſi ad amorem, a quo abhorrent, profitendum vi adhibita adigi eos contigerit. Nemo ſanus ſperet per vim exprimere ab altero, non perſuaſo, ut credat bona fide quod adhuc non dubitat eſſe abſurdum & incredibile: nemo gaudeat venerationem ſibi demonſtrari coacta inclinatione nevroſpaſtorum: & DEO aliquis credat probari, ſi ſuppliciis imperitetur fides? aut ſi ad eum certo modo colendum manu, igne, ferro homo ab homine compellitur. Amore, fide ac veneratione conſtat Religio, quam ſi neceſſitate expreſſam in hominibus DEUS eſſe voluiſſet, unus is optime eos & facillime ad illum quem ab iis deſiderabat modum cultus determinare, atque in viam eam obeundam perpulſos ac truſos per omnem vitam habere potuiſſet. Sed quod eſt in cultu Numinis pulcherrimum, DEO etiam unice probatur ac placet, ut edocti ac

perſuaſi de ingenti Majeſtatis ejus & bonitatis ac beneficiorum magnitudine homines, ex grato animo ſincera ac ſpontanea religionis pietate DEUM colant, & Ei quem pie colunt, libenter obſequantur. Gratum animum nunquam violentia expreſſit, nunquam per vim ad gratiam rependendam compulſus gratum animum Domino ſuo beneficentiſſimo probavit. Simulatores & hypocritas vel irreligioſos; non candidos æterni Numinis cultores facit intentata vis cum terroribus ac minis, & obtruſam per tortores, Fidei formulam cor & animus vel ignorat vel non admittit.

CHRISTI vox ad Apoſtolos, volentes ignem in Samaritanos de cœlo provocare Luc. IX. 55. *Neſcitis cujus Spiritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere ſed ſalvare.* Matth. XIII. 30. *Sinite utraque creſcere usque ad meſſem* &c. adde Chryſoſt. homil. XLVII.

Paulus 2 Corinth. X. 4. *Arma militiæ* a) *noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia DEO* b) *ad deſtructionem munitionum* c) *conſilia deſtruentes & omnem altitudinem & tollentem ſe adverſus ſcientiam DEI, & in captivitatem redigentes omnem intellellectum* d) *in obſequium CHriſti.*

Gregorius M. lib. 2. Epiſt. 52. *Egregius ille prædicator* (Paulus 2. Timoth. IV. 2.) *dicit*: argue, obſecra in omni patientia & doctrina.

a) Chriſtianiſmus militia, quod magis etiam de Apoſtolatu dici poteſt. Confer Tho. Milles ad Cyrillum Hieroſol. p. 13.

b) Non ſunt *carnalia*, imbecilla nihilque proficientia, qualia ſvadet caro & ſanguis, ſed *potentia DEO* hoc eſt validiſſima & Divina. Sic Actor. VII. 20. ἀστεῖος τῷ Θεῷ, *valde formoſus.* Vide Grotium & Elſnerum ad h. l. Jo. Vorſtium de Hebraiſmis Novi Teſt. cap. 16. p. 387. ſeq. Lud. Cappelli Opera poſtuma p. 674. Cornelii Adami Exerc. exegetic. p. 79. ſeq. Frontonem Ducæum ad S. Baſilii T. 1. paginam 2.

c) Ad confutationem argumentorum, quibus utuntur ac ſe vallant & muniunt qui γνώσει Θεοῦ hoc eſt Evangelio credere tergiverſantur.

d) πᾶν νόημα, omnem artem & machinam conſtrictam tenens. Confer Bibliothecam Hiſtorico-philolog. Bremenſem Tom. 2. p. 432. ſeq. & Sviceri theſaurum p. 138. ſeq.

na. *Nova vero atque inaudita prædicatio, e) quæ verberibus Fidem exigit.*

Teſtimonia ETHNICORUM.

Cicero lib. I. de oratore c. 58. *Equidem putabam virtutem hominibus, ſi modo tradi ratione poſſit, inſtituendo & perſuadendo, non minis & vi ac metu tradi.*

Seneca III. 20. de benefic. *Corpora obnoxia ſunt & adſcripta Domino. Mens quidem ſui juris* &c. lib. 2. de ira c. 9. *illud potius cogitabis, non eſſe iraſcendum erroribus* &c.

Julianus Imp. Epiſt. 42. καὶ γὰρ οἶμαι διδάσκειν ἀλλ' οὐχὶ κολάζειν χρὴ τοὺς ἀνοήτους. *Docendos inſipientes, non pœnis afficiendos mihi perſuadeo.* & Epiſt. 52. p. 438. λόγῳ δὲ πείθεσθαι χρὴ καὶ διδάσκεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, οὐ πληγαῖς, οὐδὲ ὕβρεσιν, οὐδὲ αἰκισμῷ τοῦ σώματος. *Oratione perſuaderi docerique oportet homines, non verberibus ac contumeliis, corporumque ſuppliciis.* Libanius, Oratione pro templis p. 18. δεῖ γὰρ δὴ τάγε τοιαῦτα πείθειν, οὐ προσαναγκάζειν. εἰ δ' ὁ μὴ τοῦτο δυνάμενος ἐκείνου χρήσεται, εἴργασται μὲν οὐδὲν, οἴεται δὲ τοῦτι ἀσθενές. λόγος δὲ μὴ ἐν τοῖς τούτων αὐτῶν τοῦτο ἐνεῖναι νόμοις, ἀλλ' εὐδοκιμεῖν μὲν τὸ πείθειν, κακῶς δὲ ἀκούειν τὴν ἀνάγκην. *Oportet enim hæc iſta perſuadere, non cogere: ſi vero qui illud non potuit, iſto utatur, nihil promovet, videtque id infirmum eſſe. Nonne vero fertur & iſtud inter illorum ipſorum leges eſſe; ut perſuaſio quidem laudetur, male vero audiat neceſſitas ſeu vis.* Idem Orat. in Juliani necem, Tom. 2. p. 290. δόξαν δὲ περὶ Θεῶν οὐκ ἀληθῆ τέμνων, καίων, οὐκ ἂν ἐκβάλοις. ἀλλὰ κἂν ἡ χεὶρ θύῃ, μέμφεται ἡ γνώμη τὴν χεῖρα. καὶ κατηγορεῖ μὲν τῆς τοῦ σώματος ἀσθενείας, θαυμάζει δὲ ἃ πρόσθεν. καὶ ἔστι σκιαγραφία τις μεταβολῆς, οὐ μετάστασις δόξης. *Opinionem de Diis non veram, ſecando, urendo neutiquam expuleris. Ac tametſi manus ſacrificaverit, manum redarguit animi ſententia, & infirmitatem quidem corporis incuſat, ſed eadem quæ prius colit ac miratur: ut quædam ſit potius adumbrata pictura mutationis, quam vera opinionis demutatio.*

Plura in eandem ſententiam Themiſtius Oratione V. ad Jovianum dicta A.C. 364. p. 67. ſeq. (& apud Socratem III. 25. Niceph. X, 42.) Idem ad Valentem Oratione XII. non diu poſt habita p. 156:

Rrr 2 Οὐδεὶς,

e) Laudatur hic locus in Jure Canonico can. *quid autem*, diſt. XV.

Οὐδείς, ὦ βασιλεῦ, ἐπὶ τῆς γῆς μείζων ἐστί σου, οὐδὲ δυνατώτερος. ἀλλὰ τοὐναντίον οὐδεὶς οὕτω ταπεινὸς, οὔτε ἀσθενὴς, ὅν τινα σύγε διὰ ἐπιτάγματος, ἢ τῆς τοῦ σώματος κολάσεως, εὔνουν εἶναί σοι παρασκευάζοιο [τὸ μὴ ἔνδοθεν προαιρούμενον] ἄρα γοῦν νομίζεις, εἰ μηδένα πρὸς τὸ σπουδάζειν σοι κἂν παρόντι, καὶ ἐπ᾽ ὄψει κειμένῳ τῆς οἰκουμένης, ἄκοντα ἔχεις ἐπισπάσασθαι, τὴν εὐσέβειαν ἣν ἂν ἐθελήσῃς, καὶ τοῦ θεοῦ θεραπείαν τοῦ ἡμᾶς ἀεὶ διαλανθάνοντος, κατὰ διάγραμμά σου καὶ ἐπίταγμα ἐμποιεῖν δύνασθαι τῶν ἁπάντων ψυχαῖς; καὶ πρὶν μὲν ἄτοποί τινες ἦσαν αὐτοκράτορες, οἱ τοῦτο βιάζεσθαι τοὺς ἀνθρώπους πειρώμενοι, ὥστε ἣν ἂν αὐτοὶ ἐδέξαντο τὴν θρησκείαν, ταύτην καὶ τοῖς λοιποῖς προσάγειν μὴ βουλομένοις. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι τοῦτο μόνον διεπράξαντο, τὸ δέει τῆς παρούσης κολάσεως κρύπτειν ἀναγκάζειν, ἃ ἐφρόνουν, μηδένα δὲ εἰς τὸ ἑαυτῶν δόγμα μετήγαγον. [εἶτα ἠλέγχοντο οὐ θεὸν θεραπεύοντες, ὃν αὐτοὶ ἤθελον, ἀλλὰ τὴν ἁλουργίδα τοῦ αὐτοκράτορος. οὐδὲ εἷς τότε Θηραμένης, ὥσπερ πάλαι ἐν ταῖς Ἀθήναις, ἀλλ᾽ ἅπαντες ἐγίνοντο κόθορνοι.] καὶ δῆτα δῆλον ἐγένετο ὕστερον, ἃ ἐφρόνουν. καὶ καθάπερ ἡ φλὸξ κατεχομένη χρόνον τινὰ, εἶτα ἀθρόως ἐκνικήσασα βιάζεται, καὶ διαλάμπει· οὕτω

Nemo eſt, Imperator, in terris te major, nemo potentior: nemo contra tam humilis, tamque infirmus, quem imperio & cruciatu corporis ad te diligendum poſſis adducere, niſi ſua ipſe voluntate ad te amandum incitetur. An cenſes cum ad ſtudium tui præſentis, & in conſpectu orbis terrarum poſiti, neminem inuitum poſſis pertrahere, te pietatem, quam velis; & cultum Dei ab aſpectu noſtro ſemper oblitefcentis, decretis juſſisque tuis in omnium animis poſſe imprimere? Non defuere patrum memoria importuni principes, qui hanc vim afferre hominum animis conati ſunt, ut quam ipſi religionem accepiſſent, eam cæteris ingratiis tentarent obtrudere: ſed hoc unum effecerunt ut præſentis pœnæ metu multos cogerent tegere quod ſentirent; neminem ad ſuam ſententiam traduxere. Ita non deum quem illi volebant, ſed purpuram verebantur imperatoriam: neque tum vnus, vt quondam Athenis, ſed omnes Theramenes exiſtebant. Itaque apparuit poſtea, quid ſentirent: & veluti ſuppreſſa aliquandiu flamma repente eluctata prorumpit & emicat: ita cum ad tempus ſimulaſſent ad præſcri-

κατὰ

κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως διάγραμμα εὐσεβεῖν πρὸς καιρὸν πλαττόμενοι, μετὰ ταῦτα φόβου παραλλάξαντος τὰ περὶ τοῦ θείου δόγματα ἑαυτῶν ἐξήνεγκαν. χρόνιον γὰρ οὐδὲν τὸ ἐπίπλαστον· ἐπίπλαστον δέ ἐστιν ἅπαν τὸ διὰ τὸν φόβον ἀλλ' οὐκ ἐκ προαιρέσεως γινόμενον. ptum imperatoris colere ſe religionem, libere poſtea, cum metus abſceſſiſſet, opiniones ſuas de divino numine protulere. Nihil enim diuturnum eſſe poteſt, quod ſimulatum eſt; ſimulatum eſt autem, quod metu, non ex animo ſuſcipitur.

PRINCIPUM CHRISTIANORUM teſtimonia.

CONSTANTINI Magni & Licinii lex apud Euſebium X. 5. hiſt. Eccleſ. ὅπως δῶμεν καὶ τοῖς χριστιανοῖς καὶ πᾶσιν ἐλευθέραν αἵρεσιν τοῦ ἀκολουθεῖν τῇ θρησκείᾳ ἣ δ' ἂν βουληθῶσιν. apud Lactantium de mortibus perſecutorum C. 48. *ut daremus & Chriſtianis & omnibus liberam poteſtatem ſequendi Religionem quam quisque voluiſſet.* Idem Conſtantinus in Actis Sylveſtri I. Papæ, apud Baron. ad A. C. 324. num. LXXXI. *Sit ergo omnibus notum, non neceſſitate coactos ſed ſuo judicio liberos poſſe fieri Chriſtianos - - Sed nec hoc aliqui metuant, quod a noſtra gratia divellantur, ſi Chriſtiani eſſe noluerint.* & apud Euſebium II. 56. de vita Conſtantini: μηδεὶς τὸν ἕτερον παρενοχλείτω, ἕκαστος ὅπερ ἡ ψυχὴ βούλεται τοῦτο καὶ πραττέτω. adde cap. 60. ubi Imperator non aſſentitur iis qui omnia templa ethnicorum everſa & ſuperſtitionem illorum vi illatâ funditus deletam volebant.

De *JOVIANO* Imp. Themiſtius Oratione Conſulari pag. 68. τὸ τῆς ἁγιστείας μέρος ἅπαντος εἶναι νομοθετεῖς. *quæ ad religionem pertinent, in cujuslibet eſſe arbitrio, tua lege conſtituiſti.* *VALENS* Imperator l. 9. Cod. Theodoſ. de maleficis & Mathematicis: *teſtes ſunt leges a me in exordio Imperii mei datæ, quibus unicuique quod animo imbibiſſet, colendi libera facultas tributa eſt.* De *VALENTINIANO* vide Chriſtoph. Juſtellum ad Codicem Eccleſiæ Africanæ Canon. CVII.

THEODOSIUS Magnus apud Gregorium Naz. carmine de Vita ſua T. 2. pag. 21.

οὐ γὰρ καταίργειν ἀλλὰ πείθειν ἔννομον.
Svadere quippe eſt æquius quàm cogere.

THEODORICUS Rex ad Judæos Genuæ conſiſtentes: (apud Caſſiodor. II. 27. Variar.) *Religionem imperare non poſſumus, quia nemo cogitur ut credat invitus.* Vide ad eum locum notas Jureti.

THEODOHADUS Rex Gothorum ad Juſtinianum Imp. (apud eundem Caſſiodorum X. 26.) *cum Divinitas patiatur diverſas religiones eſſe, nos unam non audemus imponere. Retinemus enim legiſſe nos, voluntarie ſacrificandum eſſe Domino, non cujusquam cogentis imperio. Quod qui aliter facere tentaverit, evidenter cœleſtibus juſſionibus obviavit.*

MAXIMILIANUS II. Imp. * dicere identidem ſolitus: *eos ſibi videri thronum DEI invadere velle, qui conſcientiis dominari cupiunt: neque ſe unquam id facturum, niſi forte, quod DEUS prohibeat, in furorem & inſaniam prolabatur.* Idem dixit, *eos qui imperium ſibi in conſcientias ſumunt, cœli arcem invadere, interim non raro poteſtatem, quam in terris habent, amittere.*

STEPHANUS Poloniæ Rex **: *Ego nunquam perſecutione aut ſanguine Religionem propagandam eſſe cenſeo.*

Ex aliorum CHRISTIANORUM veterum teſtimoniis, cum plura poſſint afferri, hæc pauca ſufficient:

Tertullianus, Apologetici cap. 24. *Videte ne hoc ad irreligioſitatis elogium concurrat, adimere libertatem Religionis, & interdicere optionem Divinitatis, ut non liceat mihi colere quem velim, ſed cogar colere quem nolim.* Et ad Scapulam c. 2. *Humani juris & naturalis poteſtatis eſt, unicuique quod putaverit, colere - - ſed NEC RELIGIONIS EST COGERE RELIGIONEM, quæ ſponte ſuſcipi debeat, non vi.*

Lactantius V. 13. *quis imponat mihi neceſſitatem vel colendi quod nolim, vel quod velim, non colendi? quid jam nobis ulterius relinquetur, ſi etiam hoc, quod voluntate fieri oportet, libido extorquet aliena.* & 19. *Non eſt opus vi & injuria, quia RELIGIO COGI NON POTEST. Verbis potius quam verberibus res agenda eſt, ut ſit voluntas - - longe diverſa ſunt carni-*

* Heidegger. T. 4. diſſ. ſelect. pag. 353.

** Sandii Bibl. anti Trinitar. pag. 83.

carnificina & pietas : nec poteſt aut veritas cum vi, aut juſtitia cum crudelitate conjugi - - NIHIL EST enim TAM VOLUNTARIUM QUAM RELIGIO, in qua ſi animus ſacrificantis averſus eſt, jam ſublata, jam nulla eſt.

S. Hilarius ad Conſtantium Imp. pag. 276. edit novæ: *Intelligit ſingularis & admirabilis ſapientia tua, NON DECERE, NON OPORTERE cogi & compelli invitos & repugnantes, ut ſe his ſubjiciant & addicant vi oppreſſi, qui non ceſſant adulterinæ doctrinæ corrupta ſemina ſpargere.*

Auguſtinus ipſe antequam Epiſtolam XCIII. (al. XLVIII.) A. C. 408. ad Vincentium ſcriberet, recte ſenſit *neminem ad unitatem CHriſti eſſe cogendum: diſputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos Catholicos haberemus quos apertos hæreticos noveramus.*

Socrates VII. 3. ὐκ εἰωθὸς διώκειν τῇ ὀρθοδόξῳ ἐκκλησίᾳ.

Teſtimonium Fl. Joſephi, Judæi.

Flav. Joſephus in Vita ſua cap. 23. T. 2. edit. Amſt. pag. 11. Τούτους περιτέμνεσθαι τῶν Ἰουδαίων ἀναγκαζόντων εἰ θέλουσιν εἶναι παρ' αὐτοῖς, ὐκ εἴασα βιασθῆναι, φάσκων δεῖν ἕκαστον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν Θεὸν εὐσεβεῖν, ἀλλὰ μὴ μετὰ βίας. *Hos* (duos Megiſtanas e Trachonitide) *cum Judæi circumcidi coacturi eſſent, non permiſi ut vi ulla eo adigerentur, dicens hominum quemque oportere ex animi ſui voluntate DEUM colere, & non ad id faciendum cogi.*

Muhamedis teſtimonium.

Alcoran. Sura II. 257. *Nemo cogatur ad ſuſcipiendam Religionem invitus.* Ubi Maraccius † notat Gelaleddinum monere, quod hoc dictum ſit propter quosdam ex duodecim Mahometis adjutoribus qui habebant filios, & volebant eos invitos cogere ad Mahommeticam ſectam ſuſcipiendam.

In eadem ſententiam conferendi:

B. D. *Jo. Gerhardus* Confeſſ. Catholicæ T. 1. pag. 809. ſeq. *Jo. Adamus Scherzerus* Loco Theolog. de Magiſtratu politico §. XIII. p. 723. ſeqq.

Jac.

† Prodromo refutat. Alcorani parte 4. pag. 388. ſeq.

Jac. Triglandii Oratio de legitima Fidei propagandæ ratione, docendo & perſvadendo, non perſecutione errantium inſtituenda. Lugd Bat. 1686. 4. *Bibliotheque univerſelle* T. 1 p. 420.

Andreas Maſius in Joſuæ XXII. 12. pag. 317. ſeq.

M. Antonius de Dominis de Rep. Eccleſiaſtica VII. 8. *Jac. Cujacius* XVI. 3. Obſervatt.

Hugo Grotius de Jure belli & Pacis lib. 2. cap. 20. §. 48. & ad verba CHriſti Luc. XIV. 23. *ἀνάγκασον εἰσελθεῖν, compelle* intrare.*

Petri Bælii poſt primam editionem A. 1686. 12. ſæpius excuſus liber, atque in alteram excedens partem, cui titulus: *Commentaire philoſophique ſur les paroles de JEſus CHriſt, contmin les d'entrer.* Journal litteraire T. 2. p. 242. ſeq.

Junii Bruti (Jo. Crellii) vindiciæ pro libertate Religionis: & Gallice traité de la tolerance, ad calcem libri, Converſations ſur diverſes matieres de Religion, par Mr. le Céne.

Jo. Lockii Epiſtolæ de tolerantia, Latine, Anglice, Gallice, Germanice editæ. Sermons de *Mr. Caſpar Caillard* ſur les memes paroles, Luc. XIV. 23. a Dublin 1728. 8. *Bibl. raiſonnée* T. 2. p. 269. ſeq.

Jeremiæ Tayllor Θεολογία ἐκλεκτική, or a diſcourſe of the liberty of Propheſying, with its juſt limits and temper; ſhewing the unreaſonableneſs of preſcribing to other Mens Faith, and the iniquity of perſecuting differing Opinions.

Henricus Morus Opp. Theolog. p. 423. ſeq.

Nic. Vedelii diſſertationes VI. de libertate Conſcientiarum, inter ejus nova opuſcula Theologica.

William Wake, Archiepiſcopi Cantuarienſis diſſ. qua probat perſecutiones Religioni, ſpeciatim Chriſtianæ ejusque ſcopo ac fini prorſus adverſari. Præmiſſa Anglice A. 1723. 8. novæ editioni libri *D. Mauritii* A. 1682. primum editi a diſcourſe concerning the laws Eccleſiaſtical and Civil made againſt heretiks by Popes, Emperours and

* *Precibus cogere* dixit Horatius lib. 1. Epiſt. 9. v. 2. παραβιάσασθαι φαγεῖν 1. Sam. XXVIII. 23. ἐκβιάζεσθαι, Ælian. II. 13. Var. Vide & Geneſ. XIX. 3. Actor. XVI. 15.

and Kings, provincial and general Council's approved by the Church of Rome. Et Gallice, *diſcours contre la perſecution*, interprete G. ante eundem librum Gallice verſum hoc titulo: traité des loix contre les heretiques. Leodii 1725. 8.

Gerardus Noodt Oratione de Religione, jure Gentium libera Lugd. Bat. 1706. 4. & Gallice Jo. Barbeyraco interprete, diſcours ſur la liberté de Conſcience. Amſt. 1707. & 1714. 12. nec non Germanice 8.

D. Sam. Pomarii bewieſener ungerechter Gewiſſens-Zwang; wider Hierothei Boranowsky gerechtfertigten Gewiſſens-Zwang. Witeb. 1674. 12.

D. Jo. Gvil. Baieri diſſ. de propagatione Fidei per vim armorum à praxi Eccleſiæ aliena. Jen. 1686.

Chriſtoph. Hartknochii Preußiſche Kirchen-Hiſtoria p. 143. ſeq.

Mini Celſi ** de hæreticis capitali ſupplicio non afficiendis, cum *Theodori Bezæ* & *Andreæ Dudithii* mutuis Epiſtolis. 1588. 8.

D. Chriſtophori Conradi Goerizii diſſ. politica de ſubditis ad Relionem non cogendis. Regiomonte, atque inde Roſtoch. 1701. 4. Contra perſecutiones hæreticorum & alienorum à Fide conferri etiam poſſunt quæ ex *Eraſmo* collegit Rich. Simon lib. 3. hiſt. Criticæ Novi Teſt. cap. 36. pag. 521. ſeq.

Theodorus Koornhert contra Lipſii librum de una religione &c.

D. Juſti Henningi Boehmeri diſſ. de jure ſacro & profano circa Infideles non converſos & convertendos. Halæ Magdeb. 1717. 1726. 4.

Sss Religio-

** Non eſt nomen fictum, neque ſub illo latet nomen Lælii Socini vel alterius cujusquam, ſcriptusque liber ille primum Italice, editus à Mino Celſo, ad quem duæ Epiſtolæ datæ Venetiis A. 1548. exſtant inter Epiſtolas Italice editas a Claudio Ptolemæi Venet. 1566. 8. pag. 288. ſeq. Vide V. C. Jo. Georg Schelhornii amœnitates literar. T. 7. pag. 86.

Religionis falſæ exciſio, vel veræ propagatio, cauſſa injuſta Belli.

Petrus Bergeron traité de la navigation cap. XXIII. On peut dire encore de plus, qu'une conqueté ne peut étre legitime, ſi la cauſe de la guerre ne l'eſt : c'eſt plûtôt invaſion & uſurpation que juſte acquiſition. C'eſt auſſi une choſe non moins inique de conquerir des pais libres ſous pretexte de religion, & priver de leurs Etats des Princes qui tant s'en faut qu'ils s'oppoſaſſent à la lumiere de l'Evangile, que plûtôt ils étoient tres diſpoſez a la recevoir ſi on y eût procedé comme il falloit : & quand mémes ils euſſent refuſé d'y préter l'oreille, on ne les y pouvoit pas contraindre de droit, ſuivant les preceptes Evangeliques, & la pratique de l'Egliſe en tous ſiecles ; ainſi qu'il fut tres bien repreſenté à Charles Quint & au Roi Philippe ſon Fils par *Barthelemi* † *de las Caſas* Ord. Præd. Eveque de Chiappa qui (dans ſon livre de la deſtruction des Indes, imprimé a Seville en 1552) montre par bonnes & fortes raiſons contre le Docteur *Sepulveda*, *Cevallos* & autres qui defendoient cela, que cette procedure étoit du tout injuſte & tyrannique ; & les écrits qu'il publia ſur ce ſujet furent approuvez par le College de S. Gregoire de Vailladolid & par les Univerſitez de Salamanque & d'Alcala. Somme qu'il plaida ſi bien la cauſe des Indiens au Conſeil de l'Empereur, que non obſtant l'oppoſition de pluſieurs, il fut conclu pour lui, & l'Empereur méme vivement touché des ſes remontrances, fit expedier lettres & publier aux Indes de tres bonnes ordonnances en faveur de la liberté de ces peuples, & pour leur plus doux traitement, avec grandes peines propoſées, aux contrevenans ; mais cela fut mal obſervé &c. tout cela ſe void deduit bien amplement par l'Archeve-

que

† Ejusdem præclari Viri opus magnæ molis de juvandis & fovendis Indis ſervatur MS. in Bibl. Ordinis Prædicator. Conventus Mexicani. Bartholomæo jungendus Joannes Zapata & Sandoval, qui Pinciæ 1609. 4. librum edidit de juſtitia diſtributiva & acceptione perſonarum ei oppoſita, pro Indiarum Moderatoribus & Conſiliariis, quod nempe munera Eccleſiaſtica & Secularia in regnis Indiarum, Indigenis conferi debeant. Pinciæ 1609. 4.

que *Auguſtin d' Auila Padilla* en ſon hiſtoire du Mexique, & par Fra *Michele Pio* Dominicain Bolognois en la Chronique de ſon Ordre liv. I. partie 2. qui celebrent l'Eveque Caſas comme un ſavant Juriſconſulte & Theologien & un grand Saint, & ne celent pas les cruautez excercés par les Eſpagnols aux Indes, quoique leur ſuſſent remontrer les bons Religieux qui y étoient, jusques la que Michele Pio exagere cela en ce point; de dire qu'ils depeuploient le pais d'Indiens, pour peupler l'Enfer des les mémes.

De tolerantiæ limitibus.

Ne quis autem inferat, per hujusmodi æquanimitis veluti mollitiem, quibuslibet feneſtram aperiri væſanis erroribus, non fovendis modo ſed profitendis etiam palam, & propagandis, turbandæque Eccleſiæ, & ipſi etiam civili Reip. quieti convellendæ: age limites tolerantiæ omnis per tria hæcce capita Divinarum litterarum ſanæque rationis luce præeunte circumſcribamus:

I. Everſores religionis omnis, hancque irreligioſitatem ſuam profeſſos & aliis ut ſecum ſimiliter inſaniant auctores, non modo licet ſed decet & oportet etiam reprimere, & jubere procul eſſe, niſi graviorem animadverſionem etiam, inſolentia ſua ſibi in caput ſuum contraxerint. Mæcenatis conſilium Auguſto datum apud Dionem lib. LII. p. 490. Μήτ' ἀθέῳ τινὶ μήτε γόητι συγχωρήσεις εἶναι, *neque atheo neque præſtigiatori locum conceſſeris.* Quam in ſententiam præter ea quæ in libro de Veritate Relig. c. 14. pag. 376. ſq. notare me memini, atque *D. Hectoris Godfridi Maſii* in intereſſe Principum circa Religionem Evangelicam, conſulenda ſcripta virorum celeberrimorum *Chriſtiani Thomaſii* juriſtiſche Händel T. 1. Halæ Sax. 1720. 4. p. 253. ſeq. *Juſti Henningi Boehmeri* diſſ. de jure ſacro & profano circa infideles pag. 41. *Julii Bernhardi von Rohr* Einleitung zur Staats-Klugheit pag. 474. ſeq. le Miſanthrope de *Mr. van Effen* T. 1. diſcours 8. p. 60. ſeq. *Theodori Pauli*, Profeſſoris Regiomontani diſſ. de crimine atheiſmi & *Melchioris Lubeck* Secretarii intimi conſiderationem Theologico hiſtorico Juridicam de atheiſmi crimine eiusque pœna, Regiomont. 1727. 12. *Jo. Frid. Schmidium* Norimbergenſem JCtum diſſ. inaugurali de crimine atheiſmi ejusque pœna Civili, Altdorf. 1727. 4. Vide ſis etiam quæ ex libro

bro *G. Tyndalli*, vulgato Anglice, *the rights of the Christian Church asserted* p. 11. ſeq. *Basnagius Bellovallius* in Diario inſigni Roterodamenſi Hiſt. des Ouvrages des Savans A. 1704. pag. 511. ſeq. ubi Magiſtratibus jus puniendi Atheos vindicatur ex eo, quod in ſtatu naturali etiam fas ſit unicuique hoc facere, atque in atheum ſeductorem animadvertere tanquam communem hoſtem generis humani, & ſocietatis omnis ac fidei juramentorum labefactatorem.

II. Errorum, quos peſtilentes & ſaluti civium ſuorum noxios eſſe Princeps vel Magiſtratus judicant, diſſeminationem ac propagationem in ditione ſua, nedum ſeditioſa dogmata * impedire ejusque auctores poſt admonitionem obſtinatos, exilio afficere & jure poſſunt & ex officii ac prudentiæ legibus ſunt obſtricti. Poſſunt jure id quidem, cum patri familias etiam integrum ſit & incumbat omnibus modis impedire, ne ſe invito doctrina quam noxiam eſſe non dubitat, liberis ſuis aut familiæ inculcetur: officii autem hoc ab illis expoſcit ratio, quia non minor Principis & Magiſtratuum in ſubditos, quam boni Patris familias in liberos familiamque amor, non minor cura Salutis debet eſſe: Prudentia denique idem ab iisdem requirit, quoniam neglectum iſtud in tempore & in ipſis principiis officium, quantis deinde tumultibus, periculis, & ſæpe fortunis ac vita ipſa vel omnium rerum converſione Imperantibus conſtiterit, hiſtoriarum monumenta paſſim loquuntur. Neque metuendum ita veritati proferendæ præſcribi, ac indignos limites poni: nam ſi proper peccata hominum DEUS permittit tantam interdum errorum eſſe ἐνέργειαν ac progreſſionem, uti ſuperioribus capitibus vidimus, longe magis, ubi Eidem viſum eſt ſalutarem Religionis & publicam fieri emendationem, non diſſolvetur DEI conſilium Actor. V. 39. Legatos ille vero ſuos ea inſtruet autoritate & efficacia, etiam ut in CHriſto ipſo & Apoſtolis apparuit, facultate miracula patrandi, vel ſicut in D. Luthero majores noſtri viderunt, virtute ſingulari ac perſuadendi vi, ut quod promiſſum Jeremiæ Prophetæ, XV. 19. *convertentur ipſi ad te, & tu non converteris ad eos.* Et tamen CHriſtus ipſe ad Judæos

Joh.

* Confer ſcriptum editum Lond. 1584. 8. cui titulus: *Juſtitia Britannica; qua demonſtratur neminem in capitis diſcrimen vocatum fuiſſe in eo regno propter religionem Romanam, multos vero propter ſeditiones & ſicuti armorum civilium auctores.*

Joh. XV. 24. *Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent*, doctrinam nimirum ejus a recepta alienam rejicientes: quanquam longiſſime JEſus aberat ab eo de quo præceptum Deut. XIII. *Si ſurrexerit in medio tui — qui dixerit tibi; eamus & ſequamur DEOS alienos, quos ignoras, & ſerviamus eis*, ejusmodi hominem non modo non-audiendum ſed interficiendum eſſe. v. 5. *Propheta autem ille aut fictor ſomniorum interficietur.* & v. 8. *non acquieſcas ei nec audias, neque parcat ei oculus tuus ut miſerearis & occultes eum, ſed ſtatim interficies. Sit primum manus tua ſuper eum, & poſtea omnis populus mittat manum.*

III. Si tacere vel emigrare jubeantur qui noxios errores diſſeminare geſtiunt, non poſſunt illi de injuria vel perſecutione conqueri, nam ut vere B. Lutherus, ** hoc ipſo nemo ad religionem contra animi ſententiam cogitur, hiemit wird niemand zum Glauben gedrungen: denn er kan dennoch wohl gläuben was er will. Allein das Lehren und Läſtern wird ihm verboten, damit er will GOtt und den Chriſten ihre Lehre und Wort nehmen, und will ſolches dennoch unter derſelbigen eigenem Schutz und Gemeinſchafft aller weltlichen Nutzung, zu ihrem Schaden thun. Similiter non poſſunt conqueri de perſecutione, ſi magnus numerus admiſſus in religione diſſidentium, permittatur DEUM colere ſuo modo ac privatos cœtus ſuos habere, ſed ſine pompa ad ſcandali præcidendam occaſionem, & ſine prærogativis, quibus τὰς οἰκείας τῆς πίστεως *domeſticos Fidei* Galat. VI. 10. præ illis perfrui cupimus.

** D. Lutherus in Pſalm. LXXXII. Tom. 6. edit. novæ Lipſienſis pag. 281.

CAPUT XXVII.

De genuinis rectisque plantandæ & propagandæ Religionis Veræ remediis, ſolida aperta & conſtante Fide ac Doctrina, Exemplo & Patientia: quibus ſolis in Chriſtiana Fide prædicanda uſi ſunt Apoſtoli, eorumque primi ſucceſſores Chriſtiani.

Unam rem in promulgatione Evangelii per CHriſtum & Apoſtolos facta annotare operæ pretium eſt, magnam ſane & admirandam

randam & minime communem cum Mohammediſmo vel aliis religionibus idololatricis per homines commendatis ac ſtabilitis quibuscunque, quod nullam prærogativam, nullam potentiæ amplificationem, nullum regnum ſibi ipſis quæſiverunt, qui primi Evangelium hominibus prædicavere, ſed veritatem præconii ſui quum carceribus, tormentis, morte ipſa obſignaviſſent libenter, non per hoc oppreſſa fuit Evangelii virtus, ſed vero longe pulchrius firmiusque enituit, & majores ſumſit vires, & ipſis hoſtibus ac perſecutoribus ſuis prævaluit. Quæcunque etiam de CHriſti & Apoſtolorum Actis legimus, longe aliena a faſtu, a nocendi aliis aut inſidiandi vel ſeſe efferendi ſtudio, unice & ſimpliciter comparata ad bonum, ad eximendos monendo, docendo, rogando errores, ad emendanda vitia, argumentis adhibitis non fallacibus aut ſophiſticis nec ſubtilioribus, ſed ad captum etiam vilioris conditionis hominum, eo tamen pondere ac robore, ut ſatisfacerent etiam ſapientiæ maxime conſultis. Itaque in primo Evangelii præconio nullæ artes humanæ, nulla violentia, nihil reperitur niſi propoſito ſcopo neceſſaria ſinceritas, & conſtantia prædicantium nixa fide de rebus & factis, in quibus falli omnes potuiſſe, vel voluiſſe fallere teſtimonio lætos immortuos ſuo, natura rerum non patitur. Quamobrem ut in diſſeminatione prima Evangelii videmus procul abfuiſſe violenta & ſuſpecta fraudis conſilia, remediaque ſub ſpecie prædicationis ad alium finem a callidis comparata hominibus, potentiæ, ingenii, autoritatis vel opum vi valentibus: ita e contrario quæ præſto fuerunt Apoſtolis primisque eorum ſucceſſoribus, & ab iisdem adhibita tanto ſucceſſu, eadem ſicut idonea fuiſſe eventus docuit, ſic recta, genuina, vera, & digniſſima eſſe remedia plantandæ inter homines & propagandæ Divinæ Religionis, facile intelligetur, ſi vel homines vel DEUM aut Religionis naturam reſpiciamus. Hominibus paucis imbellibus, externa ſpecie contemptibili qui nec eruditione nec nobilitate aut opibus eminerent, CHriſtus ipſe paullo poſt ſublatus in Crucem, munus prædicandi Evangelii committendum a ſe prædixit: idem poſtea eis hoc ſpeciatim commiſit vitæ redditus & virtutis Divinæ eos compotes futuros fidem fecit. Nulla alia re impulſi, nullo alio freti adminiculo, nulla alia adjuti ope hinc rem illam tantam Apoſtoli, trepidi antea & exanimes,

exanimes, fortiter aggrediuntur; faciunt prædicandi initium, Judæorum & Gentium furori ſe objiciunt, pergunt ſtrenue CHriſtum reſuſcitatum a mortuis, & in eo propoſitam Divinitus pœnitentiæ ac reconciliationis Legem prædicare, ſimplicitate ſua Mundi ſapientiam vincunt ac ſuperant, Judæos & Gentes lucrantur: ſupplicia & mortem alacriter ſubeuntibus ſunt ſectatores ſemper plures & qui latius ſpargant ſemina Evangelii: fidem Apoſtolicam ſuſtinet impleta fides promiſſorum, fidei illorum doctrina ſalutaris ſuffragatur, doctrinæ reſpondent primi doctores Chriſtiani moribus ac patientia, & reſpondere alios exemplo ſuo docent, nihil aliud quærunt, nihil faciunt aliud, nihil volunt quam CHriſto vivere, CHriſto mori, qui CHriſtum ſibi vitam, mortem in illo lucrum eſſe perſuaſi erant. Hæc ſicut ita vere geſta eſſe, Chriſtianus qui adhuc viget & ab illis ad nos transmiſſus eſt orbis neminem permittit dubitare, ita ſine Divina ope per CHriſtum promiſſa & præſtita, effuſisque in Apoſtolos Spiritus S. donis ita geri non potuiſſe, & hanc unam ſine armis pulcherrimam eſſe Divinam Religionis plantandæ inter homines & amplificandæ viam, quo magis meditatus eam quisque fuerit, vel cum Mohammediſmo & aliis falſis religionis comparaverit, eo magis admirabundus fateri cogetur.

CAPUT XXVIII.

De remediis excuſandis magis quam per omnem modum defendendis, quibus interdum uſi ſunt interjecto tempore Reges quidam ac Principes. De Pontificum Romanorum laudabili induſtria Chriſtianiſmum latius propagandi atque extinguendi Paganiſmi. Conſideratio verborum Apoſtoli ad Philippenſes I. 15-20.

Sub Apoſtolis Apoſtolicisque Viris Divina prædicationis vis feliciter, ut conſtat apud omnes, intra breve tempus, ſupra omnem humanam opinionem celerrimos progreſſus fecit longe lateque, & ut verbis utar Procopii Gazæi in Eſaiæ VIII. p. 125. ſeq.

ἐπ' αὐτῆς τῆς παρουσίας ταχεῖα γέγονε καὶ ἀστραπῆς πάσης ὀξυτέρα τοῦ Εὐαγγελίου ἡ διδασκαλία, διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης σκυλεύουσα τοῦ αἰῶνος τούτου τὸν ἄρχοντα καὶ πρὸς ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ τοὺς αἰχμαλωτισθέντας ἀφελκοῦσα, ſub ipſum CHriſti adventum velox quidam fulgure celerior per orbem univerſum, ſæculi hujus tenebrarum principem ſpolians & ad CHriſti auſcultationem captivos trahens Evangelicæ doctrinæ ſplendor illuxit. Usque adeo, ut S. Cyprianus de Eccleſia loquens Chriſtiana, *ecce*, inquiat, *à Domini Redemtoris temporibus anni effluxerunt plus minus CCXL, jamque hujus Vitis palmites ſe latius ſparſerunt quam Romanum Imperium.* Sed poſt Apoſtolorum Apoſtolicorumque Virorum diſceſſum, tepeſcente paulatim prioris ardore charitatis, & extraordinariis virtutibus ac ſignis vel rarioribus vel plane deficientibus: maxime vero poſt pacem externam & ſpecioſum decus & auctoritatem tributam Eccleſiæ Chriſtianæ, inter otium rerumque abundantiam, & perſecutionibus ceſſantibus, Imperatoribus ipſis Chriſtum profeſſis palam, præter illa ſuperiore capite memorata remedia, ſolaque optima ac præſtantiſſima, Religionem ſalutarem propagandi, etiam alia ſubinde quæri aliaque in uſum verti cœperunt, ſucceſſu certe diſpari, ſed minus etiam competentibus, minusque idoneis auxiliis.

A parte Doctorum huc refero eos ex Patribus Eccleſiæ Græcis & Latinis, qui contra Ethnicos cum diſputant, non contenti Divinis oraculis & CHriſti atque Apoſtolorum rationibus ſatis validis ad vim inimici repellendam, non dubitabant provocare ad Sibyllina oracula, ſimiliaque minus certæ fidei monumenta ipſis ſuſpecta Ethnicis; quæ licet non malo nec fraudis ſibi conſcio * prolata animo, vel tantum argumenti inſtar abundantis quale *ad hominem*, Logicorum filii ſolent appellare, à veteribus Chriſtianis adhibita fuerunt, tamen apud rerum gnaros & judicio valentes magis nocere potuiſſe quam prodeſſe facile crediderim. Idem dicere licet de quibusdam inferendi & argumentandi modis, quibus vel ex ipſis ſacræ Scripturæ præter rem detortis locis adverſus Judæos utuntur nonnunquam, & volſellis non gladiis pugnant, vel in allegoriis ultra fas ſibi indulgent, vel vehementioribus invectivis aut ſarcasmis fræna laxant & iræ, vel aliis

* Vide Præfat. ad B. Henr. Ludolph Benthemii Vorſtellung von der Warheit und Göttlichkeit Chriſtlicher Religion.

aliisve in rebus longius recedunt a virtute experte vitii ac fuci & adſcititiorum ornamentorum, nobilique illa & potente, qualis erat in Apoſtolis atque Apoſtolicis viris, ſimplicitate. Omitto quod ſuccedentibus temporibus magis ſemper ac magis prolapſa ſenſim multis in locis Chriſtianitatis integritate Fidei morumque ſanctimonia, increbuit ignota primis Chriſtianis & inaudita vis piarum quas parum pie vocant fraudum: res vel naturales vel falſæ & nunquam ita geſtæ venditatæ pro miraculis, commentitiæ de Sanctis & de Martyribus narrationes*a) veris admixtæ vel ſuppoſitæ, & revelationum fictarum *b*) viſionumque nunquam viſarum incredibilis jactatio.

Imperatores quoque, Reges ac Principes illos excuſandis magis, imo quibusdam vix ac ne vix quidem excuſandis quam per omnem modum laudandis ac defendendis remediis propagandæ Religionis uſos merito quis dixerit, qui non dubitarunt oppreſſione, ignominia & injuriis non credentes, vel plane bello nullam aliam ob cauſam impetitos perſequi, ad Chriſtiana autem ſacra invitare pollicitationibus, honoribus, gratia, vel in ſummas redactis anguſtias Regibus & Principibus aliis, hanc unam conditionem conſulendi rebus ſuis præſcribere, ut miſſa avita religione CHriſti nomen profiterentur, & ad idem faciendum ſuos volentes nolentes adigerent. Neque quenquam puto facile repertum iri lectorem hiſtoriarum utcunque peritum, cui non vel memoria ſuggerat, vel ſi accedat ſtudium, longe plura poſſit ſuppeditare, quibus etiam clariſſimi Helmſtadienſium Doctoris *Gottlieb Samuelis Treueri*

a) Prologus paſſionis S. Fortunatæ Virginis & Martyris, in VV. CC. Edmudi Martene & Dominici Durand T. 6. monumentor. p. 776. *Sanctorum Martyrum paſſiones idcirco minoris habentur auctoritatis, quia ſcilicet in quibusdam illarum falſa inveniuntur mixta veris. Et quanquam in aliis parum ſit falſitatis, in aliis tamen parum eſt veritatis. Pauciſſima vero reſtant quæ totum quod verum eſt ſonant.* Notæ ſunt hac ſuper re graves juſtæque querelæ cordatorum virorum Ludovici Vivis, Melchioris Cani, Claudii Eſpencæi aliorumque, quas collectas videre licet apud B. *D. Joannem Gerhardum* noſtrum Confeſſ. Catholicæ lib. 1. part. 2. cap. 16.

b) D. *Jo. Guil. Baieri* diſſ. de propagatione Fidei per revelationes fictas, a praxi Eccleſiæ aliena. Jen. 1686. 4.

exercitatio de injuriis Religionis colore exornatis Helmſt. 1728. 4. atque eruditiſſimi Viri, *Chriſtiani Gottlieb Schwartzii* de piis fraudibus, Altdorf 1719. 4. illuſtrari ac locupletari poſſit.

Epiſcoporum vero Romanorum Pontificumque Maximorum a multis ſæculis ſingularem hanc curam fuiſſe, ut Religionem ſuam, & cum Religione auctoritatem & potentiam longe lateque proferrent, atque etiamnum latius propagent, facile conſtare arbitror. Neque poteſt ipſis denegari laus magna ſtudii idololatriam & paganas ſuperſtitiones abolendi, quam multis rebus & magnis & variis in locis ſunt teſtati, ut geſta pontificum & plerarumque gentium Annales referunt, & compendio nuper expoſuit *Hyacinthus Gimma* in libro Italice edito Neapoli 1723. 4. quem ideam Hiſtoriæ litterariæ inſcripſit, capite XXIV. p. 224. ſeqq. laudans etiam *Joſephum Carolum Oberſulzanum* qui in theſauro Theologico Juridico Canonico Ratisbonæ 1698. edito tractat. 4. c. ult. num. 4. catalogum texuit Pontificum, qui in varias regiones adducendis ad CHriſtum hominibus præcones Evangelii ablegaverunt. Operæ pretium tamen eſt animadvertere, *primo* quidem non ſolam hanc laudem ſibi poſſe tribuere Pontifices, perinde ut nec Petri illa inter Apoſtolos unius fuit, ſed magnam ejus partem aliis etiam Doctoribus deberi, nec inficiandam ſibi quoque vindicare Imperatores, Regesque ut præter alios notavit *D. Jacobus Heilbrunnerus* in dem Uncatholiſchen Bapſthum T. I. c. 2. §. 35. p. 161. ſq. & in der fernern Gründlichen Offenbahrung des Uncatholiſchen Bapſtuhms cap. 6. pag. 175. ſeqq. *Deinde* quod vehementer dolendum, pro ratione temporum atque obtinente errorum vi, non Chriſtiana ſacra pura ac ſincera, ſed variis traditionibus, erroribus ac ſuperſtitionibus contaminata fuiſſe, quæ per Pontifices gentibus commendarentur. Unde non minus acriter & omnibus viribus ab eis pugnatum ut Papiſmus, quam ut Chriſtianiſmus vigeret: quamobrem hæreſium quas vocant exſtirpatio & hæreticorum hoc eſt diſſidentium utcunque Chriſtianorum perſecutio perinde ipſis cordi, quam extinctio Paganiſmi, Judaiſmi oppreſſio, vel Mohammedaniſmi. *Tertio* hoc egiſſe Pontifices maxime, atque ea de re ſollicitos inprimis fuiſſe, ut in illas gentes ad quas proferretur Evangelii lux, quæreretur ſibi jus & poteſtas, atque illud tantis eorum expetitum votis, τὸ κατακυριεύειν non modo τῶν κλήρων,

quod

quod tamen diſerte prohibet Petrus 1. V. 3. ſed & *τῶν ἀρχόντων*, ut non modo Eccleſiis & Clero ſed & Principibus ipſis imperitarent & Regibus.

Quando tamen cogito Pontificum ſuffragante ſtudio factum, ut apud tam multas Gentes, & apud noſtros majores Germanos quoque, ſalutare CHriſti nomen latius perſonaret, feliciter in præſens uſque etiam derivatum ad nos: non poſſum non eo tanquam bono facto lætari. *Certe* enim, *quoquo modo*, inquit Paulus Apoſtolus Philipp. I. 18 *ſive προφάσει, occaſione* hujus vel illius deſiderii & minus probandæ intentionis, *ſive ἀληθείᾳ ſincero animo CHriſtus prædicatur, & in hoc gaudeo & gaudebo.* Non quod ſiniſtram illam intentionem, vel *ἐριθείᾳ* illa laborantes probaret, nedum laudaret minus ſana docentes, ſed quod gauderet Chriſtianæ doctrinæ ſemen latius vel utcumque propagatum ſpem ſalutarium fructuum certiſſimam promittere. Interpretem verbis Pauli luculentiorem laudare non poſſum quam Joannem Chryſoſtomum, cujus ubi Jubebit conſules homiliam de profectu Evangelii adverſus eos qui dicto Apoſtoli abutuntur, quæ incipit: *τῦ φαειδίυ καὶ τῦ ἱελῶντ* T. 3. edit. novæ Montfauconianæ p. 307.

CAPUT XXIX.

De propagatione Chriſtianiſmi per connubia & ſpem gloriæ, opum ac potentiæ. De diſciplina arcani, propagationi Evangelii adverſa magis quam eandem promovente. De Helceſaitica diſſimulatione.

Conjugium Chriſtianæ cum Ethnico, vel cum Ethnica Chriſtiani non diſſolvendum, ſed repudium mittenti Ethnico tantummodo permittendum ut divertat, hoc argumento ſuadet Apoſtolus 1. Cor. VII. 16. *Qui ſcis autem mulier, an tu virum ſervatura, aut qui ſcis vir, an tu uxorem ſervaturus ſis? εἰ σώσεις*, h. e. num ad CHriſtum ſis adducturus: hoc enim ſenſu vocabulum *σῶσαι* & *κερδῆσαι* uſurpat Paulus 1. Cor. IX. 21. 22. & Jacobo V. ult. *σῶσαι ψυχὴν ἐκ θανάτυ*, eſt peccatorem *ab erroyris ſui via revocare*. Neque exempla

deſuere inter privatos conjugum a conjuge converſorum, de quibus Theodoritus lib. XI. curat. Græcar. affection. p. 164. ἔςι δὲ ἰδεῖν καὶ κατὰ τὴν πρόῤῥησιν, μεμερισμένας τὰς οἰκίας. ἢ γὰρ οἱ ἄνδρες ὑπὸ τῆς πίστεως ζωγρηθέντες ἀπιστούσαις ἔτι ταῖς γυναιξὶ διαμάχονται, ἢ αἱ γυναῖκες τὸν τῆς εὐσεβείας δεξάμεναι ζυγὸν, ἀλωμένους ἔτι τοὺς ἄνδρας σαγηνεύειν σπουδάζουσι, καὶ ἡ ἀναγκαία διαίρεσις ἕνωσιν ἀξιέπαινον πραγματεύεται. *Eſt quoque videre, quod CHriſtus futurum prædixit,* * *jam domos familiasque diviſas. Aut enim viri Chriſtiana capti religione, pugnant cum uxoribus quæ adhuc in ſua impietate perſiſtunt: aut uxores quæ pietatis jugum ſubiere, errantes viros fidei ſagena irretire conantur, ut ita hæc non inficianda diſſenſio laudabilem unionem pariat.* Inter viros Principes exemplo pridem ſuo præiverant Joſephus prorex Ægypti & Moſes, à quibus uxores ad pietatem perductas notat Juſtinus quæſt. 90. ad Orthodox. Similiter e Chriſtianis gentes plures celebrant memoriam illuſtrium principum ac Reginarum quæ maritis ſuis anſam amplectendi Chriſtianiſmi feliciter præbuerunt, ut Clotildis Clodoveo, aliæque recenſitæ ab *Andrea Tiraquello* in legibus connubial. gloſſæ primæ parte XI. *Bartholomæo Caſſaneo* in Catalogo gloriæ Mundi parte 2. conſideratione decima, & noviſſime a Rev. M. *Gottlieb Friderico Gudio*, Catecheta ad ædem S. Petri, Lipſienſ. in diſſ. de felici Chriſtianæ Religionis propagatione per Conjugia. Lipſiæ 1726. 4.

Sed ſunt etiam aliæ rationes, quibus connubia πρόφασιν ſive occaſionem dederunt ad CHriſti ſacra proferenda, ut quando a patre Rege Chriſtiano nuptias filiæ promitti hac lege contigit, ut futurus gener Chriſto nomen daret, vel ſubditos etiam rejecto idolorum cultu ad Chriſtum adduceret: aut denique ſicut Brunechildis Childebertum maritum ſuum Francorum Regem traditur impuliſſe, Taſſilo ab eo, Bavariæ Rex ea lege conſtitueretur, ut a Slavis bello inſectandis non deſiſteret prius quam ad CHriſti fidem amplectendam illos adegiſſet.

Quæ opum vel gloriæ cauſa ſuſceptæ ſunt expeditiones, reportatæque victoriæ, quæ religionis Chriſtianæ propagandæ ſpecioſum titulum ſibi prætexuere, non merentur aliam conſiderationem quam quæ ſuperiore oblata nobis eſt capite, gaudendi enim materiam præbet, propter CHriſti ſalutare nomen propagatum, licet modum.

* Matth. X. 36.

dum & intentionem ita belligerantium probare minime liceat. Dum autem hoc profitemur, probe tamen diſtinguenda ducimus hæc duo, rebus ipſis longe inter ſe diverſiſſima, quod uti armis propagare Religionem Chriſtianam, ab ejus & omnis ſanæ religionis ratione longe debet repulſum eſſe, ut cap. XXVI. demonſtratum fuit: ita armis religionem defendi ab Imperantibus contra invaſores perſecutionem minantes, vel ſacrum ac religioſum intentantes bellum, juſtum eſſe æquumque, ut certiſſimis rationibus ex jure Naturæ & Religione ipſa Chriſtiana repetitis oſtendit B. D. Adamus Rechenbergius in diſſ. de Religione armis defenſa, quæ Lipſiæ primum A. 1689. in lucem data, deinde in ejus diſſertationibus hiſtorico-politicis T. 2. p. 398. ſeq. recuſa fuit. Ejusdem diſquiſitio politica quam admodum edidit juvenis de propagatione Religionis violenta ejusque iniquitate, lucem vidit Lipſiæ 1671. 4.

Illud quoque ut ab Apoſtolorum Apoſtolicorumque Virorum more alienum, a) ita parum idoneis amplificandæ Religionis Chriſtianæ, & venerationem ejus conciliandi, aut perſecutionem effugiendi remediis merito adſcribendum videtur, quod vulgo vocant *Diſciplinam Arcani*, ſive ex metu profectam primum & ab ambitione deinde nutritam promotamque myſteriorum ac rituum occultationem quæ à fine ſæculi ſecundi in Eccleſia uſurpari cœpta primum, in Occidente citius, in Oriente tardius b) iterum adhiberi deſiit. Quemadmodum vero diſſimulatio doctrinæ & myſterioſorum rituum arcana, *parietibus & taciturnitate* clauſa, Ethnicas c) magis tenebras decent quam lucem ſalutarem Chriſtianiſmi, ita primorum Evangelii præconum magna hæc gloria, quod ut ait S. Irenæus III. 15. *teſtificatio ejus vera, & doctrina Apoſtolorum manifeſta & firma & nihil ſubtrahens*

a) *Wilhelmus Erneſtus Tentzelius* diſſ. ſelect. parte 2. p. 4. ſeq. & p. 121. ſqq. contra *Emanuelis Schelſtrateni* diſſertationem de Arcani diſciplina editam Rom. 1685. *Philippus Jac. Hartmannus* de rebus geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis p. 279. ſeq.

b) adde *Antonium Pagi* ad A. C. 653. n. 7. ſeq.

c) De Ethnicorum diſciplina Arcani *Jac. Uſſerius* in hiſtoria dogmatica de Scripturis & ſacris vernaculis p. 252. ſeq. 270. ſeq. & de ἀῤῥήτοις hæreticorum p. 256. ſeq.

trahens (Actor. XX. 27.) *neque alia quidem in abſcondito, alia vero in manifeſto docentium.* Confer D. *Chriſtiani Kortholti* Theologi Kilonienſis ſilentium ſacrum, ſive de occultatione myſteriorum apud veteres Chriſtianos, diſſertationem editam Kiloniæ, 1689. 4. & Helmſtadienſis Theologi *Gebhardi Theodori Meieri* librum de recondita veteris Eccleſiæ Theologia & ſolenni ſacrorum profanis & nondum initiatis occultatione, Helmſt. 1691. 4.

Longe minus digna CHriſti religione, vel ejus cultui inter perſecutiones conſervando aut propagando inter infideles congruens eſt Helceſaitica perfidia d) ſecundum quam non ſit nefas ore CHriſtum abnegare, modo corde eum teneas: *ὅτι τὸ ἀρνήσασθαι ἀδιάφορόν ἐστι· καὶ ὁ μὲν νοήσας, τῷ στόματι ἐν ἀνάγκαις ἀρνήσεται, τῇ δὲ καρδίᾳ οὐχί.* plane contra diſertum CHriſti ipſius effatum Matth. X. 32. Luc. XII. 8. confeſſionem Nominis ſui etiam quæ ore fit coram hominibus jure ſuo a CHriſtianis expoſcentis: cujus ipſius conſtantia etiam eſt factum, ut ſacra Religio per Orbem invaluerit, quæ prodita a thurificatis, a libellaticis & aliis meticuloſis negatoribus nunquam potuiſſet ſupra perſecutores ſuos caput efferre, niſi ſacra tam multorum & invicta Confeſſorum virtus obtinuiſſet feliciter & tanquam lux emicuiſſet.

d) Origenes in Pſalm. LXXXII. apud Euſeb. VI. 38. hiſt. Timotheus presb. apud Coteler. T. 3. monument. p. 590. Syncellus p. 362.

CAPUT XXX.

De expeditionibus Cruciatis in Palæſtinam Saracenis eripiendam ſuſceptis, earumque ſucceſſu ac triſti tandem exitu.

TEmpore, a) *quo Alexius imperii Conſtantinopolitani regebat habenas, quo & beatæ recordationis* Urbanus *Papa ſecundus Romanæ eccleſiæ pontificium adminiſtrabat; fuit quidam eremi accola in Gal-*

liarum

a) Circa A. C. 1090. vide Albertum Aquenſem pag. 185. *Alexius*

liarum regione, Petrus *nomine*, *vir quidem ſummæ religionis, ſanctiſque deditus actibus, ac omnis vitæ hujus extremitate contentus. Cujus nimirum color penitus incultus erat, ſpiritus fervens, pedes nudi, ſtatura brevis, facies macilenta, tegimen viliſſimâ cappa: qui non equi, non muli, mulæve, ſed aſini tantum vehiculo, quocumque pergebat, utebatur. Qui deſiderio videndi Sepulcrum Domini valde accenſus, poſt multos prolixi itineris labores, Jeruſalem tandem oraturus advenit. Erat autem Jeruſalem illis diebus, neſcitur quo Dei judicio, Gentilium, id eſt Sarracenorum, ſubjecta dominio, unde & idem Sepulcrum, ceteraque ſacra loca ſub omni contemptu ab ipſis male tractata habebantur. Nam & templum Domini in eorum mahumeriam* b) *verſum erat, & ſtabula equorum ſecus ejusdem Sepulcri baſilicam impie ſtatuebantur. Hanc quoque tam magnam inreverentiam circa ipſa ſacra loca habitam cum Petrus prædictus facta oratione conſpexiſſet, ingemuit valde, atque ex intimo cordis trahens longa ſuſpiria, multas etiam lacrymas ab oculis effudiſſe perhibetur.*

Factum eſt autem cum nocturnæ quietis tempus rediſſet, Petrus conſuete naturæ membra dedit. Qui etiam in viſu Jeſum Chriſtum Dominum vidit talia dicentem ſibi: Petre, ſurge citiusque revertere, Urbanum Papam aditurus: cui ex mei parte dicatur, quatinus fratres meos cunctos commovens, eis præcipiat, ut huc quantocius properantes, & Jeruſalem, immo meum Sepulcrum à profanæ gentis hujus invaſione atque ſpurcitia, aliaque ſacra loca per circuitum, me quoque adjuvante liberare feſtinent. Nam & regni cæleſtis janua mei amore venturis ad iſtud peragendum nunc omnibus patet. Qui conſurgens, lætus de tanta ſibi divinitus revelatione oſtenſa effectus eſt. Deinde precibus ad Sepulcrum iterum fuſis, ſine dilatione remeavit, Papam prædictum adiens, eique ſecundum quod per viſum audierat cuncta narravit. Qui audiens quod ei cælitus delegatum fuerat, gaudio magno excipit, ſatagens implere quod etiam corde jam ipſe agendum ſæpius tractaverat. Erat & ipſe, ſecundum quod decebat tanti culminis honorem, ſtatura vultuque elegantiſſimus, ſermone luculentiſſimus, ſapientia excellentiſſimus, nec non religione præcipuus.

Igitur

Comnenus CPolin ceperat A. 1081. Cal. April. vide Cangium ad Alexiadem p. 258. *Urbanus II.* Papa ab A. C. 1088. 12. Mart.

b) Apud Gvibertum, *Mathomaria*, fanum, p. 506. 521. & alibi, atque ita etiam in Codice meo MS.

Igitur præparatis omnibus, quæ itineri neceſſaria erant, montes alpinos tranſivit; veniensque in Arverniæ provinciam, ibi apud Clarum montem oppidum, Archiepiſcoporum, Abbatum, clericorum, cum innumerabili populo undique concurrentium, Concilium c) *celebravit: cui videlicet ſancto conventui non virorum illuſtrium, non magnatum, nec etiam Comitum concurſus defuit. Sanctus vero Papa Urbanus eidem ſancto Concilio præſidens, poſt nonnullas inſtitutiones eccleſiaſticas, quas Spiritu ſancto dictante promulgaverat; Divinæ juſſionis ſibi deſtinatæ non immemor inſtituit atque præcepit, ut milites & pedites, quicumque ſcilicet ire poſſent ad Jeruſalem, aliasque Aſiæ eccleſias, à paganorum poteſtate eruendas, pro Dei amore, omniumque remiſſione peccatorum ſibi adipiſcenda unanimes arma gerentes pergerent: atque in eorum bonis, uſque ad reditum ipſorum, ſecuritatis pacem continuam haberi decrevit, ſimulque etiam diſpoſuit, ut cuncti illuc euntes, ſignum crucis in ſcapulis re aliqua veſtimentis impreſſum, ſeu in fronte geſtarent, quo tanti itineris religionem atque peregrinationem aliis cernentibus oſtendentes, ab aliquo non impedirentur. Tunc univerſi qui aderant, tam bonum & deſiderabile edictum percipientes, voces ad aera ovantes attollunt, unanimiter clamantes ſæpiusque repetentes:* Deus illud vult, Deus illud vult, Deus illud vult.

Igitur Gottifredus Dux Lothariæ, Robertus Comes Normanniæ, Ugo Magnus Comes, frater Philippi Francorum Regis, Stephanus Bleſenſis, Raynaldus ſancti Ægidii Comes, atque Robertus Comes Flandrenſis, hujuſcemodi rem ab Apoſtolico diſpoſitam percipientes, Divinitus mox afflati, uno animo unaque voluntate ad eripiendam Jeruſalem & ſepulcrum Domini ſimul ire diſponunt: ſub quibus militum, & peditum tanta fuit coadunatio, ut arenæ, quæ eſt in litore maris, comparari poſſent.

En narratam a veteri coævo ſcriptore (apud Mabillon. muſei Italici pag. 131.) rem maximam a parvis profectam initiis, & ab occaſione tenui Concilia frequentata & Comitia, partes Europæ præcipuas nec contemnendam Aſiæ maximis objectam motibus per annos propemodum ducentos: tumultibus ac bellis impletas terras Saracenorum, Græcorum concuſſum, occupatum a Francis, atque Græcis iterum recuperatum Imperium, multa centena millia Chriſtianorum extorria ac neci data: Syriam & Palæſtinam illatis cladibus

c) Concilium Claromontanum A. C. 1095. adde Wilhelmum Tyrium lib. 1. cap. 15. Robertum Monachum lib. 1. &c.

bus & acceptis captam & amiſſam iterum, conditum regnum Hieroſolymæ atque everſum, Principes, Reges, Imperatores virtutis ſibi & pietatis materiam quærentes & gloriæ, Pontificibus identidem eos ſtimulantibus atque incendentibus: & reverſis poſt duorum fere ſæculorum irritos tandem conatus crucigeris Chriſtianis, tentatas non ſine ſucceſſu in Europa reliquias Paganorum. Quæ vero diſtinctius annotari merentur, hæc ſunt: Poſt Antiochiam A. 1098. à Francis Boamundo duce captam, A. 1099. erepta Saracenis Hieroſolyma d) conditumque Chriſtianis regnum Hieroſolymitanum à *Godfrido Bullioneo*, cujus epitaphium a multis e) relatum ita ſe habet: *Hic jacet inclytus Dux GODEFRIDUS de BULLON, qui totam iſtam terram acquiſivit cultui Chriſtiano: cujus anima regnet cum CHRISTO. Amen.* In Ægypto poſt victoriam ad Aſcalonem A. 1099. 1100. 1118. bene illis res ceſſit, ſicut etiam poſtea A. 1168. 1219. & Damiata à Ludovico ſancto Galliæ Rege occupata A. 1249. Et A. 1204. capta Conſtantinopoli Imperium CPolitanum condunt Franci, coronato f) 17. Cal. Junii

Uuu *Balduino*

d) Confer Petri Megerlini theatrum Divini regiminis pag. 176. & 133. Herm. Witſium dodecade diſſertationum Tom. 2. miſcellaneor. exercitatione XII. quæ eſt Hieroſolymæ hiſtoria §. 41-47.

e) Cornelius Brun, itinere in Ægyptum pag. 293. Otto Friderich von der Groeben in der Orientaliſchen Reiſe-Beſchreibung, Marienwerder 1694. 4. p. 96. &c.

f) Edm. Martene & Urſinus Durand Tom. 1. anecdotor. pag. 793. Godfrid de Villehardouin & ad eum Cangii obſervationes: Philippus Mouskes ab eodem Cangio editus & alii laudati a Jacobo le Long p. 351. ſeq. in quibus p. 352. num. 7050. memorat etiam hiſtoriam rerum geſtarum à Francis in Imperio CPol. ab A. C. 1204. ad A. 1300. ſcriptam Græce verſibus politicis, & à Cangio editam cum Villeharduino. Sed eam in Cangii opere neutiquam reperio, licet novi eum non fuiſſe Cangio ignotum, qui laudat Anonymum hunc de geſtis Francorum ad CPolin A. 1204. & maxime in Morea circa A. C. 1277. Habeo hunc ſcriptorem MS. ſpiſſo volumine in 4. quem in acceptis refero Clariſſimo atque eruditiſſimo Viro Joanni Grammio. Idem eſt

Balduino Flandriæ Comite in Imperatorem, illudque Imperium tenent uſque ad A. 1260. quo Michaël Palæologus pulſo Balduino ſecundo CPolin g) recuperavit. Hieroſolyma quam per negligentiam magni Magiſtri Templariorum A. 1188. Saladinus, capto ultimo Guidone Rege ceperat, recipit A. 1229. Fridericus II. Imperator: ſed A. 1244. Saraceni Hieroſolymam recuperant & Antiochiam A. 1268. totaque Syria poſt Acconem captam ejiciunt Chriſtianos A. 1291.

Collectio Bongarſiana, GESTA DEI PER FRANCOS.

Cum præclari conatus ſcriptores veteres de hoc argumento colligendi recenſendique ſive *Jo. Piſtorij*, ſive *Pauli Petavij*, ſive *Franciſci Pithoei* in herba oppreſſi perierint, præcipuum eſt opus quod vir egregius *Jacobus Bongarſius* A. 1611. h) Hanoviæ typis Wechelianis in fol. duobus Voluminibus, edidit, titulumque à Guiberto mutuatus inſcripſit *Geſta DEI per Francos*, ſive Hiſtoriam Orientalium expeditionum & regni Francorum Hieroſolymitani. Tomo I. continentur:

1) Ano-

quem Meurſius in gloſſario ſuo Græcobarbaro laudat de bello ſacro.

g) Georgius Pachymeres in Mich. Palæologo lib. 1. c. 27. ſeq. adde du Cheſne Tom. V. ſcriptorum de rebus Francorum p. 272. 275. 281. 283. Guntheri hiſtoriam in Caniſii lect. Antiqv. Tom. V. p. 355. (edit. novæ T. IV. p. 5.) & quæ T. VI. Bibl. Græcæ p. 737. (721.) & 762. (746.)

h) Conferendum de hac Bongarſii collectione auctarium Aub. Miræi de ſcriptoribus Eccleſ. cap. CCCLVIII. pag. 60. ſq. edit. a me curatæ, & B. Jo. Hubneri Bibl. Hiſtorica Centur. 3. pag. 112. Jacobi le Long Bibl. hiſtoricor. Galliæ p. 342. ſq. Longe plenius autem & accuratius a Latinis ſcriptoribus de univerſa rerum illis temporibus geſtarum hiſtoria tradi, quam ab Arabicis & Mohammedanis, notat Euſebius Renaudotus in hiſtoria Patriarcharum Alex. p. 477. quo judice *ne vel unum quidem Orientales habent, qui non cum Wilhelmo Tyrio, ſcriptore accurato & docto, cujusque virtutes omnes agnoſcere non cujuscunque lectoris eſt, ſed cum illis qui ſordidi maxime judicantur, poſſit comparari.*

1) Anonymi geſta Francorum & aliorum Hieroſolomytanorum ex Tudebodo & aliis ab A. C. 1095. ad 1099. libris IV. Hic Anonymus dicitur integrior exſtare Baſileæ & Cantabrigiæ. Vide Jacobum le Long n. 6928.

2) *Roberti* Monachi hiſtoria Hieroſolymitana i) libris IX. itidem ad 1099. p. 30.

3) *Baldrici*, Dolenſium Archiepiſcopi hiſtoriæ Hieroſol. libri IV. pag. 81.

4) *Raimondi de Agiles* Canonici *Podienſis* hiſtoria Francorum qui ceperunt Jeruſalem A. 1099. p. 139.

5) *Alberti* Aquenſis hiſtoria Hieroſolymitanæ expeditionis libri XII. usque ad Baldewinum Regem defunctum A. 1118. p. 184. ex edit. Reineri Reineccii. Helmſt. A. 1584. 4. ſed cui nomen auctoris ignotum fuit.

6) *Fulcherii* Carnotenſis, qui Balduini capellanus fuit, geſta peregrinantium Francorum, cum armis Hieruſalem pergentium, usque ad A. 1124. p. 381. Hæc geſta exſtant etiam apud du Cheſne T. 4. pag. 816.

7) *Gauterii* Cancellarii bella Antiochena A. 1115. feliciter & A. 1119. infeliciter geſta p. 441.

8) *Guiberti* Novigentini Abbatis Geſta DEI per Francos libri VII. p. 467. cum appendice ad A. 1112. p. 559. Hoc opus recenſitum deinde à Luca Dacherio, qui Guiberti opera collegit ediditque Pariſ. 1651. fol. Codicem eximium MS. nactus ſum è Bibl. Gudiana.

9) *Anonymi* geſta Francorum expugnantium Hieruſalem usque ad A. 1106. p. 561.

10) Alterius *Anonymi* ſecunda pars Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ (cujus prior pars non exſtat) ab A. 1100. ad 1124. p. 594.

11) *Guilelmi Tyrii* Archiepiſcopi, ſcriptoris præcipui, hiſtoria rerum in partibus transmarinis geſtarum a tempore ſucceſſorum

 Mahu-

i) Emendatior quam in edit. antiqua & Baſil. 1533. fol. & Piſtoriana, & in Reuberi ſcriptoribus p. 217. ubi octo libris dividitur, ſeptimo & octavo in unum contractis.

Mahumeth, uſque ad Annum Domini 1184. libri XXIII. pag. 625. Longe quam in prioribus editionibus k) caſtigatior.

12) *Jacobi de Vitriaco*, Acconenſis Epiſcopi hiſtoriæ Orientalis, ſive Hieroſolymitanæ, in qua Guilelmum Tyrium ſubinde ſequitur, liber I. pag. 1047. l) & III. p. 1125. cum Epiſtola de captione Damiatæ A. 1218. p. 1146. adde Galei T. 2. ſcriptorum Angliæ p. 435.

13) *Anonymi* Angli Hieroſolymitana hiſtoria ſui temporis ab A. 1177. ad 1190. pag. 1150. & ſub *Gaufoldi Vineſauf* nomine in Tho. Galei T. 2. ſcriptor. Angliæ p. 247.

14) *Adriani* IV. Papæ, *Amalrici* Regis Hieroſolymorum, *Raimundi*, Principis Antiocheni, *Amalrici* Patriarchæ Dominicæ Reſurrectionis Eccleſiæ, & aliorum Epiſtolæ XXVIII. ad S. Ludovicum IX. Galliæ Regem, ex Bibl. Pauli Petavii p. 1172.

15) Bulla *Innocentij* IV. Papæ cum *Andreæ* Hungariæ Regis litteris A. 1217. datis ad Honorium III. p. 1192.

16) *Oliverii* Scholaſtici Colonienſis Epiſtola de captione Damiatæ & de iis quæ vidit geſta A. 1218. 1219. p. 1185.

17) S. LUDOVICI IX. Regis Galliæ Epiſtola de captione & liberatione ſua ad ſubditos ſuos in regno Franciæ conſtitutos data Acone A. 1250. m) p. 1196. cum Canoniſationis ejusdem bulla n) a Bonifacio VIII. promulgata A. C. 1296. p. 1201.

Hunc

k) Gvil. Tyrius vulgatus a Phil. Poiſſenoto, Baſil. 1549. fol. & cum Baſilii Joannis Heroldi ad A. 1521. continuatione, ibid. 1564. fol. & Italice a Joſepho Horologgi Venet. 1563. 4. & Thomaſio Baglioni curante, Venet. 1610. 4. & Gallice à Gabriele du Preau, Paris 1573. fol.

l) Liber II. de rebus in Occidente ab A. 1220. ad 1240. geſtis exſtat in editione Duacenſi Balthaſaris Bellerii, Fr. Moſchi & A. Hoji 1597. 8. quem ut ab argumento ſuo alieniorem Bongarſius omiſit, addita viciſſim ex Henr. Caniſii tomo VI. lectionum Antiqu. præfatione, nec non Epiſtola ex Jac. Gretſeri horto Crucis: Libri tertii aliam ἔκδοσιν dedit Edmundus Martene T. 3. anecdot. p. 268.

m) Eadem Epiſtola etiam obvia apud du Cheſne T. V. p. 428.

n) Hæc bulla exſtat etiam apud du Cheſne T. V. pag. 426. & in bullario magno Laërtii Cherubini.

Hunc Ludovicum Regem primum fuiſſe, quem ſolennibus cerimoniis inter Sanctos relatum conſtet, notavit Ægidius Menagius in Menagianis T. 2. p. 169. adde T. 4. pag. 153. & Bulæi Hiſtoriam Academiæ Pariſ. pag 529. ſeq. Echardum de ſcriptoribus Ordinis Prædicator. Tom. 1. pag. 499. Iodoci Clichtovei Orationem de laudibus Regis Ludovici Sancti, ab H. Stephano avo editam Pariſ. 1516. 4. Surium ad XXV. Auguſt. & Orationes *Joannis Raulini*, apud du Cheſne Tom. V. pag. 493. *Chriſtoph. Longolii* ibid. pag. 500. ex edit. H. Stephani, Pariſ. 1510. Panegyricum ab Abbate *de Ciceri* editum Pariſ. 1721. 4. de quo Ephemerides eruditorum Pariſ. 1722. Aprili p. 464. Abbatis *Fournerii*, de quo Memoriæ literariæ Trevoltinæ A. 1710. Junio p. 1012. & *Buiſſonii* Abbatis de quo A. 1712. pag. 338. *Petri le Moine*, S. J. Saint Lovis, ou la ſainte Couronne reconquiſe (ſur les Infideles) Paris 1658. 1666. 12. & vitæ S. Ludovici ſcriptores laudatos à Jacobo Longo in Bibliotheca hiſtoriarum Galliæ pag. 539. ſeq. *Ludovicum Laſſeré* Turonenſem, Pariſ. 1541. 1588. 4. *Petrum Matthieu* ibid. 1618. 8. *Promontoſium* Pariſ. 1650. 4. *Joannem Mariam de Vernon*, Pariſ. 1662. 4. *Filleau de la Chaize* o) libris quindecim Pariſ. 1688. 4. & 12. *Franciſcum Timoleontem de Choiſy* Pariſ. 1689. 4. & in vitis Sanctorum XXV. Auguſti *Franciſcum Girium* & *Adrianum Bailletum*, & MSS. *Tillemontii* memorias: ac præter hiſtoriam minorennitatis S. Ludovici ab A. 1226. ad 1229. editam ab *Antonio Varillaſio*, Hagæ 1682. Amſt. 1687. 12. Pariſ. 1689. 4. ejusdem Commentarios de vita S. Ludovici ineditos duobus in 4. Voluminibus. Quibus denique omnibus noviſſime accedit vita ejusdem Regis Italice nuper edita, a *Gabriele de Maria Valenzicela*, Barnabita, Rom. 1726. fol. *Luigi nono, il Santo, Vita e Maſſime a i Principi.*

Tom. II.

Marini Sanuti, dicti *Torſelli*, Patricii Veneti ſecreta Fidelium Crucis ſuper terræ ſanctæ recuperatione & conſervatione, diſtributa in libros III. quibus & terræ ſanctæ hiſtoria ab Origine ad A. C. 1420. & ejusdem, vicinarumque Provinciarum Geographica deſcriptio continetur, ex duobus *Pauli Petavii* Codicibus, cum mappis Geographicis tribus, quarta enim de mari mediterraneo deſideratur.

o) Hiſt. des ouvrages des Sav. 1688. Mars p. 355. & Juill. p. 423.

Ejusdem Marini Epiſtolæ XXII. p. 289.

Anonymi Aquitani de recuperatione terræ ſanctæ libellus ſive conſilium pag. 316 -- 361.

Tomus tertius nunquam editus.

Tomo tertio Bongarſius notas & indices dare in priora duo Volumina voluit, in eoque præterea exhibere *Haithonum* Armenum, *Marcum Polum* Venetum, *Joannem de Mandevilla* Anglum & ſcriptores ejusdem argumenti alios vel ineditos, vel editis meliores: ſed ille tomus lucem nunquam vidit, Bongarſio rebus humanis exempto A. 1612.

Ab eo tempore *Caſparis Barthii* obſervationes & gloſſaria ad Geſta DEI per Francos, ex Bibliotheca D. *Thomæ Ittigii* * τȣ͂ μακαρίτȣ vulgavit vir illuſtris *Jo. Petrus a Ludewig*, tomo tertio ſylloges, cui titulus: Reliquiæ Manuſcriptorum omnis ævi, diplomatum ac monumentorum adhuc ineditorum. Francof. 1720. 8. Ad *Anonymum* quidem p. 1. ad *Robertum* Monachum p. 44. ad *Baldericum* Archiepiſcopum Dolenſem pag. 132. ad *Raymundum Agileum* pag. 130. ad *Fulcherium* Carnotenſem pag. 291. ad *Ganterium* Cancellarium p. 369. ad *Gvibertum* Abbatem pag. 406. ad *Bartholphum* Peregrinum de Nangéio pag. 500. ad *Liſiardum* Turonenſem pag. 523. ad *Gvidonem* Adduanenſem p. 539. & ad *Oliverium* Scholaſticum pag. 554. Inter alia a Barthio reprehenditur *Jo. Piſtorius*, quod in editione Roberti ille ſubinde quædam male mutavit, quæ ipſi non ſatis Latina videbantur. vide pag. 45. 88. 96. 102. ſeq. 104. 106. 108. 109. &c.

Reinerus Reineccius poſt editum Albertum, Canonicum Aquenſem etiam alterum vulgavit volumen hiſtoriæ Hieroſolymitanæ Helmſtad. 1585. 4. in quo obvii etiam *Haythonis* liber, qui Regis Armeniæ conſanguinens & Ord. Præmonſtratenſis Monachus poſt A. C. 1305. hiſtoriam Orientalem ad ſvadendum paſſagium in terram ſanctam juſſu Papæ (Clementis V.) ſcripſiſſe ſe profitetur. Nec non *M. Pauli* Veneti, qui Regi Tartarorum charus fuit & poſt A. 1295. ſcripſit, de Regionibus Orientalibus libri III. Et fragmenta ejusdem argumen-

* Vide Catalogum ejus Bibliothecæ parte 2. pag. 164. n. 33.

argumenti ex poſtremis ſpeculi hiſtorialis libris excepta quod *Vincentius* Bellovacenſis compoſuit circa A. 1244. uſus hiſtoria fratris *Simonis*, & alterius, *Joannis de Planocarpio.* Marcum Paulum & Haithonum ab eo tempore emendatiorem edidit Andreas Mullerus Greifenhagius. Coloniæ Agrippinæ 1671. 4. commentarios etiam in Paulum pollicitus pag. 98. libri de Chataja, ſed quos nunquam in lucem datos memini.

Joannis Piſtorij ſcriptores hujus argumenti, quos ſub nomine Syriacorum junctim edendos typographo obtuliſſe Bongarſius teſtatur, lucem quod ſciam non viderunt.

Monumenta alia coævorum vel ſupparium ſcriptorum, adjungendis ad Geſta DEI per Francos Bongarſiana novis Voluminibus.

Anonymi Hiſtoria de via Hieroſolymis qualiter recuperata ſit, qualiterque etiam Antiochia, & eadem Jeruſalem ab invaſione Gentilium per fideles CHriſti liberatæ fuerint: in Joannis Mabillonii muſeo Italico pag. 131-236. Pariſ. 1687. 4.

Petri Tudebodi hiſtoria de Hieroſolymitano itinere ab A. C. 1095. ad 1099. cum præf. Jo. Besly, Pictavienſis, apud du Cheſne T. 4. pag. 773.

Marbodei Redonenſis commendatio Jeroſolymitanæ expeditionis, incipit: *in toto mundo non eſt homo par Boëmundo* pag. 1576. ſeq. Operum cum Hildeberto editorum ab Antonio Beaugendre, Paris 1708. fol.

Stephani Carnotenſis & Bleſſenſis Comitis Epiſtola ad Adelam uxorem, de actis ad Antiochiam A. 1098. in Dacherii ſpicilegio T. 4. p. 257. & edit. novæ T. 3. p. 430. Alia ex caſtris obſidionis Nicænæ, in Jo. Mabillonii Muſeo Italico p. 237-239.

Anonymi Narratio de captione Hieruſalem A. 1099. in Ferd. Ughelli Italia ſacra Tom. 3. pag. 853. Rom. 1647. & edit. novæ Tom. 10. pag. 91. ſeq. ubi & alia hujus argumenti.

Gulfredi Longobardi, Epiſcopi Lucenſis ſacra Gothofredi Bullionis in Orientem expeditio, carmine heroico MS. in ſacello Eccleſiæ Senenſis, teſte eodem Ughello T. 2. p. 26.

Radulfi

Radulfi Cadomenſis geſta Tancredi, Principis Normannorum à belli ſacri exordio ad A. 1108. in Edmundi Martene & Urſini Durand T. 3. anecdotor. pag. 108.

Fulconis libri III. & Cardinalis *Gilonis* Cluniacenſis monachi libri quatuor hiſtoriæ geſtorum vitæ ſui temporis Hieroſolymitanæ, apud du Cheſne T. IV. p. 890. Ejusdem Gilonis opus integrius & libro quinto ac ſexto locupletátum edidere laudati Martene & Durandus T. 3. theſauri anecdotor. pag. 212.

Pontii de Paludano hiſtoria prioris belli ſacri libri IV. quorum partem tertii & quartum integrum MS. habuit vir celeberrimus Steph. Baluzius. Pontium de Paladino ſive Baladuno vocant alii, vide Barthium pag. 112.

Anonymi Geſta Ludovici VII. Regis, in Petri Pithoei undecim ſcriptoribus Francof. 1596. fol. & apud du Cheſne T. 4. p. 390.

Odonis de Deogilo qui A. C. 1168. obiit Ludovico VII. Regi Francorum comitis itineris, a ſacris & ſecretis, libelli VII. de illius Regis profectione in Orientem, in Petri Franciſci Chifletii S. J. ſylloge, S. Bernardi genus illuſtre aſſertum. Divione 1660. 4.

Veterum ſcriptorum fragmenta de rebus Ludovici VII. apud du Cheſne Tom. 4. pag. 420.

Gvidonis de Baſniavilla Epiſtola de rumoribus partium transmarinarum, id. pag. 272.

Jacobi de Vitriaco Epiſtola ad Honorium III. de calamitatibus terræ ſanctæ A. 1119. in Dacherii ſpicileg. T. 8. p. 373. & edit. novæ T. 3. p. 801.

Anonymi Commentarius de profectione Danorum in terram ſanctam A. 1185. cum altero de rebus vetuſtis Norwagicis, editus à Bernhardo Caſpare Kirchmanno, Amſt. 1684. 8.

Hiſtoire de la conqueſte de Jeruſalem ſur les Chrétiens par Saladin A. 1188. traduite d'un ancien Manuſcrit. Paris 1679. 12.

Muhamed al Curchi hiſtoria Arabice ſcripta de bello contra Francos MS. in Bibl. Leidenſi, ſcriptaque Arabum alia quæ laudat Herbelotus Bibl. Orientali, voce *Saladin* p. 746. ſeq. & Jacobus le Long pag. 349. ubi memorat. *Euſebii Renaudoti* Saladinum, Soldanum Ægypti & Syriæ è variis ſcriptoribus. Opus MS.

Chroni-

Chronicon *Barenſe* ad A. 1097. ſeqq. in Tomo quinto theſauri ſcriptorum Italiæ Mediolanenſi p. 154. ſeq.

Boamondi Epiſtola de capta A. 1098. Antiochia a Chriſtianis, apud *Baluzium* T. 1. Miſcell. Pariſ. 1678. 8. p. 415. integrior quam habet Fulcherius c. 15.

Ekkehardi Abbatis S. Laurentii Urangienſis in diœceſi Herbipolenſi, qui circa A. C. 1130. claruit, libellus, qui dicitur *Jeroſolymita*, de oppreſſione, liberatione ac reſtauratione Jeroſolymitanæ Eccleſiæ, in Edmundi Martene & Urſini Durandi nova collectione veterum monumentorum T. V. p. 511-535. Pariſ. 1729. fol.

Anonymi brevis narratio belli ſacri ibid. p. 536. Verſus de viris illuſtribus p. 539. lamentum lacrymabile p. 540.

Epiſtolæ variæ variorum, editæ ab iiſdem viris clariſſimis *Edmundo Martene & Urſino Durando* Tom. 1. theſauri anecdotorum pag. 267. 271. 272. 281. 399. ſeq. 401. 406. 425. ſeq. 658. 783. 784. 788. 791. 792. 793. 805. 821. 874. 998. 1012. 1013. 1042. 1174. 1370. T. 2. pag. 6. 7. 8. 47. 48. 73. 81. 92. 126. 147. 169. 170. 312. 313. 327. 335. 337. 341. 366. 379. ſeqq. 392. 419. ſeqq. 422. 424. 426. 434. ſeqq. 439. 440. 442. 468. 469. 470. ſeq. 494. ſeq. 557. 571. 577. 584. 611. &c.

Reineri Monachi Leodienſis circa A. 1180. triumphale Bulonicum, in *Bernardi Pez* tomo quarto theſauri anecdotorum parte 3. p. 130. ubi p. 133. idem Reinerus memorat etiam lauream peregrinorum Jeroſolymitanorum libris XIV. a ſe deſcriptam, quæ neſcio ubi adhuc lateat, perinde ut *Gregorij* Tarracinenſis Epiſcopi carmen de tranſitu peregrinorum ad ſepulchrum Domini & captione Jeroſolymitanæ Urbis ad Bernardum Valvenſem, cujus mentio apud Petrum Diaconum de viris illuſtribus Caſinenſibus c. 32. nec non *Oliverij* Pateburgenſis hiſtoria Hieroſolymitana in A. 1223. deſinens, quam laudat Albericus pag. 512. vel *Tagenonis* Patavienſis Eccleſiæ Decani ſcriptum, quod citatur in Chronico Reicherspergenſi pag. 285. Vel denique Antiocheis, poëma *Joſephi Devonij*.

Anonymi de caſtro *Saphet* narratio ſcripta ante A. 1266. quo captum a Soldano Babyloniæ, apud *Baluzium* T. 6. Miſcell. pag. 357-369. Pariſ. 1713. 8.

Guntheri poëtæ clari circa A. 1160. cujus Ligurinus ſive libri X. de geſtis Friderici Barbaroſſæ adverſus Ligures ſive Mediolanenſes, notiſſimi ſunt, poëma alterum adhuc ineditum quod *Solymarium* inſcripſit, de bello ſacro adverſus Saracenos ſub Conrado Imperatore. Vide Polycarpi Leyſeri, τȣ̃ μακαρίτȣ, hiſtoriam poëtarum Latinorum medii ævi p. 790. 794.

Anonymi qui circa A. C. 1275. hiſtoriam belli ſacri à *Guilelmo* Archiepiſcopo *Tyrienſi* ſcriptam Gallice vertit, continuatio ab A. 1183. in quo Guilelmus deſiit, ad A. 1275. itidem Gallice, in Edmundi Martene & Urſini Durand collectione veterum monumentorum; Pariſ. 1729. fol. T. V. p. 585-752.

Eugenii III. indictiò belli ſacri & Cruciatæ in Paganos A. 1145. in bullario Laërti Cherubini T. 1. pag. 64. *Gregorii* VIII. A. 1187. pag. 75.

Amalrici Regis Hieroſolymor. Epiſtola ad Henricum Archiep. Remenſem pro ſubventione terræ Orientalis, T. 2. novæ collectionis Edmundi Martene & Urſini Durandi p. 803. Epiſtola *Hadriani* IV. Papæ pag. 676. *Alexandri* III. pag. 747. 750. 700.

Innocentii III. Epiſtolæ variæ, ut lib. 1. Epiſt. 300. 302. 336. 343. ſeqq. 397. ſeq. 406. 407. 408. 437. 438. 439. 508. 539. 567. II. 251. 268. ſeqq.

Innocentii III. bulla pro expeditione Cruciata, edita A. 1198. apud du Cheſne T. 5. p. 749. A. 1215. in bullario Laërtii Cherubini T. 1. pag. 88.

Radulphi Cogeshalenſis, Angli, Ord. Ciſterc. circa A. C. 1228. Chronicon de expugnatione terræ ſanctæ per Saladinum MS. in Bibl. S. Victoris, Pariſ. ex quo illud vulgatum in Tomo V. novæ collectionis veterum monumentorum ab Edmundo Martene & Urſino Durand pag. 547-582. Pariſ. 1729. fol.

Henrici Settala Mediolanenſis qui A. C. 1225. diem obiit, de expeditione terræ S. & ſingulariter contra *Soldanum Ægypti* liber ineditus memoratur à Philippo Picinello in Athenæo eruditorum Mediolanenſium Italice vulgato p. 171.

Guiberti

Gviberti ſive *Gilberti* Tornacenſis, Ord. Minorum hodoeporicon ineditum primæ Profectionis S. Ludovici in Syriam ſuſceptæ A. C. 1248.

Odonis Epiſcopi Tuſculani Epiſtola ad Innocentium IV. de geſtis contra Infideles in Cypro A. 1249. T. 7. ſpicilegii Dacheriani pag. 213. & edit. novæ T. III. p. 624.

Benedicti Epiſcopi Maſſilienſis ad eundem Innocentium de obſidione Caſtri de Cadro A. 1249. Dachery T. 7. p. 225. & edit. novæ T. 3. p. 628.

Innocentii IV. Epiſtola de captione Ludovici S. per Saracenos A. 1250. apud du Cheſne T. V. pag. 412.

Roger de Stavegne li charboclois d'armes, du conqueſt de la terre ſainte, MS. ad Eduardum III. Angliæ Regem.

Indulgentiæ variæ conceſſæ ab *Urbano* Papa IV. in favorem Ludovici IX. Francorum Regis, & *Philippi* ejus primogeniti: apud du Cheſne T. V. pag. 418.

Contractus navigii cum Venetis factus a *Ludovico* IX. A. 1268. & ejus Teſtamentum quod iterato in terram ſanctam profecturus condidit A. 1269. apud eundem du Cheſne T. V. pag. 435. 438. Epiſtola de Regis obitu A. 1270. ibid. pag. 440. Miracula pag. 477. Oratio funebris in S. Ludovici obitum, verſibus hexametris à *Roberto Sanceriaux*, in additionibus ad Joinvillam Paris 1668. fol. p. 162.

Bonifacii VIII. Papæ ſermones duo de Canoniſatione S. Ludovici, in hiſtoria Joinvillæ Menardiana Pariſ. 1617. 4. & apud du Cheſne T. V. pag. 481 qui p. 492. etiam ejusdem Bonifacii Indulgentias XL. dierum in translatione corporis ejus conceſſas exhibet. Vita S. Ludovici ab Anonymo, MS. in Bibl. Colbertina n. 3036.

Joannis de Joinville hiſtoria & Chronicon S. Ludovici a ſuppari ſcriptore Gallice compoſitum poſt A. C. 1305. ex editione *Petri de Rieux*, Genev. 1547. 4. Pariſ. 1596. 4. & 1608. 12. & *Claudii Menardi*, qui varia monumenta vetera Latina, obſervationesque hiſtoricas addidit Pariſ. 1617. 4. & ex recenſione ac cum diſſertationibus *Caroli du Freſne* Pariſ. 1668. fol. Exſtat etiam editio Pariſ. 1666. 12.

Anonymi veteris de ſancta vita & magnis rebus geſtis S. Ludovici itidem ſcripta Gallice & in quatuor diſtributa partes. Pariſ. 1666. 8.

Gvilelmi de Nangiaco geſta S. Ludovici in Petri Pithoei undecim ſcriptoribus Franciæ, Francof. 1596. fol. & apud du Cheſne T. V. pag. 326.

Gvilelmi Gviarti, Aurelianenſis, hiſtoria vitæ S. Ludovici ſcripta verſibus Gallicis & excerpta ex ejus hiſtoria Gallica a Cangio ad Joinvillam p. 131.

Epitome bellorum quæ a Chriſtianis Principibus pro recuperatione terræ ſanctæ ſuſcepta ſunt ab A. 1095. ad 1422. in Caniſii T. 6. lect. antiquar. p. 249. & edit. novæ T. IV. p. 426.

Bernardi theſaurarii de acquiſitione terræ ſanctæ ab A. 1095. ad 1230. in tomo ſeptimo ſcriptorum Italiæ quos laudatiſſimo ſtudio in lucem edunt eruditi Mediolanenſes. Eodem tomo occurrit *Sicardi* Cremonenſis Chronicon, in quo expeditio *Friderici I.* Imperatoris in Orientem.

Nicolai de Hanapis de excidio Acconis quæ ſola Chriſtianis ex regno Hieroſolymitano adhuc ſupererat, facta A. 1291. e quo plura Jac. Echardus de ſcriptoribus Ord. Prædicator. T. 1. p. 422. ſq.

Anonymi narratio ejusdem argumenti quæ incipit: *Audite inſulæ & attendite populi de longe*, in collectione nova veterum monumentorum Edmundi Martene & Urſini Durand, Pariſ. 1729. fol. T. V. pag. 757-784.

Nicolai IV. Papæ bulla de recuperatione terræ ſanctæ Hieruſalem a Saracenis, A. 1291. in bullario Cherubini T. 1. p. 192. ſq.

Via Hieroſolymitana auctoris qui ſæculo XII. ſcripſit, ſive deſcriptio itineris in terram ſanctam, in *Jo. Georgii Eccardi* corpore hiſtorico medii ævi, Lipſ. 1723. T. 2. p. 1345-1348. Brevis hiſtoria occupationis & amiſſionis terræ ſanctæ id. p. 1349-1354. *Oliverii* Scholaſtici hiſtoria Regum terræ ſanctæ, id. 1355-1396. Ejusdem hiſtoria Damiatina A. 1217 ſeq. pag. 1379-1450. Relatio de *Davide* Rege Tartarorum Chriſtiano ejusque victoria de Chancar Rege Perſarum. p. 1451. 1452. Poëma Germanicum vetus de amiſſione terræ ſanctæ quod incipit: Darum wolt er ſich noch naigen. p. 1455-1576.

Petri

Petri de Pennis Ord. Præd. circa A. C. 1330. ſcriptus liber Capitibus XXII. docens vias quomodo comprehendi poteſt terra ſancta, & quare deperdita fuerit, & qualiter recuperari poſſit. Ineditum laudat *Jacobus Echard* de ſcriptoribus Ordinis Dominicanor. Tom. 1. pag. 570.

Anonymi Directorium ad faciendum Paſſagium A. 1330. ad Philippum Regem Francorum, exhibetur p. 571. ſeq.

Petri de Palude Ord. Præd. qui A. C. 1342. obiit, librum bellorum Domini, memorat idem Echardus T. 1. p. 608.

Statuta antiqua in gratiam Cruce ſignatorum edita *T. 4. theſauri anecdotorum* Edmundi Martene & Urſini Durand p. 1190. ſeq.

Teſtamentum Friderici Palatini, Hieroſolymam ſecundo petentis, in *Hundii* metropoli Salisburgenſi T. 3. p. 308.

Vita *Lietberti* Epiſcopi Cameracenſis ejusque A. 1054. ſuſcepto itinere Hieroſolymitano, in Dacherii ſpicileg. T. IX. p. 675. & edit. novæ T. 2. p. 138.

Brocardi ſive *Burchardi*, *Gvilelmi de Baldenſel* † & *Rudolphi de Frameynsperg* nec non *Anſelmi* Franciſcani ſcripta à Caniſio in antiquis lectionibus vulgata, obviaque tomo quarto edit. novæ Baſnagianæ Amſt. 1725. fol.

Joannis Witzburgenſis deſcriptio terræ ſanctæ in tomo primo anecdotorum præclari Viri *Bernardi Pez*, Benedictini parte 3. pag. 483 - 554.

Georgii Prioris Gemnicenſis, Ord. Carthuſ. (præter rem *Martino Baumgartnero* adſcriptum ab aliis) diarium peregrinationis transmarinæ per Ægyptum, montem Sinai, terram ſacram & Syriam A. 1507. ſeq. in ejusdem Pezii anecdotorum T. 2. parte 3. pag. 455. ſeqq. Auguſtæ Vindelicor. 1721. fol.

Judæorum traditio de Salomonis Jarchii divinatione ad Godfridum Bullioneum de futuris expeditionis Hieroſolymitanæ ſucceſſibus, in B. Joannis Jacobi Schudtii memorabilibus Judaicis, editis Germanice T. 1. p. 407. 408. 409.

† Boldenſele, in MS. Codice cujus mentio in itinere litterario duorum Monachorum Benedictinorum (Edmundi Martene & Urſini Durand) Gallice edito Pariſ. 1717. 4. T. 1. parte 2. pag. 139.

Scriptores recentiores ejuſdem argumenti.

Præter *Baronium*, *Pagiumque* tomo ultimo Annalium, *Bzoviumque* & *Raynaldum* tomo primo continuationis, & *Jo. Leunclavium* in Annalibus hiſtoria & pandectis Turcicis, aliosque de rebus ſæculi undecimi finientis, duodecimi & decimi tertii ſcriptores:

Benedicti de Accoltis, Florentini libri IV. ad Petrum Medicem, de bello a Chriſtianis contra Barbaros geſto pro CHriſti ſepulchro & Judæa recuperandis Venet. 1532. 4. Baſil. 1544. 8. Francof. 1573. & cum *Tho. Dempſteri* notis, Florent. 1623. 4. & Italice per *Franciſcum Baldellum*, Cortonenſem, Venet. 1549. 8. Verſos etiam in linguam Gallicam hos libros ab *Ivone Ducazio* Callo editosque Pariſiis apud Johannem de Petit-Pas, dicatosque Ludovico XIII. teſtatur Julius Negri pag. 89. hiſtoriæ ſcriptorum Florentinorum. Vide ſis etiam de hoc Accolto qui A. C. 1466. diem obiit, Franciſcum Ariſium in Cremona litterata T. 2. p. 63. & vitam quæ Accolti dialogo de præſtantia Virorum ſui ævi, ex Magliabequiana Bibl. edito præfigitur.

Guilelmi Auberti liber, hiſtoire des gverres faites par les Chrétiens contre les Turcs, ſous la conduite de Godefroi de Bouillon. Paris 1559. 4. 1562. 4.

Petri Angelii Bargæi poëtæ præclari, Syriados libri XII. de expeditione Godfridi Bulionis in Palæſtinam. Paris 1582. *fol. in eosque* ſcholia & notæ viri eruditi *Roberti Titii* qui Virgilio Bargæum æquabat vel præferebat. Florent. 1591. 4. Venet. 1616.

Jac. Benzelii Palæſtina, & de Sveonum Gothorumque expeditionibus ſacris, Upſal. 1703. 8. cui jungendus. *Joannes Bircherodius* libro de Ordine elephantino cap. VIII. ſeq. & commentarius anonymi ſupra p. 528. memoratus de profectione Danorum in terram Sanctam.

Chriſtophori Beſoldi hiſtoria CPolitano Turcica, & hiſtoria Urbis ac Regni Hieroſolymitani, Regum item Siculorum, Neapolitanorumque. Argentorat. 1634. 1636. 12.

Jo. Jacobus Beurerus in Frid. Sylburgii Saracenicis pag. 107. ſq.

Jo.

Jo. Henricus Bœclerus diſſ. de paſſagiis, Argentor. 1648. 4. & T. 1. diſſertationum Academic. p. 581. ſeq.

Gerardi du Bois de bellis ſacris ab A. C. 1095. ad S. Ludovici tempora, in ejus hiſtoria Eccleſiæ Pariſ. III. 2. XIV. 1. XVI. 1.

Jean de Boiſſieres, la Croiſade, ou voyage de la terre ſainte Paris 1555. 4.

D. Jo. Franciſci Buddei τȣ μακαρίτȣ exercitatio hiſtorico Juris Naturalis de expeditionibus Cruciatis ſeu bellis quæ Religionis cauſa ſuſcipiuntur. Halæ Sax. 1694. 4. & in ejus ſelectis Juris Naturæ & Gentium, ibid. 1704. 8. p. 93. ſeq.

• *Jo. Coppin*, bouclier d' Europe, ou la gverre ſainte, avec une relation des voyages faits dans la Turquie, la Thebaide & la Barbarie. Paris. 1686. 4.

Pierre Desrey, les faits & geſtes du pieux Godefroy de Bouillon & de ſes Chevaleureux freres Baudouin & Euſtace, avec leur genealogie, traduit du latin. Paris 1500. 4. Lyon 1589. 12.

Thomæ Fuller hiſtory of the holy war. Lond. 1651. fol.

Jac. Gretſerus S. J. in Apologia cruciatarum expeditionum, tomo tertio Operis de Cruce, lib. 2. & in horto Crucis.

Adami Wilhelmi Henichii de itineribus religioſis quorundam Principum Gvelphicorum in Palæſtinam. Ejusdem de quorundam Principum Gvelphicorum in Palæſtinam itinere armato & curioſo. Helmſt. 1724. 4. *Annales Academiæ Helmſt.* ſemeſtri VIII. p. 199. & ſemeſtri IX. pag. 22. adde infra in *Meibomio* & *Schmidio*.

Baſilii Johannis Heroldi de bello ſacro libri VI. Baſil. 1560. fol.

Sebaſtiani Hornmolti, de expeditione in Palæſtinam, duce Bullionæo, libri ſex, heroico carmine Latino, neſcio an editi.

Nicolai le Huen Carmelitæ, des Croiſées & entrepriſes faites par les Rois & Princes Chrétiens pour le recouvrement de la terre ſainte, in parte ſecunda ejus itinerarii ultramarini & in Palæſtinam, Lugd. 1488. fol. Paris 1517. 1522. 4.

Gonzalo de Illeſcas hiſtoria Pontifical y Catolica T. 1. p. 386. ſeq.

R. Jo-

R. Joſeph ben Joſua, ben Meir, Hiſpani Chronica bellorum inter Reges Galliæ & familiam Ottomannidarum. Venet. 314. (A. C. 1554.) 8. vide Venerandi noſtri Wolfii Bibliothecam Hebraicam T. 1. pag. 533. ſeq.

Stephanus Luſignanus in hiſtoria regnorum Hieroſolymorum, Cypri & Armeniæ. Pariſ. 1613. 4. Gallice.

Ludovici Maimburgij hiſtoire des *CROISADES*, livres XII. Paris 1675. 4. & 1676. 12. 1682. 12. quatuor Volum. Amſt. 1685. 12. De eodem argumento præter Lexica Hiſtorica quæ compendium ex Maimburgio exhibent, & E. G. Happelium tomo quinto relationum curioſarum, conſulendi Cangii gloſſarium Latinum in voce *Crux*, Claudius Fleury diſcours VI. ſur l'hiſtoire Eccleſiaſtique, Paris 1724. 12. Jacobus l'Enfant in hiſtoria Concilii Piſani edita Gallice T. 2, p. 60. ſq. & Dan. Guil. Trillerus ad Hug. Grotii CHriſtum Patientem pag. 587-622.

Sebaſt. Mamerot, paſſages d'outremer par les François. Paris 1518. fol.

Henrici Meibomij ſenioris Chronologia ad hiſtoriam belli ſacri, cum Alberti Aquenſis Canonici Hiſtoria Hieroſolymitana, Helmſt. 1584. 4. edente Reinero Reineccio.

Henrici Meibomij nepotis de Ducum Brunſvicenſium & Lyneburgenſium contra Infideles, Saracenos & Turcos a ſexcentis amplius annis, expeditionibus bellicis narratio. Helmſt. 1686. 4.

Joannis Molani de ſacra militia Ducum & Principum Brabantiæ, cum notis *Petri Louvij* Sylvæducenſis. Antwerp. 1592. 8. Confer V. C. Burchardi Gotthelf Struvii Biblibibliothecam antiquam T. 1. p. 214. ſeq.

Andreæ Moroſini impreſe ed eſpeditioni di terra ſanta, & l'acquiſto dell'Imperio di CPoli dalla Rep. di Venezia doppo l'anno 1198. in ſino al 1205. Venet. 1627. 4.

Erici Myrini diſſ. de injuſtitia Criſtianorum in Paſſagiis. Upſal. 1722. 8.

Petri d'Outreman, Belgæ, S. J. CPolis Belgica ſive de rebus à Balduino & Henrico Imperatoribus CPolitanis, ortu Belgis libri V. addito

addito libro ſingulari de excidio Græcorum, cum notis uberioribus. Tornaci 1643. 4. Ab eodem Gallice edita vita *Petri* Eremitæ, qui Principibus Chriſtianis belli ſacri auctor fuit & dux: cum tractatu de poſterioribus Cruciatis ad recuperationem terræ ſanctæ ſuſceptis expeditionibus. Valentiæ 1632. 8.

Stephanus Pasquier, recherches de la France, liv. VI. chap. 25. ſeqq.

Æmilij Peroti qui A. 1556. obiit Lotareis, ſive de bello ſacro à Godefrido Bullionæo & Principibus Lotharingicis ſuſcepto, poëma quod MS. memorat Jacobus le Long, Bibl. hiſtoricorum Galliæ n. 6942.

D. *Adami Rechenbergij* Exercitatio de prima expeditione cruciata, in ejus diſſertationibus Hiſtoricopoliticis Tom. 2. p. 474. ſeq. Lipſ. 1698. 8.

Pauli Rhamnuſii Veneti de bello CPolitano & Imperatoribus Comnenis per Gallos & Venetos reſtitutis ab A. 1198. ad 1207. quo in opere veſtigiis *Joannis Villehardüini* inſiſtit. Venet. 1584. 4. & curante Jac. Gaffarello 1634. fol. & Italice 1604. 4.

Petri de Roſergio Archiep. Toloſani, liber de Viagio Cruceſignatorum contra Thurcum crudelem Chriſtianitatis invaſorem, ſcriptus circa A. 1470. Ex Nic. Bertrando de Toloſanorum geſtis A. 1515. edito memorat Jacobus le Long, n. 7191.

Jo. Friderici Schmid diſſ. de Henrici Leonis, Ducis Bavariæ & Saxoniæ itinere Hieroſolymitano A. 1172. ſuſcepto cum comitatu hominum 2000. ad *Arnoldi* Lubecenſis lib. 3. cap. 3. ſqq. Helmſt. 1701. 4. B. *Jo. Hubneri* Bibl. Hiſtorica Centur. III. p. 266.

Jo. Danielis Schœpelini diſſ. reſpondente *Jo. Michaële Wolfio* habita Argentorati A. 1724. 1726. 4. de ſacris Galliæ Regum in Orientem expeditionibus. *Journal des Savans* 1725. Novembr. pag. 517. Acta Erud. 1727. p. 265.

Torquati Taſſi il Goffredo, o vero la Gieruſalemme liberata, poëma heroico. Opus celeberrimum, & poſt primam editionem Venetam A. 1580. ſæpiſſime recuſum & illuſtratum notis: & in alias translatum linguas Gallicam, Germanicam, Hiſpanam, Arabicam, Turcicam.

Turcicamque, etiam Latino epico carmine ab Hieronymo de Placentinis redditum. vide laudatum le Long n. 6944. ſeqq. Noviſſime iterum prodiit tomo primo operum Taſſi, ſplendide editorum Florentiæ A. 1724. ſex Voluminibus in 4. Ibidem obvium poëma Taſſi alterum ſed imperfectum, la Gieruſalemme conquiſtata.

Anonymi liber cui titulus: le paſſage d'outremer de Godefroy de Bouillon & autres Princes, Paris 1487. 8. la gran conquiſta de ultra mar. Salamanca 1503. fol.

Labores Herculis Chriſtiani, Gothofredi Bullioni. 1674. 12. In Bibl. Regis Galliarum MS. n. 6744. opus, *Eracles*, de la conquéte de la terre ſainte par Godefroi de Bouillon, continuée jusqv' au Roy Jean de Brienne A. 1210. *le Long* n. 7058. *

Roman des guerres de la terre ſainte jusqu' en 1288. MS. in Vaticana. id. n. 7186.

Quanta contentione Pontifices Romani per annos fere ducentos egerint, ut expeditiones ad terram ſanctam recuperandam & ſuſciperentur ſuſtinerenturq;, & labefactatæ Chriſtianorum vires novis iterum auxiliis ſubſidiisque reficerentur, præcipue cognoſcere licet ſi quis conſulat geſta in Conciliis *Claromontano* & *Lemovicenſi* A. 1095. *Turonenſi* A. 1096 *Hieroſolymitanis* A. 1099. 1107. 1111. 1136. 1143. *Anſano* A. 1100. *Pictavienſi* A. 1106. *Syriaco* A. 1115. *Lateranenſi* 1123. *Trecenſi* 1127. *Antiochenis* A. 1136. 1142. *Vizeliacenſi* itemque *Laudunenſi* & *Carnotenſi* A. 1146. *Stampenſi* A. 1147. *Nazareno* A. 1160. *Normannico* A. 1184. *Pariſienſi* A. 1185. Conventu ad *Giſortium* & *Cenomanenſi* Concilio *Anglicoque Guatingtonenſi*, *Pariſienſi* & *Lanciſienſi* in Polonia A. 1188. *Cracovienſi* A. 1189. in Curia *Geilubuſenſi* & *Wormacienſi*, de expeditione contra Saracenos ſuſcipienda apud Caniſium T. 4. antiqv. lect. edit. novæ pag. 177. in Conciliis *Lateranenſi* quadringentorum amplius Epiſcoporum A. 1215. *Cremonenſi* A. 1226. *Romano* ſive *Spoletino* A. 1234. *Lugdunenſi* A. 1234. *Pariſienſi* A. 1260. Conciliis variis A. 1261. habitis, & in *Pariſienſi* A. 1263. ac Lugdunenſi A. 1274.

Epiſtolæ etiam, quæ adhuc ſuperſunt, Pontificum idem teſtatum faciunt, ut præter ſupra memoratas, etiam *Paſchalis* II. Epiſtola I. ad exercitum in Palæſtina militantem: *Eugenii* primi ad Ludovicum VII. Regem Francorum, ſexta ad Conradum Regem Rom. & XXI. ad

Suger.um

Sugerium & XXIX. *Anaſtaſii* IV. Epiſtola IX. *Alexandri* III. Epiſtola XXXII. ad Soldanum Iconii deſiderantem baptizari. Ejusdem Papæ Epiſtola LIX. & LX, & in appendice ſecunda Epiſtola XVI. &c. *Gregorij* VIII. Epiſtolæ de clade A. 1187. inqua captus Guido Rex. *Cœleſtini* III. Epiſtola X. & XIV. Denique plures *Nicolai* III. de quibus Bzovius ad A. 1291. n. VI. & Raynaldus n. 19 ſeqq.

A. C. 1118. *Toloſanum* Concilium habitum fuit de ſacra in *Hiſpaniam* expeditione ſuscipienda adverſus Saracenos, de qua ex Chronico Malleacenſi Labbeus & T. VI. parte 2. Harduinus p. 1947. Agvirre T. 3. Concilior. Hiſpan. p. 334. & Pagi ad A. C. 1118. n. 21. Eodem ſpectat etiam canon undecimus Concilii *Lateranenſis* A. 1123. trecentorum amplius Epiſcoporum, de iis qui Hieroſolymitanum vel Hiſpanicum iter ad bellum ſacrum ſuscipiunt, quem Canonem a Baluzio illuſtratum exhibet Aguirre p. 337. Sed exſtat & Hadriani IV. Epiſtola XXIII. ad Ludovicum Francorum Regem, ne ſacram expeditionem cum Anglorum Rege ſuſcipiat in Hiſpaniam, inconſultis illius terræ Principibus.

Alexandri III. Epiſtola inter editas a Sirmondo XXI. ad Reges & Principes Boreales, ut adverſus *Eſtones* Chriſtiani nominis inimicos fortiter pugnent. & XXV. ut *Finnos*, qui ſe Chriſtianos fraudulenter ſimulabant, non juvent adverſus hoſtes.

Poſt Syriam A. 1291. expugnata Ptolemaide & Accone amiſſam, expulſosque à Saracenis Chriſtianos & infelicem expeditionis ultimæ *cruciatæ* exitum, licet Pontifices Romani ſemel iterumque Principes Chriſtianos ad ſimiles conatus incitare ſtuduerunt, & Principes etiam ipſi nonnulli inclinati ad hoc fuere, ſicut & Æneas Sylvius cum Epiſcopus adhuc Senenſis eſſet, A. 1452. Romæ Orationem * nomine Friderici Imp. habuit ad Papam Nicolaum quintum pro ſuadenda in terram ſanctam expeditione: & poſtea idem creatus Papa Pius II. in Conventu Mantuano A. 1459. dixit & A. 1464. promulgavit bullam de profectione in Turcos & de prærogativis ejusdem paſſagii, & ad Cardinales gravem ea de re ſermonem habuit: quamvis etiam Aloyſius Lollinus Patricius Venetus & Epiſcopus Bellunenſis qui A. 1626.

* Confer Boeclerum diſſ. ſupra laudata de paſſagiis, & Æneæ Sylvii opera p. 905. 914. 928. ſq. Baſil. 1571. fol.

1616. ætat. 70. ex hac vita diſceſſit, ſingularem ad bellum ſacrum, pace inter Principes Chriſtianos reſtituta ſuſcipiendum exhortationem compoſuit, quæ in ejus Epiſtolis, Belluni 1642. 4. editis legitur: tamen ab eo tempore nullam amplius hujusmodi expeditionem Religionis cauſa in Orientem ſuſceptam conſtat; quamquam auctis interjecto tempore Turcarum viribus, qui ab A. 1453. etiam Græcorum tenent imperium, multa & gravia bella Chriſtianis cum illa gente interceſſere.

Illud tamen non infrequens etiam poſt illam ætatem, quod Prædicatio quam vocant Crucis repetita non quidem ad Palæſtinam eripiendam Turcis, ſed intra Europam, ſive 1) ad reliquias Ethniciſmi in *Pruſſia* & alibi perdomandas, uti adverſus *Livones* prædicationis inſtantia nonnullos ſublimes & nobiles ſignaculo Crucis inſignitos ad deprimendas gentilium vires, vel potius ad cultum CHriſti perducendas iter peregrinationis arripuiſſe refert Arnoldus Lubecenſis lib. VII. Chron. c. 9. ſive 2) adverſus Reges & Principes Chriſtianos Pontifici & Eccleſiæ Romanæ infeſtos, ſicut adverſus *Ladulaum* à Johanne XXIII. factum refert Bzovius ad A. C. 1410. n. 8. & 20. qui n. 19. ſimiliter notat bellum ſacrum indictum a Clemente IV. contra Corradinum & Petrum & Aragonium: a Bonifacio VIII. contra Philippum Pulchrum, a Johanne XXII. contra Ludovicum Bavarum, ab Urbano VI. contra Johannem & Carolum &c. ſive 3) denique adverſus Chriſtianos ſchiſmaticos quos vocant, ut Græcos: vel quos appellant hæreticos, ut Albingenſes, Bohemos & Huſſitas, aliosque. Vide Jac. Gretſerum tomo tertio de Cruce, libro ſecundo.

CAPUT XXXI.

De ordinibus Equitum ad propagandam Religionem Chriſtianam inſtitutis.

HOrum originem vulgo a Conſtantino Magno repetunt, ut in confiᴄto Saxo legi * Romæ traditur, [illegible]

* Ita Benedictus Juſtinianus, Philippus Bonanni, aliique qui de Ordinibus Equeſtribus ſcripſere.

tus a lepra per medium baptiſmatis, Milites ſive Equites deauratos creat in tutelam Chriſtiani nominis. Vide Gregorii Leti Cerimoniale politicum parte 3. pag. 531. & Joſephi Michaëlis Marqueſii librum editum Madriti 1642. fol. Teſoro militar di Cavalleria, antiguo y moderno modo de armer Cavalleros y profeſſar, ſegun las cerimonias de qualquien Orden militar, regla debaxo tal qual militan, origen que tuvieron y a que fin, de que Pontifice fueron approvadas, y conceſſiones que han tenido aſſi Imperiales como Reales: Conſtituciones que gvardan desde el Emperador *Conſtantino* el magno, inſignias y abito de la cada una, maeſtres y encomiendas que tienen, y lasque oy luzen. Neque obſcurum eſt hodie etiamnum Ordinem Militiæ auratæ Conſtantinianæ S. Georgii celebrari ac vigere, cujus magni Magiſtri dignitas Sereniſſ. Franciſco Farneſio Duci Parmæ confirmatur in bulla nonageſima quinta Clementis XI. Papæ data A. 1701. T. 1. ejus operum p. 542. Sedes Conventualis in Eccleſia Parmenſi S. Mariæ della Steccata, id. 96. pag. 546. ſeq. cum indulgentiis plenariis, id. 101. pag. 587. De officio vide decretum XXX. p. 1315. & librum Hackii, Abbatis Colbatzenſis Olivæ editum A. 1682. *Ordo equeſtris Imperialis, Angelicus, Auratus, Conſtantinianus, S. Georgij.*

Sed ut illuſtriſſimi Scipionis Maffei Marchionis verbis dicam, a) Quis in primis, qui eruditionem a limine ſalutaverit aliquando, ad riſum non excitetur, cum de Equeſtri Religione audiat, *IV.* incipiente poſt Chriſtum natum ſæculo à Romano Imperatore inſtituta? Militaris enim illius, quæ iſtis Ordinibus perpetuo adhæſit, dignitatis, ne umbra quidem ad Romanos pervenerat, cum ritus ille, ex quo fluxit, ſolemniter arma tradendi, intra barbaros adhuc ſe contineret; nec niſi effuſis demum, ac regnantibus Borealibus populis agnitus in Italia ac receptus ſit. Quin in Oriente, ubi Conſtantiniani Ordinis ſedes figitur, atque propagatio jactatur, nedum Militia percrebuerit umquam, ſed utpote alterius pæne orbis propria ante ſacrum bellum ita omnes latuit, ut cum ſæculo XII. ab Europæis in Syria mos hic non ſemel exhiberetur, percelebris Saladinus b) novitatis fama permotus à Chriſtiano captivo Militaribus

a) Epiſtola ad Gisbertum Cuperum de fabula Equeſtris Ordinis Conſtantiniani, Tiguri (Paris) 1712. 4. pag. 13. Eadem Epiſtola ſcriptis prohibitis accenſetur T. 1. operum Clementis XI. p. 1231.
b) Novelliere antico Nov. 51.

ribus ornari voluerit inſignibus, ut quid hoc rei eſſet, plane cognoſceret. Verum qui fieri potuiſſet; ut ſingularis hæc Religioſi Ordinis ſpecies eo tempore prodiret, quo clauſtralium ordines, ad quorum normam Equeſtres conſtituti ſunt, nondum in Chriſtiana Republica apparuerant? Monachi enim qui prævivere ceteris, nondum in unum convenerant, neque ſcriptam communemque regulam acceperant. Quid quod ſub divi Georgii *Equitis* titulo hunc cœtum jam tum auſpicato prodiiſſe pro certo affirmant? cum Equitis nomen Divo Georgio proximis tantum ſæculis impoſitum ſit; nimirum poſtquam ad ſignificandam invicti Martyris de dæmonio victoriam, ipſum equo inſidentem, draconemque lancea perimentem, pictores ſymbolice effinxerunt. At cur non mihi placeant ſummopere Conſtantiniani aſſertores, cum eos pugnare video, ut Imperator de Chriſtiana fide primo, & adhuc confuſe cogitans, Chriſtianisque nondum imbutus legibus, atque inſtitutis, Religioſorum Ordinum fundatorem egerit? hunc ſcilicet ab eo ſtatim poſt pugnam cum Maxentio inſtitutum narrant, locaque, ſeu *Conventus* eis Equitibus Conſtantinopoli tunc adſignatos numerare incipiunt, cum tamen Conſtantinopolis in rerum natura nondum extaret, ad quam in Byzantii oppidi loco conſtruendam, non niſi celebrato ad Nicæam contra Arium Concilio Imperator animum adjecit. Quin ditiſſimas Commendas, ut vocant his Equitibus à Conſtantino cum in Oriente, tum præcipue in Hiſpania traditas feliciter recitant, cum tamen vix ſub Gregorio Magno Commendarum imago aliqua, & vix initium quoddam ſub Leone IV. momorentur ab iis, qui eas antiquiores volunt. Tam futiles ac repudiatas ineptias vel redarguere me pudet. Quod ſi de re non abſurda prorſus, at ſolum inſigni ageretur, nonne ridiculum & ſtultum eſſet tot narrationes ſubtexere nullo antiquo teſtimonio ſuffragante? Scire enim aveo, an Scriptores iſti omnes cum iis tantum qui literas neſciunt rem ſibi eſſe putent; an cum de Conſtantino loquuntur, de Imperatore vix nomine tenus noto, deque obſcuriſſima, atque incomperta ætate ſe agere autument. Nullus certè ex iis omnibus, qui res illius poſterorum memoriæ mandaverunt, de celeberrimo hoc Equeſtri inſtituto verbum facit. Unus mihi inſtar omnium Euſebius ſit, qui non ſolum Conſtantino coævus, ſed amicus, ac pæne familiaris

miliaris fuit. Nihil ille de re hac in Eccleſiaſtica hiſtiſtoria, nihil in libris de vita Conſtantini, nihil in prolixa de ejus laudibus oratione. An quisquam erit, qui de tam memoranda inſtitutione, tamque accommodata ad Conſtantinum Chriſtianæ Religioni toto animo addictum oſtendendum, qui ſingula accuratiſſime perſequitur, Euſebium ſiluiſſe credat? non de alia re fuſius diſſeruiſſet. Locum quidem unum ex Euſebio adducunt Conſtantiniani noſtri, at quam inutiliter, & ab re, mox infra apparebit. Idem prorſus dicendum de Conſtantini ævo propioribus Socrate, Sozomeno, atque *Theodoreto*: idem de Anaſtaſio Bibliothecario, qui baſilicas ab eo Imperatore excitatas, piaque ejus geſta diligenter recenſet: idem demum de omnibus, qui ad Conſtantinum poſtremum usque claruere, quive Orientalis Imperii res magnis & plurimis voluminibus tradidere. Qui in hac hæreſi ſunt, hujus Ordinis Inſtauratorem eximium Iſaacium Angelum ubique prædicant, qui inclinante ſæculo XII. Imperium tenuit: quin tamquam hiemales noctes anilibus fabulis tranſigendæ eſſent, * generale ab ipſo Capitulum Conſtantinopoli coactum narrant, ubi Equites CDXXXIV. convenerint. At Iſaacii Angeli res geſtas Nicetas Choniates eximiæ dignitatis vir, quique omnibus *interfuit*, tribus libris diſtincte, ac diligenter exponit, deque rebus his ne verbum quidem. Quingenti ex his Equitibus, Urbe a Turcis capta narrantur etiam internecione deleti: At Conſtantinopolitanam expugnationem qui deſcripſerunt, *hos Equites memorant* numquam; & qui obſidioni, atque excidio interfuit Georgius Phrantzes, de iis nihil prorſus. Quid opus plura? de ſocietate, ut deſcribitur, tot ſæcula potentiſſima, maximisque factis percelebri, ne ſyllabam quidem in tota Byzantina Hiſtoria reperire eſt: idem dico de ſacri Belli Scriptoribus, qui nullo modo eam prætermittere potuiſſent, cum Equeſtres alii Ordines tam inſigniter ab iis memorentur, à Vilelmo Tyrio potiſſime, & Jacobo à Vitriaco: præcipue cum ad expeditionem illam L. miſſos fuiſſe ex hoc cœtu Magnæ Crucis Equites Hiſtorici noſtri lepide tradiderint. Omni igitur antiqua auctoritate, ſine qua conſiſtere nequit, deſtitutum prodiit commentum hoc: at nec recenti cui ponderis inſit aliquid, gaudet; auctores enim ii, qui ante Andreæ cujusdam Angeli ætatem, vel ante ab ipſo excogitatam chimæram hanc,

* Maſolinus Biſaccione & Franc. Malvezzi in privilegiis Ordinis Conſt.

hanc, Equeſtrium Ordinum hiſtoriam ſuſcepere exornandam, hujus non meminerunt. Anteceſſit cæteros Dionyſius Trimboccus Mutinenſis libello Italice edito de eorum origine, ubi de Conſtantiniano nihil, etiamſi de Conſtantino bis inciderit mentio. Diſtinctius deinde Franciſcus Sanſovinus anno 1566. & Guido Panzirolus, cujus de Equitibus opus Mſ. vidi, neque hunc recenſuere quamvis fabula jam vulgata. A. 1581. egit de Religionum omnium origine Paulus Morigia, Militares omnes in III. libro percurrens, neque iſtam novit. Eandem ſpartam ſuſcepere Aubertus Miræus anno 1609. Franciſcus Menenius anno 1613. neque Drivaſtenſem hanc Militiam penitus admittunt, aut nominant. Perſequi omnes non vacat: Ludovicum vero Gothofredum cur præterirem, qui in libro III. Archontologiæ Coſmicæ Equeſtrium Ordinum ita hiſtoriam tradens, ut quorumcumque audita ſunt nomina enumeret, neque à fabulis ab anteriorioribus traditis abſtineat, Conſtantinianum tamen antiquiſſimum omnium, ut nunc dicitur, illuſtriſſimumque nullo modo memorat? Rejiciunt etiam tacite impoſturam hanc viri docti omnes, qui Militarium Ordinum originem à ſacro bello derivant, veluti Polydorus Virgilius Urbinas, & ex recentioribus P. Papebrochius, qui in S. Georgio cap. IX. ita orditur*: *Fallunt, ſeu volentes falluntur adulatorio ſtudio placendi abrepti, quicunque militarium Religionum principia ante XII. ſæculum requirunt.* Denique is aperte reprobat, atque irridet, qui ob admirandam Græcarum rerum inferioris ævi peritiam præ omnibus habendus eſt, Carolus Cangius ſcilicet, qui Familias Byzantinas inſigni opere illuſtrans, in XIII. ubi Angelorum Drivaſtenſium, à quibus hoc mendacium manavit, vanitatem exſibilat hæc tradit: *Quin etiam eo venere frontis, ut militaris perinde imaginarii, S. Georgii Ordinis Magiſtros ſupremos ſeſe inſcripſerint.* Hactenus illuſtriſſimus Marchio, Maffejus.

Illud vero ſatis apparet, ab Equitibus Conſtantinianis recentiori ætate conſtitutis longe diverſos fuiſſe præfectos labarorum, de quibus in Codice Theodoſiano lib. VI. 25. p. 142. & quinquaginta ex ſatellitibus Conſtantini M. quos tuendo labaro ab Imperatore delectos ſcribit Euſebius II. 20. de vita Conſtantini, his verbis: Διὸ δὴ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ὑπασπιστῶν τοῖς καὶ σώματος ἰσχύϊ καὶ ψυχῆς ἀρετῇ καὶ θεοσεβείας τρόποις

* Act. Sanctor. T. 3. April. 23. p. 155.

τρόποις ἐγκρίτοις μόνῃ τῇ τοῦ σημείου διακονίᾳ προσκαρτερεῖν ἐκέλευσεν, ἦσαν δ᾽ ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν οὐχ ἥττους πεντήκοντα, οἷς οὐδὲν ἕτερον ἦν μόνον ἢ κυκλοῦν καὶ περιέπειν δορυφορίᾳ τὸ σημεῖον ἀμοιβαίως ἑκάστου αὐτὸ ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντος. Hoc eſt ex verſione Henr. Valeſii: *Itaque lectis ex protectorum numero quotquot corporis viribus, & animi fortitudine, & veræ Religionis inſtitutis præſtare videbantur, unum hoc munus impoſuit, ut ſigni hujus aſſidue curam gererent. Erant omnes quinquaginta viri, quorum nullum aliud erat officium, quam circumſtare, & ſatellitio ſuo cuſtodire ſignum, quod ſinguli humeris ſuis alternatim geſtabant.*

Ordo JOHANNITARUM, ſive Equitum S. JOHANNIS Baptiſtæ *Hoſpitaliorum* Hieroſolymis conditus circa A. C. 1113. qui poſtquam Palæſtina coacti excedere ab A. 1291. *Rhodum* ſe deinde contulere, illamque inſulam adverſus Saracenos defenſitarunt, donec etiam hac A. 1522. capta à Solimanno II. Turcorum Imperatore, conceſſerunt in inſulam *Melitam*, quam ab A. 1530. beneficio Caroli V. tenuere ac tenent, ſub magno Magiſtro qui ab A. 1546. inter Principes Romani Imperii locum habet, & Eminentiſſimi titulo Papa concedente utitur, multisque per Europam ſparſis Magiſtris ſive Ballivis, ac Commendaturis præeſt, cum poſt Templarios A. 1311. extinctos horum bona multa Joannitis addicta memorentur. Vide *Antonij Matthæi* Analecta T. X. p. 453. ſqq. *Pagium* ad C. 1099. n. 14. ſeq. & A. 1120. n. 25. *Chriſtianum Gryphium* von Ritterorden pag. 34. ſeq. *Jac. Baſnagium* diſſ. hiſtorica Gallice edita de duellis & ordinibus equeſtribus cap. 9. *Jo Chriſtophorum Becmannum* in notitia dignitatum illuſtrium diſſ. 20. cap. 2. de equitibus cruciatis, & in libro ſingulari de Ordine Joannitarum, edito Germanice, quem cum auctario nuper recudendum dedit V. C. *Juſtus Chriſtoph. Dithmarus*, Francof. ad Viadrum 1726. 4. & *Renatum Aubertum Vertotum* in opere luculento, diſtincto XV. libris & Gallice primum quatuor Voluminibus Pariſ. 1726. 4. deinde etiam Anglice 2. Volum. fol. edito de Equitum Hoſpitaliorum hiſtoria. *Frid. Leutholfi de Franckenberg* Europäiſchen Herold T. 2. pag. 748. *Jacobum Wilhelmum Imhof* in notitia Procerum Imperii pag. 153. ſeqq. *Bartholomæum dal Pozzo* in hiſtoria ſacrarum religionum militarium Italice edita Venet. 1715. 4. & Auctorem hiſtoriæ trium Ordinum Regularium & Militarium, Templariorum, Teutonicorum & Hoſpitaliorum ſive Maltenſium editæ Pariſ. 1723. 12. Gallice duobus Volumini-

luminibus. *Erici Mauritij* diſſertationes p. 818. ſeq. Joſephi Imperatoris diploma quo A. 1708. Privilegia Equitum Johannitarum confirmantur, obvium in *Anonii Fabri* ſylloge cui titulus: Die Staats-Cantzeley Tom. XVII. p. 818. ſq. una cum repertorio p. 858.

Ordo Equitum S. SEPULCHRI, ſive ad tuendum S. ſepulchrum inſtitutus A. C. 1120. ab Alphonſo Aragoniæ Rege, qui propter inſigne quo uſi ſunt palmarum, *fratres de Palmis* ab Orderico Vitali appellantur. Vide Pagium ad A. 1120. num. 28. & de equitibus S. Sepulchri a Balduino Rege Hieroſol. & de aliis poſtea ab Henrico II. Angliæ Rege A. 1174. Petrum Lagerloef in diſſ. de Ordinibus Equeſtribus, Holmiæ 1696. 4. p. 31. & 25. qui cum ordine jam memorato Hoſpitaliorum deinde conjunctos fuiſſe ex Ashmolio aliisque annotavit.

Ordo TEMPLARIORUM, a Templo Hieroſolymitano nomen conſecutus circa A. 1118. dataque illis Regula & habitus albus aſſignatus in Concilio Trecenſi A. 1127. poſt non pœnitendas res geſtas magnis auctus opibus, magnis etiam (ut hoc ponamus) quorundam vitiis & inſolentia invidiam incurrit Clementis V. qui cum Philippo Rege Francorum Templarios ſuſtulit, Ordinemque eorum extinxit in Concilio Viennenſi A. 1311. Clemens ipſe apud Raynaldum T. 15. Annal. p. 95. *quanquam de jure non poſſumus, tamen ad plenitudinem auctoritatis, dictum Ordinem reprobamus*. adde pag. 132. Continuator Alberti Stadenſis p. 64. *Militum Templi divitiæ & potentia in oculis Regis ſuſpectæ magis præſumuntur cauſaſſe Ordinis condemnationem, quam malitia perſonis ſubjecta.* Idem p. 49. *Eodem anno 1308. Philippus Rex Franciæ & Carolus Frater ejus, & Eduardus Rex Angliæ cum omnibus prælatis Franciæ congregati apud Papam in Pictavia concordaverunt de condemnatione Ordinis Templariorum, qui priori anno uno die per totam Franciam fuerunt captivati, & poſtea cremati pro hæreſi quam eis objiciebant.* Verum de univerſa illa cauſa copioſe ſatis & docte ac cordate *Petrus Puteanus*, cujus hiſtoria condemnationis Templariorum ex Gallico Pariſ. 1650. 4. Germanice etiam verſa Francof. 1665. 4. & Gallice Amſt. 1713. 12. recuſa eſt: *Nic. Gurtlerus* in hiſtoria Templariorum Amſt. 1691. (Hiſt. des ouvrages des Sav. 1690. Oct. p. 64.) & ex editione ſecunda auctiore, ibid. 1703. 8. atque in ſingularibus diſſertationibus B. *Ægidius Strauchius*, Witeb. 1669. 4. *Jo. Chriſtophorus Wichmanshauſen* ibid. 1687. 4. & D. *Chriſtianus Thomaſius*, Halæ Sax. 1705. 4. qui injuſte extinctum non dubitat cum *Jo. Henrico*

rico Bæclero T. 3. diſſ. p. 455. ſeq. quicquid pro Viennenſis Concilii ſententiæ juſtitia diſputant *Lud. Ellies du Pin*, tomo XI. Bibl. Eccleſiaſtic. p. 23. *Natalis Alexander* Sec. XIII. & XIV. diſſ. 10. T. 7. p. 506. ſq. aliique Romanarum partium ſcriptores *Abraham Bzovius* T. 14. *Odoricus Raynaldus* T. XV. *Hiacynthus Amat de Graveſon* tomo V. *Abbas de Choiſy* tomo VII. Hiſt. Eccleſ. &c. *Guilelmi de Pariſius*, Ord. Præd. Acta MSta Inquiſitionis in cauſa Templariorum memorat Jacobus Echard T. 1. Bibliothecæ ſcriptor. Dominican. pag. 519. Non omittendum etiam complura ad notitiam hujus cauſæ legi etiam apud *Antoninum* Florentinum parte 3. hiſtoriali tit. 21. nec non in *Chronico Aſtenſi*, tomo XI. ſcriptorum Italiæ, Corporis ſplendidi Mediolanenſis pag. 192. ſeq. & in tomo tertio magnæ ac luculentæ collectonis fœderum, conventionum aliorumque monumentorum hiſtoricorum Angliæ, editæ à *Thoma Rymero*, & nuper iterum prælis ſubjectæ Londini.

Ordo TEUTONICUS ſive Equites, Milites ac Fratres Hoſpitalis S. Mariæ Teutonicorum Hieroſolymitanæ, quorum primus magnus Magiſter Henricus Walpot A. 1190. Vide Chronicon editum ab *Antonio Matthæo* in veteris ævi analectis tomo decimo, *Raymundi Duellij* hiſtoriam Ordinis Teutonici diplomaticam, vulgatam Viennæ Auſtriæ 1727. fol. *Jo. Caſp. Venatoris* gründlichen Bericht vom Urſprung des Marianiſchen deutſchen Ritter-Ordens, Nürnberg 1680. 4. *B. Jo. Hubneri* Fragen aus der Politiſchen Hiſtoria Tom. IV. pag. 617. ſqq. *Hermanni Suden* (Uſenii) gelehrten Criticum T. 2. quæſt. 17. p. 389. ſqq.

Poſt finitam A. 1224. expeditionem cruciatam adverſus Paganos in Pruſſia conceſſam A. 1215. a Papa Honorio III. *Pruſſis* idololatris de integro moventibus lacertos, ab Epiſcopo Chriſtiano & Duce Conrado A. 1228. permiſſum eſt Hermanno de Saltza Magiſtro Ordinis Teutonici ſedem figere in tractu Pruſſiæ Dobrinenſi, & cauſa Chriſtianorum adverſus *Pruſſos Paganos* agenda commendata. Vide *Act. Boruſſica* Regiomonte 1730. 8. edita pag. 262. & 385. ſeqq. *Chriſtophori Hartknochij* Hiſtoriam Boruſſicam, itidem Germanice in fol. editam p. 243. ſqq. 247. ſqq. *Jo. Petri Ludewig* vertheidigtes Preuſſen. 4. Magni Magiſtri hujus Ordinis dignitas in Imperio Rom. Archiepiſcopo proxima habetur, atque in Comitiis Imperii proximus poſt Archiep. Bipontino ſcamilli eſt aſſignatus locus. Vide *Jo. Chriſtoph. Becmanni*

notitiam dignitatum illuſtrium diſſ. 20. c. 2. §. 2. p. 1456. & *Jac. Wilhelmum Imhof* notitia procerum Imperii p. 88. ſeq.

Cum hoc ordine Teutonico conjunctus A. 1238. Friderici II. Imp. & Gregorii IX. Papæ conſenſu Ordo ENSIFERORUM ſive GLADIFERORUM, qui adverſus paganos in *Livonia* conditus circa A. 1204. vide *Conradi Samuelis Schurtzfleiſchij* diſſ. de Ordine Enſiferorum in ejus Operibus hiſtorico politicis p. 811. ſq. & fratris *Henr. Leonhardi Schurzfleiſchii* Hiſtoriam Enſiferorum Ordinis Teutonici Livonorum Witenberg. 1701. 8. *Acta Erud.* 1701. p. 147. *Journal des Sav.* 1702. p. 328. Hamburgiſche Hiſtoriſche Remarques A. 1702. p. 297. ſeq. Primus Magiſter Ordinis (Heerführer) Vinno A. 1204. poſtremus Gothardus Kettlerus, a Rege Poloniæ Sigiſmundo Auguſto creatus Dux Curlandiæ ſive Semigalliæ A. 1561.

In Concilio Viennenſi A. 1311. *Raymundus Lullus* inter alia ſuaſit ſcripta *Averrois* prohibenda, & ex omnibus religioſis militibus unicum Ordinem conſtituendum ad recuperandam terram ſanctam: & cœnobia Romæ, Pariſiis & Toleti inſtituenda, in quibus viri ingenio & virtute valentes docerentur linguas infidelium ad eos Eccleſiæ adducendos. Vide Acta Sanctorum T. V. Junii p. 677.

Fuere & alii Ordines militiæ religioſæ atque Cruce ſignatæ non prætereundi, atque inprimis ad tuendam adverſus non Chriſtianos, vel ad propagandam Religionem Chriſtianam comparati, de quibus conſulere licebit qui de Ordinibus Equeſtribus commentati ex inſtituto ſunt, lingua *Gallica* quidem præter Anonymos Jacobus Basnage, Hermantius & Hippolytus Helyotus: *Italica* Bernardus Juſtinianus in Vincentii Coronelli tomo XIX. Lexici univerſalis recenſitus, Joſephus Michieli, Andreas Guerini & Philippus Bonanni: *Germanica* Chriſtianus Gryphius & *auctor libri*, Die Durchläuchtige Welt, tomo tertio: *Belgica* Adrianus Schœnbeckius, *Latina* denique Franciſcus Menenius, Andreas Mendo, Aubertus Miræus, Philippus Reinhardus Vitriarius & Petrus Lagerloef.

Mihi quidem hoc loco ſatis fuerit paucos quosdam nominare, ut qui Mauris e Luſitania ejiciendis inſtituti ſunt, Ordinem

Equitum

Equitum *S. Salvatoris* A. 1120. Equites *Aviſios* a) ſive *S. Mariæ Eborenſis* ab A. 1139. Equites *de Calatrava* ab A. 1158. & ſub idem tempus b) Ordinem Equitum *Alcantaræ*: Equites *S. Jacobi* ab A. 1175. in Hiſpania c) & in Luſitania ab A. 1310. d) nec non in eadem Luſitania ab A. 1319. in Templariorum locum Equites *CHriſti*. His addi poſſunt equites *de la Spata*, in Vaſconia, quorum mentio T. I. anecdotor. Edmundi Martene & Urſini Durandi pag. 1110. & alius Ordo equitum *Gladii* in Cypro inſula A. 1195. Ordo *S. Georgii* in Auſtria & Carinthia ab A. 1470. de quo Papebrochius in Actis Sanctorum T. 3. April. 23. pag. 155. ſeqq. Equites *S. Petri*, maritimis oris tuendis A. 1520. Ordo militum *S. Stephani* A. 1561. de quo Jo. Wolfius T. 2. memorabilium lectionum pag. 819. Omitto Ordinem *militiæ Chriſtianæ* qui poſt A. 1618. mox iterum defecit, ut narrat Gramondus lib. V. Hiſt. Galliæ pag. 269. ſeq. Ordinem Equitum *armati brachii*, conditum A. 1616. à glorioſiſſ. Rege Daniæ Chriſtiano IV. de quo Janus Bircherodius de ordine Elephantino pag. 13. Ordinem *S. Ludovici* ab A. 1693. clarum in Gallia, aliosque ſimiles multos & celebres qui virtuti bellicæ honorandæ magis, quam Religioni Chriſtianæ tuendæ amplificandæque proprie deſtinati eſſe videntur: quanquam de Ordine equitum *aurei velleris* quem A. 1429. apud Burgundos inſtituit Philippus tertius, cognomento Bonus, memini ferri e) hos verſus:

Por mantener la Igleſia do Dios haze ſu menſion
Inventè la Orden que llaman del Tuſon.

 CAPUT

a) Catalogus Magiſtrorum & Adminiſtratorum hujus Ordinis exſtat in commentariis Academiæ Regiæ Ulyſſiponenſis A. 1722. 30. Jul.

b) Pagi ad A. C. 1158. n. 12.

c) id. ad A. 1175. n. 5.

d) Staat von Portugal p. 18. ſeq.

e) Gonzalo de Illeſcas, hiſtoria Pontifical y Catolica Tom. 2. pag. 84.

Caput XXXII.

Miſſiones Religioſæ, Jeſuitarum maxime Franciſcanorum ac Dominicanorum, eorumque relationes ab A. 1542. in præſens usque tempus.

Poſt rem nauticam ante duo ſæcula in tantum promotam a Luſitaniæ inprimis & Caſtellæ Regibus, quos aliæ ſunt deinde Nationes inſecutæ, ut in Orientem & Occidentem longe lateque paterent Chriſtianis & adirentur ignotæ antea inſulæ, terræque per Aſiam, Africam & Americam: nova itidem & magna occaſio ſuppeditata eſt Religionis Chriſtianæ ulterius & in alterum veluti Orbem propagandæ ac proferendæ, delectabilemque Evangelii lucem communicandi cum populis bene multis, idololatrica adhuc obſeptis caligine & ſalutare CHriſti Nomen ignorantibus. Idque duplici ratione factum etiam ſenſim ab Europæis poteſt intelligi, nam vel regionibus ipſis & inſulis totis Chriſtianæ gentes occupatis ſuas in easdem colonias miſerunt, atque Chriſtiana ſacra cum iisdem intulerunt, populisque quorum erant victores, & quos belli clades reliquos fecerant, ad CHriſti Eccleſiam adducendis operam dedere: vel tantum accedentes ad intactas propriique juris gentes Chriſtiani, aut nacti prope eas, vel inter eas quærentes domicilium, aut negotia geſtientes exercere hanc anſam arripuerunt evellendorum ex animis errorum, & animarum CHriſto lucrandarum. Quo in ſecundo genere ſingillatim commemorari utique merentur celebratiſſimæ toto orbe *Miſſiones Religioſæ*, quas a ducentis amplius abhinc annis obire coeperunt atque in præſens usque tempus certatim obeunt in remotiſſimas inſulas & in ultimas terras usque variorum Ordinum Monachi, inter quos negari nequit & numero & contentione & ſucceſſibus & relationum varietate ac multitudine longe jam eminere *Jeſuitas*. Cæteri *Dominicani* ſunt, *Minores* ſive *Capucini* e *S. Franciſci* diſciplina, *Auguſtiniani*, *Benedictini*, *Ciſtercienſes*, *Carmelitæ*, aliique, & Clerici Regulares *Theatini*. Jeſuitæ quidem ſtatim A: 1540. cum Ordo Societatis illorum cœpiſſet, in unum convenientibus Ignatio de Lojola, Petro Fabro, Jacobo

Jacobo Laynez, Claudio Jajo, Paſchaſio Broëtio, Franciſco Xaverio, Alphonſo Salmerone, Simone Roderico, Joanne Coduri & Nicolao de Bobadilla, fidem fecerunt Pontifici Paulo III. Societatem ad hoc potiſſimum inſtitutam * *ut ad profectum animarum in vita & doctrinâ Chriſtianâ, ad fidei propagationem, per publicas prædicationes & Verbi DEI miniſterium, ſpiritualia exercitia, & charitatis opera, & nominatim per puerorum ac rudium in Chriſtianiſmo inſtitutionem, ac CHriſti fidelium in Confeſſionibus audiendis ſpiritualem conſolationem præcipue intendat; - - - ſingulosque ultra illud commune* (cæteris Religioſis) *vinculum ſpeciali voto adſtringi, ita ut quicquid modernus & alii Romani Pontifices pro tempore exiſtentes juſſerint ad profectum animarum & fidei propagationem pertinens, & ad quascunque Provincias nos mittere voluerint, ſine ulla tergiverſatione aut excuſatione illico quantum in nobis fuerit, exequi teneamur, ſive miſerint nos ad Turcas, ſive ad quoscunque alios Infideles etiam in partibus quas Indias vocant exiſtentes, ſive ad quoscunque hæreticos ſeu ſchiſmaticos, ſeu etiam ad quosvis fideles.* Hoc in litteris Gregorii XIII. A. 1584. datis ** vocatur *tribus votis ſolennibus additum à quatuor votorum profeſſis quartum ſimiliter ſolenne ſpeciale Summo Pontifici obedientiæ circa Miſſiones præſtandæ, ob certiorem Spiritus S. in Miſſionibus ipſis directionem.* Et in bullis Canoniſationis Ignatii Loyolæ & Franciſci Xaverii quas Anno 1623. promulgavit Urbanus VIII. *** Societas JEſu inter alia pietatis opera, *Gentilibus convertendis, hæreticis ad fidei veritatem revocandis & Romani Pontificis poteſtati tuendæ ex inſtituto ſe totam impendere* traditur, Xaverius vero appellatur *novus Indiarum Apoſtolus, novarum gentium Apoſtolus, qui non ſolum Chriſtianorum mores depravatos ad meliorem frugem paſſim toto orbe revocaverit, ſed effecerit ut multa centena hominum millia, qui in tenebris & in regione umbræ mortis ambulabant, ad agnitionem veræ lucis perducti, regenerationis lavacro mundarentur. Nam præter Indos, Brachmanes, & Malabares (in quorum regnis Apoſtolica prædicatio, quæ antiquis temporibus illic viguerat, ſed hoſtis humani generis fraude ex omnium memoria prorſus abolita erat, Xaverii prædicatione revixerat.) Ipſe primus Paravis, Malais, Iais, Acenis, Mindanais, Malacenſibus, & Iaponibus Evangelium CHriſti annunciaverat,*

* Vide corpus Inſtitutorum Societatis JEſu T. 1. pag. 4. & 5. & 31. ſeq. 387. ſeq.

** id. p. 115. *** id. p. 176. & 192. 195. ſeq.

nunciaverat, multique illarum nationum Reges, & Magni Principes, ingenti cum Fidei noſtræ emolumento, ſuavi CHriſti jugo colla ſubdiderant.

Hiſtoria de las Miſſiones, que han hecho los religioſos de la Compania de JEſus, en la India Oriental, y en los reynos de la China & Japon primera parte, ſeys libros, tres de la India Oriental, uno de la China, y dos de Japon: ſegunda parte, ſeite libros, con los quales ſe remata la hiſtoria de los reynos de Japon haſta el anno 1600. por al Padre *Luyz de Guzman*, S. J. 1601. fol. 2. Volum. Alcala.

Hiſtoire des choſes les plus memorables avenues tant ès Indes Orientales qu'aux autres païs de la decouverte de Portugais en l'eſtabliſſement, & progrez de la Foy Catholique, principalement de ce que les religieux de la Compagie de JEſus y ont fait & enduré pour la méme fin juſques a l'an. 1640. par *Pierre du Jarric*, Toloſain, S. J. Bourdeaux 1610. 4. tribus Vol. & Latine *Matthia Martinez* interprete. Colon. 1615.

Nicolaus Orlandinus in imagine primi ſeculi ſocietatis JEſu, Antwerp. 1640. fol. *Jacobi Damiani*, Atrebatis, ſynopſis primi ſæculi Tornaci 1641. *Franciſcus Sacchinus* in hiſtoria generali Societatis JEſu. *Joſephus Juvencius* in hiſtoria Societatis JEſu. Pariſ. 1712. fol.

Matthiæ Tanneri Societas JEſu usque ad ſanguinis & vitæ profuſionem in Europa, Aſia, Africa & America militans, ſive vita & mortes iconesque in cauſa fidei interfectorum. Pragæ 1675. fol.

Chriſtiani Svarez de Figveroa Relation de las coſas que hiſieron los Padres de Compania de JEſus por las partes de Oriente. Madrit 1614. 4.

Cornelii Hazart S. J. Chriſtianiſmus Catholicus per univerſum orbem terrarum propagatus ſæculo inprimis XV. & XVI. Belgice, Amſt. & cum auctario interpretis *Matthiæ Soutermanni* Soc. J. Germanice, Viennæ Auſtriæ 1684. fol. tomis duobus, quorum *priore* agitur de miſſionibus in *Japoniam* p. 1. *Chinam* p. 269. ſeq. *Tartariam* p. 352. ſeq. *Concbinchinam* p. 551. regnum *Tunquinenſe* pag. 570. *Siamenſe* regnum p. 581. *Macaſſarenſe* & *Combojanum* pag. 583. *Indiam* ſive regnum magni *Mogoris* p. 587. & *Biſnagarenſe* p. 617. To-

mo poſteriore in regna Africana *Abaſſiam* ſive *Abeſſiniam* p. 1. *Gvineam* p. 114. *Angolam* & *Congo* p. 121. *Monomotapam* p. 178. *Maroccanum* regnum *Feſſanumque* p. 210. & *Tunetanum* pag. 222. & in America denique in *Peruviam* p. 235. *Paraquariam* p. 324. *Braſiliam* p. 361. *Floridam* p. 416. *Canadam*, p. 431. *Mexicanum* regnum p. 497. & *Marugnanam* regionem pag. 594.

Diu ante Jeſuitas *FRANCISCANORUM* inprimis ſtudium hac in parte ſingulare fuit, de quo *Raymundus Caron*, Hibernus in Apoſtolatu Evangelico, Antwerp. 1653. 8. p. 95. Habuit hactenus familia Franciſcana per Europam, Aſiam, Africam & Americam LVIII. Miſſiones, quarum primam, ut Deo placeret, inchoavit ipſe S. Franciſcus, qui cum duodecim ſociis Italiam, Hiſpaniam, Germaniam, Hungariam, Hiberniam, Angliam, Scotiam, Sveciam: & in Oriente, Aſiam, Græciam, Syriam, Ægyptum, Marrochiam, & aliquot Africæ regna peragrarunt: fidem CHriſti utique verbo & exemplo ſeminantes, adeo ut inter ipſos paganos titulus Franciſcanus & habitus adhuc in honore habeantur. Deinde eadem iterum Franciſcanorum Miſſio ſub Innocentio IV. A. 1254. renovata eſt: Iterumque ſub Joan. XXII. Gregorio XI. Urbano VI. ita ut olim vocarentur *Societas peregrinatium propter CHriſtum*: qui omnes authoritate Pontificia ſuffulti Europam, Aſiam, & Africam peragrarunt. Unum ex multis produco teſtem Alexandrum IV. Brevi ſuo ad fratres Minores per mundum Miſſionarios A. 1258. dato; quod ſic incipit: *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis fratribus de ordine Minorum, in terris Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Æthiopum, Syrorum, Hiberorum, Alanorum, Gazarorum, Gotthorum, Zichorum, Ruthenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armeniorum, Indorum, Monothelitarum, Tartarorum, Hungarorum Majoris Hungariæ, Chriſtianorum captivorum apud Turcas aliarumque infidelium nationum Orientis, ſeu quarumcunque partium proficiſcentibus* &c. B. cum hora undecima &c. datum Viterbii 13. Cal. Maij. Pontif. Anno 4. vide *Pennam* ſub calce directorii, & *Wadingum* T. 2. ad ann. 1285. §. 1. Sub eodem etiam tenore ſcripſerunt poſtea ad fratres Minores Joannes XXII. Urbanus V. & Nicolaus V. &c. Plura *Ignatius von Rheinfelden* von Miſſionen des Franciſcaner-Ordens, & ex eo *Dorotheus Aſcianus* ſive D. *Matthias Zimmermannus* libro de Montibus Pie-

 tatis

tatis Romanenſibus, Lipſ. 1670. 4. pag. 547. & ex Carone ſupra laudato pag. 537.

Hiſtoria de las Islas del Archipelago y Reinos de la gran China, Tartaria, Cochinchina, Malaca, Siam, Camboxa y Japan, y de lo ſuccedido en ellos a los Religioſos Deſcalços de la Orden del Seraphico Padre San Franciſco, de la provincia de San Gregorio de las Philippinas, par F. *Marcello de Ribadeneyra*. Barcelona. 1601. 4.

Joannis à S. Gregorio, Franciſcani, tratado ſobre las dificultades que ſe proponen acerca de la miſſion de los Religioſos a tierras de Infieles: y ſi los provinciales pueden impedir les que no vaian à ellas. Hiſpali 1635.

A *Raymundo Carone* in laudato libro §. XXI. celebrantur præterea Miſſiones DOMINICANORUM & CARMELITARUM: ſicuti BENEDICTINORUM §. XVII. CISTERCIENSIUM S. XVIII. PRÆMONSTRATENSIUM §. XIX. Canonicorum Regularium S. AUGUSTINI §. XX. & JESUITARUM §. XXII.

Hiſtoria Eccleſiaſtica de los ſucceſſos de la Chriſtianidad de Japan desde el de A. 1602. que entro en el la Orden des Predicadores, haſta el de 1620. por el P. F. *Jacinto Orfanel* e *Diego Collado*, la miſma Orden. Madrit 1633. fol.

Hiſtoria de la Provincia del S. Roſario de la Orden de Predicadores en Philippinas, Japon y China, (ab A. 1582. ad 1673.) por Don Fray *Diego Aduarte*, Obiſpo della nueva Segovia, annadida por el P. F. *Domingo Gonçalez*, en Madrit en el Collegio de S. Thomas, 1640. fol.

Thomæ a JEſu, Hiſpani, *CARMELITÆ* ſtimulus Miſſionum de propaganda a Religioſis per totum Orbem Fide Rom. 1610. 8. Ejusdem Theſaurus * ſapientiæ Divinæ in Converſione omnium Gentium pro-

* In hunc notas quasdam ab Romano Equite *Petro à Valle* peregrinationibus ſuis & libris ſatis noto exſpectare juſſit Leo Allatius in apibus Urbanis pag. 226. Rom. 1633. 8. ſed illæ nondum ſunt emiſſæ in publicum. *Nic. Antonius* Tom. 2. Bibl. Hiſpanæ pag. 246.

procuranda, libri XII. Antwerp. 1613. 4. & inter Opera junctim excuſa Colon. 1684. fol. tomo I. Libro tertio, quarto & quinto monita Miſſionariis obſervanda continentur: libro XI. diſputatur de ratione agendi cum Ethnicis, libro IX. cum Judæis, libro X. cum Saracenis.

Angeli Mariæ Verricelli, CLERICI REGULARIS de Apoſtolicis miſſionibus quæſtiones morales, ubi & de juſta an injuſta Indorum debellatione. Venet. 1656. fol. confer laudatum *Dorothei Aſciani* opus p. 568. ſqq. atque de Thomæ a Jeſu theſauro jam memorato, pag. 558. ſq. & *Rich. Simonis* Bibl. ſelectam Gallice editam T. I. pag. 297. ſeqq. & *Martini Diefenbachii*, *τȣ̃ μακαρίτȣ* Judæum convertendum pag. 83.

Les Clercs Reguliers, qu'on appelle *THEATINS* ont publieé le premier tome d'une hiſtoire de leurs miſſions: l'ouvrage eſt Italien, le Pere *Barthelemy Ferro* en eſt Auteur. Ce premier tome contient une relation des trauvaux Apoſtoliques de ces ſaints Miſſionaires dans la GEORGIE, & une deſcription exacte des quatre Royaumes de ce pais, l'IBERIE, l'ODISCI, le GURIEL, & l'IMERETE. C'eſt un in folio de 744. pages, Rom. 1704. *Mem. de Trev.* 1704. *Jun. pag.* 1031.

Philippus Rovenius de Miſſionibus ad propagandam Fidem, & converſionem Infidelium. Pariſ. 1625. Lovan. 1638. 8. adde *Aſcianum* p. 565. ſq.

Emanuelis Ortigas S. J. ſummarium Miſſionum, ſeu de modo in illis agendi. Cæſarauguſtæ 1671. 8. tribus Volum. Hiſpanice.

Epiſtolæ & ſcripta ac relationes Miſſionariorum.

ab A. 1542. ad 1560. Epiſtolæ *Franciſci Xaverÿ* & aliorum.

1549. *Coſmi Turriani* de rebus Indicis.

1551-1566. Ejusdem de rebus Japonicis.

1554. ſeq. *Gaſparis de Vilela* ex India, & A. 1557. ſeq. ex Japonia.

1555. *Eduardi de Sylva.*

1564. *Jo. Baptiſtæ Montÿ* Epiſtolæ de rebus ab A.C. 1564. ad 1571.

1565. *Balthaſaris de Coſta* Luſitani, e Japonia, *Balthaſaris Gagi.*

1566. Epiſtolæ Indicæ editæ à *Jo. Rutgero Berg.* Lovanii 1566. 8.

1569. Hanuardi de Gameren Epiſtolarum Japanicarum collectio de multorum in variis Inſulis Gentilium ad CHriſti fi-

dem converſione, adjunctis Epiſtolis Aſiaticis de Tartarorum Imperio, Religione & moribus. Lovan. 8. 1 Volum.

A. 1572. *Jo. Petri Maffei* S. J. rerum a Societate ab A. 1548. in Oriente geſtarum volumen. Paris 8. & auctiore editione. Colon. 1574. 8.

1575. 1582. 1588. *Caſparis Cœlhus.*

1577. ad 1601. de rebus Japonicis, Indicis & Peruvianis, collectæ a *Joanne Hayo*, Antwerp. 1605. 8.

1580. usque ad 1599. de Japonia & China, *Alexander Valignanus* S. J.

1581. 1582. *Jo. Antonij Valtrini.*

Hiſtorica relatio de ortu & progreſſu Fidei in regno Chinenſi per miſſionarios S. J. ab A. 1581. ad 1669. ex literis Patrum ejusdem Societatis, præcipue *Jo. Adami Schall*, * Colonienſis, Ratisbonæ 1666. & 1672. 8.

1583. 1598. 1601-1606. *Franciſci Paſii.*

1583. 1584. *Franciſci Capralis.*

1584. *Martini Ignatij*, Franciſcani Hiſp. iter in Indiam Occidentalem & Oriental.

1586. *Antonij Almeida*, e Sinis & Japonia.

1586-1590. *Franciſci Bencij* annuæ litteræ de rebus Societatis in India, Rom. 8. quatuor Volum.

1588. *Jo. Petri Maffeij* hiſtoriarum Indicarum libri XVI. ſelectarum item ex India Epiſtolarum eodem interprete libri IV. cum Ignatii Loyolæ vita. Florentiæ 1588. fol. Colon. 1589. fol. Antwerp. 1605. 8.

1590. 1591. *Joannis de Atienza* Epiſtolæ de miſſionibus *Peruvianis.*

1591. 1592. *Ubeldini Bartolini* litteræ Japonicæ.

1592. *Jo. Baptiſtæ Peruſci* S. J. hiſtorica narratio de Rege Mogor, & regnorum Japoniæ converſione ex litteris A. 159[illegible]. Rom. 1597. 8.

A. 1593.

* Hic Pequinenſis Regii Mathematum tribunalis præſes Converſioni Gentium operam ſuam addixit per annos 50. & octogenario proprior defunctus eſt A. 1666. 15. Aug.

A. 1593. *Horatii Turſelini.*

1594. 1595. 1596. *Sebaſtiani Barettarij.* Neap. 1604. 8. ex omnibus Europæ partibus & e provincia Peruviana, Mexicana, Braſilia & India.

1595. *Aloyſij Frois* binæ Epiſtolæ de ſtatu Chriſtianæ rei in Japonia. Mogunt. 1598. 8.

1596. *Franciſci Mercati.*

1598. *Nicolai Longobardi*, e Sinis.

Nicolai Pimenta de rebus geſtis in India Orientali à Patribus S. J. A. 1598. & 1599. Mogunt. 1601. 8.

1600. *Joannis de Lucena*, Luſitani, Hiſtoria & vita *Franciſci Xaverij* & de geſtis aliorum Religioſorum ejusdem Societatis, in India. Ulyſſipone 1600. fol. & ex Luſitanico Italice Lud. Manſonius Rom. 1613. & Hiſpanice Alphonſus Sandoval. Hiſpali 1619.

1600. Relation annual de las coſas en la India Oriental y Japon *Ferdinandi Gverreiro* A. 1600. ad 1609. Luſitanice, & ab *Antonio Collaco* Hiſpanice. Valladolid. 8.

Valentini Carvallii.

Recentiſſima de regno Chinæ & de ſtatu rei Chriſtianæ apud magnum Regem Mogor, & de morte Taicoſamæ Japoniorum Monarchæ. Mogunt. 1601. 8.

1601. Litteræ annuæ editæ Antwerp. 1618. 8. Hiſtoria de las miſſiones que han hecho los Religioſos de la Companhia de JEſus, para predicar el ſancto Evangelio en la India Oriental y en los Reynos de la China y Japon, ecrita par *Luis de Guzman.* Alcala 1601. fol.

Jo. Petri Maffei vitæ XXII. Confeſſorum CHriſti. Rom. 1601. 4. Italice.

1602. *Didaci Monteyri.*

1602. *Joannis de Ribera* annuæ litteræ a Philippinis ſcriptæ à Junio 1602. ad Junium 1603. Rom. 1605. Italice.

A. 1603. *Gabrielis de Matos.*

Benedicti Goez S. J. Luſitani miſſio in Indiam & Chinam. Vide Trigautium V. 13. Jarricum V. 29.

Didaci Antunnes, Luſitani, e Sinis.

Didaci de Torres Bolluſii, Hiſpani relatio hiſtorica rerum in provincia Peruana apud Indos a Patribus S. J. geſtarum. Rom. 1603. Italice & 1604. Latine, 8.

Jo. Rodrigo Gironii litteræ Japonicæ A. 1603. ſeq. Bonon. 1609. Rom. 1610. 1615. 8.

1605. *Joannis Hayi* Scoti ſylloge, de rebus Japonicis, Indicis & Peruanis ab A. 1577. usque, Epiſtolæ recentiores, Antwerp. 8.

1606. *Hermanni Hugonis* Epiſtolæ Japonicæ Joannis Rodrigvez & Chinenſes Matthæi Riccii S. J. A. 1607. 1608. Latine Antw. 1611. 8.

1607. 1608. *Antonii Colazi*, ex India, Japonia.

1609. 1610. 1611. 1612. litteræ Japonicæ & Sinicæ ad Claudium Aquavivam à *Nic. Trigautio*: Latine verſæ ab Andrea Schotto, Auguſtæ Vindel. 1615. 8.

Hiſtoire de ce qui s'eſt paſſé en *Ethiopie*, *Malabar*, *Braſil*, & és *Indes* Orientales, tirée des lettres écrites au General des Jeſuites A. 1610. jusqu'en 1620. Pariſ. 1628. 8. ex Italico Gallice.

1611. miſſio Jeſuitarum in Canadam ſive novam Galliam.

1611. litteræ annuæ ex omnibus Europæ partibus & e provincia *Peruviana*, *Philippina*, *Mexicana* &c. Dilingæ ſine anni nota 8.

Luys de Urreta Ord. Præd. hiſtoria de la ſagrada orden de Predicatores en los remotos reynos de la *Ethiopia*. Valenc. 1611. 4.

1612. Capucinorum Gallorum miſſio in *Braſiliam*.

Relacion del ſucceſſo que tuvo nueſtra ſanta Fè en los Reinos de Japon A. 1612 - 1615. imperando Cuboſama, compueſta por el *P. Luis Pineyro*, S. J. Madrid 1617.

A. 1613.

A. 1613. *Sebaſtiani Vieira* litteræ Japonicæ.

1614. In peregrinationibus *Ferdinandi Mendez Pinto*, Luſitanice editis Ulyſſipone 1614. fol. Hiſpanice Valentiæ 1645. fol. Gallice Pariſ. 1645. 4. non pauca leguntur de Franciſco Xaverio, ejusque laboribus & exitu.

1615. Litteræ annuæ ex Japonia, Chinenſi regno, Goa, Æthiopia, Italice per Laur. delle Porze. Mediolan. 1621. 8.

Gerardi Zoës ex Gvinea. *Petri Morejon* ralatio A. 1615-1619. de regnis Japonenſi & Chinenſi. Ulyſſipone 1621. 4. litteræ S. J. e regno Sinarum, auctore P. Nicolao Trigautio. Auguſtæ Vindel. 1615. 8.

Franciſcanorum miſſio in Canadam ſive novam Franciam.

1617. *Franciſci Eugenii*, e Cocincina & Macao.

1618. *Camilli Conſtantii* & e Goa A. 1618. *Caſparis Luiſii* & ex Cocincina A. 1621. ex Japonia 1619. 1624.

1618. 1619. 1625. *Emanuelis Diaz*, e Sinis.

Alexandri de Rhodes S. J. relationes de felici ſucceſſu fidei Chriſtianæ, in regno Tunchinenſi, Cocincinenſi, Japonia, Perſide ab A. C. 1618. ad 1653. vide Sotwelli Bibl. Jeſuiticam p. 24.

1619. ad 1622, *Adriani Crucii* de rebus à ſocietate in Japonia geſtis. Neapoli 1621. 8. & ex Italico Gallice à Petro Morino S. J. Paris 1625. 8.

1620. *Jacobi Rho* ſive *Raudenſis* de ſua navigatione (in Chinam) & de rebus Indicis Epiſtolæ duæ. Mediolan. 1620.

1620. 1621. *Adriani Crucii* e Sinis. *Hieronymi Majorica* ex Goa, A. 1620. 1621.

Wenceslai Pantaleonis Kirwitzer.

Capucinorum Hiſpanorum Miſſio ad regnum Congo cum litteris à Paulo V. vide Marci de Gvadalaxara *Hiſt. Pontifical y Catolica* T. V. pag. 477. ſeq.

1621. 1622. *Hieronymi Majorica* litteræ Japonicæ, & ex Italico Gallice à *Jo. Baptiſta de Machault*. Paris 1627. 8.

A. 1622.

A. 1622. 1623. *Alvari Semedei*, Luſitani.

1623. *Joannis de Sylva*, Ulyſſiponenſis litteræ e provincia *Goana*.

1624. *Sebaſtiani Barreti* ſive *Barretarii* annuæ litteræ *Goa* ſcriptæ.

1624. *Antonii Andradi* iter in regnum *Tibet* & *Catajan*.

Jo. Baptiſta Machalti (Machault) S. J. geſta a Patribus Societatis in regno *Tibetano* & in *Æthiopia* A. 1624. & in regno *Sinenſi* A. 1625. 1627. 1628. Pariſ. 8.

1624. *Franciſci Creſpi* relatio de Martyribus Japonenſibus. Litteræ annuæ ex Italico verſæ editæ Latine Diling. 1628. 8. *Gerardi Zoës* litteræ Japonicæ.

Relaçam geral de eſtado da Chriſtiandade de *Ethiopia* das couſas do *Thibet* è *Catayo*, copiada das cartas dos Padres da Companhia de JEſu dos annos de 1624. 1625. 1626. pelo *P. Manoel da Veiga*. Lisboa 1628. 4.

1625. ad 1627. *Jacobi Suſii* litteræ Japonicæ, & e regno Cochinchinenſi. Lovan. 1632. Litteræ Japonicæ *Joannis Vremanni* de A. 1625. 1626. & *Joannis Vireau* A. 1625. ſeqq. Gallice, Pariſ.

1626. 1627. *Jacobi Rauſonier*, Burgundi, S. J. annuæ litteræ ex *Paraquaria*. Antwerp. 1636. 8.

1626. *Franciſci Codingi* iter in regnum Tibet.

1626. 1627. *Andradi* & *Almeidi* iter in Æthiopiam.

Ab A. 1627. ad 1646. in regno Tunchinenſi † *Alexander de Rhodes*, Avenionenſis libro poſteriore hiſtoriæ Tunchinenſis, Lugd. 1652. 4.

1627. *Chriſtophori Ferreira*.

1627. 1628. *Nicolai Maſtrilli* Nolani, ex Provincia Paraquaria. Latine ex verſione Jac. Rançonierii. Antw. 1636. 8.

1629. Exilio multati à Rege Tunchinenſi Chriſtiani. vide Alex. de Rhodes II. 28. p. 108. ſeq. atque c. 35. p. 13[illegible]. ſeq.

A. 1630.

† Ut *Pechin*, Septentrionalis, *Manchin* Auſtralis, ita *Tunchin* Orientalis China.

A. 1630. *Edmundi Nevillii*, e Japonia.
1631. *Chriſtophori Borri* relatio miſſionis in regno Cocincinæ. Rom. 8. Italice. & Viennæ 1633. Latine Jo. Bucelleno interprete: adde Alexandrum de Rhodes II. 37. pag. 143. ſeq.
1633. *Franciſci Rodrigvez.*
1634. 1635. relation de ce qui s'eſt paſſé en la nouvelle France, par le Pere *le Jeune* ſuperieur de la reſidence de Kebec. Avignon 1636. 12.
1636. *Marcelli Franciſci Maſtrilli* S. J. iter cum XXXII. ſociis in Indiam. Antw. 1636. 8.
Jacobi de Machault S. J. relationes Gallice editæ de miſſionibus Paraquariæ & aliis in America Meridionali Pariſ. 1636.
1637. *Marcelli Franciſci Maſtrilli* S. J. hiſtoria expeditionis Hiſpanicæ ad Regem *Mindanni* ſive Inſulæ *Mindanao* e Philippinis A. 1637. Hiſpali. fol. Hiſpanice.
1638. *Laënſis* ſive ad *Laorum* terras expeditio de qua Alexander de Rhodes II. 43. p. 162. ſeq. Relation nouvelle & curieuſe des Royaumes de Tunquin & de Lao, traduite de l' Italien du *P. Mariny* par L. P. L. C. C. Paris 1666. 4.
1640. Hoc anno Chriſtianorum in regno *Tunchinenſi* fuiſſe centum millia tradit Alex. de Rhodes II. 48. p. 179.
De Luſitanorum legatione irrita in Japoniam ad revocandum edictum Chriſtianis inimicum, videnda relatio *P. Antonii Franciſci Cardini*, edita Rom. 1643. 8.
1644. ab *Andrea Xavierio* nova incrementa Tunchinenſis Eccleſiæ de quibus Alex. de Rhodes II. 51. p. 191. ſeq.
1646. *Jacobi de Machault* S. J. relationes de rebus Japonicis.
1646. Hiſtorica relatione del Reyno de *Cile*, (Chili) e delle miſſioni e miniſterii che eſercita in quella la Compagnia di Gieſu. Rom. 1646. fol. *Franc. Cardin.* relation de la Province du *Japon*, ex Luſitanico Gallice. Relation des miſſions de Malabar. ex Italico Franc. Barretti Paris 1646. 8.
1647. 1652. *Pauli Ragvenau.* Pariſ. 8.
1649. Itinerario de las miſſiones Orientales del *P. Manrique.* Rom. 1649. 4. Itinerarium Orientale *R. P. F. Philippi.* Lugd. 1649. 8.

A. 1650. ad 1654. *Jo Nadaſii.* Dilingæ 1658. 8.

1651. *Jacobi de Machault* S. J. relationes de provinciir *Goana*, *Malabarica* & aliis.

1652. *Ignatius à Jeſu*, Carmelita, de Miſſione *Paſſoram* Meſopotamiæ ſuſcepta, & *de Chriſtianis S. Johannis.* Rom. 1652. Vide quæ ſupra pag. 119. ſeq.

Jacobi de Machault S. J. relationes de regno Cochinhinenſi.

1654. Relatio triplex de rebus Indicis. *Cornelii Bendinii* dicti *Godinez* Martyrium. *Caaigvarum* gentis mores & coepta converſio. *Adriani Knudde*, dicti *Creſſi* elogium. Antw. 1654. 8.

1658. 1659. Relation du voyage du *P. Joſeph Tiſſanier* depuis la France jusqu'au Royaume de Tunquin. Paris 1663. 8.

1659. *Jacobi de Machault* S. J. de itinere XXV. religioſorum Societatis ad miſſionem Indicam. Ejusd. de miſſione Religioſorum Societatis in Perſide.

1659 - 1666. relaçaon do eſtado politico e eſpiritual do Imperio da China: ex Latina Hiſtoria Tartaro Sinica P. *Franciſci Rougemont* Luſitanice, Ulyſſipone 1672. 4. Latine, Lovan. 1673. 8.

Alex. de Rhodes. Relation de la miſſion des Jeſuites etablie dans le Royaume de Perſe. Paris 1659. 8.

1660. *Joſephi Beſſoni* S. J. Syria ſancta, ſive de miſſionibus Patrum Societatis in Syria Pariſ. 1660. 8. Gallice, & ex Gallico Italice Joſepho Anturino, Aleppenſi Maronita interprete. Rom. 1662. 4.

1662. lettre de *Jaques le Favre* au P. Procureur de la Province de France & des Miſſions del' Orient ſur ſon arrivée a la Chine, & l'eſtat preſent de ce Royaume. Paris 1662. 8.

1663. *Jo. Philippi de Marini* S. J. delle miſſioni de' Padri della Compagnia di Gieſu nella provincia del Giappone & di Tunquino. libri V. Rom. 1663. 4. Venet. 1665. & Gallice Pariſ. 1666. 4. *Juliani Baldinoti* relatio de itinere in regnum Tunquin, Sinis conterminum.

Jacobi

Jacobi de Machault relationes de regno *Madurenſi*, *Tangorenſi* &c.

A. 1666. divers voyages du *P. Alexandre de Rhodes* en la *Chine* & autres Roiaumes de l'Orient, avec ſon retour en Europe par la Perſe & l'Armenie. Paris 1666. 4. 1682. 4. Viaggi Orientali del *Filippo della SS. Trinita.* Rom. 1666. 8.

Relation d'un voyage de *Congo* A. 1666. 1667. par *Mich. Ange de Gattine* & *Denys de Carli de Plaiſance.* Lyon 1680. 8.

Relation du Voyage de Mr. l' Eveque de Beryte, vicaire Apoſtolique, de la *Cochinchine* par la Turquie, la Perſe & les Indes jusqu'e a Siam, par le ſieur *de Bourges*, Preſtre miſſionaire. Paris 1666. 8.

1668. Relation abregeé des Miſſions & des voyages des Eveques François envoyez aux Royaumes de la *Chine*, *Cochinchine*, *Tonchin* & *Siam* par *Fr. Pallu* Evesque de Heliopolis. Paris 1688. 8.

1671. Relation des miſſions des Evéques François aux Royaumes de *Siam*, de la *Conchinchine*, de *Camboy* & du *Tonkin* depuis 1666. jusqv'en 1671. Paris 1674. 8.

1672. Suite de la dite relation és anneés 1672. jusqu'en 1675. Paris 1680. 8.

1688. Voyage d'un miſſionaire de la Compagnie de Jeſus en *Tunquin*, en *Perſe*, en *Armenie*, en *Arabie* & en *Barbarie* ab A. 1688. ad 1709. Paris 1730. 12. 2 Vol. *Journal des Sav.* 1730. *Juin p.* 182.

1699. Ab hoc anno incipiunt Epiſtolæ Gallica lingua editæ a Jeſuitis Carolo Gobieno, P. du Halde aliisque ſub titulo: *lettres edifiantes & curieuſes ecrites des miſſions etrangeres par quelques Miſſionaires de la Compagnie de JEſus.* Paris 12. & Anglice Lond. 1714. & Germanice * Auguſtæ Vindelicorum, Stœcklino interprete 1728. 8. Volumina Gallice hactenus prodierunt XIX. de ultimo vide ſis Journal litteraire T. XVII. p. 50. & Ephemerides Eruditorum Pariſienſes A. 1730. p. 489.

* Allerhand ſo lehr- als geiſtreiche Briefe, Schrifften und Reiß-Beſchreibungen von denen Miſſionariis der Geſellſchafft JEſu.

A. 1700. Relatio Miſſionum Occidentalium, ſub vexillis Seraphici inſtituti peractarum à *P. Franciſco Diez.* Rom. 1700. fol.

1715. Ab hoc anno incipit nova collectio, cujus ſex evolvi volumina, quæ inſcribuntur: Nouveaux memoires des miſſions de la Compagnie de JEſus dans le Levant. Paris 1715-1727. 12.

Linguarum ſtudium, Arabicæ & Chaldaicæ commendatum ad infideles convertendos in Concilio Viennenſi A. 1311. Gregorius XIII. A. 1585. ſine Pontificis expreſſa licentia neminem ad prædicandum Ethnicis Evangelium proficiſci edita bulla præcepit. Clemens VIII. deinde Magiſtris & Generalibus Ordinum Monaſticorum hanc conceſſit facultatem, ut quos vellent ex Ordine ſuo, per Luſitaniam duntaxat ſuſcepta inde navigatione in peregrinas regiones mitterent. Paulus V. quocunque itinere permiſit religioſos in Indias ablegare ad Fidem Chriſtianam prædicandam, quod A. 1633. confirmavit Urbanus VIII. in decreto quod incipit: *Ex debito Paſtoralis Officii*, in quo Miſſionariis negotiationes ſæculares diſtricte interdicuntur. T. 4. bullarii magni p. 189.

Congregatio Miſſionum Apoſtolicarum Neapolitana.

Lovis Abbelly, Eveſque de Rhodez, la vie de *Vincent Paul*, Inſtituteur & premier Superieur general de la Congregation de la Miſſion. * Paris 1664. 4.

Memoire touchant la pretenſion qv'ont quelques ſujets de la Congregation de la Miſſion d'obtenir la diſpenſe ou commutation de leurs voeux. 4. *Journal des Sav. A.* 1695 p. 265.

Emanuelis Sarmiento de Mendoza, Burgenſis, in Schola Salmanticenſi Rectoris, Militia Evangelica pro adornandis miſſionibus Apoſtolicis ad Evangelii inter Ethnicos publicationem fructoſam. Hiſpali 1628. 8.

Multa ſunt & magna quæ in Miſſionibus & Miſſionariis Romanæ Eccleſiæ jure merito a multis vel deſiderata ſunt vel reprehenſa: quorum longe maximum eſt illud, quod non tam cordi eſſe videatur

* Congregatio hæc inſtituta à Vincentio Paulo, confirmata ab Urbano VIII. A. 1626.

videatur plerisque Evangelicam doctrinam & pietatem bona fide more Apoſtolico inſtillare animis, curareque ut Verbum CHriſti habitet inter Neophytos πλουσίως abundanter a) in omni ſapientia, ut in illis Divina Lux accendatur Fidei, & cum ſerio virtutis ſtudio Charitas, σύνδεσμος τῆς τελειότητος vinculum illud perfectionis ab iisdem induatur: ſed quod hoc agere ſoleant inprimis, ut Eccleſiæ Romanæ proſelytos, b) & Papæ veneratores faciant, & ritus Romanos introducant utcunque; Evangelicæ doctrinæ integritate ac puritate & vi vel diſſimulata, vel obſcurata, apocryphisque fabulis, ut factum ab Hieronymo Xaverio c) conſtat, & variis contaminata erroribus ſuperſtitionibus atque ἐθελοθρησκείαις. Quæ ne quis præter rem objecta cauſſetur, ſufficiet animo Chriſtiano & attento legere ipſas eorum relationes, in quibus hæc non ſine dolore obſervata paſſim a me memini, atque teſtata obſervataque aliis, docebunt e noſtratibus *Dorotheus Aſcianus* ſive *Matthias Zimmermannus* libro de montibus pietatis Romanenſibus p. 553. ſqq. *D. Jo. Georgius Neumannus* Theologus Witebergenſis, in diſſ. de Miſſionariis Pontificorum, Witeb. 1702. 4. *Henricus Muhlius* Theologus Kilonienſis diſſ. de converſione Paganorum pag. 39. ſeq. Kil. 1717. 4. *Chriſtianus Eberhardus Weiſmannus*, Theologus Tubingenſis Oratione de Virtutibus, Vitiis & Fatis Miſſionum, quas Romana Eccleſia per omnem terrarum Orbem convertendarum Gentium gratia inſtituit, d) in ejus Orationibus Academicis, editis Tubingæ 1729. 8. p. 286. ſeqq. & Rev. *Erdmannus Neumeiſterus* noſter, in Geiſtlichem Abel, Feſto Aſcenſionis CHriſti Tom. 1. p. 1033. ſeq.

 Quan-

a) Coloſſ. III. 16. Robertus Millar Tom. 2. p. 263. *It is obſervable, that none of theſe Miſſionaries ever put the Sacred Scriptures of the Old and New Teſtaments into the hands of their pretended proſelytes, nor gave them any methodical inſtruction in the principles of the Chriſtian Religion, which is abſolutely neceſſary in order to make ſtrangers and heathens good Chriſtians, and which has been done by others who laboured in that work in former ages, and alſo in later tymes, as by Mr. Eliot, and others in* New-England, *and by the* Danish *Miſſionaries in Malabar.*

b) Matth. XXIII. 15.

c) vide Codicem Apocryphum Novi Teſt. Tom. 1. p. 381. * 828.

d) Auserleſene Theologiſche Bibliothec T. 4. p. 429. ſeq.

Quanquam autem vehementer dolendum eſt dici hæc taliaque poſſe, nec poſſe negari aut refelli, tamen neque univerſis objici eadem pariter poſſe intelligo, & multis in Miſſionariis bonam pro captu ſuo intentionem, ſincerum ardorem, Zelum, incredibiles labores, pericula & conſtans ad profuſionem ſanguinis usque ſtudium animas Chriſto lucrandi negare nemo auſit; hæc igitur libenter agnoſco, admiror, amo, laudo: laudo etiam quod catechizandis rudibus diligentior a non paucis opera impenditur, & catechetarum numerus augeri quotidie deſideratur: itaque Nomen CHriſti etiam Miſſionariorum ſtudiis latius proferri atque inter Gentes perſonare gaudeo cum Apoſtolo & gaudebo, quanquam ut apud majores noſtros olim obſcuratum traditionibus humanis: nam ita quoque non dubito illud ſalutare fore multis, donec poſt hoc crepuſculum, puriorem plenamque lucem Evangelii populis illis concedere luminum Patri viſum fuerit.

CAPUT XXXIII.

Congregatio Romana de Propaganda Fide: & Congregatio S. Officii, ſive Tribunalis univerſalis Inquiſitionis.

I.

DE celebri Collegio de Propaganda Fide quod poſt interceptos Clementis VIII. & Pauli V. conatus à Gregorio XV. Pontifice A. 1622. conditum eſſe conſtat, eſt mihi in manibus volumen parvum in fol. editum Romæ A. 1642. quod inſcribitur: *Conſtitutiones Apoſtolicæ, ſacræ Congregationis de propaganda Fide.* In hoc continentur: 1) *Gregorii XV.* bulla quæ incipit: *Inſcrutabili Divinæ Providentiæ arcano*, edita A. 1622. a) decimo Kal. Jul. qua Congregatio illa fundatur, Cardinalibusque XII. vel pluribus & Prælatis ac Religioſis & linguarum peritis Viris una cum Secretario ad illam cooptatis committitur & demandatur, *ut omnia & ſingula negotia ad Fidem in univerſo Mundo propagandam*

a) Eadem obvia in Laërtii Cherubini bullario magno Tom. III. pag. 421.

pagandam pertinentia cognoſcant & tractent, & graviora quæ congregati tractaverint ad Pontificem referant, alia vero per ſe ipſos decidant & expediant pro eorum prudentia. MISSIONIBUS omnibus ad prædicandum & docendum Evangelium & Catholicam doctrinam ſuperintendant, miniſtros neceſſarios conſtituant & mutent. pag. 1. 2) Ejusdem Gregorii XV. litteræ ternæ quibus Congregationi conceduntur emolumenta annulorum Cardinalitiorum per hæredes Cardinalium Cameræ Apoſtolicæ ſolvi ſolita, litteræ quoque & ſcripturæ omnes gratis expediendæ præcipiuntur, & facultas datur Judicem ſibi pro Congregatione deputandi pag. 5. 11. 13. 3) *Urbani VIII.* Inſtitutio & Reformatio Collegiorum Pontificiorum, Viennenſis, b) & Pragenſis, c) Fuldenſis d) pro ſcholaribus Germanicæ Nationis pag. 22. 30. 38. nec non Collegii Illyricorum e) A. 1627. p. 47. 4) Ejusdem Urbani VIII. Conſtitutio ſuper miſſionibus Religioſorum, quæ incipit: f) *Ex debito Paſtoralis Officii*, p. 56 de quo ſupra p. 564. 5) Alia pro alumnatu duodecim alumnorum ſex Nationum, *Georgianorum, Perſarum, Neſtorianorum, Jacobitarum, Melchitarum* nec non *Coptorum*, quem Urbanus VIII. condidit A. 1637. pag. 62. 6) Alia, qua duo Collegia Alumnorum Avenionenſia, magnum S. Nicolai de Anexiaco & alterum della Rovore, Congregationi de propaganda Fide ſubjicitur. pag. 69. 7) Alia pro alumnatu alumnorum tredecim pro *Æthiopica* ſive *Abyſſina*, & *Bragmana Indorum* Orientalium, & in earum defectum *Armena* nationibus, A. 1639. pag. 74. 8) Alia pro Collegio ſeu ſeminario S. Norberti Civitatis Pragenſis, Ordinis Præmonſtratenſis. pag. 81. & pro ſeminario Archiepiſcopali Pragenſi. p. 87. 9) Urbani VIII. conſtitutio, ne Monaſteria, Conventus, Domus, Seminaria, Collegia, Hoſpitia ſeu Oratoria nova usquam ſub titulo de Propaganda Fide conſtruantur inconſulta ſede Apoſtolica. A. 1640. pag. 91. 10) Ejusdem bulla erectionis Collegii *ſeminarii* Poſtoralis Urbani g) *pro propaganda*

ac

b) Id. T. IV. p. 124. c) id. p. 122.
d) id. p. 155. e) id. p. 117.
f) id. pag. 189.
g) Confer quæ de hoc Seminario ex Helioti hiſtoria Ordinum Monaſticorum, Religioſorum & Militarium, Congregationumque ſecularium notantur in memoriis litterariis Trevoltinis A. 1721. menſe Novembri p. 1898. ſeq.

ac tuenda Catholica & Apoſtolica *Fide*, alumnorum ex omni natione A. 1627. pag. 93. ii) Bulla ab eodem Urbano VIII. A. 1641. promulgata, qua Seminarium & Alumnatus, cum Congregatione de propaganda Fide uniuntur, ejusque curæ ſubmittuntur. pag. 104 - 115.

Sicut de reliquis congregationibus & tribunalibus aulæ Romanæ, ſic de hac quoque pluribus tractant *Joannes Baptiſta de Luca* Cardinalis, in relatione Curiæ Romanæ, Colon. 1683. 8.

Hunoldus Plettenberg S. J. in notitia Congregationum & tribunalium Curiæ Romanæ, Hildeſii 1693. 8. capite XXVI. p. 733. ſeq. De eadem poſſunt præterea conſuli

Georgius Stiberer S. J. Geographiæ Hierarchicæ parte ſecunda pag. 33.

Breve compendium hiſtoriæ Congregationis Cardinalium de Propaganda Fide, à *Theophilo Sigfrido Bayero* & *Carolo Menzelio* editum Regiomonte 1721. 4.

Dorotheus Aſcianus ſive *Matthias Zimmermannus* libro de montibus Pietatis Romanenſibus edito Lipſiæ 1670. 4. pag. 522. ſeq. qui etiam p. 561. ſeq. *Thomæ à Jeſu*, Carmelitæ exhibet conſilium, quod ille libro tertio theſauri ſui de ſalute Gentium procranda A. 1613. editi cap. 1. dederat de erigenda Romæ hujusmodi Congregatione.

Libellus diviſionis Provinciarum Orbis terrarum, pro Cardinalibus de propaganda Fide. Rom. 12.

Elenchus librorum ſive typis ſive impenſis h) Congregationis de Propaganda Fide variis lingvis excuſorum, ex editione Romana A. 1639. 4. recuſus in laudato *D. Matthiæ Zimmermanni*, Superintendentis eruditi Miſnenſis, libro de Montibus Pietatis p. 527 - 533.

Volumen

h) Omnes alias Europæ typographias characterum peregrinorum, & in his oris vix unquam viſorum apparatu ab hac Congregationis Romanæ typographia facile ſuperari notavit Wagenſeilius in telis igneis Satanæ p. 90. & libri ex illa officina editi fidem faciunt. Linguarum pæne omnium typis inſtructam laudat Bernardus de Montfaucon, Diarii Italici p. 230.

Volumen MS. ſatis ſpiſſum in 4. quæſtionum in hac Congregatione propoſitarum, caſuumque examinatorum, ex Bibliotheca Guſtavi Schroederi, Paſtoris Gluckſtadienſis τȣ μακαρίτȣ ſervatur apud Venerandum noſtrum Jo. Chriſtophorum Wolfium, cujus beneficio evolvere illud mihi licuit.

Regole da oſſervarſi dagli alunni de propaganda Fide Rom. 4.

Fundatio Alumnatus pro Juvene Nationis Epiri ſeu Albaniæ à Congregatione de Propaganda Fide nominando: in Clementis XI. bulla CVI. data A. 1708. T. 1. Opp. pag. 634.

E Reformatis *Carolus Drelincurtius* in dialogis IX. Gallice editis contra Miſſionarios, Genev. 1655. 8.

Robert Millar in hiſtoria propagati Chriſtianiſmi, Paganiſmique oppreſſi, vulgata Anglice Lond. 1731. 8. tomo ſecundo capite VIII.

Ex ipſis Eccleſiæ Romanæ ſociis *Richardus Simon* in Bibl. Critica Gallice edita tomo 2. cap. 3. aliique Jeſuitarum circa cultum religioſum Chinenſium adverſarii, quos refero infra c. XXXIX.

II. Congregatio altera, itidem ad tuendam & propagandam Religionem ſuam à Pontificibus Romanis directa, atque hæreticis potius, quos vocant, inter Chriſtianos perſequendis & excruciandis, quam non Chriſtianis ad CHriſtum adducendis comparata eſt quam appellant *Sancti Officij*, ſive Tribunal Univerſalis *Inquiſitionis*, cujus tanquam erubeſcendæ Chriſtiano Nomini non feciſſem hoc loco inter remedia propagandæ Religionis Chriſtianæ mentionem, niſi illam ad Judæos etiam interdum Muhamedanosque & Ethnicos (non adeo convertendos illos quidem, quam bonis & vita ob Religionis impactum crimen ſpoliandos adhibitam conſtaret. Originem tam horribilis & truculentæ rei video repeti ab *Innocentio III.* Potifice, qui legatum ſuum *Petrum* * *de Caſtro Novo*, cum duodecim Monachis *Ciſtercienſibus* ad perſequendos Albigenſes miſit A. 1204. eumque A. 1208. Raymundi Comitis Toloſani interfectum inſidiis acerbe queritur lib. XI. Epiſt. 26. ſqq. T. 2. edit. Baluzianæ pag. 147. adde Petri Sarnenſis, illorum temporum ſcriptoris & monachi Ciſterc. hiſtoriam Albingen-

 ſium

* De hoc confer Acta Sanctorum T. 1. Martii V. p. 411. ſeq.

ſium & belli ſacri ab A. 1209. ad 1218. geſti editam à Nic. Camuſato Trecis A. 1615. 8. atque in tomo V. Franciſci du Cheſne: & Odoricum Raynaldum, Bzovium, Wadingum aliosque illorum temporum ſcriptores. Acta Concilii Avenionenſis A. 1209. Dacherii ſpicileg. T. I. edit. novæ p. 703. Inde Inquiſitio introducta Toloſæ primum in Gallia Narbonenſi circa A. 1212. primo Inquiſitore *Dominico*, Ordinis Prædicatorum conditore, qui perinde ut *Franciſcani* magnam Pontifici declamationibus ſuis contra Hæreticos operam præſtabant. Confirmante deinde Inquiſitorum auctoritatem variis Conſtitutionibus A. 1225. & 1244. Imperatore Friderico a) in longe pluribus præter Galliam regnis Europæ illud tribunal obtinuit, & in Italia, & in Polonia, regnisque Aragoniæ, Valentiæ, nec non Caſtellæ ac Legionis c) & Luſitaniæ d) Siciliæque, e) & apud Sardos, tum in Flandria atque Arteſia. In quibusdam tamen regnis ut Neapolitano f) atque in Germania fruſtra tentatum: Venetiis g) prudenter temperatum eſt, in Gallia h) impeditum ceſſavit; Belgio i) cum intentaretur, ad Hiſpanorum jugum excutiendum admovit ſtimulos, & libertatis vindicandæ anſam nobilem præbuit. Extra Europam non novi tribunal Inquiſitionis vigere niſi i) in emporio celebri Indiæ Orientalis *Goa*, quæ juris eſt Luſitanici annos amplius ducentos, & Archiepiſcopi ſedes a temporibus Pauli IV. Vide *Delloni* Medici Galli librum, relation de l'inquiſition de Goa, Paris 1687. Lugd. Bat. 1687. 12. & Belgice Middelburg. 1688. 8. Catalogo dos Inquiſitores que tem havido

a) Vide Philippi a Limborch hiſtoriam Inquiſitionis lib. 1. pag. 48. ſeq.
b) id. pag. 72. ſeq.
c) id. pag. 77. Acta Concilii Tarraconenſis A. 1242. in Aguirrii Conciliis Hiſpaniæ T. 3. p. 498. ſq.
d) Limborch pag. 86. e) id. pag. 95.
f) pag. 94. Confer Petrum Giannonium de quo Acta Erud. A. 1729. p. 423.
g) Limborch pag. 63. ſq. Journal des Sav. 1700. p. 54.
h) De Inquiſitore Generali Fidei in Gallia & Flandria, ubi nulla Inquiſitio, Rich. Simon, lettres choiſies Tom. III. 20. pag. 114. ſeq.
i) Limborch p. 104. Grotius lib. 1. Annal. Belg. p. 14. ſeq.

havido na Inquiſiçaon de Goa do A. 1560. até o preſente, in Actis Academiæ Regiæ Ulyſſiponenſis A. 1724. num. XXXII. præterea 2) *Carthagenæ* in regno novo Granatenſi: atque 3) *Mexici*, in regno Mexicano, ut didici ex *Matthia de Bocanegra*, S. J. historia actus generalis Inquiſitionis habiti Mexici A. 1652.

Congregationem Cardinalium & Prælatorum *S. Officii*, ſive tribunal *Inquiſitionis* univerſalis, cui additus eſt Commiſſarius Generalis ex S. Dominici Ordine, Romæ A. 1542. condidit Paulus III. in Bulla XXXIV. quæ incipit, *Licet ab initio*, T. 1. bullarii magni p. 576. Hanc deinde confirmarunt & auctoritatem Inquiſitorum magis magisque ſubinde auxere Pius IV. Pius V. & Sixtus V. ut videre eſt in eorum conſtitutionibus quæ ſubjiciuntur Directorio Inquiſitorum *Nicolai Eymerici*, & in *Philippi à Limbroch* hiſtoria Inquiſitionis, lib. 1. c. 29. p. 98. ſeq.

De Hiſpanicæ Inquiſitionis tribunalibus auctor itineris Gallice editi, relation d'un voyage d'Eſpagne, a Paris 1664. 12. pag. 183. *il y a dix tribunaux d'Inquiſition en Eſpagne, ſçavoir à* Tolede, Grenade, Seville, Cordoua, Murcia, Cuença, Logronno, Lerena & Valladolid: *& pardeſſus tous ceux là il y a le ſouverain, qui eſt* a Madrid. *Ce fut du temps de* Ferdinand k) *que cela commenca.*

In Luſitania A. 1532. a Rege Johanne III. admiſſum Inquiſitionis judicium confirmavit Paulus III. A. 1536. a quo tempore exercetur Ulyſſipone, Eboræ & Conimbricæ.

Catalogo dos deputados do Conſelho General da Santa Inquiſiçaon ab A. 1536. 23. Maj. in Comentariis Academiæ Regiæ Ulyſſiponenſis, 9. Decembr. A. 1721.

Noticia general des Santas Inquiſiçoens de Reyno de Portugal, Catalogo dos Inquiſidores, Deputados, Promotores e Notarios na de Evora ab A. 1536. na corte de Lisboa na Cidade Occidentale ab A. 1539. e na de Coimbra ab A. 1540. auctore *Petro Monteiro*, Ord. Præd. in iisdem Commentariis, 2. Decembr. A. 1723. pag. 379. ſqq.

k) circa A. C. 1479. Gonzalo de Illeſcas, hiſt. Pontifical y Catolica T. 2. p. 199.

Origen e Catalogo dos Revedores dos livros e Qualificadores do ſanto Officio, pelo Fratre *Pedro Monteiro*, Ord. Præd. in iiſdem Commentariis, A. 1724. num. XX.

Repertorium Inquiſitorum pravitatis hæreticæ Venet. 1595. 4. editore *Quintiliano Mandoſio*, cum additionibus *Petri Vendrameni*, 1588. 4.

Formulare Inquiſitionis Rom. 1584.

Anonymi doctrina de modo procedendi contra hæreticos ſub Gregorio X. in Edmundi Martene & Urſini Durand theſauro Anecdotorum T. V. p. 1795. ſeq.

In tractatuum Juris tomo XI. parte 2. obvii de judiciis criminalibus S. Inquiſitionis *Jacobus Simancas* Pacenſis Epiſcopus de Catholicis inſtitutionibus, *Joannes a Royas*, inquiſitor hæreticæ pravitatis Valentinus, de hæreticis eorumque impia intentione & credulitate, cum privilegio Inquiſitorum & Quæſtionibus XX. Inquiſitorialibus. *Zanchini Ugolini* Ariminenſis JCti tractatus de hæreticis, cum additionibus Fr. *Camilli Campegij* in Dominio Ferrarienſi Generalis Inquiſitoris. *Conradus Brunus* de hæreticis & ſchiſmaticis, & Forma procedendi contra hæreticos ſive inquiſitio de hæreſi, cujus auctor creditur *Joannes Chalderinus*.

Bulla Bonifacii IX. qua Officium Inquiſitionis Dominicanis injungitur, apud Bzovium ad A. 1403. n. XXIV.

Liber ſententiarum Inquiſitionis Tholoſanæ ab A. C. 1307. ad A. 1323. ex MS. Codice editus a Philippo Limborch, ad calcem Hiſtoriæ Inquiſitionum, Amſt. 1692. fol. Similis videtur Codex de quo Franciſcus Graverol, Academicus Regius Nemauſenſis in Epiſtola inſerta Ephemeridibus litterariis Pariſienſibus A. 1691. pag. 150. *l'hiſtoire des Albigeois nouvellement publiée par un Jacobin, eſt ſans doute la meſme que j'ai lüe ici en manuſcrit il y a trois ou quatre ans. L'auteur a ce compte la doit étre le* Pere Benoit *mon bon ami, & originaire de la ville de Carcaſſone, a qui j'ai ſouvent permis de conſulter dans mon Cabinet un rare manuſcrit que j'ai qui eſt l'original des procedures faites contre les Albigeois du temps du Cardinal de Clermont par les Inquiſiteurs de la Foi, & duquel Mr. Colbert m'avoit fait offrir* 150. *Louis d'or.*

Hiſtoria

Hiſtoria Inquiſitionis Toloſanæ, edita Amſtelodami & inſcripta Archiepiſcopo Cantuarienſi.

Thomas del Bene de Officio Inquiſitionis. Lugd. 1666. fol.

Bernardi Comenſis, Ord. Præd. Lombardi, Inquiſitoris, Lucerna Inquiſitorum, Mediolan. 1566. & cum *Franciſci Pegnæ* Hiſpani annotationibus Rom. 1584. 4. Pegna Rotæ Romanæ Decanus ex hac vita diſceſſit A. 1612.

Cæſaris Carenæ Cardinalis Judicis, Conſervatoris, Conſultoris, & Advocati Fiſcalis Officii Inquiſitionis de modo procedendi in cauſis S. Officii, Cremonæ 1636. 4. & tractatus auctior de hoc Officio, cum *Gvidonis Fulcodii* Cardinalis, poſtea Papæ *Clementis IV.* quæſtionibus XV. ad Inquiſitores, cum Carenæ annotationibus. Cremonæ 1641. 1655. Lugd. 1649. & 1669. fol. cum notis ad *Franciſci Pegnæ* inſtructionem ſive praxin Inquiſitorum.

Nicolai Eymerici Ord. Præd qui in regno Aragonum Inquiſitor generalis per annos XLIV. fuit & A. C. 1393. diem obiit, * directorium Inquiſitorum hæreticæ pravitatis. Barcinone 1503. & cum *Franciſci Pegnæ*, commentariis Rom. 1578. 1585. 1597. Venet. 1566. 1607. fol. & *Aloyſii Bariolæ* flores ad Pegnam, Mediolan. 1610. 8.

Umberti Locati, Inquiſitoris Placentini Judiciale Inquiſitorum. Rom. 1572. 4. Venet. 1583. 4.

Jo. Baptiſta de Luca, Cardinalis in relatione Curiæ Romanæ omniumque Congregationum. Colon. 1683. 4.

Joannes Mariana Hiſtoriæ Hiſpan. lib. XXIV. c. 17. *Bellegarde* hiſt. generale d'Eſpagne. *T.* 3. *Bibl. Françoiſe* pag. 85. ſeq.

Eliſeo Maſini, ſacro Arſenale, o vero prattica dell' Officio della S. Inquiſitione. Genua 1621. 1625. Rom. 1630. & deinde ſæpius, & nuper Rom. & Bononiæ 1716. per N. *Longhi*.

Ludovici a Paramo, Boroxenſis, Archidiaconi & Canonici Legionenſis, Regnique Siciliæ Inquiſitoris de origine, (quam ex Paradiſo repetit) de officio & de progreſſu S. Inquiſitionis, libri III. Madrit. 1598. fol. ex typographia Regia, & Antwerp. 1619. fol. Idem

 lib.

* Jac. Echardus Tom. I. de ſcriptoribus Ordinis Dominicani pag. 710.

lib. 2. cap. 2. laudat *Dominici de Mendoza*, Dominicani tractatum de ſancto officio ejusque utilitate.

Franciſci Pegnæ: vide ſupra in Bernardo, Carena & Eymerico.

Jacobus Pignatellus, Theologus & JCtus Salentinus in volumine utroque Conſultationum, Porto Ferraro 1711. fol. Memoirs of literature T. 2. A. 1712. pag. 192.

Hunoldus Plettenberg S. J. in notitia congregationum & tribunalium curiæ Romanæ capite XVI. p. 593. ſeqq.

Gabrielis de Quemada judicis fiſci S. Inquiſitionis Quæſtiones XXV. in materia fiſcali coram Judicibus fiſci S. Inquiſitionis, Toleti 1564. 8. & Venet. 1583.

Sebaſtianus Sabelles S. J. de materiis tribunalium Inquiſitionis eorumque tribunalium origine. Rom. 1651. fol.

Antonii de Souſa, ** Ulyſſiponenſis, Ord. Præd. & Inquiſit. tribunalis Conſiliarii, aphoriſmi Inquiſitorum, libris IV. præmiſſa hiſtoria de origine S. Inquiſitionis Luſitaniæ adverſus quendam *Saavedram* qui legatuum Pontificium mentitus in hoc regnum invexiſſe eam falſo creditur, ſubjunctaque quæſtione unica de teſtibus ſingularibus in cauſis Fidei. Ulyſſipone 1630. 4. Turnoni in Gallia 1633. 8. & Lugd. 1669. 8.

Jo. de Torrezilla Apologeticum pro jurisdictione S. Inquiſitionis in Regno Siciliæ, ſive de Regia jurisdictione Inquiſitoribus conceſſa, adverſus ea quæ *Marius Cutellus* in deciſionibus Siciliæ in contrariam ſententiam ſcripſit. Neapoli 1637. 4.

De iniquitate Inquiſitionum conqueruntur, eamque probant argumentis:

Auctor libri: hiſtoire del' Inquiſition & ſon origine. a Cologne 1693. 12. & memoires hiſtoriques pour ſervir à l'hiſtoire des Inquiſitions, IV. livres. a Cologne, 1716. 12. 2. Volum. Journal des Sav. 1694. p. 331. & 1717. p. 29. Auctor *Marſolierius*.

Franciſci

** Idem Echardus T. 2. p. 464.

Franciſci Arnoldi Heilbrunnenſis inquiſitio Catholica de tractandis hæreticis, oppoſita inquiſitioni Hiſpanicæ, ejusque crudelitatis auctoribus & defenſoribus. Tubing. 1609. 4.

Dorotheus Aſcianus ſive qui ſub illo latet nomine *D. Matthias Zimmermannus*, Superintendens Miſnenſis in libro de montibus pietatis Romanenſibus p. 459. ſeqq.

Jo. Balthaſar Bebelius, Balthaſaris, Theologi Argentoratenſis filius diſſ. de Inquiſitione Hiſpanica, Lipſ. 1692. 4.

Henr. Ludolph. Benthem de cauſis conſervati Papatus p. 28. ſeq.

Gilbertus Burnet in Epiſtola ſecunda ſubjecta ejus itinerario quod ex Anglicana lingua etiam Gallice verſum exſtat & Germanice.

Mr. Dellon, relation de l'inquiſition de Goa. à Paris 1687. 12. Acta Erud. T. 1. ſupplem. p. 61. Hiſt. des Ouvrages des Sav. 1687. p. 258. Nouvell. de la rep. des lettr. 1688. p. 13. curieuſes Bücher-Cabinet parte XXX. & XXVIII. Præter hanc relationem recuſam in Belgio, & Belgice etiam, Anglice & Germanice editam, conſulendum ejusdem Delloni novum iter in Indiam Orientalem vulgatum Gallice Pariſ. 1685. 12. Amſt. 1699. & Germanice Dresd. 1700. 12. parte 2. cap. 10. Nouvell. Rep. lettr. 1699. pag. 27. Plenior itineris ejusdem editio lucem vidit Colon. 1709. 12. tribus Volum. in qua reſpondet Dellonius tum aliis tum ſcriptori Hiſtoriæ Inquiſitionis Toloſanæ. Hiſtory of the works of the learned A. 1709. pag. 593.

M. Antonius de Dominis lib. VII. de Rep. Eccleſ. cap. 8. §. 25. ſeq. adde lib. V. cap. 9. §. 21. ubi de Pontificum truculentis artibus & conſiliis, Brevibusque ad occidendos homines impune, conceſſis.

Eraſmus contra Monachos Hiſpanos T. ult. Opp. edit. Baſil. p. 858. 860. ſeq.

Antonius Gavinus qui ex Canonico Cæſarauguſtano Miniſtrum ſe Verbi Divini in Eccleſia Anglicana A. 1715. profitetur, tomo 1. libri Anglice, Gallice & Germanice editi, le paſſe par tout de l'Egliſe Romaine, capite 4. in qua deteſtabilia quædam & omnem fidem ſuperantia narrat non de crudelitate ſolum ſed libidinibus quoque & luxuria Inquiſitorum.

Reginaldi Gonſalvi Montani Inquiſitioni Hiſpanicæ artes aliquot detectæ, Heidelb. 1567. 8.

Johan-

Johannes Leger libro ſecundo operis, Hiſtoire generale des Egliſes Evangeliques des Vallées de Piemont ou Vaudoiſes, Lugd. Bat. 1669. fol.

Philippi a Limborch Theologi inter Remonſtrantes clariſſimi, hiſtoria Inquiſitionis, diviſa in libros quatuor, cui ſcribendæ occaſionem præbuit *Iſaacus Orobio*, † Judæus, ſcriptis de Religione cum Limborchio editis ultro citroque notus. Libro primo de origine & progreſſu Inquiſitionis, ſecundo de Miniſtris Officii, tertio de Criminibus ad Inquiſitionis tribunal ſpectantibus, & quarto de modo procedendi coram Tribunali Inquiſitionis differit. Subjuncto libro ſententiarum Inquiſitionis Toloſanæ, de quo ſupra p. 572. * Amſt. 1692. fol.

De Anglica verſione hujus operis, quam parat Chandlerus cum additionibus ex Limborchii avtographo, vide Diarium Aſtelodamenſe A. 1729. Bibl. raiſonnée T. 3. p. 466.

Hieron. Maſſarii Vicentini Euſebius captivus, ſive modus procedendi in curia Romana contra Evangelicos. Baſil. 1553. 1597. 8.

Voyages de *Jaques Maſſé* (Simon Tyſſot Sr. de Pavot) pag. 411. ſeq. 438. ſeq.

Henricus Morus Opp. Theolog. p. 567. ſeq.

Davidis Nieto, Judæi, noticias reconditas y poſtumas del procedimiento de las inquiſiciones de Eſpanna y Portugal con ſus preſos. en villa Franca 1722. 8. Luſitanice & Hiſpanice. Confer Venerandi noſtri Wolfii Bibliothecam Hebraicam T. 3. p. 204. ſeq.

Georgii Nigrini Päbſtiſche Inquiſition und Guldenfluß der Römiſchen Kirchen 3. Bücher. A. 1582. fol.

Thomæ de Pinedo, Judæi locus memorabilis de Areopago Fidei, in notis ad Stephanum Byz. voce ἄςακος, pag. 128. ſeq. Amſt. 1678. fol.

Pauli Sarpii, Veneti, Servitæ, hiſtoria Inquiſitionis, prout in Dominio Veneto obſervatur. *diſcorſo del origine dell' officio dell' Inquiſitione nella Citta & Dominio di Venetia*. 1638. 4. & Latine *Andrea Colvio*

† Vide Jo. Clerici Bibl. univerſelle A. 1687. T. 7. pag. 248. ſeq.
* Idem T. 23. pag. 360. Hiſt des Ouvrag. des Sav. A. 1693. Mai. pag. 496. A. 1694. pag. 229.

Colvio interprete. Roterd. 1651. 12. Anonymi ſcriptum quod typis in 4. exſcriptum exſtat in Bibliotheca Barberina, *riſpoſta del C. F. A. al diſcorſo dell' origine dell' Officio*, non vidi.

Franciſci Leopoldi a Reiſing brevis relatio de horrendo Inquiſitionis proceſſu ob agitatas quasdam controverſias & libros prohibitos absque Superiorum licentia retentos & lectione pertractatos, Romæ immiſericordiſſime excitato. Fortgeſetzte Sammlung von alten und neuen in Theologiſchen Sachen A. 1723. p. 27. ſeq.

Thuanus lib. 3. Hiſtor. ad A. 1547. p. 135.

Joachimus Urſinus in libro cui titulus: Hiſpanicæ Inquiſitionis ſecretiora, origo, proceſſus &c. Ambergæ 1611. 8. & *Joachimo Beringero* interprete, Spaniſcher Inquiſition Heimlichkeit, ibid. 1612. 8. Adjunxit Urſinus libellum pridem editum A. 1519. 4. qui inſcribitur: *Modus inquirendi hæreticos ad uſum Romanæ curiæ, lectu digniſſimus, duodecim regulis incluſus.* Vide V. C. Jo. Georgii Schelhornii amœnitates literarias T. IX. p. 771-778.

Jacobus Uſſerius de Eccleſiarum ſucceſſione & ſtatu cap. IX. ſeq.

Anonymus in libello, memoires de la Cour d'Eſpagne. a la Haye 1691. 12.

The trial and ſufferings of Mr. Iſaac Martin. Lond. 1723. & ex Anglico Gallice. Bibl. Angloiſe Tom. XI. pag. 264. ſeqq.

Rechtmäßige Vorſtellung, wie höchſt nöthig es ſey die eingeführten und ſo wohl Ihro Röm. Käyſerlichen und Königlichen Catholiſchen Majeſtät Landes-Fürſtlichen Gewalt und auctoritæt überaus nachtheilige, als auch derer getreueſten Unterthanen in Italien ſehr beſchwerliche abuſus S. Officii Inquiſitionis abzuſchaffen. 1723. 4.

CAPUT XXXIV.

Seminarium Romanum de Fide Propaganda. Seminarium Miſſionum.

Quanquam vetus cura inter Chriſtianos fuit, in ædibus Epiſcoporum

rum & aliorum Clericorum, atque in Monaſteriis Collegiisque Canonicorum, *Seminaria* & *ſcholas alumnorum* ad Miniſterium Eccleſiaſticum ornandum inſtituere, de quibus videri poteſt *Ludovicus Thomaſinus* in opere de diſciplina veteris Eccleſiæ circa Beneficia Eccleſiaſtica, quod Gallice plus ſemel, & Latine lucem vidit part 1. lib. 1. c. 38. T. 1. p. 121. & parte 3. lib. 1. c. 28. T. 2. p. 39. & parte 4. lib. 2. c. 35. T. 3. p. 129. ſq. Tamen primo, quantum novi, *Gregorio XIII.* Pontifici Romano in mentem venit de ejusmodi condendis Seminariis curam ſingularem gerere, in quibus Miniſtri ad Fidei propagationem efformarentur, accingerenturque. Solus ille Seminaria ejusmodi XXIII. in diverſis Orbis partibus extruxit & annuo reditu locupletavit, quo nomine laudatur in *Thoma a JEſu* Carmelitæ lib. 3. de converſione omnium Gentiũ procuranda, ubi plura de ratione & fructu hujus inſtituti leguntur, cap. 3. p. 51. Opp. celebraturque quod idem Romæ erexerit Germanicum, Britannicum, Neophytorum Græcorum, Maronitarum. In *Henrici vero Schereri* S. J. Geographia Hierarchica ſive Atlantis Novi T. 2. p. 240. hæc ſeminaria LXXX. amplius Romanæ Eccleſiæ commemorantur: In *Hiſpania*, Barcinonenſe, Valentinum. In *Gallia* Avenionenſe, Flexienſe, Muſſipontanum, Pariſienſe, Rhemenſe, Rothomagenſe. In *Italia* Bononienſe, Genuenſe, Mediolanenſe, Patavinum, Romana & Senenſe. In Inſula *Sardinia* Calaritanum & Saſſarinum: In *Germania* Braunsbergenſe in Boruſſia, Brunenſe in Moravia, Clagenfurtenſe in Carinthia, Colonienſe, Dilinganum in Svevia, Friſingenſe in Bavaria, Fuldenſe in Vetteravia, Glattovienſe in Bohemia, Goritienſe in Carniola, Græcenſe in Stiria, Iglavienſe in Moravia, Ingolſtadienſe in Bavaria, Kuttenbergenſe in Bohemia, Labacenſe in Carniola, Leobienſe in Carinthia, Lincienſe in Auſtria, Litomericenſe in Bohemia, Molsheimenſe in Alſatia, Monacenſe in Bavaria, Neopragenſe in Bohemia, Niſſenſe in Sileſia, Novodomenſe in Bohemia, Olomucenſe in Moravia, Oppavienſe in Sileſia, Pragenſe & Regino-Radecenſe in Bohemia, Saganum in Sileſia, Styrenſe in Auſtria, Trevirenſe, Viennenſia tria in Auſtria. In *Belgio* Antwerpienſe, Leodienſe, Lovanienſia & Montibus. *Anglorum* ſeminaria Audomarenſe in Arteſia, Duacenſe in Flandria, Erfurtenſe in Thuringia, Gandavenſe in Flandria, Herbipolenſe in Franconia, Hiſpalenſe in Hiſpania, Leodienſe, Madritenſe,

Roma-

Romanum & Valliſoletanum *Scotorum*, Duacenſe, Madritenſe, Ratisbonenſe & Romanum. *Hibernorum* Compoſtellanum, Hiſpalenſe, Lovanienſe, Pictavienſe, Romanum, Salmanticenſe, & Olyſſiponenſe. *Hungarorum* Caſchovienſe, Edemburgenſe, Romanum, Tirnavienſe, Varasdinenſe. *Polonorum* Sendomirienſe & Vilnenſe. *Illyricorum* Firmenſe, Fluminenſe & Lauretanum. *Moſcovitarum* & *Pruthenorum*, Vilnenſe & Braunſpergenſe. *Græcorum* Romanum, *Armeniorum* Leopolitanum ſive Lembergenſe, & *Maronitarum* Romanum. Et præcipuum *Seminarium pro papaganda Fide* Urbanum, quod A. 1627. Romæ condidit Urbanus VIII. Pontifex, de quo ſupra pag. 567. ſeq. dicere me memini.

Præter illa omnia & *Goanum* aliaque in India utraque, etiam *Seminarium Miſſionum* ſpecialiter inſtituendum Innocentio X. ſuaſit *Alexander de Rhodes*, * Avenionenſis, S. J. perſuaſitque *Alexandro VII.* cujus auſpiciis erectum eſt A. 1659. creatis etiam qui vicariorum Apoſtolicorum partibus functuri eſſent apud Sinenſes Epiſcopis tribus *Heliopolitano*, D. Franciſco Pallu, *Beritenſi*, D. Petro Lambert, & *Metellopolitano*, D. Ignatio Cotolendi. Vide Conſtitutiones Apoſtolicas, Brevia, Decreta pro Miſſionibus Sinarum, Tunquini &c. Rom. & Pariſ. 1676. 12.

Quod præterea *Thomas a JEſu*, Carmelita ** pridem ſuaſit, ut ex præcipuis Monachorum Ordinibus ſeminaria ſimilia Miſſionum erigerentur, & ex ſingulis, triginta vel quadraginta deligerentur Religioſi, quorum hæc cura eſſet, propagandæ Fidei idoneos ſe reddere, etiam in hoc elaboratum eſſe conſtat, quo pertinet decretum Clementis XI. in Congregatione Cardinalium de propaganda Fide A. 1707. 3. Octobr. editum, quo Religioſorum Ordinum nobiliorum Superioribus injungitur: *ut omnino, & quamprimum ſuo quique in Ordine Conventum aliquem, veluti pro Seminario Miſſionariorum, ad inſtar Seminariorum, ſeu Collegiorum in Sancti Pancratij prope, & extra muros Urbis Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo Diſcalceatorum nuncupatorum, & Sancti Petri in Monte Aureo de eadem Urbe Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Reformatorum etiam nuncupatorum Conventibus reſpective inſtitutorum deputarent, in quo diu, ac diligen-*

* Memoires de Trevoux 1721. Novembre pag. 1903. ſeq.
** pag. 52. Opp.

diligenter vocatio, & ſpiritus eorum, qui Miſſionibus deſtinarentur, probaretur, illique etiam ibidem de omnibus, quæ ad hoc Apoſtolicum miniſterium cum laude, & fructu exercendum utilia, & neceſſaria forent, plene inſtruerentur. Confer ejusdem Clementis XI. bullam CIX. CX. Tom. I. Opp. p. 646. 651. quibus A. 1710. bina ejusmodi *Seminaria pro Miſſionibus Sanctorum & aliorum locorum*, Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Conventus Aſſiſienſis, & Conventus S. Bartholomæi in Inſula de Urbe confirmavit, & quales adſciſcendi ſit, *ut ad tenebras tam Infidelitatis quam Hæreſeos pro viribus diſſolvendas ſint apti*, & quæ in ſeminario illo obſervanda ſint, pluribus præſcripſit.

II. Apud Belgas Reformatos etiam, quemadmodum de promovendo per utramque Indiam Evangelii curſu, ut mox capite proximo ſum dicturus, ita ſimiliter de Seminario ad hoc inſtitutum erigendo cogitatum fuit, de quo auctor vitæ *Antonii Walæi* Theologi Leidenſis, in vitis ſelectorum Virorum Guilielmo Bateſio curante editis Lond. 1681. 1704. 4. p. 647. *Societas quoque Indiæ orientalis, de ſalute ſuorum Indorumque ſollicita, cum animadverteret vix alios ſe Eccleſiæ Miniſtros accipere, quam qui in Belgio obtinere locum non poſſent, qui ſæpe vel dotibus animi inferiores eſſent, vel nota aliqua inſigniti. Statuerunt ſibi ſeminarium facere, è quo, ubi opus eſſet, ſibi poſſent Paſtores depromere. Eam in rem Præfecti conſilium a facultate Theologica petivere, quod Walæus, ſcripto conſignavit. Abſoluto Conſilio, cum animadvertiſſent in id negotium præ cæteris fervidius Walæum incubuiſſe, rogarunt inexpectato Walæum, ipſe vellet ejus ſeminarij curam ſuſcipere. Verum is id recuſavit, quod ſe omnibus oneribus imparem arbitraretur. Urgentibus vero aliquamdiu illuſtribus Academiæ Leidenſis Curatoribus, animantibus quoque collegis Theologiæ Profeſſoribus, ne ſeminarium illud periret in herba, tandem admiſit.*

Itaque in domo ejus ſtudioſi Indiæ deſtinati nutriti & directi fuere, modo pauciores, modo plures, nunquam tamen ſenarium numerum exceſſere. Recti autem rara felicitate, ut nunquam nec de victu nec de regimine fuerint conqueſti. Solent enim juvenes facile æſtimare nutritionis onus, & rerum pretia ignorare; ſed bonoris appetentior erat Walæus, lucri negligentior. Reliqua vero miniſteria obibant famuli, eam in rem à Societate electi.

Studia autem præterea ordinavit, quos libros legere, quas audire lectiones deberent, & lectorum auditorumque ab illis rationem exegit. Ipſi.

vero

vero præter pietatis exercitia, quotidie caput è Novo Teſtamento Græce, è Veteri Hebraice explicare cogebantur, & explicationis ſuæ rationem dare. Ita acquirebant linguarum earum peritiam, & S. Scripturam ſibi reddebant facilem & familiarem. Singulis autem ſeptimanis, Enchiridion ſuum religionis Reformatæ examinando, diſputando excuſſit: ac ad habendas conciones manuduxit, eadem opera qua Zelandos aliosque ſtudioſos inſtituit: quod non parum ejus laborem imminuit.

Sed privatim provectioribus inculcavit, quomodo Religionem Chriſtianam Reformatam, Rationibus è natura petitis Ethnicis poſſent inſtillare, docere, comprobare: quomodo, quoque ordine colligere eccleſiam poſſent & collectam gubernare. Etiam vulgares animæ conſtitutam Eccleſiam conſervare queunt; ſed aliquam de novo erigere, ut Rempublicam, tantum Heroum eſt.

Ex hoc ſeminario ab anno cIↄ Iↄcxxii. *toto decennio duodecim Eccleſiæ Magiſtri prodiere, omnes eruditione inſignes, pietate conſpicui; quibus India cognitionem Religionis Reformatæ ferme totam debet: Eccleſia, quodcunque per totam Indiam boni ibi ordinis invenitur. Magna Walæi lætitia. Non poſſunt enim dignius cogitationes impendi, quam ut in magna orbis parte DEO Eccleſia erigatur, ubi ne ejus quidem ſpes unquam extitit.*

Proviſa jam de Paſtoribus Indiæ, Walæus ſe muneri abdicavit, & ſeminarium eſſe deſiit. In ejusdem Walæi operibus junctim editis Lugd. Bat. 1643. fol. tomo 2. pag. 437. inter Conſilia & Epiſtolas legitur ſcriptum cui titulus: *Neceſſitas ac Forma erigendi Collegij ſeu Seminarij Indici*, quod cum breve ſit & dignum lectu, hoc loco integrum adjungere juvat.

1. Quum DEI gloria, Religio Chriſtiana, & charitas erga" proximum, poſtulent, ut bona Spiritualia, quæ Deus nobis per" Evangelium præſtat, etiam aliis, pro vocatione noſtra, ſinguli" procuremus; tum vero eorum cura hac in parte præ cæteris haben-" da eſt, qui in negotiis hujus ſeculi nobis miniſtrant, aut per quos" & à quibus hujus vitæ opes & commoda adipiſcimur. Sic enim &" ipſos qui nobis miniſtrant, fideliores experiemur, & Dei benedi-" ctionem ſpiritualem ac temporariam, ampliorem in nos provo-" cabimus."

 2. "Hoc

2. "Hoc cum extra controverſiam ſit inter omnes pios, pu-"taverunt Præfecti & Curatores Societatis Indicæ, hanc curam ante "omnia ſibi incumbere; ut fideles & pii verbi Dei præcones, cum "claſſibus Indiam petentibus mittantur, qui & noſtros eo abeuntes "doctrina inſtruant, & vitæ exemplo iisdem præeant, ac quantum "fieri poterit, omnibus occaſionibus datis, barbarorum ibidem de-"gentium ſalutem procurent.

3. "Quoniam vero pauci inter ordinarios S. Theologiæ ſtu-"dioſos aut miniſtros, ad tantum onus in ſe ſuſcipiendum idonei "ſunt, qui id poſſint aut velint in ſe ſuſcipere: ideo ſeminarium ali-"quod à Societate Indica omnino inſtituendum pie decreverunt, ex "quo Miniſtri ac Paſtores ad hoc onus ferendum idonei ac prompti "ſuo tempore peti, & cum claſſibus in partes illas transmitti poſſint; "qui peculiari quoque modo ad id ſunt præparandi.

4. "Ad præparationem illorum primo attendenda eſt ipſo-"rum electio, deinde modus eos inſtruendi atque educandi.

5. "*Eligi* oportet Adoleſcentes probos & ingenuos, ea æta-"te & judicio, qui difficultates tanti operis examinare, & jam tum "adverſus eas animum ſuum obfirmare poſſint, ne cum ſumptus in "eos jam facti ſunt, onus futurum demum proſpiciant & detrectent. "Quorum profectus tantus ſit, ut de felici ſtudiorum futurorum "ſucceſſu certa ſpes concipi queat, quique zelo pietatis & propa-"gandæ religionis Chriſtianæ aguntur, idque cum conſenſu Paren-"tum, aut tutorum, & proximorum conſanguineorum. Hæc enim "ſi adſint, vocationis alicujus Divinæ veſtigia in iis apparebunt, un-"de & Dei in illis benedicto ſingularis eſt expectanda.

6. "Ut autem in hac electione minus erroris committatur, "expedire judicamus, ut eligendi, totius alicujus Eccleſiæ aut claſſis "teſtimonio inſtructi ſint, vel *Facultatis* Theologicæ in Academia "Leydenſi, aut ſaltem aliorum virorum piorum, quorum judicium "in hac parte ſuſpectum eſſe non poteſt; utque de profectu eorum "in ſtudiis ex prævio examine, Regenti ac Facultati Theologicæ "conſtet.

7. "Et quo tanto certior de futuro ſucceſſu ſpes concipi queat, "conſultum arbitramur, ut aliquod probationis tempus iis in do-

mo

mo Regentis conſtituatur, priusquam in numerum horum alumno-"
rum plene aſſumantur: intra quod ſi ſe futura vocatione indignos"
aut minus idoneos præſtant, ex Regentis & Facultatis Theologicæ"
judicio à Patronis ipſorum mature dimittantur."

8. Ut vero ſingulis annis aliqui ad hoc miniſterium parati"
eſſe poſſint, numerus aliquis idoneus à Curatoribus Societatis erit"
conſtituendus: item tempus intra quod ad miniſterium ſe parare"
teneantur, idque ex conſilio Facultatis Theologicæ, pro ratione"
profectus, quem antequam in collegium aſſumuntur jam fecerunt,"
ac denique honeſtum ſtipendium, quo juvenes honeſti ac liberalis"
ingenii huc quoque invitari poſſint."

9. Hos ſic electos ſub diſciplinam domeſticam alicujus Re-"
gentis idonei in Academia Leydenſi tradendos putamus, qui ad vi-"
ctum neceſſaria iis ſuppeditet, in eorum vitam ac mores inſpe-"
ctionem habeat, & illorum ſtudia ad finem præſtitutum dirigat ac"
promoveat."

10. Regentis illius munus erit, pro ratione pretii ab eo-"
rum Patronis in ipſorum convictum atque habitationem aſſignan-"
di, illos menſa ac domo excipere, eumque ordinem ac modum"
vivendi inter eos obſervandum curare, qui de hoc capite certis"
articulis comprehenſus eſt."

11. Ad ſtudia ipſorum quod attinet, Regentis erit provi-"
dere, ut privatim in muſeis ſuis & publice in Academia eum or-"
dinem ac modum obſervent, quem cujusque captui ac profectui,"
tam in Linguis ac Philoſophia, quam in Theologia ipſa conveni-"
entem judicabit."

12. Exercitia quoque nonnulla inter eos domi ſuæ inſti-"
tuet, per quæ in iisdem ſtudiis magis ac magis proficere poſſint:"
qualia ſunt, S. Scripturæ lectiones atque explicationes, repetitio-"
nes locorum Catecheticorum, diſputationes, declamationes, ac"
propoſitiones, iis horis atque eo modo, quem ipſe convenientiſ-"
ſimum pro numero ac profectu eorum judicabit."

13. Singulariter etiam quavis occaſione data, zelus pro"
pagandæ Religionis Chriſtianæ in iis erit excitandus. Scripturæ"
atque Eccleſiaſticæ hiſtoriæ in eum finem nonnunquam producen-"

"dæ,

"dæ, atque aliæ rationes à Dei ſingulari cura ac benedictione erga "eos, qui tanto operi fideliter ſe accingunt.

14. "Ad pietatis exercitia externa, abſtinentiam, toleran-"tiam, preces, jejunia, pauperum & afflictorum viſitationes, ægroto-"rum conſolationes, &c. peculiariter quoque erunt adhortandi, & "qui jam provectiores ſunt, in iiſdem nonnunquam exercendi; tum "ut gratia Dei in iis fiat auctior, tum quia hæc magis in oculos in-"currunt, atque animos hominum carnalium ac ferociorum, aut "eorum qui adhuc à fide ſunt alieni, vehementius commovent, ut "doctrinam illam, cujus tales fructus ob oculos habent, majoris "æſtiment, & diligentius examinent.

15. "Quemadmodum vero propter confluxum hominum "diverſi generis & religionis inter Noſtrates, adverſus Libertinos, "Papiſtas, atque alias ſectas diligenter muniri debent: ita & propter "infidelium diverſa genera, quæ in India reperiuntur, adverſus Ju-"dæos, Mahumetanos & Gentiles ſpeciatim quoque inſtruendi ſunt, "ut argumenta firmiſſima, quæ falſitatem & ſuperſtitionem eorum "convincunt, illis in promptu ſint, & veritas fidei noſtræ adverſus "eos ab iiſdem defendi poſſit. In quem finem iis proponenda erunt "quæ ab idoneis ſcriptoribus, Pleſſæo, atque aliis, de hac re ſunt "ſcriptis conſignata.

16. "In eundem finem utile erit eis quoque oſtendere, quæ "de natura illarum Regionum & Gentium ingenio, ac de modo "cum iis agendi ab aliis ſunt obſervata.

17. "Prudentiæ item nonnulla præcepta iis dari convenit, "antequam hinc diſcedant, tum quomodo inter noſtros, tum quo-"modo inter infideles ſe gerere debeant. Quomodo rudiores, quo-"modo doctiores & argutiis nitentes aggredi. Et unde adverſus "hæc diverſa hominum genera iis exordiendum, ut diſputationibus "non neceſſariis à rebus neceſſariis non abſterreantur aut alienen-"tur; quemadmodum illius methodi exempla in Scripturis frequen-"ter occurrunt.

18. "Ubi vero collegium hoc ſuam formam acceperit, con-"ſultum inſuper erit, ut uno aut altero ante diſceſſum anno, in "Lingua illis regionibus uſitatiſſima nonnihil inſtruantur. In quem

finem

finem circumſpiciendus erit vir aliquis probus, linguæ illius peritus," qui ex illis partibus ad nos rediit. "Alioquin enim tempus reditus" eorum ad nos ſæpe apropinquat, priusquam linguæ apud Indos" uſitatæ peritiam habeant: unde inter earum regionum indigenas" minori cum fructu verſari poſſunt."

19. Quoniam vero D. Curatores hujus Societatis in animo" habent aliquam quoque ſeminarii formam in ipſa *India* erigere, vi-" detur omnino conſultum, ut de ejus inſtituti ratione ac modo no-" bis conſtet, & literæ ab illis ad nos, & à nobis ad illos nonnunquam" transmittantur: ut ita & ipſi in ſua inſtitutione ad formam noſtri" collegii reſpiciant, &, ſi quid ipſi in noſtro agendi modo requi-" rant, aut mutatum atque additum velint, per literas ſignificent."

20. Imo vero ſi quos inter ſuos idoneos judicent, qui ad" majorem ingenii cultum capiendum, ac ſolidiora S. Theologiæ" fundamenta jacienda ad nos transmitti poſſint, ut id iis, ad quo-" rum curam hoc ſpectabit, nonnunquam ſignificent. Quia ſi vel" unus ex illis pietate, ingenio ac profectu aliquo conſpicuus inde" ad nos tranſeat, is multa commoda, tum in lingua ejus Regionis" alios docenda, tum in conſuetudine illarum Gentium nobis latius" exponenda, collegio noſtro afferre poſſet."

CAPUT XXXV.

De Miſſionibus Religioſis Proteſtantium. Congregationes de propaganda Fide Londinenſes. Congregatio Regia Hafnienſis. De convertendis Judæis, Gentilibus & Muhamedanis conſilia & ſcripta Variorum.

I.

Injuſta eſt criminatio; quanquam non infrequens in Romanæ Eccleſiæ hominum ſcriptis, curam propagandi Evangelii parum cordi eſſe noſtratibus, Proteſtantiumque Principes ac Reſpublicas jampridem nihil minus curare, quam ut opera, copiis & laboribus

boribus ipſorum Religionis Chriſtianæ lux ad nationes a CHriſti nomine alienas proferatur. Quam procul repulſum hoc ſit a veritate, ex præſentis capitis lectione patebit, ex quo conſtare poſſe puto omnibus, Principes Proteſtantes quoque non modo per ditiones ſuas Chriſtiana ſacra diligenter tutatos, nihil quicquam feciſſe aut permiſiſſe quod conſervationem amplificationemque Religionis impedire poſſe crederent: ſed etiam quibus per ſitum & amplitudinem regionum ſuarum, reique opes nauticæ fuit facultas, aut commerciorum vel expeditionum occaſio anſam præbuit, in hoc incubuiſſe ſedulo, ut ſimul ac cœperunt in terris non Chriſtianorum ſedem figere, illasque vel illarum partem ſibi ſubjicere, CHriſtianam Religionem & profiterentur ipſi palam, & alios ad hoc faciendum invitarent præberentque manum, procul tamen a vi & coactione, Deo neutiquam probata & a CHriſti ſacris alieniſſima. Quod autem non adeo magnam operam poſuerunt in ablegandis ad loca aliena miſſionariis, ubi nec ditionis quicquam ſuæ, & præter linguæ ac juris ſuis peregrinitatem adverſa omnia & hoſtilia præſentiunt, aut vident: non adeo poteſt hoc illis verti vitio, cum ſine dotibus extraordinariis linguarum & miraculorum, quales fuere in Apoſtolis, vix ac ne vix quidem idoneos ad hoc operarios liceat reperire, qui illud cum digno ſucceſſu, ac ſine temeritate ſuſcipiant, aut valeant ſuſcipere ne dicam exſequi.

II. Tamen jam ab A. 1556. teſte viro celeberrimo Benedicto Picteto, Oratione de CHriſti trophæis pag. 570. miſſi ab Eccleſia Genevenſi in Americam fuerunt *Philippus Corgvillerius*, *Petrus Richerius*, *Gulielmus Charterius*, *Petrus Bordonius*, *Matthæus Vernevilius*, *Joannes Bordelius*, *Andreas Fontius*, *Nicolaus Dionyſius*, *Joannes Gardienus*, *Martinus David*, *Nicolaus Raviquetus*, *Nicolaus Carmilus*, *Jacobus Ruffus*, *Joannes Jacobus Lerius*. Quæ fuerint ipſorum geſta, qui progreſſus, non memini expoſitum me legere: Jacobi autem Sponii hiſtoria rerum Genevenſium recognita, & locupletata notis, quam audio nuper in lucem datam fuiſſe, & in qua ſperavi me notitiam uberiorem de illis viris comperturum, nondum ad nos pervenit.

III. De Batavorum ſtudio Chriſtianum nomen, quocunque ipſorum commercia & arma penetrarunt tuendi ac propagandi, hæc

Joannes

Joannes Braunius libro cui titulus: la veritable Religion des Hollandois, Amſt. 1675. 12. pag. 71. *Ils envoyent des Miniſtres, des Conſolateurs & des Maîtres d'Ecoles dans les Indes tant Orientales qu'Occidentales, pour y prêcher la Foy de Chriſt, non ſeulement en Flamand, mais (principalement dans les Indes Orientales) auſſi en langue Portugaiſe & Indienne, pour en doctriner toutes les nations, ſelon le precepte de Jeſus-Chriſt. La Compagnie des Indes Orientales fait tous les ans des dépens de plus de ſoixante mille écus, pour l'entretien du Miniſtere dans ce païs-là. Meſſieurs les Eſtats employent tous les moyens que Dieu leur à mis en main, pour la converſion de ceux qui vivent ſous l'Empire du Turc. Il y a environ 25 ans qu'ils firent traduire par un Archimandrit, qu'ils entretinrent en ce païs, le Catechiſme de Heydelberg, la Confeſſion Belgique, la Liturgie & la Diſcipline Eccleſiaſtique en langue Greque Barbare, & l'ont fait imprimer, & envoyer les exemplaires à Conſtantinople, à fin de les diſtribuer par tout, pour l'inſtruction de ces peuples. Tout cela ſe fit à leurs dépens, qui monterent à des ſommes fort conſiderables.* Idem in Apologia Religionis Batavorum contra Stoupium pag. 267. *Les Hollandois font pour la propagation de l'Evangile, & pour la converſion des Barbares, dans les Indes & ſous l'Empire des Turcs, autant qu'il leur eſt poſſible, & autant que nation du monde. Je m'aſſure que ni les Allemans, ni les Anglois, ni les Suiſſes n'en ont pas fait davantage. Nous avons déja montré, dans la Deduction que nous avons faite cydeſſus de la veritable Religion, & pietaté des Hollandois, par quels moyens ils ont tâché de planter & conſerver l'Evangile par tout. Je ne ſçai pas ce que font les autres ſous l'Empire des Turcs, mais j'ai fait voir que les Eſtats s'y intereſſent autant que Dieu leur en donne l'occaſion, qu'ils ont entretenu des Archimandrits, & ont fait tranſlater & imprimer à leur dépens, le Catechiſme, la Confeſſion de Foy, la Liturgie & les Prieres qui ſont en uſage en nos Egliſes, en langue Grecque Barbare, afin de ſervir à l'uſage, & pour l'inſtruction des Egliſes Grecques, ſous l'Empire des Turcs. Dans les Indes ils ne font pas moins. Ils ont par tout des Miniſtres, où il y a moyen d'en avoir, des maitres d'Ecoles, des Lecteurs, & des Conſolateurs, & ne negligent rien, de tout ce qui peut contribuer à la converſion des infideles. La Compagnie des Indes Orientales y fait prêcher l'Evangile, non ſeulement en Flaman, mais auſſi en langue Portugaiſe & Indienne. Ils y ont fait venir des Bibles Portugaiſes, & pluſieurs livres de pieté en langue Portugaiſe & Indienne, & ils catechiſent en ces langues, par ce qu'elles ſont intelligibles*

à la plus part des Indiens. Ils ne ſe contentent pas d'y avoir des maîtres d'Ecoles Européens, mais auſſi des Naigres & des Indiens, pour ce que ces gens ſçachant la langue du païs, ſont plus propres, pour donner de l'inſtruction à leurs Compatriotes. Dans la ville de Batavia, qui eſt la Capitale de la Compagnie, & comme l'Accademie, auſſi-bien que la reſidence du General, l'on catechiſe toutes les ſemaines huict ou neuf fois, en langue Indienne & Portugaiſe. Et les maîtres d'Ecoles Indiens & Naigres mémes ſont encor examinez, par les plus capables d'entre les Miniſtres, deux fois la ſemaine, pour les rendre toûjours plus ſçavans, afin de mieux inſtruire ceux de leur nation. Deſorte que, graces à Dieu! Il ſe trouve preſentement grand nombre d'Indiens, dans tous les endrois, qui ſont convertis au Chriſtianiſme. Et ſçachez que cette ſeule Compagnie, pour l'entretien du Miniſtere dans les Indes, fait des dépens, qui montent tous les ans, à plus de ſoixante mille eſcus.

Societas Regia Anglicana *

de Promovendo Evangelio in partibus transmarinis, itemque altera *de Propaganda Doctrina Chriſtiana ſive cognitione CHriſti.*

IV. Poſt exulum Anglorum ſtudium qui A. 1643. Americam petiere *Thomas Mabu*, *Thomas Shepard*, & alii, præcipue vero *JOANNES*

* Plures etiam in Anglia ſimiles Regia auctoritate munitæ & laudabili ſtudio inſtitutæ coluntur Societates, quarum laudatiſſimum inſtitutum eſt mores labantes inter Chriſtianos inſtaurare & pietatem promovere, vitiis ac ſcelerata vitâ exulare juſſis. Vide *Joſiæ Woodwardi*, Eccleſiaſtæ Poplerienſis librum de Societatibus hiſce, Anglice editum Lond. 1698. & Germanice à celeb. Daniele Erneſto Jablonsky, Berol. 1700. 8. & ſcripta: a probable method of Reformation by erecting Societies, propoſed by S. T. A. 1691. a practical diſcourſe concerning Chriſtian converſion, purpoſely written to vindicate and improve the religions Societies erected of late years in the Cities of London and Gloceſter, Lond. 1694. an account of the Societies for Reformation

NES ELIOTUS, † de quibus videri poſſunt quæ notata a Jo. Hoornbeckio lib. 2. de converſione Indorum & Gentilium c. 15. p. 260. ſeq. & decreto Parlamenti Anglicani A. 1647. condi coepta Societas prior A. C. 1649. & ſuccedente tempore à Carolo II. Rege A. 1661. & deinceps à Wilhelmo III. A. 1701. Anna Regina & Georgio utroque Regibus ſuſtentata & aucta privilegiis egregie, & Virorum laudatiſſimorum *Leolyni Jenkinſii* & *Roberti Boylei*, ** *Barnabæ Oley* & aliorum beneficis legatis & donationibus ornata, cujus fructus ingentes non tantum ad ampliſſimas Novæ Angliæ Provincias, ſed & multas alias regiones Americæ, Aſiæ & Africæ longe lateque extenduntur.

An Account of the Society for Propagating the Goſpel in foreign parts. Lond. 1706. 4. Acta Eruditor. A. 1713. pag. 414.

D. Kenneti relatio de qua infra p. 593.

An Abſtract of the moſt remarkable proceedings and occurrences of the Society for the propagation of the Goſpel in foreign parts. A. 1712. 1713. ad calcem ſermonis ſacri coram congre-

of manners in England and Ireland. Lond. 1700. 8. Hiſt. of the works of the learned 1700. p. 249. Sam. Walkeri Reformation of manners. Lond. 1711. 8. Acta Erud. Tom. 6. ſupplementi pag. 37. Beſchäftigten Secretarii XXIIIſte expedition. Tom. 2. pag. 975. ſeq.

† Ab hoc *Elioto*, quem Indorum Americanorum Apoſtolum vocat, tota Biblia ſacra in linguam Indicam translata eſſe teſtatur Creſcentius Matherus Epiſtola ad Jo. Leusdenium. Per linguam illam Indicam intellige Virginianam, cujus etiam Grammatica in lucem data ab Elioto eſt Cantabrigiæ Virginianæ 1666. 4. Novum Teſt. 1661. 4. Biblia 1663. 4.

** Nobile hujus Boylei inſtitutum, per quod in codicillo quem Teſtamento ſuo A. 1691. 28. Jul. adjunxit certam pecuniam legavit perſolvendam quotannis Eccleſiaſtæ delecto ad hoc, ut ſermones ſacros octo haberet pro confirmanda Religione Chriſtiana adverſus non Chriſtianos, Atheos, Deiſtas, Ethnicos, Judæos vel Mahommedanos. Notitiam ſermonum ab A. 1692. ad 1726. publice habitorum & magnam partem typis etiam deſcriptorum dedi ante verſionem Germanicam Phyſico-theologiæ Derhammianæ vulgatam Hamb. 1730. 8. pag. 51. ſeq.

gatione illa habiti a *Joanne Moro*, Elienſi Epiſcopo de veritate & excellentia Evangelii. Lond. 1713. 4. Memoirs of literature Tom. 3. pag. 222.

Joannis Lockij Epiſtola de Societate promovendi cognitionem CHriſti, qua illud inſtitutum celebrat: inter ejus ſcripta poſtuma, the remains of John Locke, Lond. 1714. fol.

A letter from Fort S. George in the Eaſt-Indies by *Mr. Stevenſon* 27. Dec. 1716. Lond. 1721. 8. Memoires litteraires de la grande Bretagne par Michael de la Roche T. 8. p. 446. ſqq.

Epiſcopi Londinenſis *Edmundi Gibſon* Epiſtolæ Paſtorali ad fideles ſuæ diœceſeos, quam ſupra p. 180. laudare me memini, in verſione Gallica Lond. 1729. 8. ſubjunctæ ſunt Epiſtolæ ejusdem binæ itidem ex Anglico translatæ, una ad Capita familiarum in Coloniis Anglicis Americanis, & altera ad Miſſionarios in iisdem Coloniis, una cum præmiſſa exhortatione ad Chriſtianos magnæ Britanniæ, ut Societatem de promovendo Evangelio adjuvent, in inſtruendis & ad CHriſtum adducendis Nigris, plantationes transmarinas Anglicanas incolentibus.

Collegium S. Pauli in Inſula *Bermuda*, de propagando apud Americanos Evangelio.

Fortgeſetzte Sammlung von Alten und Neuen Theologiſchen Sachen A. 1725. p. 1019. ſq.

❋ ❋ ❋

Creſcentii Matheri, apud Boſtonienſes V. D. M. nec non Collegii Harvardini, quod eſt Cantabrigiæ Nov-Anglorum, Rectoris Epiſtola ad V. C. *Jonnem Leusdenium* de ſucceſſu Evangelii apud Indos Occidentales in Nova Anglia Epiſtola, Lond. 1688. & Ultrajecti 1699. 8. cum excerptis ex Epiſtolis ad eundem Leusdenium datis ab *Hermanno Specht* V. D. M. in Urbe Columbo, ſita in Inſula Ceilon: ab *Adriano de Mey* V. D. M. in Jaffanapatnam, ſita in eadem Inſula, præfecto Collegii Malabarici, & a *Franciſco Valentino* Dordraceno V. D. M. in Amboina. In Matheri Epiſtola data A. 1687. inter alia refertur.

ſex

ſex baptizatorum Indorum Eccleſias & Catechumenorum cœtus octodecim in Nova Anglia CHriſti Nomen profitentium reperta. Ex Indis tunc fuiſſe XXIV. qui Verbum DEI prælegerent & concionarentur: ac præter illos ex Anglis quatuor Miniſtros qui Evangelium lingua Gentili prædicarent. *Nonnullorum Epiſtolæ de ſucceſſu Evangelij apud Indos Orientales; præſertim vero Ceylonenſes Inſulaneos ſtupenda referunt, quaſi trecenta hominum millia Domini noſtri JEſu CHriſti Nomen & Religionem amplexi eſſent, & has mirandas Converſiones, conatuum Miniſtrorum e Belgio miſſorum fructus eſſe.* Hermannus Spechtius in litteris datis Columbi Ceylanæ Inſulæ 1684. In regno Jaffanapatnam, ſub quo etiam *Manaar* comprehenditur," ſunt, excepto *Manaar*, ſecundum ſupputationem ultimam, & ſe-" cundum Catalogum nobis de illis traditum, inventi, converſi Chri-" ſtiani, *centum quadraginta & unum millia, quadringenti & quinquaginta ſex* (141456.) quorum converſioni præpoſiti fuerunt quinque" Paſtores; ſed ante paucos dies, uno Paſtore mortuo, ſunt hoc tem-" pore illis præpoſiti tantum quatuor Paſtores. Idem in aliis ex eadem Columbo datis: Regnum Jaffanapatnam, ſubjectum ſolis Dominis Societatis Indicæ, habet incolas *bis centies mille, ſeptuaginta octo" millia ſeptingentos, & quinquaginta novem* (278759.) inter quos incolas" ſunt Indi Chriſtiani converſi *centies mille, octuaginta millia, trecenti &" ſexaginta quatuor* (180364.) Adrianus de May in Epiſtola data Jaffanapatnami 6. Nov. 1690. Sum creatus, per Nobiliſſ. D. Commiſſarium à Rhede, Præfectus *Seminarii*, quod Nobiliſſ. Dominus hic" curat erigi, ut Malabaricos pueros docerem primo linguam Belgicam," & deinde ut eos, mediante cognitione illius linguæ, redderem aptos," ut fieri poſſent, cum tempore, Magiſtri, Proponentes, & Conci-" onatores. Ad quod opus DEus Benedictionem & Gratiam ſuam con-" cedat, Amen. Et in alia 22. Jan. 1692. Status Eccleſiæ adhuc eſt talis, qualis fuit, quando Tibi noviſſime ſcripſi. Malabarici adoleſcentes" in erecto Collegio Malabarico habitantes, ſunt diligentes, & egre-" gie proficiunt in lingua Belgica; ita, ut ſpatio unius anni didice-" rint legere & ſcribere. Noverunt Chriſtianas orationes; & Quæſtio-" nes ex Borſtii libello poſſunt memoriter recitare, easque ex Belgi-" co ſermone in Malabaricum transferre. Cantant etiam Pſalmos in" noſtra Eccleſia. Spero Deum deinceps conceſſurum eſſe illis grati-"

"am

"am ſuam, & eos impleturum Spiritu ſuo, ut illi Adoleſcentes cum "tempore fiant benedicta inſtrumenta ad propagandum Regnum Chri-"ſti inter hos Ethnicos. Franciſcus Valentinus in litteris datis ex Amboina in India Orientali 4. Id. Jun. 1686. Summo DEO ad Indicas "Orientales me in Amboina Eccleſias delegare viſum eſt, cujus in ur-"be primaria, Reverendus, nec omnino tibi ignotus, (ut ex ipſius "ore hauſi) CORNELIUS van der SLUYS, Ultrajectinus, triginta "circiter mille animas Verbi Divini præconio, ſingulari alacritate, & "pertinaci inter Ethnicos labore, paſcebat, una totius hujus ædificii "columna & fulcrum .... DEUS ab Ethniciſmo & Muhammediſmo "(nam hic ſunt multi Muhammedani) ad CHriſtum ſubditos & miſe-"re errantes reducere dedit. Centeni hic ſæpius, uno eodemque "tempore, infantes baptizantur, qui paulatim accreſcentes laudan-"da flore ætatis, diligentiæ, ingenii & pietatis documenta præbent.... "Floret hic religio, florent etiam Gymnaſia, adoratur notus inter Eth-"nicos DEUS, relictisque patriis, quos à Majoribus colendos ac-"ceperant, Diis, Verum DEUM, Verique DEI cultum, non modo "amplectuntur, ſuperſtitone pleni Amboinenſes, ſed & ipſi, quod "mirum, Muhammedani, baptizari ſe petentes, hilari animo ad "Chriſtum ſe conferunt, ejusque legibus obtemperare non recu-"ſant &c.

Juſti Heurnii, admonitio de legatione Evangelica ad Indos capeſſenda. Lugd. Bat. 1618.

Johannis Hoornbeckii, Theologi Leidenſis de converſione Indorum & Gentilium libri duo, quos in elencho controverſiarum pridem promiſſos, poſt auctoris obitum demum, præfixa ejus vita edi contigit Amſt. 1669. 4.

Joannis Eskuche, Miniſtri Evangelii in arce Groß Friedrichsburg in Africa, de Religionis Chriſtianæ defenſione & propagatione, futuraque Gentium omnium converſione, nominatim Ægyptiorum, Turcarum, Judæorum: in ejus Miſcellaneis, Embdæ 1674. & 1710. 8. editis, diſſ. ſexta. Acta Eruditor. A. 1711. p. 513.

Ephraim Paget Chriſtianography, Lond. 1674. fol. p. 275.

Robert Millar, propagation of Chriſtianity Tom. 2. pag. 316. ſeqq.

Conſult

Conradi Mel Miſſionarius Evangelicus, ſive Conſilia de converſione Ethnicorum, maxime Sinenſium, cum appendice Epiſtolæ Beroënſis & Aleppenſis de ſtatu Chriſtianorum in Oriente. Hersfeldiæ 1711. 8.

D. Henr. Muhlius in diſſ. de converſione Paganorum p. 51. ſeqq. ubi de Miſſionibus Reformatorum.

Jacobi Triglandi, nepotis Oratio inauguralis de legitima Fidei propagandæ ratione. Lugd. Bat. 1686. 4. & poſt ejus diſſ. junctim editas Delphis 1718. 4. Bibl. univerſelle de Mr. Jean le Clerc. T. 1. p. 420.

D. Williſii ſermo ad Philipp. I. 27. *Gilberti Burnetti* ad Malach. I. 11. & aliorum ſermones ab A. 1701. quotannis habiti & partim etiam editi Londini de Evangelii prædicatione in peregrinas terras propaganda. vide Kennetum p. 94. ſq.

Thomæ Bray ſermon, Apoſtolical charity, upon Daniel XII. 13. ubi de ſtatu Coloniarum Anglicarum in America.

D. Kennet relation de la Societé etablie pour la propagation de l'Evangile dans les pays étrangeres, par les lettres patentes du Roy de la grande Bretagne *GUILLAUME* III. ou l'on voit les methodes & les progrés de cette Societé avec l'eſperance qu'il y a de nouveaux progrés ſous l'heureux regne de ſa Majeſté la Reine *ANNE*. Traduite de l'Anglois, & ſuivie de *trois ſermons* faits ſur la Converſion des Gentils, in Pſal. CXVII. 1. & prononcez dans l'Eglige de la Savoye a Londres par *Claude Grotéte de la Mothe*, un de ſes Miniſtres, Roterd. 1708. 12.

M. Georgij Keith relatio de ſuo itinere in novam Angliam & laboribus Evangelicis, edita Anglice.

Jacobus Viſcherus Paſtor Eccleſiæ Batavorum in Batavia Indiæ Orientalis, litteris ad V. C. *Joannem Tſetſi*, Hungarum datis 21. Maj. A. 1718. obviisque in Bibl. hiſtorico Theologica Bremenſi T. III. p. 954. *Verbi Div. Miniſtri eodem habentur honore quo ſummi præfecti vel Senatores*, 10. *ſunt numero in hac urbe ordinarii, extraordinarii vero aliquot, reditum ſinguli numerant intra annum* 2500. *fl. præterea extraordinariis dantur* 2000. *fl. Meum Salarium nuper eſt auctum* 500. *fl. Splendidiſſimas omnes domos incolunt, aureis filamentis ornatas, amœniſſimis*

mis Paradiſis auctas. Cum per menſes ſeptem hic commoratus eſſem, ablegatus eram in vicinam Inſulam, totam Germaniam magnitudine æquantem, Sumatram, & ejus fortalitium Badan dictum, ſub æquatore fere ſitum, ad Sacramenta adminiſtranda, ubi adventus meus erat gratus, cum multi baptizandorum eſſent; Iter mihi proficuum quantum ad reditus, oblati enim ſunt nummi aurei ultra 2000., præter multas veſtes auro intertextas. Ante biennium S. cœnam ſumere nequeunt, neque aliqui Verbum Dei audire præter Catecheſin. His fui gratiſſimus, inſtitui hic multos qui prælegerent, & ſacras orationes funderent, ordinavi Diaconos & ſeniores, vaſa aurea ad S. Cœnam etiam ordinavi, ſic etiam aliquos, qui inſtruerent juventutem. Ex vicinis Inſulis integræ naves Barbarorum plenæ continue hic advolant, qui ultro ſuſcipiunt Religionem Chriſtianam, afferentes donaria ex auro, unionibus, chryſea, quæ ad genua provoluti Verbi Div. Miniſtris offerunt. Hæc Inſula recte dicitur Ophir Salomonis vel aurea Cherſoneſus. Idem in aliis Conchinæ quæ itidem ab A. 1663. Belgis paret, datis Kal. Nov. A. 1720. T. V. ejusdem Bibl. Brem. p 756. Si vero religionem reformatam ſpectes, illa his in oris obtinet, ubi noſtri Batavi imperio potiuntur; Nullibi autem plures invenies Chriſtianos, quam in Inſulis Amboina Cariophylliphoro, Banda Myriſtica, Ternate, viciniſque Inſulis Moluccis, in quibus maxima pars extraneorum convertitur ad DEum verum. Bataviæ multi ſunt Chriſtiani, quorum numerus cum vicinis proximiſque locis & vicis, numerum 100000. ſuperat.

Hic ſedes, hic imperium Batavorum, & Gubernatoris totius Indiæ Batavæ, qui multos reges poteſtate, Imperio, regnis, atque Dition[illegible] ſuperat, atque antecellit; hic ſunt Domus & palatia & horti amœniſſimi, immenſaque opum vis, cum qua paucæ civitates Europæ conferri poſſunt. Duo hic ſunt templa, in quibus concio habetur lingua Batavorum vernacula, duo lingua Luſitanica, & unum lingua Malaica (quæ filia eſt linguæ Arabicæ.) Duodecim & plures ibi, quandoque ſunt verbi divini Miniſtri, quibus ſingulis menſibus præmium ſive ſtipendium 225. florenorum Batavorum tribuitur laborum ſuorum, cum extra Bataviam ducenti tantum deferantur. In Inſula Ceylonia canellifera, ſive cinnamomifera, numerus Chriſtianorum reformatorum quotidie creſcit, & augetur, ſine dubio centena aliquot millia ibidem reperiuntur, nomenque Chriſto dedere.

De *Roberto Junio* Delphenſi, qui in Inſula *Formoſa*, cum in poteſtate Batavorum eſſet illa Inſula, ad CHriſtum adduxiſſe traditur

ad

ad homines quinquies mille & nongentos, Eccleſiisque XXIII. plantatis, atque conſtitutis qui eas moderarentur Paſtoribus, reverſus eſſe in patriam, conſulendus Rob. Turnerus in libro Anglice edito, hiſtory of remarkable providences cap. 62. Idem Junius laudatur a *Daniele Gravio* qui & ipſe Formoſanos docuit, in præfatione ad Catecheſin Chriſtianam *Simonis van Breen* & *Joannnis Happartij* lingua Belgica & Formoſana editam Amſt. 1662. 4. in qua teſtatur ſe etiam Evangeliſtas Matthæum & Johannem in linguam Formoſanam transtuliſſe, atque plura refert de ſtudio in catechizandis rudibus Formoſanis ſolito adhiberi. Matthæus & Johannes ex Gravii verſione prodiit Amſt. 1661. 4.

De *Collegio Guilelmi & Mariæ*, ſive ſeminario ſcientiarum & Religionis condito in Virginia, vide Kenneti relationem paullo ante memoratam p. 30. ſq.

De *Lydij* & *Freemanni* meritis ad convertendos Albaniæ incolas id. pag. 50. ſq. ubi etiam de translatis eorum ſtudio in Indorum linguam precationibus; Pſalmis, Symbolo, decem præceptis & quibusdam capitibus Novi Teſtamenti. De *M. Neau* ſtudio in catechizandis mancipiis Nigritis p. 68. ſeq. De Jeſuitarum contentione & artibus, progreſſus Anglorum intervertendi p. 63. ſqq.

Sacri libri in uſus convertendorum translati.

Geneſis Malaice & Belgice, edente *Daniele Brouwerio*, Hag. 1662. Amſt. 1687. 4.

Pſalterium lingua Malaica & Belgica per *Jo. van Haſel* & *Juſtum Heurnium.* Amſt. 1689. 4. Pſalmi quinquaginta priores, ibid. 1648. 4. ab iisdem.

Matthæum & Marcum vertit ad Indorum uſus MALAICE *Albert Corneliſſon Ruyl* Enchuſæ 1629. Amſt. 1638.

Lucam & Joannem *Johan van Haſel* Amſt. 1646.

Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes Belgice & Malaice recenſiti, additis Actis Apoſt. à *Juſto Heurnio* Paſtore Eccleſiæ in India Orientali. Amſt. 1651. 4. & recuſa Oxoniæ Malaice, cum erudita præf. Thomæ Marshalli, & Thomæ Hyde dedicatione ad Robertum Boyleum 1677. 4. 1704. 4.

Totum Novum Teſt. *Dan. Browerio* interprete Amſt. 1668. 4. ſumtu præpotentis Societatis Belgicæ commerciorum in Indiam

Orientalem, & ἐργοδιώκτῃ incomparabili Viro Roberto Boyle. vide Diarium Londinenſe, the compleat library A. 1692. menſe Julio p. 188. Gilbertus Burnetus ſermone funebri quem memoriæ laudatiſſimi Boylii ſacravit, p. 481. *Sumptum ſuſtinuit Verſionis & Impreſſionis* Novi Teſtamenti *Lingua* Malaica; *eoque* Indiam Orientalem *replevit. Interpretem* Arabicum *Incomparabilis Libri* Grotiani, de Veritate Religionis Chriſtianæ *nobili præmio mactaverat, totamque Impreſſionem ſuis ſumptibus toleratam per Regiones illa lingua utentes diſtribui curavit. Propoſuerat etiam* Novi Teſtamenti *Impreſſionem lingua* * Turcica *promovere, Societas vero commerciis Turcicis inclyta, curam illam ad ſe pertinere rata, grandem ſolummodo Symbolam eam in rem conferre Noſtro permiſit. Septingentarum Librarum in Edendis Bibliis* Hibernicis *ſumptum fecit, quæ ipſius juſſu per* Hiberniam *diſtributa ſunt; cumque Biblia* Cambrobritannica, *nec non* Hibernica Scotiæ *deſtinata excuderentur, ipſe amplam in partem impenſæ venit. Quamdiu in vivis erat, tricenas Libras promovendo conſilio propagandæ Religionis Chriſtianæ in* America *conferebat, cumque primum inaudiviſſet Societatem* Indiæ Orientalis *ſimilia conſilia agitare, illico centum libras nomine ſuo numerari juſſit, longe plura additurus, ubi ea res adulto robore maturuiſſet.*

De ARABICA editione Novi Teſt. cujus exempla octies mille, uſibus Orientalium Chriſtianorum deſtinavit Londinenſis Societas propagandi Chriſtianiſmi, ſumtu librarum ſterlingicarum 2400. vide Bibliothecam Theologico Philolog. Bremenſem Tom. IV. pag. 711. ſeqq.

Verſio LUSITANICA Novi Teſtamenti in uſum Indorum edita auſpiciis laudatæ Societatis Amſt. 1681. 4. & recuſa ibid. 1712. 8. interprete *Joanne Ferreira d'Almeida* Luſitano, ſed Reformatorum ſacrorum Miniſtro, ut refert Philippus Baldæus in deſcriptione Inſulæ Ceylon, Germanice vulgata p. 421.

De

* Prodiit *Guil. Seamanno* interprete Oxon. *1666.* 4. eamque Chriſtianis Orientalibus gratiſſimam eſſe teſtatur Alex. Helladius de ſtatu Eccleſiæ Græcæ p. 137. & 289. Tota Biblia ſacra Turcice vertiſſe fertur *Albertus Bobovius* curante Levino Warnero: aliam *Jo. Ungnadij* auſpiciis curatam Thuanus ad A. C. 1565. notavit: aliam denique adornaſſe verſionem traditur *D. Gotfrid Henr. Backſtromius* qui CPoli A. 1729. Varſoviam petiit.

De verſione Bibliorum *VIRGINIANA Joannis Elioti*, qui eam Carolo II. magnæ Britanniæ Regi dedicavit, jam mentionem feci ſupra pag. 589.

Jacobus le Long in Bibliotheca ſacra p. 448. ex libro Gallice edito, Hiſtoire des gverres du Breſil en 1648. Pariſ. 1650. 8. narrat Jeſuitas quoddam alphabetum & orthographiam ad uſum Braſilienſium adinveniſſe. Tum Batavos devictis Luſitanis, regionem Reciffenſem, ſitam in plaga Orientali Americæ Meridionalis occupaſſe, adduxiſſeque illuc ex Batavia Miniſtros, quorum unus natione Anglus, qui annos ſex natus in Braſiliam, ut hujus regionis linguam addiſceret, transvectus fuerat. Is BRASILIANAM Veteris & Novi Teſtamenti verſionem in gratiam hujus Gentis, quæ fuit illi acceptiſſima, adornavit.

V. Non inficiandis documentis conſtat ſimile & par fuiſſe ſtudium etiam noſtratium Lutheranorum, atque Reges Septentrionis Dominos, Daniæ, Sveciæque, ubi permiſit facultas & occaſio, libenter in hoc impendiſſe curam ſuam & opes, atque etiamnum impendere, ut in longe diſſitis locis quoque ſalutaris de CHriſto Doctrina perſonet, nec in ultimis tantum Septentrionalibus vigeat oris *Finnonia* & *Lapponia*, ſed per Indicas quoque & Americanas colonias ſacra Chriſtiana celebrentur. De Regum Sveciæ ſollicitudine in *Finnonibus* & *Lapponibus* ad CHriſtum adducendis jam ſupra p. 468. dicere me memini, dictisque addo debitam curam impenſam, ut iſtis quoque linguis ſicut *Eſthonica* ac *Lettica* ſacræ litteræ deſcriptæ; & populorum illorum uſibus oblatæ exſtent.

Novum Teſtamentum & Pſalmi, FINNONICE, interprete *Michaële Agricola* Rectore ſcholæ Aboënſis. Holmiæ 1548. 4.

Biblia integra ab *Æſchillo Petræo* Theol. D. Profeſſore & Paſtore: *Martino Stodio*, Profeſſore linguarum, *Henrico J. Hofmanno*, Paſtore Eccleſ. Maſchoënſis, & *Gregorio Matthæi*, Paſtore Piikenſi, qui hanc verſionem Reginæ Svecorum Chriſtinæ dedicarunt. Holm. 1642. fol. biennio, poſt Academiam Aboënſem a Regina fundatam. Confer Mich. Olai Wexionii Gyllenſtolpii natales Academiæ Aboënſis 1648. 4. Danielis Juslenii Aboam veterem & novam 1700. 8. Haquini Spegelii Chronicon Epiſcoporum Aboënſium: Paulum Ju-

 ſten

ſtea &c. Andreæ Antonii Stiermanni * Aboam literatam, Stockholm 1719. 4. De Æſchillo illo plura dabit M. Ingemundus Broems, Sudermannus, in Athenis Aboënſibus, ſive vitis Theologorum Aboënſium MSS.

Biblia Finnonice ex editione *Henrici Florini*, Aboæ 1685. 4.

Manuale LAPPONICUM, in quo præter Catecheſin, Pſalterium, Proverbia & Eccleſiaſtes Salomonis, Siracides, pericopæ Evangelicæ & Epiſtolicæ anniverſariæ, interprete *Joanne Jona Tornæo*, Holmiæ 1648. 8.

Pericopæ Evangelicæ & Epiſtolicæ, ex alia dialecto Lapponica, per *Olaum Stephani Graanium*, ibid. 1669. 8.

Novi Teſtamenti verſionem Lapponicam ante aliquot annos adornare cœpit vir doctiſſimus *Georgius Wallinus*, præfectus digniſſ. Bibliothecæ Upſalienſis, cujus ſpecimen, capita prima Evangelii Johannis, typis exſcripta ex ejus munere teneo.

ESTHONICE Catechiſmus A. 1632. à *Joachimo Roſinio*. Manuale ab *Henrico Stahl*, A. 1639. deinde iterum iterumque auctius & emendatius. Poſtilla à *Simone Blanckenhagenio*. Hymmi ſacri à *Georgio Salemanno*, *Reinero Brockmanno*, *Martino Gillæo* & *Henr. Göſekenio* A. 1656. cum Catechiſmo Lutheri & pericopis Evangelicis atque Epiſtolicis: Novum Teſtamentum A. 1686. dialecto Dorpatenſi a *Nicolao de Hardungen*, *Andrea Virginio* & *Marco Schützio*: & dialecto Revalienſi A. 1715. 4. pluribus interpretibus.

Biblia integre dialecto LETTICA, cum præfatione D. *Fiſcheri*, Superintendentis Livoniæ Generalis ad Carolum XI. Sveciæ Regem, quem & juſſiſſe opus hoc neceſſarium ſuſcipere & ſumtus ad illud perficiendum liberaliter ſuppeditaſſe celebrat, Rigæ 1689. 4.

Quamprimum etiam ante annos centum circiter in Americæ parte ſeptentrionali ſedes fixere Svêci quidam, ea in regione quam deinde *Novam Sveciam* ab illis vocari contigit, ſtatim etiam hoc ſibi datum putarunt eſſe negotii, ut & ibi Chriſtianum Nomen ac Religio ſalutaris propagaretur. Quam in rem juvat ſubjicere Venerandi Scarenſis Epiſcopi, *Jeſperi Svedbergii* teſtimonium A. 1711. Latina & Svecica lingua promulgatam, quod Latine ita ſe habet:

In

* Acta literaria Sveciæ A. 1720. p. 15.

In Nomine Domini!

Fuit inde ab origine Mundi & Eccleſiæ, admiranda DEI pro-“
videntia in vera religione ubique locorum & gentium propagan-“
da. Utut vero, ſecundum œconomiam providentiæ Divinæ, ve-“
teris illa fœderis Eccleſia, exigua terrarum parte definita fuit: il-“
lud tamen ſepimentum virgultis & ſpinis non adeo fuit obſitum,“
ut inacceſſus plane ad eccleſiam eſſet aditus. Eo vero demolito,“
poſtque tempora ἀγνοίας Act. 17. v. 30. omnibus ubique ad veram“
eccleſiam feliciorem aditum patere voluit ſtupenda Divini Numinis“
clementia. Præter enim fortuita illa ad veræ eccleſiæ communi-“
onem, cultusque Divini conſortium invitamenta, quibus profe-“
cto DEUS Opt. M. ſe non ignotum & ἀμάρτυρον reliquit, Act. C.“
XIV. v. 17. illuſtrius multo providentiæ Divinæ documentum fuit,“
quod præcones publicos totius orbis emiſerit, qui Evangelium“
DOMINI JESU CHRISTI notum facerent, & pronam ad cœlum“
viam monſtrarent. Serius aliquantulum tanti beneficii particeps“
factus eſt diu nobis ignotus orbis. Poſt enim varios exantlatos la-“
bores, mariumque tentamina, a *Chriſtophero Columbo* & *Americo Ve-*“
ſputio, auſpiciis Luſitanorum Regum, novus nobis detectus fuit or-“
bis, longiſſime ab hac noſtra diſtans terra. Primo Chriſtianorum“
acceſſu in peregrinum orbem, invecta fuit ſimul nominis CHriſti“
& religionis Chriſtianæ notitia: ut ſanctiſſima cœleſtis Evangelii“
d[illegible] ſeu fides ſub alio pæne cœlo & ſole prædicaretur & annun-“
ciaretur. Imo pura illa & ſincera Evangelii doctrina, intemera-“
ta ſervatur, & prædicatur hodieque etiam apud eos, qui ex Svecia“
& Gothia oriundi. Qui tempore *Magni GUSTAVI ADOLPHI* omnis“
ætatis & memoriæ Regis glorioſiſſimi, ejusque ſucceſſoris & filiæ“
Reginæ *CHRISTINÆ*, in Penſylvania, tunc *Nova Svecia* dicta, lon-“
ginqui itineris ſedem fixere. Ex quo tempore licet numeroſa pro-“
le adaucti ſint, & inter varias degant gentes, tamen ſermonem“
patrium, patrios mores, animi candorem, pietatemque ſervant“
& tuentur. In vero DEI cultu & pietatis exercitio egregios quo-“
tidie progreſſus facere indubitatis argumentis conſtat. Inprimis“
mihi hoc conſtat, poſtquam a glorioſiſſimæ memoriæ Svecorum,“
Gothorum Vandalorumque &c. Rege, CAROLO XI. Pio omni-“

“busque

"busque charo, eccleſiæ illius cura fidei meæ concredita fuit. Ex "quo tempore quavis data occaſione neceſſitatibus eccleſiæ me non "defuiſſe ipſos vocare teſtes audeo. Mea certe ſolicitudine, non "exiguus *Bibliorum Sacrorum*, ut & aliorum *Librorum* pietati & reli-"gioni inſervientium, Regia munificentia, miſſus eſt numerus. Vi-"ri quoque juvenes doctrina & vitæ rectitudine inſignes vocati, & "gratuito tanti itineris viatico ex Regia clementia impetrato, ec-"cleſiæ præfuturi illuc ſunt ablegati. Qua ex re non exigua capit "incrementa Svecorum illa in Penſylvania eccleſia. Et magnam "certe ad laudem increſcentis eccleſiæ monumentum tria nuper ex-"ſtructa templa, (cum longo tempore prorſus nullum habuerint,) "ſollenni cultus Divini exercitio dicata & ſacrata. Pro quibus be-"neficiis DEO ſint gratiæ inmenſæ, Amen! Jam vero Pl. Reveren-"dus Præpoſitus, *Magiſter Andreas Sandel*, poſt ſeptendecim, & quod "excurrit, annorum indefeſſam operam in Eccleſia *Vicacovienſi*, "commendatitiis ad Reg. Maj. literis, in patriam revocatus atque "Regio diplomate Svecorum, Gothorum, Vandalorumque &c. "Regis Auguſtisſimi CAROLI XII. in Eccleſia *Hedemorenſi* in *Dale-"carlia*, non ita procul a *magno Cuprimonte* ſita, conſtitutus eſt Pa-"ſtor. In ejus locum, vir juvenis, *Magiſt. Jonas Lidman* [illegible] "mea itidem denominatione, ſuffectus eſt, qui tam cl[illegible] "eruditionis laude, quam vitæ innocentia & pietate, bon[illegible] "omnium teſtimonium eſt conſecutus. Ratam hanc ipſi voluit ſpar-"tam Auguſtiſſima Regina, ULRICA ELEONORA, Sv[illegible] Goth. "Wand. Regina Clementiſſima diplomate & ſigillo Regio, Holmia, "An. 1719. die 2. Maji, ut ſit Paſtor Eccleſiæ *Wicacovienſis* in Pen-"ſilvania. Sacris ordinibus rite eſt initiatus, precibus, hymno, ma-"nuum impoſitione, aliiſque ceremoniis in eccleſia noſtra uſitatis, "idque in templo Cathedrali Scarenſi An. 1719. die 15. Julii. So-"leo identidem in Miniſtro V. D. præter eruditionem, & dona mi-"niſtrantia, vitæ integritatem, morumque probitatem commenda-"re. Quæ ut homini Chriſtiano unicuique cordi eſſe debet; ita "maxime miniſtro V. D. Sicut vita ſine eruditione non facit mihi V. "D. miniſtrum; ita nec eruditio ſola, niſi conſortio virtutum decora. "Jactabunda illa & carnalis ſapientia, pravis moribus fœda, res eſt "omnium perniciociſſima: imo in Miniſtro Domini venenum no-

centiſſi-

centiſſimum. Etenim ex contagione illa, magnum eccleſiæ me-“
tuendum malum, latius neſcio quomodo per omnium vitam ſer-“
pit, eidemque difficilius multo obviam itur. Quod probe in omni“
bus locis obſervari oportet, in iis præcipue, ubi gentiles degunt.“
Ne ipſis vere accomodari poterit, de quo DEus conqveritur: *Qui*“
doces alios, te ipſum non doces? Qui in lege gloriaris, per transgreſſio-“
nem legis DEUM ignomina afficis? Nomen enim DEI propter vos blaſphe-“
matur inter gentes. Rom. c. II. v. 21. 23. 24. Neque illa, quæ populi“
DEI Princeps dictaverit: *Non bonum eſt verbum, quod vos facitis: non*“
ne in timore Dei noſtri ambulabitis potius, quam ignominia gentium, ho-“
ſtium noſtrorum? Nehem. c. V. v. 9. Potius ut obſequio excipiamus“
illa, quæ Chriſtus dixerat; *Vos eſtis ſal terræ: quod ſi ſal infatuetur,*“
per quid ſalietur? Ad nihil valebit amplius, niſi ut projiciatur foras, &“
conculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt urbs, quæ in“
monte eſt poſita, occulta eſſe. Neque [homines] *accendunt candelam, &*“
ponunt eam ſubter modium, ſed ſuper candelabrum: tum lucet omnibus qui“
in domo ſunt. Sic luceto lux veſtra coram hominibus, ut videant veſtra“
bona opera, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Quicunque“
ſolverit præceptorum horum minimum, & docuerit ita homines, minimus“
[illegible] *regno cœlorum. Qui vero faciet* (attende; faciet, faciet) *&*“
[illegible] *magnus vocabitur in regno cœlorum.* Matth. c. V. v. 13. &c.“
[illegible]nino C. VII. v. 15. ad finem. Necnon, quæ Apoſtolus;“
[illegible] inquit, *dilecti, tanquam advenas & peregrinos, ut abſtinea*-“
tis a carnalibus concupiſcentiis, quæ militant adverſus animam. Ita ut con-“
verſationem veſtram inter gentes habeatis bonam, ut, in quo obtrectant vos,“
quaſi maleficos, ex bonis operibus, quæ viderint, glorificent DEUM in die“
viſitationis. 1. Pet. c. II. v. 11. 12. Et quia prædictus hic *Magiſt. Jonas*“
Lidman mihi quoad doctrinam, ceteraque dona miniſtro ſacro ne-“
ceſſaria, & vitæ Chriſtianæ ſanctitatem bene notus erat; ideo, poſt“
devotas preces, illum, ut dixi, ad ſacrum miniſterium vocare, &“
nominare, ordinibus ſacris initiare haud dubitavi. Ex intimo cor-“
de vovens, impleat DEUS illum reliquoſque e Svecia miſſos Eccle-“
ſiarum Doctores donis Spiritus Sancti. Ut in doctrina Evangelica“
ad finem uſque firme permaneant: ut vitam doctrinæ conformem“
vivant: ut Eccleſiæ non modo ſuæ, ſed & peregrinæ ſint emolu-“
mento. Quod omnino fiet, cum pacifice & candide, ceu Chri-“

 “ſtia-

"ſtianos decet, cum ipſis vixerint. Imo precor, dignetur DEUS "*aperire eis januam ad converſionem gentilium*, ut illorum ſaltem non-"nulli, doctrina Chriſtiana & morum ſincera integritate permoti, "alliciantur ad religionis noſtræ conſortium. Qua gratia DEUS "Optimus illos certiſſime dignabitur, ſi precibus rite & aſſidue "invocetur; *Ab illo enim omne donum perfectum ſuperne deſcendit*. Jac. "C. I. v. 17. ſi converſatio fuerit pia & proba: ſi functio officii aſſi-"dua; ſi quæſiverint emolumentum auditorum, non ſuum unice "commodum; & ſic *conſcientia gaviſi ſint pura coram DEO & hominibus* "*ſemper*. Actor. c. XXIV. v. 16. Expectantes in fide & ſpe gratiam & "benedictionem multiplicem a DEO, & ab hominibus favorem. "Amen!

"Hoc in majorem certitudinem, ex officio a DEO & Rege "mihi demandato, manu propria ſcripſi, dedi, & nomine & ſigillo "meo ſubſignavi, Brunsbogiæ, ſede Epiſcopali penes Scaras in Ve-"ſtrogothia, anno poſt natum Chriſtum milleſimo ſeptingenteſimo "undeviceſimo, die prima Auguſti.

Jeſperus Swedberg.
Doct. & Epiſcopus Scarenſis
Eccleſ. Svec. Londini An-
glorum & in America.

Vidi relationem MS. de Lutheranis cœtibus ſacris in ſex Comitatibus Penſylvaniæ, Philadelphienſi, Bukſenſi, Cheſtriæ, Novi caſtelli, Kentiæ & Suſſexiæ: in qua mentio primi Eccleſiaſtæ Svecici *M. Jo. Campanii* Holmenſis, cujus *Hiſtoriam novæ Sveciæ* mox laudabo, & qui à Rege victorioſiſſ. *Guſtavo Adolpho* in Sveciam præpoſitus Trusholdenſis fuit revocatus. *Laurentius Lok* A. 1690. octogenario major deceſſit; *Ericus Biörk* Paſtor & Præpoſitus Chriſtinienſis librum contra Sabbatharios oppoſuit ſcripto cui titulus *Columba Noæ*. Cura vero *M. Andreæ Ratmanni* qui ſingulari auctoritate ab Archiep. Upſalienſi inſtructus atque inſigni aureæ catenæ donatus fuit, conditum eſt templum Vicacovienſe, ipſe diem obiit A. 1708. ſucceſſoremque habuit *M. Andream Soadellum*, qui in Sveciam revocatus A. 1717. ut *Andreas Heſſelius* A. 1724. *Abraham Lidenius* Paſtor Rakkovienſis & Penſnekenſis A. 1725.

A. 1725. Miſſi itidem è Svecia A. 1719. Paſtores *M. Jonas Lidman*, Paſtor & Præpoſitus Vicacovienſis, *Samuel Heſſelius* Paſtor Chriſtinienſis, & A. 1725. *Petrus Tranberg* Paſtor Rakkovienſis ut *Andreas Hyndenire*, Paſtor Pensnekenſis.

A. 1599. & plusquam ducenta millia hominum ad Eccleſiam opera ejusdem Archiepiſcopi acceſſiſſe idem Malvenda p. 225. celebrat, provocans ad *Antonij Goveani* librum quem ex Luſitanico vertit Hiſpanice P. Franciſcus Mugnoz, & Gallice Jo. Baptiſta de Gleu*, *Hiſtoire des grans progrés de l'Egliſe Catholique d'Alexandre Mennes en la reduction des Chrétiens de S. Thomas & autres.* Antwerp. & Bruxell. 1609. 8. cum qua Goveani hiſtoria operæ pretium eſt conferre notata a *Rich. Simone* Hiſt. Critique de la creance & des coûtumes des nations du Levant chap. VIII. & Bibl. choiſie T. 1. cap. 39. & ſupplemento ad Leonem Mutinenſem de ritibus Hebraicis pag. 144. ſeq. *Joanne Aymon** in libro: methamorphoſes de la Relig. Romaine part 2. chap. 1. *Michaële Geddeſio* in the hiſtory of the Church of Malabar, Lond. 1694. 8. atque inprimis à viro eruditiſſimo accuratiſſimoque M. Veiſſierio la Croze in libro quem laudavi ſupra p. 608. Conferre etiam licebit P. *Guidonis Tachardi* S. J. relationem inſertam tomo duodecimo ſylloges notiſſimæ, *lettres edifiantes & curieuſes* p. 372. ſeq. & præfationem ad illum tomum p. XIV. nec non *J. C. Viſcheri* Epiſtolam editam T. V. Bibl. Hiſtorico Theolog. Brem. pag. 762. ſeq.

Poſt Apoſtolos Evangelium circa media ſæculi ſecundi tempora Indis prædicaſſe traditur S. PANTÆNUS, de quo Martyrologium Rom. 7. Jul. *Alexandriæ natalis* S. Pantæni, *Viri Apoſtolici & omni ſapientia adornati, cui tantum ſtudii & amoris erga Verbum DEI fuit, ut etiam ad prædicandum CHriſti Evangelium Gentibus quæ in Orientis ultimis ſeceſſibus reconduntur, fidei & devotionis calore ſuccenſus præfectus ſit.* Euſebius lib. V. hiſt. Eccleſ. cap. 10. Τοσαύτην φασὶν αὐτὸν προθυμίαν περὶ τὸν θεῖον λόγον ἐνδείξασθαι, ὡς καὶ κήρυκα τοῦ κατὰ χριστὸν Εὐαγγελίου τοῖς ἐπ' ἀνατολὴν ἔθνεσιν ἀναδειχθῆναι μέχρι καὶ τῆς ἸΝΔΩΝ στειλάμενον γῆς. Eadem repetit Nicephorus IV. 32. Hieronymus de Scriptor. Eccleſ. cap. 36. *tantæ prudentiæ & eruditionis tam in Scripturis Divinis quam in ſeculari litteratura fuit, ut in Indiam quoque rogatus ab illius Gentis legatis a Demetrio Alexandriæ Epiſcopo mitteretur.* confer Petrum Halloix T. 2. de Patrum Oriental. vitis p. 840. 840. Jo. Baptiſtam Solerium in Actis Sanctorum T. 2. Julii pag. 457. ſeq.

Martyrologium Rom. 27. Octobr. *Apud Indos S. FRUMENTII Epiſcopi, qui ibi primum captivus, deinde Epiſcopus ab Athanaſio* (poſt A. C. 326.

* Monatlicher Auszug A. 1701. Majo p. 7.

C. 326.) *ordinatus*, *Evangelium in ea provincia prædicavit*. Rem uberius narrat Rufinus lib. 1. Hiſt. Eccleſ. c. 9. qui infinitum numerum Barbarorum inde converſum ad Fidem memorans, *ex quo*, inquit, *in Indiæ partibus & populi Chriſtianorum & Eccleſiæ factæ ſunt*, *& Sacerdotium cœpit*. Eadem referunt Theodoritus lib. 1. c. 22. Socrates lib. 1. c. 19. Sozomenus II. 24. & Nicephorus VIII. 35. Menæa 30. Nov. Antoninus Florentinus tit. 9. Chronici c. 3. §. 6. Tangit etiam Tripartita lib. 3. c. 1. Sed ibi per Indos, latiſſime enim patet Indorum nomen, intelligendos *Æthiopas* ſive *Abyſſinos Auximitanos* eſſe probat Henr. Valeſius ad Socratem p. 13. laudans Lucæ Holſtenii notas ad Martyrolog. Rom. Atque Conſtantii Imp. Epiſtola ad Aizanam & Sazanam Principes Auxumeos jam Chriſtianos, de Frumentio ſcripta ante A. C. 356. exſtat in Athanaſii Apologia ad Conſtantium c. 31. T. 1. p. 315. Adde ſis Jobum Ludolfum lib. 2. hiſt. Æthiopicæ c. 2. (qui Frumentium ab Habeſſinis notat vocari *Abba-Salama*) & commentario ad Hiſtoriam p. 280. ſeq. Tillemontium T. VII. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 284. ſeq. & Tom. VIII. pag. 13. & Godfridum Hermantium in vita S. Athanaſii III. 9. celeberrimumque Montfauconum pag. XV. ſeq. T. 1. Opp. S. Athanaſii.

Interjecto tempore non dubium eſt fuiſſe plures in India passim Chriſtianos, Monachos quoque, ex quibus ſpeciatim illorum qui ex India venerunt & ova bombycum ex *Serinda* afferentes, rationem ſerici conficiendi Romanos docuere, mentio occurrit apud Procopium lib. IV. de bello Gothico c. 17. p. 613. De *Coſma* Monacho Indopleuſte, non repetam quæ dixi lib. 3. Bibl. Græcæ cap. 24. Volum. 2. p. 612. ſeq. nec quæ de *Joannis Carpathii* capitibus centum Conſolationis ad Monachos in India, lib. 5. c. 38. Vol. 9. pag. 446. vel quæ lib. V. c. 30. Vol. 8. p. 817. ſq. de hiſtoria Indica Joanni Damaſceno tributa de *Barlaamo* Eremita adductoque per eum ad Chriſti ſacra *Joaſapho* filio Regis Indiæ Avennir, ſive ut apud Vincentium Bellonac. lib. XV. c. 1. Abenner, de quo etiam in Martyrologio Rom. 27. Nov. *apud Indos Perſis finitimos SS. Barlaam & Joſaphat*, *quorum actus mirandos S. Joannes Damaſcenus conſcripſit*.

Idem Martyrologium Rom. 8. Auguſt. *Viennæ in Gallia S. SEVERI Presbyteri & Confeſſoris*, *qui ex India Evangelii prædicandi cauſa laborioſam peregrinationem ſuſcepit*.

Poſt

Poſt graviſſima autem impedimenta quæ Chriſtianiſmi progreſſibus in India præter idololatras & Chriſtianorum ipſorum ſocordiam objecere Mahommedani, præcipue ex quo regnum Indiæ Orientalis conditum a Tamerlane eſt, quod incipit ab A. C. 1399. a) nova magnaque iterum occaſio nominis CHriſti etiam per Indiam celebrandi oblata eſt, ex quo Luſitani primum, deinde etiam Angli, Belgæ, aliæque gentes Chriſtianæ navigationibus & commerciis regiones illas adire & Colonias ibi condere coeperunt: præcipue ex quo Rex *Akbar* qui A. 1552. magno Mogori Amayumo ſucceſſit & A. 1605. obiit, aures præbere cœpit Miſſionariis Goâ miſſis, b) parumque abfuiſſe traditur a deſerendo Alcorano, & publice profitenda Religione Chriſtiana, imo mortuus eſſe Chriſtianus c) certe libertatem ejus amplectendæ in ditione ſua ampliſſima conceſſiſſe: utut eidem venit in mentem condere novum genus Religionis d) ex Muhammediſmo, Chriſtianiſmo & Idololatrico Bramæ Soliſque cultu compoſitum. Omitto quæ de ſucceſſore Akbari e) *Johanne Guir*, qui obiit A. 1627. inclinatum ad CHriſti ſacra animum præ ſe ferente relata reperi, nec non de Johannis filio *Dara* f) ſed qui ad regnum non pervenit, victus & interfectus A. 1656. *Similiter* a Regibus Indicis idololatris *Calecutico*, *Biſnagorenſi*, *Siamenſi*, *Celebeſitano* aliiſque ſecuritatem Chriſtianis conceſſam notatur in hodoeporico Caſparis Schillingeri in Indiam, edito Germanice p. 381. In India autem magni Mogoris pro uno Muhamedano idololatras eſſe quinquagenos, notat Gemellus Carrerus Tom. 3. *itineris* per Orbem terrarum ſuſcepti pag. 149. qui etiam Mahummedanos Indos longe minus infeſtos Chriſtianis quam Turcos refert p. 239.

In ſylloge Epiſtolarum quæ eduntur Gallice de miſſionibus ſacris Societatis Jeſu, T. I. p. 62. ſq. magna ſpes monſtratur ingentis meſſis inter Indos Chriſto colligendæ, ſi idonei & multi ſatis operarii ad tantum opus peragendum non defuerint: pro uno autem

Kkkk 3 Muham-

a) *Manouchi*, Venitien, & le Pere *Franc. Catrou* hiſt. generale de l'Empire du Mogol p. 12. 61.

b) Catrou pag. 123. ſeq. 133.

c) Id. pag. 155. 156. d) idem p. 140.

e) pag. 161. 165. 206. f) pag. 231. 235. 314.

Muhamedano non quinquageni ut Gemello Carreri viſum ſed duceni vel treceni traduntur eſſe in magni Mogoris regno Idololatræ. Etiam in montibus qui Perſidem ab India ſeparant, reperiri Chriſtianos qui candenti ferro notam Crucis gerunt corpori ſuo impreſſam, ſed & alios ex vetuſto Perſarum genere, qui a Rege Perſiæ moniti ut ad Mahummedanos accederent, petierunt ut ſibi integrum eſſet CHriſto nomen dare.

Quoique le Mahometiſme ſoit la Religion dominante à la Cour du Mogol, & que tous les Officiers du Prince faſſent profeſſion de cette Religion, preſque tout le Peuple cependant eſt idolatre ; de ſorte qu'on peut dire que pour un Mahometan, il y a deux & trois cens Gentils. Ces Peuples ont pour la plûpart leurs Rajas, qui reconnoiſſent le Mogol pour Souverain, & qui ſont à peu prés dans l'Indouſtan ce que les Ducs de Guyenne, de Bretagne, & de Normandie étoient autrefois en France.

Il ſeroit facile d'établir des Miſſions floriſſantes dans les Terres de ces Rajas, & d'y recüeillir une abondante moiſſon. Le Païs qui s'étend depuis l'embouchure du grand Fleuve Indus, juſque vers Caboul, ſeroit à mon avis, le lieu le plus propre pour commencer ce grand ouvrage. On m'a aſſuré que dans les Montagnes qui ſeparent la Perſe de l'Empire du Mogol, il y avoit des Chrétiens qui s'imprimoient avec un fer chaud la figure de la Croix ſur le corps. Il y a bien de l'apparence que ces Chrétiens ne le ſont que de nom, & que tout leur Chriſtianiſme ne conſiſte qu'en cette marque exterieure qui les diſtingue des Gentils & des Mahometans ; cependant vous voyez que ce ſeroit ici une entrée pour les conduire à embraſſer une Religion que vrai-ſemblablement on a autrefois profeſſée dans leur Païs.

Il y a encore dans ces mêmes Montagnes des Peuplades entieres de ces anciens Perſes, qu'on nomme Gavres *en Perſe, & qu'on appelle* Parſis *à Surate, & aux environs, ou ils ſe ſont établis en grand nombre. Ces Peuples qui paroiſſent avoir de l'inclination pour nous, ont toujours eu beaucoup d'éloignement du Mahometiſme, juſques là que ceux qui ſont en Perſe ſe voyant depuis deux ou trois ans vivement preſſez par le nouveau Roy de Perſe de ſe faire Mahometans, ils le prierent avec de grandes inſtances de leur permettre de ſe faire tous Chrétiens.*

In iisdem Epiſtolis T. I. p. 67. notatur etiam filios magni Mogoris* *Aurengzeb*, præcipue majorem natu *Chalem* valde faventem Miſſionariis ſe

* De Aurengzebi imperio videndus præter alios Franc. Bernier.

ſe præbuiſſe. *On en doit certainement tout eſperer, ſur tout aprés que les vaſtes Eſtats de l'Indouſtan auront été partagez entre les enfans d'Aurengzeb, qui regne depuis ſi long-temps. Car on ne doute point que ces Princes ne ſoient favorables aux Miſſionaires, & qu'ils ne les protegeaſſent ouvertement dans toutes les Provinces, principalement s'ils les y trouvoient déja établis à la mort de leur pere. Le Prince Chalem, qui eſt l'aîné, a toûjours marqué beaucoup de bonté à nos Peres Portugais, qui ſont à Agra. Il a même depuis peu appellé à Caboul, où il eſt preſentement avec un corps d'armée conſiderable, le Pere Magallens ancien Miſſionaire de Delli & d'Agra, & il a ordonné aux Gouverneurs, & aux autres Officiers des lieux par où ce Pere paſſera, de lui fournir tout ce qui lui ſera neceſſaire pour faire ſon voyage. On croit qu'il appelle ce Pere à la Cour pour avoir ſoin des Chrétiens qui ſont à ſa ſuite.*

In religione Indorum veſtigia Moſaicæ & Chriſtianæ doctrinæ reperire ſibi viſus eſt *J. V. Bouchet*, S. J. ut expoſuit in Epiſtola ad Huetium, *lettres edifiantes* T. IX. p. 4. ſeqq.

Indiæ nomen latiſſime patet, non enim tantum ſumitur de India proprie dicta, ampliſſima regione Aſiæ de qua hactenus dictum in cujusque partibus victoriarum ſuarum curſum terminavit olim Alexander Magnus, & de qua veteribus laudati Indicorum ſcriptores *Androſthenes*, & *Arrianus* cujus adhuc exſtat lucubratio, tum *Baſilides*, *Camaro*, *Chryſermus*, *Clitophon* Rhodius, *Cteſias*, *Daimachus*, *Megaſthenes*, *Nearchus*, *Oneſicritus*, aliique: ſed etiam de regionibus aliis Aſiæ & Africæ, Libya, Ægypto, Æthiopia, Arabia, Palæſtina, ut docuere Hadr. Turnebus Adverſar. XXI. 9. & Gisbertus Cuperus IV. 7. variarum Obſervationum: ſimiliter notum eſt ſcriptorum recentiorum uſu de longe diſſitis regionibus & Inſulis non Orientis modo ſed Occidentis quoque ſive Americæ nomen Indiarum vulgo uſurpari: itaque eo etiam ſenſu nomen illud accipi velim in libris quorum brevi elencho caput præſens concludam.

Hiſtoria memorabilium dictorum factorumque in regionibus Indiæ Orientalis, à Societate JEſu pro Religione Chriſtiana: ex Latino Gallice *Eman. Auger*. Lugd. 1571. 8.

Petri Jarrici, Toloſani, S. J. theſaurus rerum Indicarum, quo ortus progreſſus & incrementa Chriſtianæ Catholicæ Religionis,

ac

ac earundem regionum hiſtoriæ & ea quæ ad eas pertinent, Chorographice & Hiſtorice deſcribuntur. Burdigalæ 1608. 8. Latine verſus e Gallico a *Martino Martinez.* Colon. 1615. 1616. 8. libris ſex, tribus Voluminibus.

Danielis Bartoli S. J. miſſio Mogorenſis. Ejusdem Aſia, 3. Volum.

Cornelius Hazard, S. J. tomo primo operis laudati ſupra pag. 552.

Urbanus Cerri, Secretarius Congregationis de propaganda Fide, Libro de ſtatu præſenti Eccleſiæ Rom. in omnibus partibus Orbis terrarum, quem e MS. Italico Anglice verſum edidit *Richardus Steele*, & Gallice recuderunt Amſtelodamenſes 1716. 12. pag. 172. ſqq.

Gothardi Arthus hiſtoria Indiæ Orientalis juxta ſeriem topographicam regnorum, provinciarum & inſularum per Africæ Aſiæque littora ad Japonios uſque. Francof. 1600. & inde Colon. & partes decem, per Marcum Arthus. 1612. fol.

Gilberti Gonſales d' Avila, theatro Eccleſiaſtico de la primitiva Igleſia de las Indias Orientales, vidas de ſus Arzobiſpos, y coſas memorables de ſus ſedes. Madrit 1649. 1655. fol. 2 Volum.

Sebaſtiani Gonzales, S. J. Luſitani neſcio an edita hiſtoria Virorum illuſtrium, qui in religioſis per Indiam Orientalem familiis vitæ ſanctimonia & litteris floruere, eorum potiſſimum qui Societatem Jeſu, martyrii laurea coronarunt.

Gerardi Zoës S. J. relatio de martyribus Indiæ Orientalis & Occidentalis. Mechliniæ 1622.

Ludovici Guzmann de rebus à S. J. in India Japonia & Sinis geſtarum, libri XIII. Compluti, 1601. fol. Hiſpanice.

Didaci de Avendanno, S. J. theſaurus Indicus ſ. inſtructor generalis pro regimine Conſcientiæ in iis quæ Indias ſpectant. Antwerp. 1668. fol. 2 Volum.

Jo. Federici Lumnii de Indorum vocatione liber.

Fran-

Franciſci Colini S. J. India ſacra, edita Madriti 1666. 4. ad inſtitutum noſtrum parum facit, continet enim ſuppetias quas auctor vocat ſacras ex utraque India ad loca quædam Veteris Teſt. illuſtranda, qui adhuc Europæos morantur interpretes. Dividitur in libros quatuor, quorum *primo* India docetur intelligi ſub nominibus Evilath & Æthiopiæ: *ſecundo*, Ophir & Tarſis: *tertio* ſub Inſulis in Veteri Teſt. memoratis: *quarto* denique ſub ænigmatibus, metaphoris, ſymbolis & ſimilitudinibus, ad Eſaiæ XVIII. & Sophoniæ III. 10.

CAPUT XXXVII.

De Chriſtianiſmi Originibus & ſucceſſibus in PERSIA.

Ex veteri traditione SIMON CHANANÆUS & JUDAS ZELOTES Apoſtoli in Perſiam veniſſe feruntur. De quibus Florentinius p. 160. ſq. ad Martyrologium Hieronymi, & de MATTHÆO p. 159. de BARTHOLOMÆO p. 157. de S. JACOBO Alphæi p. 155. Martyrologium Rom. 28. Octobr. *Natalis beatorum Apoſtolorum* Simonis Chananæi *&* Thaddæi *qui &* Judas *dicitur: quorum Simon in Ægypto, Thaddæus in Meſopotamia Evangelium prædicavit: deinde in Perſidem ſimul ingreſſi, cum innumeram gentis illius multitudinem CHriſto ſubdidiſſent, martyrium conſummarunt.* Vide quæ ſupra p. 112.

Conſtantinus M. comperto frequentes * in Perſia Eccleſias

* Πυθόμενός γέ τοι παρὰ τῶν Περσῶν γένει πληθύειν τὰς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, λαούς τε μυριάνδρους ταῖς Χριστοῦ ποίμναις ἐναγελάζεσθαι. Euſeb. IV. 8. de vita Conſt. & c. 13. τούτου δὲ καταλόγου τῶν ἀνθρώπων, λέγω δὴ τῶν Χριστιανῶν ἥδομαι ἀκούων ὅτι καὶ Περσίδος τὰ κράτιστα ἐπὶ πλεῖστον ὥσπερ ἐστί μοι βουλομένῳ κεκόσμηται. S. Chryſoſtomus Orat. quod CHriſtus Deus, T. 1. edit. novæ p. 559. ἀλλὰ καὶ παρὰ Πέρσαις ἀνθεῖ, ἔτι καὶ νῦν παρ' αὐτοῖς πολεμούμενον, καὶ γὰρ παρ' ἐκείνοις ἄρτι μαρτύρων δῆμοι πολλοί. & p. 566. ubi Thracibus, Mauris, Indis & Sauromatis jungit Perſas, atque iterum p. 575.

CHriſti reperiri, pro illis ad Regem *Saporem* interceſſit in Epiſtola quam ſervavit Euſebius IV 9. ſqq. de vita Conſtantini, Theodoritus lib. I. c. 25. Sozom. II. 15. Tripartita III. 3. Nicephorus VIII. 38. Cumque nihilominus Chriſtianos affligere Sapores pergeret, Conſtantinus bellum Perſis inferre ſtatuit, quod legatione ab iis miſſa præventum narrat Euſebius IV. 57.

Martyrologium Rom. 4. Dec. *In Meſopotamia S. MARUTHÆ Epiſcopi, qui collapſas in Perſiâ DEI Eccleſias ob perſecutionem* Iſdegerdis *Regis, reparavit, multisque miraculis clarus, apud hoſtes etiam meruit honorari.* Conferendi Socrates VIII. 8. Tripartita XI. 8. Niceph. XIV. 18. De illa perſecutione ſub Sapore, Tillemontius tomo 7. memoriar. & de inſecutis ſub Iſdegerdi avo, filio Varavane & Iſdegerdi nepote, Pagi ad A. C. 408. n. 4. ſq. A. 414. n. 15. A. 420. num. 14. ſq. A. 395. n. 13. A. 422. id. n. 11. A. 440. 9.

Perſidis Epiſcopus interfuit Concilio Nicæno A. C. 325. & Indos Perſasque etiam lingua ſua ſacros libros Biblicos lectitaſſe, S. Chryſoſtomi & Theodoriti teſtimonia ſupra p. 35. & 37. adducta diſerte teſtatum faciunt.

Eodem tempore ſapiens Perſa, qui libros multos compoſuit ad confirmandam Religionem Chriſtianam & infirmandas opiniones Magorum, celebratur ab Gregorio Abulpharajo, in hiſtoria Dynaſtiarum p. 87.

Choſroës deinde Chriſtianis infeſtus, etiam Heraclium Imp. voluit Chriſtianiſmo renunciare, ſed ipſe ab Heraclio victus & a ſucceſſore Choſrois Syröe reſtituta Crux quam Hieroſolymis Choſroës anno Heraclii quinto abſtulerat. Vide Pagium ad A. C. 627. è Theophane, Chronico Alex. Elmacino &c. ac Wilhelmi Schickardi, Tarich ſive ſeriem Regum Perſiæ p. 155. ſeq.

Poſt Perſas ſubactos A. 651. a Saracenis ſenſim prævaluit Mahommedis lex, quam etiamnum colunt Perſæ, licet à Turcis in capitibus quibusdam religionis differant, de quibus vide ſis Thomæ Herberti iter, editum Anglice p. 152. ſq. Adami Olearii p. 676. Thomæ Smithi Epiſtolam 1. de moribus Turcarum p. 11. ſeq. B. Auguſti Pfeiferi matæologiam Muhamedanam, Exercit. VII. T. 2. Opp. p. 966. ſqq. Davidis Nerreteri eröffnete Moſchea pag. 175. ſeq. Orientaliſchen Kirchen-Staat p. 72. ſqq. &c.

De

De remoris Chriſtianiſmo in Perſia objectis, conſuli poterit Comes Boulainvillierius in vita Mahomedis Gallice anno ſuperiore edita, Lond. 1730. 8. pag. 108. ſeq.

Chriſtiani qui Perſiam hodie incolunt, ſunt 1) *Georgiani* Iberiæ veteris ſive Georgiæ (*Gurgeſtan*) incolæ, Græcorum rituum, paucis exceptis, tenaces neque extra Georgiam facile reperiundi. 2) *Armenii* per totum diſperſi Perſiæ regnum, & in patria ſua, majori & minori Armenia, in ſuperiore & inferiore Media, in Georgia, regione Mazendarenſi ſive Hyrcania & Parthide publice ſacra ſua Chriſtiana obeuntes. Viginti millia familiarum Armenicarum in Perſia reperiri, & plures etiam ſæculo fuiſſe ſuperiore, notavit Joannes Chardinus quo nemo pulchriorem Perſiæ notitiam cum Europæis communicavit, T. VI. itineris ſui pag. 326. 3) *Neſtoriani* & *Jacobitæ* pauci admodum, & 4) qui illis relictis ad *Eccleſiæ Romanæ* communionem acceſſere, longe etiam pauciores, atque ſi Chardinum audimus, vix familiæ decem. 5) Qui negotii cauſa verſantur in Perſia Galli, & Europæi *Proteſtantes*, ex Societate Batavorum ab A. 1623. nec non Anglorum ſocietate, de qua utraque laudatur Chardinus Tom. 3. p. 183. & 262. Præterea qui Regi Perſiæ operas ſuas præſtant, nam ut idem Chardinus T. VI. pag. 327. *il y a en Perſe outre tous les autres Chrétiens, des Proteſtants Europeans qui ſont des artiſans engagez au ſervice du Roy, mariez a des femmes du Pais. Chacun de ces Etrangers, comme tous les autres, ſervent Dieu chez eux à leur maniere en toute liberté; & generalement dans toute l' Aſie il y a cela de raiſonnable, de juſte, & de pieux, dans toutes les Religions dominantes, & ſur tout dans la Mahometane, qu'elles ne forcent perſonne de ſe rendre aux Egliſes du Païs, & qu'elles permettent à chacun de ſuivre les mouvemens de ſa conſcience, & de faire ce qu'il veut chez ſoi en particulier, ſuivant les principes de ſa Religion.*

Non integrum tamen ſine ſpeciali Regis permiſſione in urbe Regia Iſpahano habitare Chriſtianis, ſed in ſuburbio quodam, exceptis Miſſionariis & Societatum Europæarum membris, ut ab eodem Chardino notatur T. VIII. p. 100. *Les* Chrétiens *ne ſauroient loger dans la Ville* d' Iſpahan *ſans permiſſion du Roy. On les a releguez dans un fauxbourg au delà de la riviere, à cauſe du continuel deſordre que cauſoit leur mêlange avec les* Mahometans. *On les ſurprenoit avec des* Mahometanes, *ce qui attire la mort après ſoi, ou le changement de Religion:*

Les Mahometans *alloient boire & s'enyvrer chez eux, ce qui eſt encore défendu, & faiſoit répandre du ſang. Tous les* Chrétiens *furent donc mis hors de la Ville, à la reſerve des* Miſſionaires *& des gens* des Compagnies d'Europe, *qui étant en quelque façon, perſonnes publiques, ſont ſous la protection immediate du Roi.*

De Chriſtianis *S. Joannis Baptiſtæ*, qui circa Tigridem & fines Perſiæ colunt, jam ſupra p. 110. & 119. nonnulla me referre memini, ſed diligentius de illorum rebus & doctrina tractat vir doctiſſ. & rerum Orientis luſtrator curioſiſſimus Engelbertus Kæmpferus in amœnitatibus exoticis politico phyſico Medicis, Lemgoviæ 1712. 4. pag. 436. ad 454. qui religionem eorum *Sabiiticam* appellat, ſicut etiam Bartholomæus Herbelotus in Bibliotheca Orientali pag. 725. ſeq. Sabios qui in Alcorano cum Judæis & Chriſtianis * conjunguntur, ita deſcribit, quod ſingulari veneratione Joannem Baptiſtam proſequantur, ejusque ſe profiteantur diſcipulos, atque in capitibus non paucis ad Chriſtianos accedant, licet in quampluribus alieniſſimi & antiquæ Chaldæorum ſuperſtitionis ſectatores. Idem ex ſcriptoribus Orientalibus confirmat Abraham Ecchellenſis in Eutychio vindicato pag. 325. quamobrem huic ſententiæ malo accedere quam Richardi Simonis & aliorum qui Chriſtianos S. Joannis a Sabiis ſive Sabaitis in Alcorano & apud Maimonidem in more nebuchim III. 29. memoratis diverſos faciunt. Erudite præter hos de Sabaitis Jo. Spencerus libro 2. de legibus Hebræorum, Thomas Stanlejus Philoſophiæ Orientalis libro tertio, Eduardus Pocockius ſpecimine hiſt. Arabum pag. 138. ſq. & Jo. Henricus Hottingerus hiſtoriæ Orientalis cap. 8. Idem Chardinus T. VI. pag. 317. *Les Chrétiens de Saint Jean, qu'on appelle autrement* Sabis, *ſont une ſorte de ſecte, qui s'eſt ſi fort diminuée, que l'on ne trouve preſque plus perſonne par qui l'on puiſſe en bien apprendre la créance & les opinions. Ceux qui en font profeſſion aujourdhui, ſont des pauvres gens, Ouvriers & Laboureurs, en fort petit nombre, diſperſez dans l'Arabie, & en Perſe, la plûpart le long du Golphe Perſique. Ils ont pris leur Origine dans la*

* Alcorani Sura II. v. 62. *Certe qui crediderunt, & qui Judæi ſunt & Chriſtiani Sabaitæ, quisquis ex his crediderit in DEum, & diem noviſſimum, & fecerit rectum, erit ipſis merces ſua apud Dominum ſuum, neque timor erit ſuper eos, neque ipſi contriſtabuntur.* Idem repetitur Sura V. 78. Vide & XXII. 17. & quæ ſupra p. 491.

la Chaldée, & l'on tient que les anciens Sabis étoient Diſciples de Zoroaſtre: en effet, ils en retiennent beaucoup d'opinions. Ces Sabis recûrent le Baptême de Saint Jean Baptiſte, qui ſe répandit le premier dans le monde, à la Naiſſance du Chriſtianiſme. Ils firent un mélange de doctrines Judaïques & Chrétiennes, à quoi ils ajoûterent depuis des réveries des Mahometans; ce qui a fait un composé étrangement ridicule, où il ne ſe trouve aucune ſuite ni liaiſon.

Raphaël du Mans prior Conventus Capucinorum in regia Perſiæ Iſpahana, ultra XXX annos interpres Regis, cujus amicitia uſus *laudatus Kæmpferus*, in cujus amœnitatibus exoticis præclara ſtatus Perſiæ, qualis circa A. 1685. fuit, notitia.

De miſſionibus Romanæ Eccleſiæ in Perſiam, hæc Urbanus Cerry p. 157. "Le Roi de *Perſe*, quoique *Mahometan*, eſt en correſpondance * avec le Saint Siège. On lui a écrit pluſieurs Brefs Apoſtoliques, auxquels il a répondu; & Votre Sainteté (Innocent. XI.) a reçû derniérement une Lettre de ce Prince. Du tems de *Paul V*, de ſainte mémoire, des *Carmes* déchauſſez furent envoyez en *Perſe*, & préſentérent le Bref du Pape au Roi *Abbas*, qui le reçût d'une maniére fort reſpectueuſe, & qui leur donna un Palais dans *Iſpahan*, dont il avoit dépouillé le Général de l'Artillerie. Ces Peres y ont bâti un Couvent & une Egliſe, où il y a quatre Chapelles, outre le grand Autel dédié à la très-ſainte Vierge. Ils demeurent à *Iſpahan*, comme Ambaſſadeurs du Pape; & il y a auſſi pluſieurs *Auguſtins*, *Jeſuites*, & *Capucins*, qui y réſident avec le même Caractere; les prémiers comme Ambaſſadeurs du Roi de *Pologne*, les ſeconds du Roi de *Portugal*, & les derniers du Roi de *France*. Mais depuis peu les *Carmes* ſont les ſeuls Moines, à qui il ſoit permis de demeurer à *Iſpahan*. Les autres en ont été chaſſez par le prémier Miniſtre d'Etat, un zélé *Mahometan*, qui croyoit que la Ville fut ſouillée par les Chrétiens, parce qu'ils bûvoient du vin continuellement, & qu'ils donnoient occaſion aux *Perſans* de ſuivre leur exemple. Ce qui fut cauſe que ces Moines eurent ordre de vendre leurs Maiſons & on leur aſſigna un endroit hors de la Ville, où ils ont une Maiſon & une Egliſe, comme cela ſe pratique à *Conſtantinople*." De *Theatinorum* in Mingreliam Miſſione ſuſcepta ab A. 1627. Joannes Chardinus T. 2. laudati operis pag. 20. "Les Théatins vinrent en "Mingrelie

LIII 3

* Luis de Bavia hiſt. Pontifical y Catolica T. 3. p. 382.

"Mingrelie l'an 1627. Il y furent reçûs comme Medecins. Le "Prince qui regnoit alors étoit puiſſant, on lui repréſenta que c'é-"toit le bien & l'avantage de ſon païs, qu'il s'y établit des gens qui "ſavoient un art ſi utile à la conſervation de la ſanté. Il leur fit ac-"cueil, & il leur donna la maiſon qu'ils ont, des terres, & quan-"tité de Païſans pour les labourer, & pour entretenir leur famille "de vin & de grain. Vingt-&-un an auparavant les *Jeſuites* de Con-"ſtantinople avoient envoyé deux de leurs confreres en ce païs-là; "mais ils y moururent ſi-tôt, que cela fit peur aux autres, aucun "d'eux n'y a plus voulu retourner. Les Thétins avoient les années "paſſées des maiſons en Tartarie, en Georgie, en Circaſſie, & "Imirette. Elles ſe ſont toutes détruites, ils ont abandonné ces "lieux, voyant qu'on n'y vouloit pas recevoir la Religion Romaine, "& que la Medecine dont ils faiſoient profeſſion les accabloit. Ils "m'ont aſſuré pluſieurs fois qu'ils auroient il y a long-tems laiſſé pa-"reillement celle de Colchide, pour les mêmes conſidérations; "mais qu'ils s'y tenoient pour l'honneur de l'Egliſe Romaine, qui "ſe faiſoit une gloire d'avoir des gens par toute la terre, & pour "l'honneur de leur Ordre en particulier, qui n'ayant plus que cette "ſeule miſſion au monde, déchéroit d'eſtime, s'il ne la pouvoit en-"tretenir." Idem de *Capucinorum* Miſſione in Georgiam Tom. 2. pag. 160. Il y a une habitation de Miſſionaires Capucins a Tifflis. "Le Prefet des Miſſions, que cet Ordre a en *Georgie*, & de celles "qu'elle eſpere d'y avoir, & dans les païs circonvoiſins, y fait ſa ré-"ſidence. Il y a treize ans qu'on les envoya de *Rome*. Le nom de "Medecins qu'ils ſe firent donner, & que tout le monde leur don-"ne, les fit bien recevoir par tout où ils deſirerent de s'établir; car "la Medecine, & ſur tout la Chimique, eſt fort eſtimée, & très-"peu connue dans tout l'Orient. Ils s'établirent premiérement à "*Tifflis*, & après à *Gory*. *Chanavas-Can* leur donna une maiſon, en "chacune de ces deux villes, avec la liberté d'y faire publiquement "l'Exercice de leur Religion. Ils apporterent à ce Prince des Lettres "du Pape, & de la Congregation *de propagande fide*, & lui firent en "leur propre nom de beaux preſens, & à la Princeſſe, au *Catholi-*"*cos*, & aux principaux de la Cour, qu'ils continuent depuis de faire "de deux ans en deux ans. Celui d'entr'eux qui ſait mieux la Mede-

cine

cine, eſt auprès de la perſonne du Prince, pour entretenir ſa protection, qui eſt leur unique appui contre les perſecutions du Clergé *Georgien* & *Armenien*. On tâche de tems en tems de chaſſer ces Miſſionnaires, ſelon qu'on entrovoit les efforts qu'ils font d'attirer des gens à leur Religion; mais comme il n'y a point de Medecins & de Chirurgiens en *Georgie*, ils ſe rendent neceſſaires par la pratique de la Medecine & de la Chirurgie, que quelques-uns d'entr'eux entendent fort bien, & exercent avec grand ſuccès. Ils ont permiſſion du Pape de ſe faire payer de leurs cures, & ils s'en ſervent utilement, la Medecine les faiſant ſubſiſter. On les paye ordinairement en vin, en farine, en bétail, & en jeunes eſclaves. Quelquefois on leur donne auſſi des chevaux. Ils font vendre ce qui leur ſeroit inutile. Sans ce grand ſecours qu'ils tirent de la Medecine, ils auroient peine à s'entretenir de la penſion annuelle, que leur donne la Congregation, qui n'eſt que de 18. écus Romains pour chaque Miſſionaire, qui ſont ſoixante & douce livres de monnoye de France."

De Miſſione *Auguſtinianorum* A. 1602. Goâ in Perſiam ſuſcepta Luis de Bavia, hiſt. Pontifical y Catolica T. 3. p. 382.

Le voyage de Perſe fait par le P. Pacifique *de Provins Predicateur* Capucin *Miſſionaire Apoſtolique, Superieur Prefect des Miſſions de ſon Ordre in Amerique. Contenant les remarques particulieres de la Terre Sainte & des lieux, où ſe ſont operez plus les miracles depuis la creation du monde jusque à la mort & paſſion de JEſus CHriſt. Avec le Commandement du Grand Seigneur Sultan Murat, pour établir des Convents de* Capucins *par tous les lieux de ſon Empire. Enſemble le bon traitement, que le Roy de Perſe fit au R. P. Pacifique, lui donnant un ſien Palais pour ſa demeure, avec permiſſion de batir des Monaſteres par tout ſon Roiaume: & finalement la Lettre & preſent qu'il lui donna pour apporter au Roi Très Chreſtien de France & de Navarre Louis XIII. Et le teſtament de Mahomet, que les Turcs appellent ſa main & ſignature, qu'il fit avant ſa mort. Seconde Edition revuë, corrigée & augmentée par l'Auteur. à Paris Nic. Jean de la Coſte* 1645. 8.

De recentiore Miſſione *Jeſuitarum* Chamakenſi in Provincia Sirvan ſive Albania, nouveaux memoires des miſſions de la Compagnie JEſus T. 3. pag. 381. ſeq. De Miſſione Erivanenſi, Armeniis magis Romanæ Eccleſiæ ſubjiciendis quam Perſis convertendis comparata pag. 227. ſeqq.

CAPUT

CAPUT XXXVIII.

De Originibus & ſtatu Chriſtianiſmi in ARMENIA.

Martyrologium Rom. 25. Auguſti. *S BARTHOLOMÆI Apoſtoli, qui in India CHRISTI Evangelium prædicavit: inde in majorem Armeniam profectus cum ibi plurimos ad fidem convertiſſet, vivus a Barbaris decoriatus eſt; atque Aſtyagis Regis juſſu capitis decollatione martyrium complevit.* De eodem Florentinius pag. 157. ad Martyrologium Hieronymi & Clemens Galanus ſub initium Hiſtoriæ Armenæ, qui THADDÆUM etiam in Armenia prædicaſſe Evangelium & ab Armeniorum Rege Sanatrugho, perinde ut Bartholomæum ſcribit interfectum fuiſſe. Idem *Abgarum*, ad quem JEſu CHriſti Epiſtolam affert, facit Regem Armeniæ. Primum autem Epiſcopum ſive Patriarcham in Armenia, fuiſſe GREGORIUM tempore Conſtantini M. qui Romam Religionis cauſſa adierit.

Vir clariſſimus Jo. Joachimus Schroederus in theſauro linguæ Armenicæ Amſt. 1711. 4. pag. 249. *Haicana* a) ſive Armenica *natio magnam partem per ipſos Apoſtolos, Bartholomæum & Thaddæum eorumque diſcipulos* ADDÆUM, UESKI b) *& reliquos* "ad fidem in CHriſtum "ſtum converſa, iisque ſub Rege Sanatrugho martyrio coronatis, "ad priſtinam idololatriam relapſa, poſt ducentos demum & ſex an- "nos univerſa, una cum Rege Tiridate, à S. Gregorio, Gentis ſuæ "Illuminatore, ad ſalutarem fidem reducta eſt, uti prolixe teſtan- "tur *Agathangelus* in hiſtoria Converſionis Armenorum, & Vitarum "Gregorii, Regumque *συγχρόνων* Armenorum ac Perſarum; *Moyſes* "*Chorenenſis* Hiſtoriæ Armenæ pag. 184. ſſ. *Galanus* ex Hiſtorico Arme- "no Anonymo Cap. I. & II. *Nierſes Clajenſis* in Libro Hiſus Uerdi pag. "442. ſſ. ubi ſic incipit:

Qui

a) Ab Haico, Gentis conditore, vide diſſ. theſauro laudati Schrœderi præmiſſam pag. 21.

b) De hoc *Ueski*, diſcipulo Thaddæi Apoſtoli, quem in aula Regis Sanathrugi & Reginæ Sathienæ prædicaſſe Evangelium, Armeniorum hiſtoriæ referunt, vide eundem theſaurum p. 239.

Qui Apoſtoli *Thaddæum ad illum* Regem *miſerunt*,
Juxta id quod ipſe CHriſtus *promiſerat*.
Iſte cum im urbem Orbam veniſſet,
Abgarum à languoribus & doloribus ſanavit,
Et in fide confirmavit, &c.

Ab iſtis temporibus, utraque Armenia quot bellis laceſſita, quot“
hæreſibus ac hæreſiarchis impetita, quot ærumnis in hunc usque“
diem ab infidelibus preſſa, & tantum non oppreſſa fuerit; Reges“
tamen ſuos habuit, Major quidem Armenia ad V. Minor vero ad“
XIV. usque, à nato CHriſto, Seculum, Religionis ac Regionis ſuæ“
Vindicatores fortiſſimos: Patriarchas, Epiſcopos, Doctores pro-“
genuit, ut varia eruditione ſic pietate clariſſimos, fidei Chriſtianæ“
Anteſignanos & Defenſores acerrimos, martyres conſtantiſſimos:“
qui Scripturam Sacram & optimos quosque Auctores ex aliis in“
Vernaculam linguam transferendo, rerum ſacrarum, & ad hujus“
vitæ commoda ſpectantium cognitione, artibus ac ſcientiis, gen-“
tem ſuam imbuerunt, & Ὑποτυπώσει ὑγιαινόντων λόγων ita munive-“
runt, ut neque portæ inferorum illam ſuperare potuerint. Qua-“
re cum antiqua hæc Natio adhuc hodie eundem nobiſcum & DEum“
invocet, & Chriſtum confiteatur, maximi noſtra intereſt, ut ſcia-“
mus, quid & Armeni ſentiant circa primarios fidei Chriſtianæ arti-“
culos: De DEo Uno ac Trino, De Incarnatione, Perſona, Officio,“
ac Merito CHriſti, &c. &c.: Ut videamus, jure ne an injuria accu-“
ſati fuerint hactenus Armeni deteſtandæ illius Monothelitarum“
aut Monophyſitarum hæreſios. Denique ut cognoſcamus, quod“
eadem illis, quæ nobis, ex Reſurrectione CHriſti Capitis noſtri Vi-“
tæ, & Patriæ Cœleſtis, ſpes firma ſuperſit.“ *Hæc Schrœderus.*

Dionyſii Corinthii Epiſtolam de pœnitentia ad Armenios, eorumque Epiſcopum *Meruzanem*, poſt medium ſæculum à CHriſto nato ſecundum ſcriptam memorat Euſebius V. 46. Hiſt.

Georgius Cedrenus ad Annum XIX. Conſtantini Magni p. 234.

Ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέως πολλὰ τῶν ἐθνῶν τὸν Χριστιανισμὸν προσεδέξαντο, ἀπό τε Κελτῶν καὶ Γαλατῶν τῶν ἑσπερίων· ἀλλὰ καὶ

Hoc Imperatore, multi populi Chriſtianam religionem amplexi ſunt, Celtarum & Gallorum occidentalium: tum Indi in-

Ἰνδοὶ οἱ ἐνδοτέρω, Ἴβηρές τε καὶ Ἀρμένιοι ἀρχὴν ἐκ Τηριδάτου λαβόντες. Τότε γὰρ ὁ μέγας Γρηγόριος, ὁ τῆς μεγάλης Ἀρμενίας, ἐκ τοῦ Φοβεροῦ λάκκου ἐκείνου ἐκβέβληται, καὶ κατὰ τὸν βασιλέα Τηριδάτην γίνεται, καὶ ἡ πᾶσα Ἀρμενία εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν μετατίθεται. καὶ Πέρσαι ὁμοίως, ἐπὶ Σιμεὼν ἐπισκόπου. Ἀλλὰ καὶ Οὐθαζὰδ εὐνοῦχος παιδαγωγὸς Σαπώρου, ἐμαρτύρησεν.

teriores, Iberesque & Armenii, Teridate ejus rei principe. Tunc enim Gregorius magnus, Armeniæ magnæ Epiſcopus, ex terribili iſto lacu eductus, ad regem Teridatem acceſſit, & univerſa Armenia in CHriſti fidem conceſſit: nec non Perſæ, Simeone Epiſcopo eos docente. Sed & Uthaxadus eunuchus, Saporis Perſarum regis pædagogus, ob Chriſtianæ religionis confeſſionem capitali eſt affectus ſupplicio.

GREGORIUS * *illuminator*, Epiſcopus majoris Armeniæ à S. Leontio Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo conſecratus, & Tiridati Regi auctor ad ſacra Chriſtiana amplectenda, ſi credimus Simeoni Metaphraſti apud Surium 30. Nov. & Agathangelo in hiſtoria Converſionis Armenorum. Martyrologium Romanum: *S. Gregorii Epiſcopi magnæ Armeniæ, qui ſub Diocletiano multa paſſus, tandem in pace quievit.* De eadem perſecutione id. 5. Septembr. Alius *S. Gregorius* ſub initium ſeculi undecimi Patriarcha Armeniorum, de quo infra pag. 646.

Martyrolog. Rom. 29. Sept. *In Armenia ſanctarum Virginum Ripſimis & ſociarum Martyrum ſub Tiridate Rege.*

Et 7. Nov. *Melitine in Armenia paſſio Sanctorum Hieronis, Nicandri, Heſychii, & aliorum triginta, qui in perſecutione Diocletiani ſub Lyſia præſide coronati ſunt.* 26. Nov. *In Armenia S. Niconis Monachi.* & 27. Nov. *Sebaſtæ in Armenia SS. Martyrum Irenarchi, Acacii presb. ac ſeptem mulierum, ſub Diocletiano.*

Perſarmeniæ incolæ, Chriſtiani, de quibus Evagrius V. 7.

Theodoſius minor, ne confugientes ad ſe Armenios proderet, bellum cum Perſis fecit. Vide Pagium ad A. C. 420. num. 16. ſeqq.

Procli

* Tillemont. T. V. memoir. de l'Hiſt. Eccleſ. p. 112.

Procli CPol. Epiſtola celebris de fide, ad Armeniæ presbyteros & Archimandritas miſſa A. C. 435. per Theodoſium ſive Theodorum Diaconum. Vide Baluzii Concilia Tom. 1. pag. 946. & 942. ſqq. ubi de Concilio in Armenia A. 435. habito, dequo etiam Baronius n. IV. ſq. & de editionibus hujus Epiſtolæ dictum à me Tom. 8. Bibl. Græcæ p. 605.

Ex Novella XXXI. notum eſt Armenias quatuor diviſas eſſe ab Imp. Juſtiniano, de quo conſulendi eruditi interpretes & Jac. Cujacius libro XV. Obſervationum c. 29. Singulis etiam Epiſcopatus ſui attributi in antiquis Notitiis, uti Armeniæ magnæ Ἀμαθοῦς, Ἀρσενᾶι, Καρπασιν, Κίτιον, Κούριον, Κυρηνία, Κύθροι, Κωνσταντία metropolis, Λάπιθος patria Georgii Cyprii e quo notitia a Baſilio excerpta & a Beveregio edita: Πάφος, Τάμασος, Τρεμιθοῦς. In Armenia *prima*, Βηρισσῆς, Κολωνείας, Νικοπόλεως, Σατάλων, Σεβαστείας, Σεβαστουπόλεως. Armeniæ *ſecunda*, Ἀραβισσοῦ, Ἀριαράθης, Ἄρκης, Κεομανῶν, Κουκουσοῦ, Μελιτίνης. Armeniæ *tertia*: κλίμα Ἀρζηλινῆς, κάστρον Ἀρδών, Ἀρσαμουσάτων, κλίμα Ἀσιανικῆς, κάστρον Βαικλοῦος, κλίμα Βιλαβιτηνῆς, κλίμα Γαρινῆς, Δαδήμων, κλίμα Διγησινῆς, Κιθαριζῶν, κλίμα Μαμουζουρῶν, κάστρον Μαρτικέρτων, κλίμα Ὀρζιανικῆς, κάστρον Πολιὸς, κλίμα Σοφίνης, (patria Baſilii, auctoris Notitiæ à Georgio Cyprio excerptæ & à Beveregio editæ.) Χοζάνων. Armeniæ *quarta* denique ſive Meſopotamiæ ſuperioris: Κάστρον Αἴσουδος, κάστρονν Ἀμάρμης, Ἀμιδᾶ metropolis, κλίματος Ἀρζανινῆς, κάστρον Ἀριμάχων, Ἀτλαχάς, Αὐδάσσων, Ἀφούβων, Βουλοῦος, Βαναβήλων, κάστρον βασιλικὸν, Βιβασάρων, Βιϊβαϊθὰς, Βίρθας, Δαρᾶς a qua ſexto milliari fuere fines Perſiæ & Aſſyriæ. Κάστρον Δαφνουδιν, Ἰντζιέτων, Ἴσφιος, Κάλωνος, Λόρνης, Μανασσάρων, Μάρδης, Μαρτυρόπολις a qua XV milliari Tigris fluvius oritur: κάστρον Μασφρόνας, Ῥισκηφᾶς, Ῥίφθον, Σαμοχάρτων, Σίτεων χίφας, Σπήλων καὶ Ὀδήλων, Τζάυρας, Τζινοβίας, Τουράνδιος, Φιρθαχαβεράης, Φλωριανῶν, Χούδδων.

Auctor Anonymus Hiſtoriæ Armenorum apud Clementem Galanum lib. 1. cap. 10. teſtatur juſſu Regis Perſarum, ut Armenos ſepararet à Græcis, Synodum decem Epiſcoporum coactam in Civitate *Thevin* A. C. 536. a Patriarcha *Nierſe* Arcdacharenſi. Hæc contra Synodi *Chalcedonenſis* dogma Catholicum unam in CHriſto naturam ſta-

 tuit,

tuit, atque inde ad ſchiſma quod etiamnum durat (licet in *Charnenſi* Synodo deinde iterum obliteratum, ita ut Armenios errorem ſuum depoſuiſſe affirmet Photius Epiſt. 2. pag. 49.) ſignum infelix extulit. De illo ſchiſmate idem Photius in Epiſtola alia ad Zachariam * majoris Armeniæ Catholicum, eundem ad quem *Joannis* Nicæni metropolitæ ſcriptum de Nativitate Domini, Græce & Latine edidit Combefiſius**. De Acephalorum ac Monothelitarum opinionibus probatis in Synodo *Monaſchiertenſi*, videndus Galanus c. 17. De erroribus qui Armenis inde communiter tribuuntur, poſſunt conſuli:

Synodus quiniſexta ſive Trullana A. C. 692. can. 32. ſqq. 56. 99. Nomocanon apud Coteler. T. I. monum. p. 123.

Thomæ Patriarchæ Hieroſol. nomine miſſa circa A. C. 802. Epiſtola ad Armenios, Græce per Michaëlem Syncellum ex Arabico Theodori Abucaræ. Exſtat Græce & Lat. inter Abucaræ opuſcula, poſt Anaſtaſii hodegum p. 428. & T. 1. auctarii Bibl. Patrum Ducæani p. 390. & T. XI. Bibl. Patrum A. 1644.

S. Niconis Armeni, qui circa A. C. 998. obiit, de erroribus Armenorum, Græce & Lat. apud Guil. Beveregium in notis ad can. 56. Trullanum.

Concilium *Hieroſolymitanum* adverſus Armeniorum errores A. C. 1143.

Iſaac Armenius Catholicus circa A. 1150. clarus invectiva duplici in Armenios, Græce & Lat. cum notis, in tomo 2. auctarii Bibl. Patrum Combefiſiani.

Emanuelis Comneni legatio ad Armenios, ſive *Theoriani* dialogus A. C. 1170. habitus cum *Norſeſe* Catholico Armenorum: Græce & Lat. editus a Jo. Leunclavio, poſt Leontium de ſectis, Baſil. 1578. 8. atque inde recuſus T. I. auctarii Bibl. Patrum Ducæani, & T. XI. Bibl. Patrum Pariſ. 1644. p. 439.

Euthymius parte 2. panopliæ capite 20.

Collectanea de hæreſibus edita a Simone Stevartio & recuſa T. XXVII. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 627. ſeq.

Nicephorus hiſt. Eccleſ. XVIII. 53. ubi *Jacobum* Syrum (à quo Jacobitæ) etiam Armenici ſchiſmatis auctorem facit.

Nicephorus

* Vide Pagium ad A. 535. n. 13.

Andronici Palæologi Imp. diſputatio cum Doctore Armenio *Petro* de duabus CHriſti naturis, & de aliis capitibus MS. Græce in Bibl. Bavarica n. 120.

Joannes Aymon, monumens des Grecs p. 154. ſeq.

Cangii gloſſar. in χατζιτζάριοι *. & προσφωνήσιμος & ἀρτζηβούριον. *Demetrius* Cyzicenus de hæreſi Jacobitarum & Chatzitzariorum. adde Allatium de conſenſu p. 1341. 1357.

Concilium *Tarſenſe* A. C. 1177. celebratum de concordia conciliandâ cum Græcis. Acta habet Clemens Galanus lib. 1. c. XXII.

Renunciatio hæreſeos Armeniorum quando ad Eccleſiam Catholicam accedunt, Græce & Latine apud Cotelerium notis ad Conſtitutt. Apoſtol. lib. V. c. 13. T. 1. Patrum Apoſtolicor. p. 314. ſeq. De Georgianorum & Græcorum odio in Armenios vide ſi placet Hottingerum T. V. hiſt. Eccleſ. p. 41.

Baronius ad A. C. 653. n. 12. ſqq. & 685. ubi de Manichæis in Armenia, & A. 1016. n. 6. & 1080. n. 73. ſq.

Narratio de rebus Armeniorum, Græce & Lat. Tomo 2. auctarii novi Combefiſiani p. 271. & Latine T. 12. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 814. Incipit: ἐπὶ τοῦ θεοφιλεστάτου Κωνσταντίνου. De Jacobitarum hæreſi & Chatzitzariorum, Combefiſ. pag. 261. Incip. ὁ Ἰάκωβος οὗτος.

Doctrina Chriſtiana Armenice & Latine edita a *Theodoro Petræo.* Amſt. 1667. 8.

Armeniorum de SS. Trinitate & Filio DEI JEſu CHriſto Confeſſio, edente *Abdia Prætorio.* Witeb. 1570. 8.

Tilemannus Bredenbachius de Armeniorum ritibus, moribus, erroribus. Baſil. 1577. *Johannes Laſicius* ſæpius editus cum ſchediaſmate de Diis Samogitarum: *Antonius Gaufræus* in deſcriptione aulæ Turcicæ &c.

Abraham Bzovius ad A. C. 1330. n. 56.

Ricardi Radulphi Archiep. Armachani, qui A. 1360. obiit, ſumma

* Vide Coteler. T. 1. monument. pag. 123. T. 3. pag. 509. 671. 673. Andream Mullerum ad Epiſtolam Moſis Mardeni p. 17.

ma * de erroribus Armeniorum libris XIX. correcta per *Jo. Suttorem*. Pariſ. 1511. 1625. fol.

Gabriel Prateolus elencho hæreticorum p. 62. ſqq.

❁ ❁ ❁

Vita di *S. Gregorio*, arciveſcovo di Armenia, per *Anton Maria Bonucci*. Giornale de' letterati d' Italia T. 29. p. 414 *Acta Erud.* 1719. pag. 237.

De S. Gregorio Armenio juniore poſt A. C. 1000. Acta Sanctor. T. 2. Martii 16. pag. 461. ſeqq.

Sicut olim Armenii vel Romanorum Juris fuere, vel Perſarum ſive Parthorum, ut docet Ezechiel Spanhemius ad Orationem primam Juliani p. 160: ſic poſtquam proprios Reges habere deſiit illa natio, hodie vel Regi Perſiæ maximam partem, vel Turcarum Imperatori ſubjecti vivunt. De Armeniis in Perſarum ditione jam ſuperiore capite pag. *635*. dicere me memini. Sub Ottomannico Imperio Latiniſſantium Armeniorum deterior eſt conditio, ut nupero exemplo demonſtratum in ſylloge Epiſtolarum editarum Germanice, quæ inſcribitur: Neu-beſtellter Agent T. 3. p. 193. ſeq.

Moſis Chorenenſis Armeni, qui circa A. C. 430. traditur vixiſſe, librum de origine & Regibus, Principibus & Patriarchis gentis Aramæorum, Armenorum & Parthorum, Armenice & Latine cum epitome Geographica edere proxime Londini inſtituunt † par nobile filiorum celebris viri Gvilelmi Whiſtoni, Gvilelmus & Georgius. Ejusdem libri breviarium, ** Jo. Bartholomæo à S. Hyacyntho, Ord. Præd. auctore ſive interprete, ſeriesque Principum Iberiæ & Georgiæ cum notis Henrici Brenneri lucem vidit Holmiæ 1723. 4. qui itidem ſpem fecit libri Moſis integri cum Geographica Aſiæ deſcriptione & Anonymi Perſæ ſcripto de regionibus & urbibus orientalibus in lucem propediem proferendi.

Mitius de Armeniorum dogmatibus ritibusque ſentiet qui præter

* Rich. Simon lettres choiſies p. 114. ſeq.

† Journal des Sav. 1730. Novembr. p. 421.

** Acta litteraria Sveciæ A. 1723. pag. 459. Acta Er. 1724. p. 437.

præter Rich. Simonis & aliorum monita, conſuluerit gentis hujus Confeſſionem, in theſauro linguæ Armenicæ a viro egregio *Jo. Joachimo Schroedero* cum eruditis adnimadverſionibus Armenice & Latine editam, nec non dialogos ejusdem tres de ſacris, ſecularibus & domeſticis rebus Armeniorum. Sed nihil magis optaverim quam ut proxime evolvere nobis liceat hiſtoriam Civilem & Eccleſiaſticam Armenicam, cujus ſpem nobis fecit vir paucis comparandus *Mat. Veisſerius la Croze*, a quo etiam Lexicon Armeniſcum, poſt Franciſci Rivolæ & Jac. Vilotti non contemnendos labores plenius & accuratius, ſicuti Copticum quoque jampridem exſpectamus.

Thomæ Kempii diſſ. Præſide D. *Jo. Erneſto Gerhardo* de Armeniæ ſtatu Eccleſiaſtico tam priſtino quam hodierno. Jen. 1665. 4.

D. Philippus Nicolai T. 2. Opp. p. 11.

Adam Olearius lib. IV. itineris in Perſiam c. 40.

Joſeph Pitton Tournefort voyage du Levant, lettre XX.

Mr. de la Croix de ſtatu præſenti nationum & Eccleſiarum Armeniæ & Maronitarum, Gallicè. Paris. 1695. 12. *Journal des Sav.* p. 202.

Joannes Morinus de ſacris Eccleſiæ ordinationibus pag. 367. ſeq. 438. ſeq.

Rich. Simon ad Leonem Mutinenſem p. 153. ſeq. ubi de Liturgiis Armenicis, & de verſione Armenica Bibliorum lib. 2. hiſt. Criticæ Vet. Teſt. cap. 16. & lib. 2. Novi pag. 196. ſeq. & Epiſt. ſelect. IV. 24.

Pauli Ricaut de ſtatu Eccleſiæ Græcæ & Armenicæ, ex Anglico Gallice, Roſemondo interprete. Medioburgi 1692. 12.

Nouveaux memoires des miſſions de la compagnie de JEſus. Paris 1723. 12. tomo tertio, ubi de Armeniorum hodiernorum religione & ritibus copioſe diſſeritur. *Bibl. Françoiſe* T. 3. p. 297.

Gregorii VII. lib. IV. Epiſt. 26. & VIII. 1. Baron ad A. 1080. num. 73. ſeq. qui etiam de legatione Armeniorum Epiſcorum ad *Eugenium* III. A. 1145. n. 23.

Nicolai IV. lib. II. Epiſt. 50. ad *Haytonem* Armeniæ Regem & *Bonifacius VIII.* lib. IV. Epiſt. 261. ad Regem Armeniæ *Sembat* & 271 ad *Gregorium* Patriarcham.

Hayto Armenus in hiſt. Orientali poſt A. 1305. ſcripta cap. 31. 37. 38. 41.

Ægidij

Ægidii Columnæ, qui A. 1316. obiit, introductio Fidei Chriſtianæ ad Armenios, ſcripta jubente Bonifacio VIII.

De Conciliatione Armenicæ Eccleſiæ cum Romana poſt Concilia Hieroſolymitana A. 1136. & 1143. actum in Concilio *Siſenſi* A. C. 1307. & *Adanenſi* A. 1309. vide Galanum cap. 28. 29. lib. 1.

Innocentii III. Papæ ad Gregorium Catholicum Armen. & ad Leonem Regem Armen. lib. 2. Epiſt. 218. ſeq. edit. Baluzii & in Laur. Cherubini bullario T. 1. p. 81. ſeq.

Eugenii IV. de concordia Armenorum in Synodo Florentina A. 1439. id. T. 1. p. 355. ſeq. & in tomis Concilior.

Ab illo tempore Pontifices Romani, præcipue a ducentis ab hinc annis per Miſſionarios tentarunt Armeniorum Eccleſias Romanæ ſubjicere, ſed præter ſimulatam † paucorum & temporariam ſubmiſſionem, parum hactenus proficere valuerunt. vide Rich. Simonem, hiſt. Critique de la creance des Nations du Levant chap. VIII. & lettres choiſies II. 22. & 23. Unſchuldige Nachrichten A. 1718. pag. 15.

Jo. Chardin voyage en Perſe T. 2. p. 232. *C'eſt une choſe merveilleuſe, ou ſi vous voulez miraculeuſe, que quoi qu'ils ſoient depuis quelques onze ſiecles ſous la domination Mahometane, qu'ils ſoient pauvres, & qu'ils ſoient ignorans, comme on peut s'imaginer que le doivent être des gens reduits dans une telle ſervitude; néanmoins leur foi eſt à toute epreuve. Ils la maintiennent ſans en vouloir embraſſer d'autre, ſe conſervant également & contre les vexations des Mahometans leurs Souverains Maîtres, & contre les Miſſions de l'Egliſe Romaine, qui depuis plus de deux ſiecles, travaille par ſes Miſſionaires, Prêtres, & Moines, à les attirer dans ſa Communion. On ne peut dire les Artifices & les depenſes, que la Cour de Rome a faites pour cela, mais inutilement; car dès que ceux qui ſe font de ſa Religion en Europe, ſont de retour chez eux, ils ſont plus Armeniens que jamais; & ils ſe mettent de nouveau à maudire le Pape* Leon, *comme celui qu'ils prétendent avoir rompu l'union qui étoit entre les Egliſes d'Orient & d'Occident, & tous ſes ſucceſſeurs; & à deteſter toutes les opinions de l'Egliſe Romaine, qui ſont contraires aux leurs.*

Clementis

† Exemplum vide apud Chardinum T. 3. p. 197.

Clementis Galani, Surrentini, Clerici Regularis, Hiſtoria Armena Eccleſiaſtica & politica, & hiſtoria Conciliationis Eccleſiæ Armenicæ cum Romana, Armenice & Latine Rom. 1650. 1658. 1661. fol. tribus Volum. & Liber primus Latine Colon. 1686. 8. *Acta Erud.* 1686. p. 336. Bibl. univerſelle T. 1. p. 351. Unſchuldige Nachrichten A. 1719. pag. 50.

Concordia Armenorum. Rom. 1623. 8.

Ordo Miſſæ, Armenice & Latine. Rom. 1642.

La Perpetuité de la Foy, ad calcem tomi tertii.

Doctrina Chriſtiana Italice & ex Italico Armenice, a Petro Paulo, Sacerdote Armeno. Romæ 1630. 4. Juſſu Urbani VIII. typis Congregationis de propaganda Fide.

Eadem Armenice & Latine Pariſ. 1634. 4.

Theologia Moralis & Sermones per totum annum, Armenice editi Venetiis A. 1711.

Matthæi Bembi S. J. ritus Armeniorum & invitatio ad unitatem cum Eccleſia Catholica. Cracov. 1630. 4. Polonice.

Pauli Piromalli, Ord. apologia de duplici natura CHriſti contra P. Simonem Armeniorum Doctorem, Viennæ Auſtriæ 1658. 8. vide Jac. Echardi Bibl. Dominicanam T. 2. p. 621. ubi & de aliis ejus ſcriptis huc ſpectantibus: & de *Matthia Moraca* p. 550. *Pauli Mariæ Faventini* pag. 420. *Stephani de Luſignano* pag. 300. b. *Azariæ Fridonis* pag. 351. b. *Dominici Gravinæ* de Chriſtiana religione in Armenia. pag. 534.

Joannis a Syderno, Capucini contra Armeniorum errores apologia ſeu directorium Theologicum. Meſſanæ 1645.

Voyage d'un Miſſionaire de la Compagnie de JEſus, en Turquie, en Perſe, en Armenie, en Arabie & en Barbarie ab A. 1688. ad 1709. Paris 1730. 12. 2. Vol. *Journal des Savans* 1730. *Juin* pag. 182. Relation d'une miſſion fait par Monſeigneur l'Archeveque d'Ancyre a Iſpahan en Perſe pour la reunion des Armeniens. Paris 1702. 8. *Journal des Sav.* 1702. Decemb. p. 199. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1703. p. 661.

Miſſio Jeſuitarum *Erzeroni* capite minoris Armeniæ ſub Turcarum ditione, ubi Armeniorum ad octies millena, Græcorum familiæ centum circiter. *Nouveaux memoires des miſſions de la Compagnie de JEſus* T. 3. pag. 272. ſeq.

De Monachis Armenis in Italia, *Giornale d' letterati d' Italia* T. XXX. p. 464. ſeq.

De Armeniis in Ruſſia Polonica, Antonius Maria Gratianus de vita Cardinalis Commendoni c. XV. p. 167. ſeq.

De Armeniis in Barbaria, Miſſam Romanæ Eccleſiæ ſectatorum frequentantibus, Simon Ockely relatione de ſtatu Regnorum Algeritano & Maroccitano, Anglice & Galice edita cap. 2. *Bibl. Françoiſe* T. IX. pag. 81. ſeq.

Jacobus Villottus Jeſuita præter Lexicon Armeno Latinum, Romæ typis de propaganda Fide A. 1714. editum, compoſuit etiam Armeniam Chriſtianam, ſive Chronologiam Regum & Patriarcharum utriusque Armeniæ, uſque ad A. 1712. Journal litteraire T. 3. p. 436. Journal des Sav. 1713. Novembr. p. 590. & 1714. Août pag. 223. Memoires de Trevoux 1713. p. 181.

De quatuor Catholicis ſive *Patriarchis* Armeniæ, Clemens Galanus in hiſtoriæ Armeniæ tomo primo Rom. 1661. fol. & Colon. 1686. 8. & auctor libri, Voyage d'un Miſſionaire de la Compagnie de Jeſus en Turquie, en Perſe, en Armenie, en Arabie & en Barbarie. Paris 1730. 12. Notitia *Epiſcopatuum* ſub Patriarcha Egmiathinenſi, dictata ab *Uſcano* Epiſcopo Uſcavanchitano, *ſubjicitur Richardi* Simonis libro, hiſt. Critique de la creance & des coutumes des nations du Levant, p. 217. ſqq.

Joannes Chardinus itinere in Perſiam Tom. 2. pag. 230. *Le Clergé Armenien* conſiſte en un Patriarche, des Evêques, des Prêtres, & des Moines qui ſont de l'Ordre de St.* Baſile *ſeulement, n'y en ayant d'aucun autre Ordre. Le Patriarche, qu'ils appellent* Califfe, *c'eſt-à-dire*, Succeſſeur, *& auſſi* Pontife; *& les Evêques, qu'ils appellent* Vertabiet, *ſont pris d'ordinaire d'entre les Moines, qu'ils appellent* Oppiga.

Splendidum Monaſterium trium Eccleſiarum, quod non procul Irivano Urbe ſitum habent Armenii, uberius deſcribit idem Chardinus T. 2. p. 224. ſeq.

* en Perſe.

Armenii

Armenii longe lateque per Aſiam commerciorum cauſſa commeant, qui poſſent Religionis Chriſtianæ propagationem promovere egregie, ſi illius ſucceſſus æque quam ex mercatura lucrum cordi illis eſſet. Vide ſis Strahlenbergium p. 320.

CAPUT XXXIX.

De Chriſtianiſmi originibus & ſucceſſibus in Regno CHINENSI.

Ex *Andreæ Mulleri* Greifenhagii hebdomade obſervationum Sinicarum, edita Coloniæ Brandenburgicæ 1674. 4. juvat primo loco hæc ex ſecunda ejus obſervatione *de Notitia Evangelii in Sinis* p. 10. ſeq. præmittere lectorisque judicio ſubmittere.

Tempore Veteris Teſtamenti.

"Sinas DEum olim verum agnoviſſe ſecundum doctrinam" à Noacho traditam, *Matthiæ Martinio* nullum eſt dubium. Con-" firmat hoc *Joh. Neuhofius*. Neque ego negem."

Sed poſt obliteratas Patriarcharum traditiones, *Promiſſiones*" quoque, quæ de *Chriſto* erant, inter eas gentes, quæ à Judæis ſeceſſe-" rant, tanto magis expiraverunt, quanto longius diſtabant regiones." Aliquam tamen notitiam vel apud pauculos remanſiſſe, *Jobi*, *Bi-*" *leami* & ſimilia *Exterorum* docent exempla."

Imo referunt huc nonnulli *Confucium*, ſummum Sinarum" Philoſophum. Non dicam de *numero diſcipulorum* Chriſti, qui ſecun-" dum *Martinium* adumbratus fuerit exemplo Confucii. Habebat" enim diſcipulos lectiſſimos *duodecim*, ſecundanos LXX. universè vel" *tria millia*. Illud *memorabilius* eſſe videtur, quod idem ille Confu-" cius, cum anno ante Chriſtum 481. circa tempora ſolutæ captivi-" tatis Babylonicæ animal caperetur valde rarum, & prodigio ſimile," *kilin* dictum, non ſine ſuſpiriis, lacrymis & pectoris trunſionibus" exclamaret: *Quis te adveniſſe kilin dixit? Quis te adveniſſe kilin dixit?*"

"*Jamjam doctrina mea extremum ſpectat, jam finem habet, cum tu advene-"*ris.* Hoc ipſius Confucii libris contineri dicitur. Ad *CHriſtum* "vero pertinuiſſe *ominoſum* hoc *dictum*, non paucis indiciis Martinio "comprobabat Philoſophus quidam Sinenſis, idemque Chriſtianus. "*Indicium primum* erat, quod *nemo non auguraretur*, magnæ ſanctita-"tis heroëm venturum, ſummæ quæ poſſet orbi contingere felici-"tatis nuncium. *Alterum*, quod *anno Kengxin* caperetur *kilin*, quoto "etiam Chriſtus natus eſt. *Tertium*, quod extra *portam* urbis *occi-"dentalem*: veluti Chriſtus extra Solymorum portam Occiduam cru-"cifixus eſt. *Quartum*, quod *Kilin* animal *manſuetiſſimum* ſit & inno-"cuum. *Quintum* quod voce iſta *Agnus DEI* apprime ſignificetur. Ego "lectori judicanda relinquo. Ita *Martinius*. Ita ego.

"Ceterum de primævorum Sinarum ſalute æterna Marti-"nius nonnihil diverſi ſentit à S. Scripturæ oraculis. *Imo credimus*, "inquit, *quamplurimos, olim in primævâ naturæ lege ſalutem poſt mortem "conſecutos. Talia enim tantaque ſunt, quæ de illorum virtutibus ac pietate "ſunt ab antiquis ſcriptoribus prodita memoriæ, ut hoc perquam credibile "efficiant.* Sequitur autem etiam hic *Trigautium*, qui ſimilia habet "*Exped. Sinic. l.* 10. Ita ſcilicet præſupponunt, Paganorum aliquos "per naturalis legis obſervantiam citra notitiam promiſſionum Evan-"gelicarum, beatorum numero acceſſiſſe. Quibus *Purchaſſius* reſpon-"det: Quam miſerandum igitur, eoſdem contendere quod Luthera-"ni & Calviniani ſalutem æternam non æque poſſint ſine Papa con-"ſequi, quam idololatræ illi ſine DEO & CHriſto, non DEUM ado-"rantes. *What pitie is it, that Lutherans and Calveniſts may not aſwel be "ſaved without the Pope, as theſe idolatres without God and Chriſt, and "worshipping that, which by Nature is not God?*

Tempore Novi Teſtamenti.

"Sinis quoque *Evangelium annunciandum* fuiſſe, ex *Eſaiæ* ver-"bis XLIX. 12. colligitur. *Ecce iſti a longinquo venient, & ecce illi ab "aquilone, & a mari iſti, & iſti de terra Sinim*, * מארץ סינים. De quibus

* Ad Sinenſes hoc loco reſpici, notavit etiam B. D. Jo. Henricus Majus, quem vide ſis ad calcem tomi ſecundi ſelectiorum exercitationum Philologicarum, Francof. 1711. 4.

"quibus in *Gloſſario ſacro* pag. 36. ſeqq. ſatis ſuperque egi. Confer "*diſquiſitionem de Chatajâ*. p. 96. a.

"Suntque non pauci, qui D. THOMÆ Apoſtolo tam *Sina*"*rum* quam *Indorum* Converſionem acceptam ferant.

"*Liturgia* certe *Malabarica* hoc facere videtur. Eam *Trigau*"*tius* laudat, atque exinde bonam partem tam *Syriacè* quam *Latinè* "refert in *Expeditione Sinicâ* libr. I. cap. II.

"Proderit verba *illius* repetere, ipſiusque *Liturgiæ* textum. "Sic ergo habent:

"*Certe rei Chriſtianæ in his regnis originem altius referre poſſumus* "*ex iis, quæ ex ora Malabarica codicibus Chaldæis colligi curavimus, quam* "*oram Divi THOMÆ Apoſtoli opera CHriſto adjunctam clarius eſt, quam ut in* "*dubium etiam à pertinacibus Criticis revocari poſſit. In iis ergo codicibus* "*legimus clariſſime ab eodem Apoſtolo CHriſti fidem invectam & plures eo in* "*Regno Eccleſias conſtitutas. Et ne cui res tanta dubia fortaſſè videatur,* "*teſtimonia ipſorum codicum è Chaldæo ad verbum Latinè reddita hic adſcri*"*bam, quæ Pater Joannes M. Campori è noſtra Societate ejus vineæ cultor an*"*nos jam plures, & ſermonis Chaldæi oppido peritus, juſſu Reverend. Archi*"*epiſcopi P. Franciſci Roits ejusdem Eccleſiæ Paſtoris è noſtra Societate trans*"*tulit, & propria manu, noſtrorum rogatu tranſcripſit, ut in hos Commen*"*tarios insererentur, ne quando periret tam inſigne antiquitatis monumentum.* "*Id igitur ita ſe habet.*

"*In Breviario Chaldæo Eccleſiæ Malabaricæ Divi Thomæ, quod* Ga"za, *id eſt*, Theſaurus *vocatur, in officio D. Thomæ Apoſtoli in ſecundo* "*Nocturno, in una Lectionum ſic habetur ad verbum:*

1. "*Per Divum Thomam evanuit error Idololatriæ ab* Indis.

2. "*Per Divum Thomam* Sinæ *&* Æthiopes *converſi ſunt ad Ve*"*ritatem.*

3. "*Per Divum Thomam, Baptiſmi Sacramentum acceperunt & filio*"*rum adoptionem.*

4. "*Per Divum Thomam crediderunt & confeſſi ſunt Patrem & Fi*"*lium & Spiritum Sanctum.*

5. "*Per Divum Thomam acceptam ſervaverunt Fidem unius Dei.*

6. "*Per Divum Thomam Doctrinæ vivificæ ſplendores orti ſunt uni*"*verſæ Indiæ.*

7. "*Per Divum Thomam Regnum Cælorum volavit & adſcendit* "*ad* Sinas.

"*Deinde in quadam ANTIPHONA ſic habetur: Indiæ, Sinæ, Per*-"*ſæ & cæteri Inſulani, & qui in Syria, Armenia, Græcia & Romania, in* "*commemoratione Divi Thomæ offerunt adorationem Nomini tuo Sancto.*

"*In ſumma vero CANONUM SYNODALIUM part. 2. ſerm. 6. c. 19.* "*de Canonibus conſtitutis ſuper Epiſcopos & Metropolitanos, ſimul habetur Ca*-"*non THEODOSII Patriarchæ in hæc verba: Hæ ſex ſedes capita provincia*-"*rum & Metropolitæ, videlicet Hilam, Nzivin, Prath, Aſſur, Bethgarmi,* "*& Halab, qui digni habiti ſunt, ut ordinationi Patriarchæ interveniant,* "*nec abſint, ut alii quarto quoque anno apud Patriarcham conveniant: Sic* "*etiam Epiſcopi magnæ Provinciæ, nimirum reliqui Metropolitæ, Chinæ, In*-"*diæ, Pales, Mauſæorum, Xan, Raziguæorum, Herionæ* (hæc eſt Cambaja) "*& Smarcandiæ* (hæc eſt, Usbec & Mogor) *qui longiſſimè abſunt, nec va*-"*ſtiſſimi montes, & turbulentiſſima maria permittit eis tranſitum ad libitum,* "*mittant litteras conſenſionis (id eſt, communionis) ad Patriarcham ſexto* "*quoque anno.*

"*Quando verò Luſitani Concinum appulerunt, regebat hanc Eccleſiam* "*Malabaricorum montium D. Jacobus, qui ſe ſcribebat:* METROPOLI-"TAM INDIÆ & CHINÆ, *ut conſtat etiam ex ejusdem manuſcripto No*-"*vi Teſtamenti codice, ubi in calce ſic habetur: Scripſit hunc librum D. Jaco*-"*bus, Metropolita Indiæ & Chinæ. Eodem modo D. Joſeph poſt prædictum D.* "*Jacobum, qui Romæ diem obiit, ſic ſubſcribebat: D. Joſeph Metropolita* "*totius Indiæ & Chinæ. Et hic eſt antiquiſſimus titulus Epiſcoporum hujus* "*Eccleſiæ.*

"Hactenus *Trigautius*, & *Liturgia*, ceteraque, quæ profert, "*Teſtimonia.*

"E quibus liquet, D. *Thomam Apoſtolum*, ipſius judicio, Chriſtia-"niſmi etiam apud Sinas * conditorem fuiſſe.

"Eandem ſententiam *Schallius* in Templi Pequinenſis inſcri-"ptione, quam alibi recenſui, ſuam fecit.

"Sic & *Kircherus*, qui *Apoſtoli iter* curioſe deſcribit pag. 91.

"Et

* Ita & Matthæus Riccius, & Athanaſius Kircherus Chinæ illu-ſtratæ pag. 57. 91. ſeq. & prodromo Copto cap. 4. pag. 106. ſq.

"Et veteres quidem communiter teſtantur, *Thomam* Apoſto-
"lum Indis prædicaſſe. ** *Hieron.* ad Marcellam, Gregor. *Nazianz.* ho-
"milia Contra Arianos, *Theodoritus* de verit. Evang. libr. IX. multique
"alii, quos Thomas *Stapletonus* laudat in de *tribus* Thomis pag. 941.
"Tom. IV. opp.

"*India* verò nonnunquam etiam *extremum Orientem* comple-
"ctitur, vide *Comm.* † *in M. Paulum Venetum.*

"Præterea *Thomam* in *Malabare* docuiſſe, Marcus *Polus* Vene-
"tus refert, libr. III. cap. 27. Ibi verò *Martyrio* coronatus eſſe di-
"citur. Et *Calamina* quîdem, hoc eſt, *ſuper petrâ*, vid. *Kirch.* pag. 53.
"Thomæ certè corpus, quod Meliapore in æde quadam ſepultum
"ſit, religioſe viſitatur tam à *Saracenis*, quam *Chriſtianis*, autore vel
"teſte eodem Veneto.

"*Nicephorus* quoque tradit, eundem Apoſtolum Eccleſias in
"*Taprobanâ* plantaſſe. Libro ſcil. II. cap. 40. *Taprobana Zeilan* eſt. vid.
"Bochart. Geogr. Sacr. P. II. p. 770.

"Zeilanenſes verò *Cinlan* dicuntur, hoc eſt, Sinarum Co-
"lonia.

"Sed incerta eſt hæc traditio. Ac ipſe *Boimus* dubitat D.
"Thomæ Apoſtolo Sinarum converſionem aſſerere.

"Imò alius & longe recentior Thomas fuerit, à quo *Mala-*
"*bares*, ne *Sinas* dicam, *fidem* acceperunt; & *Chriſtiani*, quos *S. Tho-*
"*mæ* vocant, *nomen.*

"Imò ipſi *Malabares* Thomam Apoſtolum ſuum, non *Apoſto-*
"*lum* vocant in Liturgia, ſed *Mar Tome*, hoc eſt, *Dominum Thomam.*
"Ut & *Avarijam* hoc eſt, *virum Sanctum*, M. *Polo* Veneto teſte. Ava-
"rijam vero non *Apoſtolum* ſignificat; ſed *virum Apoſtolicum*, v. Com-
"ment. *Gloſſar. in M. P. Ven.* & *Gloſſ. Sacr.* p. 51.

"Quis autem alter ille *Thomas* fuerit, qui Indis Evangelium
"tradi-

** adde quæ notavi in Codice Apocrypho Novi Teſt. T. I. pag. 688. ſeqq & p. 820.

† Hic commentarius promiſſus ab Andrea Müllero, nunquam lucem vidit.

"tradiderit, apud *Guſmanum* legi poteſt, libr. II. cap. 27. & apud *Go-* "*veam* pag. 16.

"*Goveâ* teſte, *Thoma Cane* dictus erat à Malabaribus. Fortè "*Thoma Kaſis*, hoc eſt, *Thomas Presbyter. Zome* Indis, Emanuele *No-* "*bregâ* teſte.

"*Abdias* tamen *Babylonius* lib. VII. diſertè ſcribit: *Thomam Apo-* "*ſtolum* pag. 691. in citeriorem & pag. 695. ad ulteriorem Indiæ par- "tes profectum & p. 705. per totam Indiam prædicaſſe & pag. 698. "in circuitu obambulaſſe Civitates: unde etiam *in Cataja & regno Man-* "*gia usque ad Oceanum pervagatum eſſe facile aliquis crediderit.*

"Idem *Armenorum* libri teſtari dicuntur, quorum non parva "eſt inter Sinas autoritas. v. *Mendoz. II.* 1. *Dreſſer. II.* 7.

"An item S. Thomas Apoſtolus in *Braſiliâ* docuerit, judi- "cent alii. Quorum quidam aſſerunt nomen ejus ibi non incogni- "tum fuiſſe. Quod obſervatum ſit, cum ab Europæis terra reperi- "retur. Vide Georg. *Hornij* Orig. Amer. IV. 15.

"Sunt porro alii, qui à *S. Bartholomæo*, itidem Apoſtolo, *Si-* "*narum* fidem arceſſant.

"Hunc *Indis* prædicâſſe, *Euſebius* fidem facit libr. V. cap. 10. "τοῖς ἐνδοτάτω Ἰνδοῖς Philoſtorgius II. 6.

"*Trigautius* vero refert Sacrificulos Sinas, qui quidem Sectæ "Xacæanæ ſunt, in cantilenis ſæpius vocem *Tolome* repetere, ſed, "quid ſit, ignorare. Prædicta ſecta vero Sinis illata eſt anno CHriſti "65. quo tempore *Bartholomæus* in *ſuperiore Indiâ*, *Thomas* in *inferiore* "laboraſſent.

"Quare vox *Tolome* ex Apoſtoli Bartholomæi nomine eſſe "videri queat. Vide *Trigaut.* l. c. *Neuhof.* pag. 310. Chriſtoph. *Arnold.* "addition. ad Rogerum p. 580.

"Quod item ipſi Sinæ de Sectâ *Xaca* referunt, quæ anno "Chriſti 65. ex *Indiâ* in Sinas traducta ſit, de *Chriſtianâ* intelligi poſ- "ſit *doctrinâ.*

"Sinarum Hiſtoriam * in Epitome Hiſtoriæ Sinicæ ad annum "jammodo

* *Mingus* Sinarum Imp. legatum mittit in magnum Occidentem, ut novæ Legis præcepta de conſilio nocturni viſi exquireret. Le-

"jammodo dictum enarro. Neque eam temere in dubium vocem.
"Jamque ſecta illa *Xê kiaó* Sinicè dicitur, hoc eſt, *Crucis doctrina*, ſe-
"cundum *Boimum*. Eſt & magna Sectæ hujus & Romanenſis Eccle-
"ſiæ convenientia, ſecundum *Riccium*, *Trigautium* & alios." Idem Adreas Mullerus, rerum Sinenſium & Linguarum Orientalium præ multis aliis callentiſſimus, diſſ. Geographica & Hiſtorica de Chataja pag. 58. *Ceterum ſecta quam* Xekiao *vocant, alias &* Sciequia *dicta eſt &* Xaca; *Japonicè* Sciacca, *quæ idem ſunt. Præterea* Foekiao. Xe *crucem notat;* Fo *Jovem.* Kiao, *doctrinam. Ideoque ferè fecerim cum iis, qui putant, ſectam hanc à* Chriſtianis *plantatam, à Sinis interpolatam eſſe. Xacam etiam, Philoſophum Indum, anno poſt CHriſtum natum ſexageſimo quinto, menſe decimo, Sinas intraſſe, atque inter alia tres DEos, qui in unum coaleſcerent, prædicaſſe, Sinarum hiſtoriæ perhibentur teſtari.* Idem Mullerus in ſymbolis Syriacis, ad Epiſtolam Moſis Mardeni pag. 34. "Sinenſium characteres antiquiſſimi ſunt. Ex eorum nu-
"mero etiam † eſt qui *Xe* legitur & Denarium ſignificat.

1. "Scribit *Kircherus*: *Hanc figuram apud Sinenſes non ſecus ac*
"*apud Ægyptios denarium ſignificare. Oedip.* T. III. p. 13. & *Chin.* Illuſtr.
"pag. 233. Hoc de *Sinis* plane conſtat. De *Ægyptiis* non item.
"Imo falſum eſt. Nec probari poteſt, characterum Sinicorum &
"Hieroglyphicorum Ægyptiacorum Harmonia illa, quantumuis au-
"tori primaria habita.

2. "Eodem charactere *crucem* ſignificare cœperunt Socie-
"tis Jeſu Patres, cum Sinis & eorundem characterum gentibus cruci-
"fixum prædicarent. At etiam inde demonſtrari poteſt, *monumentum*
"illud *Sinicum*, quod *Kircherus* in China illuſtratâ produxit, ejus an-
"tiquitatis non eſſe, cujus eſſe perhibetur. Ibi character iſte non
"*denarium* tantum quater; ſed & *crucem* bis denotat. Atqui Sina-
"rum *Voces* quidem multa omnino ſignificant: *charactferes* non niſi
"ſingulas res. Deinde illud *Xe*, unde Secta *Xekiao* nomen habet,
"quam à cruce Chriſti olim ibi prædicatâ dictam volunt, longè alio

Oooo characte-

gatus poſt octo menſium iter in Indiam pervenit, ibique viæ tædio domum properans, *Xaca* quem & *Buddam* vocant, fabulas a Brachmanibus receptas, novæ Legis vice refert. *Hæc A. Mullerus in epitome Hiſt. Sinica* p. 3.

"charactere deſignatur. Adeo ut valde erratum ſit à P. *Michaële* "*Boymo*, * ubi, in præfat. Verſionis ſuæ, quam noviter de Monu- "mento Sinicô concinnaverat, apud *Kircherum*, Chinæ illuſtr. pag. 9. "ſcribit: *Imo ipſe venerabilis P. Matthæus Riccius, cum primum Sinas* "*penetravit, Xe tsú kido* nomen crucis Doctrinæ *reperit, quo nimirum* "*Chriſtiani antiquitus crucis Doctrinæ Diſcipuli apud Sinas vocarentur.* Er- "ratum, inquam. Etiam, ubi duo proſelyti Sinenſes, *Andreas &* "*Matthæus*, ſubſcripſerunt." *Hactenus Mullerus.*

Arnobii locum, inter Gentes quæ veritati coaluere Chri- ſtianæ, etiam *Seres* nominantis, attuli ſupra pag. 50. De Monachis Indis ſerici conficiendi rationem Conſtantinopolitanos Juſtiniani tempore docentibus, bombycumque ova ex *Serinda* afferentibus p. 628. ex Procopio. Confer *Mabudelli* diſſ. de origine ſerici, inſertam tomo ſeptimo memoriar. Academ. Inſcriptionum p. 337. ſeq.

Vir inclytus Euſebius Renaudotus, quem † Annus 1720. nu- per Calendis Sept. ætat. 74. rebus humanis litteriſque, quarum erat egregie peritus, abſtulit, in animadverſionibus ad veteres duas rela- tiones de itinere ſuſcepto à duobus Muhamedanis, uno A. C. 851. in Indiam, & altero A. 877. in Chinam, ** ex Arabico verſas Gallice editasque Pariſ. 1718. 8. p. 228. ſeqq. contendit non ante Annum CHriſti 636. certam exſtare memoriam Evangelii apud Chineſes præ- dicati, ad quod tempus ſcilicet Illius origines refert vetus ſaxum inſcri- ptum A. C. 780. Syriacis litteris & Chinenſibus, effoſſumque A. 1625. in provincia Xenſi, quod e Sinico in Luſitanicam ex hac a Samedo in Italicam, ex Italica a Kirchero & Mich. Boimo in Lati- nam linguam translatum exſtat, & affert *Athanaſ. Kircherus* prodromi Coptic. 3. p. 54. ſq. Rom. 1636. 4. & Chinæ illuſtratæ cap. 3. A. 1667. fol. Etiam Gallice in E. S. Dalquiei verſione Gallica Chinæ Kir- cherianæ Amſt. 1670. fol. pag. 28. ſeq. ubi Syriacum DEI nomen *Alo- ho*,

* Idem Boymus Chriſtianiſmi in Sinis indicium vult eſſe crucem ferream, fabricatam A. C. 239. & in Sinis repertam A. 1611.

† Niſſeron, memoires pour ſervir a l'hiſt. des hommes illuſtres T. 12. p. 25. Mr. de Boze Hiſt. de l'Academie Royale des Inſcri- ptions T. III. edit. Amſt. p. 577.

** Relationi illi fidem detrahit P. de Premare, lettres edifiantes T. XIX. p. 420. ſeq.

ho, exprimitur *Holooy*, & nomen Meſſiæ, *Mi Xio*. Et Sinice cum Latina verſione & paraphraſi in *Andreæ Mulleri* monumento Sinico, & ad eum commentario novenſili, Critico, Grammatico, Philologico, Chronologico, Proſopographico, Notitiarum de officiis externis & Eccleſiaſticis, Geographico, Phyſico & Theologico. Berolini 1672. 4. Ex illo monumento liquet, "fide Lapidis *tres* fuiſſe *Expe*"*ditiones Evangelicas*, in Chinam ſuſceptas.

"Primam *OLOPUEN** inſtituit ſub rege I. circa A. C. 636.

"Secundam *KIEHO* ſub rege V. circa annum 757.

"Tertiam *Anonymus* Mogoramus ſub rege VII. circa an"num 781.

"Complectitur autem lapis Hiſtoriam annorum 144. Ab an"no videlicet poſt natum CHriſtum 636. ad annum usque 780.

"Sed *unde* ** primi ex hiſce Evangeliſtæ venerint, & *à qui*"*bus miſſi* ſint, non adeò inter ſcriptores convenit.

"*Syros natione* fuiſſe, vel aliquos eorum, Limbi Syriaci ſva"dent. Adeoque non male *Syrii* appellantur in *Epigraphâ templi Pe*"*quinenſis* ap. *Kircherum* pag. 107. b. Male *Sacerdotes Syri* à *Boimo* in "Epiſtola.

"Sed quosdam etiam *Coptitas* vel *Ægyptios*, *Æthiopes*, vel *Cu*"*ſchæos* fuiſſe è *ſubſcriptionibus*, quatenus eæ certæ ſunt, pateſcit. Vid. "*Prodr.* Coptum Kircheri p. 83. Quare tanto minus concludi hactenus "poteſt, *è Syria* veniſſe. Adeoque *Boimus* Kircherianæ induſtriæ hoc re"linquit, ut doceat, *ex quonam loco venerint Sacerdotes illi*? Ipſe verò "ſtatuit, *non ex Judæa* veniſſe, quia *Syri* fuerint, ac *Judææ mentionem* "ideo tantum feciſſe, quia Legem prædicaſſent, in Judæâ exortam; "veniſſe etiam vel ex *Syro Chaldæa*, vel *Malabare*.

"*Diazius* è *Palæſtina* aliisque *vicinis* locis veniſſe affirmat. "*Isdbuſidum Tartarum* fuiſſe, jam dixi.

"Fortè Chriſtianorum quidam Mohammedicæ Perſecutio-nis

* adde Renaudotum p. 248. ſeq.

** Ex Syria veniſſe & Neſtorianos fuiſſe diſputat idem Renaudotus libro laudato p. 253. 256. 261. ſeq.

"nis metu è *Syria* & vicinis locis in *Perſiam*, *Turqueſtaniam*, & inde "porro in *Sinas* penetrarunt.

" *Mohammed* enim ab anno Chriſti 622. Somnia ſua adeo "propagavit, ut bellis vexaret, qui non crederent, tam *Chriſtianos* "quam alios. Idem multo magis actitabant ſucceſſores ejus, quos *Chali*-"*fas* vocant. Neque mirum, ſi Chriſtiani eo tempore Sinas petiiſ-"ſent. Nam *Iezdegirdes* ipſe, Rex Perſarum, eo contendebat, cum "*Omari*, *Chalifa*, reſiſtere non poſſet.

"Ceterum *Summa Hiſtoria* eſt: Sacerdotes Chriſtianos ab Im-"peratoribus Sinis commode receptos eſſe.

"Religionem Chriſtianam ab iisdem belle *promotam*, *defen*-"*ſam*, *reſtauratam*, *propagatam* eſſe, etiam non ſine *zelo*.

"Perque illam *occaſionem* traditur, quæ tum temporis Chri-"ſtianorum illorum *doctrina* & *Liturgia* fuerit.

De perſecutione mota A. C. 877. adverſus Chriſtianos, adeundus Renaudotus p. 270. 324. qui interjecto tempore iterum miſſos A. 987. a Syris qui CHriſtum Sinis demonſtrarent, notavit pag. 269.

Jo. Franciſcus Gemelli Carreri Neapolitanus in itinere per orbem terrarum, edito Neapoli 1699. ſq. & Venetiis 1719. Italice; atque Gallice Pariſiis & Amſt. 1719. 12. tomo quarto p. 173.

La Religion Catholique fut entierement éteinte par la perſecution que les Bonzes formerent contre elle, en faiſant mourir quantité de Catholiques; elle ſe releva de nouveau en 1256. lorsque le grand Kan des Tartares entra dans la Chine, dont il s'empara avec une puiſſante armée. Ce Prince ſe ſentant de l'inclination pour les Catholiques, leur permit le libre exercice de leur Religion. Mais les Tartares ayant été dans la ſuite chaſſez par les Chinois, les Catholiques abandonnerent la Chine, & ſuivirent les Tartares, pour n'être pas expoſez à une nouvelle perſecution; ce qui fit que le flambeau de l'Evangile fut encore éteint dans ce grand Empire, les Chinois retournans toûjours au culte de leurs idoles.

Après que S. François Xavier eût ſemé en 1542. *la parole de Dieu dans les parties les plus éloignées du monde, avec un tres-grand fruit, & qu'il eût converti les Isles du Japon, il tourna ſa penſée à la converſion des Chinois; & dans le temps qu'il faiſoit ſes efforts pour entrer dans l'Isle de Sancheou,*

en

ou Sancian, pour aller joüir de la gloire, que meritoient ſes travaux Apoſtoliques.

A la fin il plût au Seigneur d'ouvrir en 1610. *un chemin pour cultiver cette grande vigne du Seigneur, en facilitant l'entrée au P. Matthieu Ricci de Macerata, & au P. Mich. Roger, tous deux de la Compagnie de JEſus. Ils trouverent d'abord de très-grandes difficultez, pour obtenir des Chinois la permiſſion de vivre parmi eux; mais le P. Ricci menagea les choſes avec tant d'adreſſe, qu'en peu de temps il gagna l'eſtime des grands Seigneurs; car ayant été diſciple du P. Chriſtophe Clavius, il étoit fort habile dans les Mathematiques, ſcience à laquelle les Chinois s'appliquent beaucoup, & à l'aide des horloges & des inſtrumens de Mathematiques, qu'ils portoient avec eux, ils furent reçûs comme des gens deſcendus du Ciel; de ſorte que non-ſeulement le Viceroi de Canton les retint auprès de lui, mais les Lettrez vinrent de tous côtez pour admirer leur doctrine; d'où ayant non-ſeulement acquis la bienveillance des Seigneurs, mais même de l'Empereur, ils répandirent en peu de temps la Foi en pluſieurs endroits de l'Empire, & appellerent de nouveaux ouvriers, dans cette abondante moiſſon.*

Les Bonzes deſolez de voir que l'on prêchoit l'Evangile avec tant de ſuccès, éleverent de grandes perſecutions contre les Miſſionaires, qui ſe terminerent par les tortures, les empriſonnemens, & les banniſſemens, dont les nouveaux Chrétiens ſouffrirent auſſi leur part. Les Juges cependant s'appaiſerent un peu &c.

Thuſæus Sinas ingreſſus circa A. C. 1255. *vide Jac. Golium de Catayo* pag. 2.

M. Paulus Venetus circa A. 1275. *vide Martinii Atlantem Sinicum p.* 29. *& Kircheri Chinam illuſtratam* p. 322.

Haytho Armenus A. 1310. Marcus Paulus II. 64. p. 122. teſtatur in urbe *Quinſai* unam ſe Eccleſiam Chriſtianorum Neſtorianorum deprehendiſſe. & II. 39. in metropoli provinciæ Carajam quam vocat *Jaci*, habitare paucos Chriſtianos Neſtorianos: & lib. 1. c. 49. de Civitate Campition: *Sunt in ea Chriſtiani, & Muhametani & Idololatræ.* & c. 47. de provincia Chinchinthalas, *populus ejus in tres diviſus eſt ſectas. Pauci quidem confitentur CHriſtum, & hi ſunt Neſtoriani: alii Mohametum colunt, tertii idola adorant.* Frater magni Cham nomine Cigatai, qui

qui regioni Caſſar præfuit, perſuaſus à Chriſtianis, baptiſmi ſuſcepit ſacramentum. id. lib. 1. cap. 39. in civitate Tauriſii Neſtorianos quosdam & Jacobinos repertos. lib. 1. c. 17. idem de regno Moſul, Armeniæ vicino. 15. & Zorzania 14.

Luſitani ad Sinas venientes duce *Ferdinando Pereſio d' Andrada* A. C. 1517. nulla Chriſtianiſmi veſtigia ibi repererunt, ut ex *Joannis de Barros decadibus de Aſia* T. 3. lib. 2. c. 6. 7. 8. notat laudatus *Renaudotus* p. 270.

Matthæi Riccii, S. J. quem fundatorem * Miſſionis Sinenſis non ſine cauſſa celebrant, Vita ſcripta à *Petro Joſepho d' Orleans* S. J. Hiſtorica narratio de ortu & progreſſu Fidei Orthodoxæ in Regno Sinenſi.

Nic. Trigautius S. J. Duacenſis de Chriſtiana expeditione apud Sinas, ex commentariis Matthæi Riccii libri V. ad Paulum V. Auguſtæ 1615. 4. & auctiores Colon. 1617. 8. ex Latino Germanice, hiſtoria von Einführung der Chriſtl. Religion. Augſpurg 1617. 4. Gallice Lugd. 1616. 8. Pariſ. 1618. & Hiſpanice. Obiit Trigautius apud Chinenſes A. 1628. 14. Nov. Inde conſulendæ Litteræ annuæ, quarum partem retuli ſupra p. 555. ſeq.

Luis de Bavia, hiſt. Pontifical y Catolica, Parte III. in rebus Sixti V, p. 284. ſqq.

Jo. Adami Schall, S. J. hiſtorica narratio de initio & progreſſu miſſionis S. J. & de ortu progreſſu Fidei Chriſtianæ in Regno Chinenſi. Viennæ Auſtriæ 1665. 8. Ratisbonæ 1672. 8.

Proſperi Intorcettæ, Platienſis Siculi S. J. compendioſa narratione dello ſtato della miſſione Chineſe ab A. 1581. ad 1669. Rom. 1672. 8.

Atlas hiſtorique T. V. p. 146. ſq. de l'etabliſſement & du progres de la Religion Chretienne à la Chine.

Philippi Couplet, S. J. de ſtatu & qualitate miſſionis Sinicæ, Bibl. hiſtorico Theolog. Bremenſis T. V. p. 618.

Fr. Gonſalez Dominicani, relation de la novelle perſecution de la Chine.

Perſe-

* lettres edifiantes T. 3. p. 158.

Perſecutionem A. 1664. excitavit *Yam Gvam Sien.* lettres edifiantes T. 8. p. 53.

Relatio avthentica glorioſi exitus quem ſub Clemente IX. (A. C. 1668.) habuit accuſatio Legis Chriſtianæ apud Sinas. in *Dan. Papebrochij* paralipomenis ad propylæum Act. Sanctorum Maji pag. 131. ſqq.

Relatio de reſtitutione Præconum Evangelicorum apud Sinas in Eccleſias ſuas A. C. 1671. id. p. 137. ſqq.

Epiſcopi a Gallis miſſi ad Sinenſes, conſtitutique tres *Cononenſis, Roſalienſis* & *Berytenſis.* vide relation du voyage de Monſeigneur l'Eveſque de Beryte, par Mr. de Bourges Preſtre. Paris 1666. 8. *Journal des Sav.* 1666. *Aouſt.* p. 96.

De miſſionibus Jeſuitarum in Chinam, lettres edifiantes T. I. p. 69. ſqq. II. p. 119. 151. III. pag. 34. V. p. 129. VI. pag. 68. præcipue T. VII. & VIII. p. 53. ſq. IX. p. 306. 323. 377. X. p. 120. 377. 405. 419. XI p. 182. XIII. p. 300. XIV. p. 445. XV. p. 86. & quales miſſionarii eſſe debeant: III. p. 147. ſeq. IX. p. 332. De ſodalitate Charitatis A. 1700. inſtituta Pekini ad propagationem Chriſtianiſmi, X. pag. 388. ſeqq. Eccleſiæ Chriſtianæ Pekinenſis inſcriptio ab Imperatore Chinenſi A. 1711. id. T. X. p. 157. *Vero Principio omnium rerum: infinite bono, infinite juſto, qui illuminat, ſuſtinet cuncta ac dirigit ſumma auctoritate ſupremaque Juſtitia: nec initium habenti nec finem, qui a principio omnes res produxit, idem qui regit eaſdem, verus illarum Dominus.* Epiſcopi Pekinenſis mentio III. p. 162. De pluvia precibus Chriſtianorum impetrata (ad exemplum Legionis de qua ſupra p. 138.) T. XI. p. 215. ſeq. Edicta Mandorinorum pro Chriſtianis pag. 219. 225. De multitudine neophytorum, non obſtantibus variis obſtaculis, mulctis pecuniariis, carceribus, aliisque perſecutionibus. X. p. 433.

Godofredi Guil. Leibnitzii noviſſima Sinica A. 1697. & præfixa Imperatoris Chinenſis *Cang-hi* imagine 1699. 8. in qua continentur inter alia de libertate Religionem Chriſtianam apud Sinas propagandi A. 1692. 22. Mart. tandem conceſſâ, relatio compoſita a R. P. *Joſepho Suario* Luſitano S. J. Collegii Pekinenſis rectore. Decretum exſtat p. 143. & apud *Gobienum* p. 183. tomo tertio qui additus *Ludovi de Comitibus*

mitibus Memoriis, Nouveaux memoires ſur l'etat preſent de la Chine, tome troiſieme, contenant l'hiſtoire del' Edit d'Empereur de la Chine en faveur de la Religion Chretienne, avec un eclairſiſſement ſur les honneurs que les Chinois rendent a Confucius & aux Morts. Paris 1698. 8. adde Lud. de Comitibus memorias Tom. 1. p. 280. & T. 2. p 122. 247. ſqq. lettres edifiantes T. VII. p. 195. ſqq. 264. ſqq. lettre du Pere *Jean de Fontenay*.

Het leven en bedryf van den Keyſer van t' begin ſyner 36 yaarige Regeering tot den yaare 1698. door P. Bouret en C. Gobien, Utrecht 1699. 4.

Franciſci de Rougemont hiſtoria Tartaroſinica nova, Belga Evangelii apud Sinas præcone: curioſe complectens ab A. C. 1660. aulicam bellicamque inter Sinas diſciplinam, ſacrorum jura & ſacrificulorum Chriſtianæ Religionis proſpera adverſaque deſcribens. Lovan. 1673. 8.

Ambaſſade de la Compagnie Orientale des provinces unies vers l'Empereur de la Chine, par *Jean Nieuhof* Gallice, ex Belgico, Joanne Carpentario interprete. Leidæ 1665. fol.

Perſecutionis novæ metus A. 1716. 1717. verändertes Rußland p. 240. Lettres edifiantes T. XIV. p. 88. ſqq. 410. ſqq. 485. ſq. T. XV. p. 373. ſq. 385. ſq.

Perſecutio ſub Rege novo Sinarum *Yong-tching*, * ab A. 1722. lettres edifiantes T. XVIII. & XIX. Mem. de Trev. A. 1728. Maj. Journal des Sav. 1730. pag. 490. Rev. Weiſmanni Orationes pag. 315. ſqq. Unſchuldige Nachrichten 1729. p. 340. ſq.

Hiſtoria cultus Sinenſium, ſeu varia ſcripta de cultibus Sinarum inter Miſſionarios controverſis, cum appendice ſcriptorum Patrum S. J. de eadem controverſia. Colon. 1700. 8. duobus volum.

Status

* Hic eſt filius quarto genitus quem pater *Cang-hi* paucis ante obitum horis ſucceſſorem deſignavit. A. 1722. proſcriptum Chriſtianiſmi exercitium in regno Tonkinenſi. A. 1723. in provincia Fokien. A. 1724. in toto Chinenſi regno. A. 1725. in Cochinchinenſi. Plus quam 300 templa vel everſa vel uſibus addicta profanis: plus quam 300000 Chriſtiani deſtituti Paſtoribus. Principes Regii ſangvinis Chriſtiana profeſſi ſacra carceribus perpetuis incluſi.

Status quæſtionis Romæ nunc habitæ circa honores Confucio a Sinenſibus exhibitos, cum variis Epiſtolis & memorialibus, Latine & Gallice. Brüxell. 1700. 8.

Decret du Pape Clement XI. ſur la grande affaire de la Chine 1709. 12.

Clementis XI. Pontificis Rom. Opera T. 1. Orationes p. 10. 163. & bullarium p. 426. 1070. ſeq. 1095.

Pro confraternitate roſarii in regno Sinarum, viris & mulieribus inſtituenda A. 1713. idem bullarium pag. 307.

Vita *Franciſci Xaverii* A. 1632. extincti & A. 1622. a Paulo V. inter Sanctos relati, ſcripta, ab Horatio Turſelino, Joanne Lucena, aliisque.

Vita *Caſparis Barzæi*, Xaverii in India ſocii, ſcripta a Nic. Trigautio. Antw. 1610. 8.

Catalogus Fratrum Soc. JEſu qui poſt obitum S. Franciſci Xaverii ab A. 1581. in Imperio Sinarum, JEſu CHriſti fidem propagarunt, è Sinico Latine redditus à Philippo Complet. Paris 1688. 8.

Iter Franciſcanorum & Auguſtinianorum ad Sinas ſuſceptum juſſu Philippi II. Hiſpaniarum Regis circa A. 1580. deſcribitur à *Joanne Gonſalez de Mendoza* Auguſtiniano in hiſtoria edita Hiſpanice. Antwerp. 1596. 6.

PRO JESUITIS.

Daniel Bartoli S. J. in parte tertia Aſiæ, & Societatis per Aſiam ſacrarum expeditionum tomo tertio pag. 62. ſqq. Rom. 1663. fol. Italice.

Defenſe des nouveaux Chretiens & des Miſſionaires de la Chine, du Japon & des Indes, contre deux livres intitulez: la Morale pratiqué des Jeſuites & l'Eſprit de Mr. Arnauld. par le P. *le Tellier*, Jeſuite. Paris 1687. 1690. 12. 2 Vol. *Hiſt. des ouvrages Sav* 1687. p. 493.

Eclairciſſement ſur les honneurs que les Chinois rendent à Confucius & aux morts par le P. *Charles le Gobien*. 12.

Nouvelle relation de la Chine A. 1668. par le P. *Gabriel de Magaillans*, S. J. ex Luſitanico Gallice à Bernovio Paris 1688. 4.

Lud. le Comte S. J. nouveaux memoires ſur l'état preſent de la Chine. *l'eſprit des Cours de l'Europe* 1700. Sept. pag. 247. *Novembr.* pag. 468.

Lettres edifiantes T. VIII. p. 101. ſqq. p. 165. ſqq.

Lettres de quelques Miſſionaires Jeſuites, écrites de la Chine & des Indes Orientales, Paris 1702. 12.

L'état preſent de l'Egliſe de la Chine, ou réponſe aux Memoires pour Rome. 12.

In urbe Pekinenſi, quæ regni Chinenſis caput eſt, in aulæ Imperatoris confinio templum ſpecioſum ædificatum Jeſuitis Gallis curantibus in cujus facie majoribus litteris Chinenſibus inſcripta hæc verba: *Tien-tchu tung-tchi Kien*, COELI DOMINI TEMPLUM MANDATO IMPERATORIS ERECTUM. lettres edifiantes T. 8. pag. 91. adde Tom. 7. pag. 248. ſqq. *Tien-chu-tan*, templum Tom. 8. pag. 144.

Priere pour l'Egliſe de la Chine, avec les raiſons qui ont engagé a donner preſentement cette priere. 12.

Lettre des Jeſuites au Pape avec la declaration de l'Empereur de la Chine touchant les ceremonies Chinoiſes. 1700. 12.

Hiſtoria cultus Sinenſium; ſeu varia ſcripta inter Vicarios Apoſtolicos Gallos Miſſionarios, & Patres S. J.

Continuatio hiſtoriæ, Colon. 1700. 8.

A *Judæis* etiam, qui apud Sinenſes in Metropoli provinciæ Honan ſynagogam habent, ſimili Sinenſium more coli memoriam Confucii & majorum ſuorum, tradit Jo. Paulus Gozani, Jeſuita Tom. VII. lettres edifiantes, p. 18. ſeq. 26. 38.

Actus appellationis Epiſcopi *Aſcalonenſis* & Patrum Jeſuitarum Nanchinenſium contra decretum Cardinalis de Tournon.

L'inganno del diſinganno.

Sentiment d'un Juriſconſulte ſur la conteſtation touchant les ceremonies Chinoiſes. 1700. 12.

Lettre de Mr. l'Abbé *de Lionne*, nommé Eveſque de Roſſalie a Mr. Charmot. 12.

Lettre à Madame *de Lionne* Rom. 10. Fevr. 1701. ſur le libelle des Jeſuites contre Mr. l'Evéque de Roſalie ſon fils 1701. 12.

Lettre a Mrs des Miſſions étrangeres ſur celle qu'ils ont écrite a Madame de Lionne. 12.

Lettre

Lettre de Madame de Lionne aux Jeſuites. 12.

Lettre de Mr. *Marin Labbe*, Eveſque de Tilopolis au Pape, ſur le certificat del'Empereur de la Chine, & ſur la neceſſité de condamner toutes les ſuperſtitions Chinoiſes. 1702. 12. *Journal des Sav.* 1702. II. p. 171. Hiſt. des Ouvrag p. 274.

Memoires pour Rome, ſur l'état de la Religion Chrétienne dans la Chine. 17094.

Les memes memoires augmentez du decret de Rome contre l'appel des Eveques de Macao & d'Aſcalon, & de la proteſtation de Mrs des Miſſions étrangeres ſur trois nouveaux libelles des Jeſuites. 1709. 12.

Lett[illegible] de *Mr. Maigrot* a Mr. Charmot 11. Jan. 1699. qui montre la fauſſeté de cé que le P. Comte a ecrit touchant la Religion, ancienne des Chinois. 12.

Lettre écrite de la Chine en 1700. ou l'on rapporte le cruel traitement fait a *Mr. Maigrot* & au *P. Croquet* Dominicain, a l'inſtigation des Jeſuites. 12.

La bonne foy des anciens Jeſuites Miſſionaires de la Chine ſur l'idololatrie des Chinois dans le culte de Confucius, * demontrée par des extraits fideles du P. Kircher, du P. Trigault, du Pere de Rhodes & d'autres. 12.

Pppp 2 In

* *Cum fu ſu*, Philoſophorum Sinenſium alpha; natus traditur ante CHriſtum A. 551. die IV. menſis XI. in provincia Sinenſi Rokokf diemque obiiſſe A. ætatis 74. Chinenſes ſcriptores referunt ipſo naſcente dulcem harmoniam auditam in Cœlo, ſtellis ad terram proprius accedentibus, & duos dracones ſingularem infantis curam habuiſſe. Vide *Engelberti Kæmpferi* Japoniam pag. 138. & de Confucii Philoſophia *Proſperum Intorcettam* in Sinarum ſcientia politico morali, Goæ 1667. fol. Confucium Sinarum Philoſophum, Pariſ. 1687. fol. *Franciſcum Noël* ſex librorum claſſicorum interpretem, *P. de Magaillan*, &c. *Georgii Bernhardi Bulffingeri* ſpecimen doctrinæ veterum Sinarum moralis & politicæ, Francof. 1724. 8. & *Chriſtiani Wolfii* Orationem de Sinarum Philoſophia practica, ibid. 1726. 4. *Chriſtoph. Auguſtum Heumannum* in Actis Philoſophorum XI. 4. pag. 717. ſeq. *Theoph. Spizelium* de re

In regno *Tonquinenſi* Miſſio A. 1627. fundata ab Alexandro de Rhodes & Antonio Marques S. J. qui intra triennium ſex prope millia atque in his tres Bonzios ſive Sacerdotes baptizaſſe traduntur; *T. 3. lettres edifiantes pag.* 4. quibus per illos Bonzios Neophyti additi quater mille. p. 5. inde numerata Chriſtianorum in illo regno ad ducenta millia pag. 6. in vicis mille vel bis milleni Chriſtiani p. 11. plures ter mille milites Chriſtiani in Regis exercitu p. 20. Ab A. 1692. P. Abraham le Royer & Paregaud * S. J. diſſimulata Miſſionariorum perſona p. 7. & 12. cum octo vel decem Catechiſtis p. 12. Ex eadem Societate P. Vidal & Segveyra. p. 17.

Royerius refert A. 1693. Confeſſos 12693. ſeque baptizaſſe homines 1735. p. 25. A. 1694. adultos 467, infantes 2[illegible] &c.

A. 1696. edictum Regis de non amplectenda *Luſitanorum religione* T. 3. p. 16.

Jo. Dominici Gabiani, Miſſionarii Sinenſis S. J. vice Provincialis provinciæ Sinicæ, diſſ. Apologetica ſcripta A. C. 1680. de Sinenſium ritibus Politicis. Leodii 1700. 8.

Lettre du P. *le Comte* a Monſeigneur le Duc Mayne, ſur les ceremonies de la Chine, à Liege. 1700. 8. *Hiſtoire des ouvrag. des Savans* 1700. p. 115. *works of the learned* 1700. p. 431. éclairſiſſement donné au meme Duc ſur les honneurs que les Chinois rendent a Confucius & aux morts. *l'eſprit des Cours del' Europe* 1689. *Dec.* pag. 768. Europäiſche Fama T. 3. p. 218. ſqq.

Lettre d'un Jeſuite Miſſionaire ecrite de la Chine a M*** en 1697. 12.

Relation de ce qui s'eſt paſſé a la Chine en 1697. 98. 99. a l'occaſion d'un établiſſement que Mr. l'Abbé de Lyonne y a fait. 12.

Hiſtoire d'une Dame, *Hiſt. des Ouvrages* 1688. Fevr. p. 177.

Réponſe

literaria Sinenſium Lugd. Bat. 1660. 12. p. 115. ſq. Anonymum in hiſtoria Philoſophiæ Sinenſis, Brunſvic. 1727. 4. *Zach. Grapium* de Theologia Sinenſium, Roſtoch. 1708. 4. Alia ad hiſtoriam litterariam Sinenſem ſpectantia exhibent *Fourmontius*, *Chriſtianus Menzelius*, *Andreas Cleyerus*, *Theophilus Siegfrid Bayerus* &c.

* obiit 1695. T. 3. p. 23.

Réponſe a la lettre des Mrs des Miſſions étrangeres au Pape. 12.

Reſponſio ad nova ſcripta Miſſionariorum. *Journal des Sav.* 1702. III. p.23.

Lettre a M*** touchant les honneurs que les Chinois rendent a Confucius & a leurs Ancetres. 1700. 12.

De cultu Confucii & Progenitorum apud Sinas. 12.

Expoſitio facti de Controverſiis Sinenſibus ſecundum Patres S. J. adjuncta ad relationem facti in S. Congregatione factam 12.

Informationes Patrum S. J. ſeu libellus ſupplex ad S. Congregationem ab illis oblatus.

Réponſe aux nouveaux Ecrits de Mrs des Miſſions étrangeres contre les Jeſuites, par une lettre de *M. Benaventé*, par la conduite de *Mr. Maigrot*, & par les atteſtations des Chrétiens de Fo-tcheou. 1702. 12.

Addition a la reponſe des Jeſuites au ſujet de la ſommation a eux faite par Mrs des Miſſions étrangeres, de produire toute la lettre de Mr. de Benaventé. 12.

Traité ſur quelques points importans, *hiſt. of the Works of the learned* 1701. p. 219. A. 1708. p. 741. A. 1709. p. 663. 715.

Alexander de Rhodes S. J. libro 2. hiſtoriæ Tunchinenſis cap. 16. p. 56. Mihi probari non potuit illorum ſententia, qui ad ipſum ſuſcipiendi Baptiſmi articulum rejiciendam cenſet Unius ac Trini Numinis *enucleationem.* Ab eo autem auſpicandum Myſterio: a quo pronus eſt ad incorporationem Verbi deſcenſus; ab iſto rurſum ad exhauſtos patientiſſime pro reſtauratione hominum labores, CHriſto paſſo & mortuo, ad CHriſtum a mortuis vi propria excitatum, & ad alia Chriſtianæ Religionis myſteria: quam præivere nobis viam illi ipſi Apoſtoli, qui allata dogmata tradidere. Mihi quidem toto illo bene multorum annorum ſpatio, quos in Ethnicis inſtituendis poſui, ne vel unus occurrit, quem a noſtræ Fidei complexu incomprehenſum illud Trinitatis Myſterium abalienarit: Corporatæ Divinitatis fidem ægre magis admittunt non pauci -- quare non temere ſunt proponenda Catechumenis Paſſionis Myſteria, * ſed paullo ſecus quam Chriſtianis noſtratibus enunciari ſoleant, & in iis pro-

 palan-

* JEſus crucifixus eſt quem Apoſtolus novit unice 1. Corinth. II. 2.

palandis hæc maxime obſervanda. *Primum* eſt ut ea prodigia quæ CHriſti mortem cohoneſtavere, verbis magnificis attollantur - - quæ planum faciant non violento ſed voluntario ceſſiſſe fato illum hominem DEUM: *Secundo* poſt exaggeratum incarnati in nos Numinis amorem & virtutes eximias quæ agonem illius ornavere, proponatur adoranda morientis de cruce pendens effigies, frequentibus ad majeſtatem cereis illuſtrata, & aliis hujusmodi pietatis incentivis coronata. *Tertio* ſermonem de CHriſto vita functo ſtatim excipiat ſermo de CHriſto redivivo, penes illum eſſe vitæ ac mortis imperium qui mortuum ſe vitæ reſtituit. *Demum* crebro repetitis hiſce ſermonibus inflammari debet magis ac magis eorum in CHriſtum amor, quod quotidiana diſcimus experientia eos omnes qui erga patientis CHriſti agonem afficiuntur vehementius, in Chriſtianarum virtutum exercitationem acrius juxta conſtantiùsque incumbere. Nimirum idoneas ſufficit vires deficiens CHriſtus. *Hæc Alexander de Rhodes.*

Claude Franc. Meneſtrier S. J. la vie d'une Dame Chrétienne Chinoiſe, avec deux lettres d'un Theologien a un Miſſionaire. 1687. forma minore. Acta Erud. 1688. pag. 385.

❁ ❁ ❁

Brevis relatio eorum quæ ſpectant ad declarationem Sinarum Imperatoris KAM-HI, circa *Coeli, Cum fucii* & *Avorum* cultum, datam A. C. 1700. Accedunt Primariorum Miniſtrorum Doctiſſimorumque virorum & antiquiſſ. traditionis teſtimonia. Opera PP. Societ. JEſu, *Pekini* pro Evangelii propagatione laborantium.

Acta ante Declarationem. Ab A. 1638. cum gravis controverſia eſſet circa ritus Sinicos, contendentibus quibusdam illos eſſe ſuperſtitioſos & idololatricos, quos Societas JEſu jam *ab annis quinquaginta* ut mere politicos permiſerat: res tanti momenti Romam ad S. Sedem ab utraque parte, diverſis temporibus fuit delata. Juxta diverſitatem qua utrinque propoſita ſunt quæſita, diverſæ eorum reſolutiones prodierunt, ſoluta ſcilicet quæſtione *juris*: at vero *Facti*, in qua longioris moliminis opus erat, indeciſa relicta. Ad ſopiendas controverſias quæ a Vicario Apoſtolico contra Societatem movebantur, (& contra teſtimonia A. 1645. Romæ prolata) per aulicum Mandarinum Tartarum *Hesken* 19. Nov. 1700. libellum ſupplicem offerri viſum. Heskenus ubi quid rei ageretur audivit, illico nihil

dubitans.

dubitans ſenſum Cærimoniarum erga Cumfucium & Defunctos plane politicum eſſe aſſeruit, talem eſſe veterum inſtitorum ſenſum, eam eſſe Regni ſententiam. Interrogatus quid de voce *Tien* ſeu Cœlum, & *Xam Ti* ſentiret, ſtatim per illas ſupremum Cœli & Terræ Autorem ac Dominum ſe intelligere, & veteres Philoſophos ac Reges intellexiſſe pronunciavit: ab illo, non vero à Cœlo materiali, aut alia re mortua omnia gubernari. At libellum ſupplicem offerre Heskeno tergiverſante, Evnuchus *Li* nomine, unus ex paucis qui Imperatori ſemper aſſiſtunt, & in deferendis mandatis famulantur, eum ut hoc faceret permovit. Heskenus libellum ſupplicem qui ex Sinico ſcripto ſumma capita continente & a Patribus Societatis ei tradito Tartara lingua paratus eſt, & die 30. Nov. S. Andreæ Apoſtoli feſto cum convenerunt ad palatium quinque e Soc. JEſu, P. *Philippus Grimaldi*, * Rector Collegii, P. *Thomas Pereyra*, P. *Antonius Thomas*, P. *Joannes Gerbilhon* & P. *Joachimus Bouuet*, omniumque Patrum Pekini degentium nomine obtulerunt Imperatori libellum ſupplicem per manus duorum aulicorum Mandarinorum, nempe prædicti Tartari, & alterius ſocii ejus, cui *Cham Cham Chu* nomen eſt. Dies erat 20. Lunæ decimæ anni KAM HI Imp. 39. Quod attinet ad ſacrificia Cœlo offerri conſueta a priſcis Regibus & Imperatoribus, ſunt ea ipſa quæ Philoſophi Sinæ vocant *Kiao Xe*, hoc eſt ſacrificia Cœlo & Terræ dicata, quibus ipſum *Xam Ti* ſive ſuprenum Dominum coli dicunt, quem præ timore ſummo ac reverentia cum non audeant proprio nomine appellare, Cœli ſupremi, Cœli benefici, ac Cœli univerſalis appellatione invocare ſolent: quemadmodum ubi loquuntur cum reverentia de ipſo Imperatore, omiſſa reverentiæ cauſa *Imperatoris* appellatione, dicunt *infra ejus throni gradus*, aut *ſupremam palatii aulam* appellant &c. Hinc ſimiliter manifeſte patet, tabellam illam honorificam, nobis olim ab Imperatore conceſſam, in qua propria manu has voces ſcripſit, *Kim Tien*, Cœlum colite, revera fuiſſe in hunc eundem ſenſum datam. Ad libellum ſupplicem ex ſententia Patrum Societatis ritus Sinicos exponentem Imperator reſpondit lingua Tartara: *Quæ in hoc ſcripto continentur, optime ſcripta ſunt, & plane concordant cum magna* (Cumfucii) *doctrina. Cœlo, Dominis, Parentibus, Magiſtris ac Proavis debita obſequia præſtare, iſta Orbi univerſo* commu-

* Præſes tribunalis Mathematicæ.

communis eſt Lex &c. Poſt aliquot dies in novis publicis per Provincias divulgatis, & vix quicquam aliud quam Imperatoris aut acta aut decreta continentibus, hoc Imperatoris decretum lingua Sinenſi apparuit &c.

Inter alia Primatum & doctiſſ. Virorum teſtimonia affertur teſtimonium fratris natu minoris Imp. pluſquam annorum XL. adſtantibus quatuor filiis; qui etiam valde laudavit *P. Matthæi Ricii* de DEI exiſtentia libros lingua ſcriptos Sinica, atque ab erudito ſene,* nomine *Ti*, verſos in Tartaricam, qui ex libris Sinicis probavit antiquos Sinas ſub nomine *Xam-Ti* non Cœlum materiale, ſed verum DEUM Cœli & Terræ Dominum † adoraſſe, & ſacrificiis, ut hodie etiam faciunt, coluiſſe.

Ante Imperatorem, *Kia-Cim* qui A. C. 1522. adiit Imperium, unum fuit templum *Tien Tan*, ſeu templum in quo *Xam-Ti* h. e. ſancte intelligens ſupremus Cœli, Terræ, Solis, Lunæ, cæterorum ſiderum ac rerum omnium Dominus colebatur. Ab illo tempore diverſa templa *Tien Tan*, Cœli, & *Ti Tan*, terræ, uni tamen utriusque Domino dicata. In Cumfucio & progenitoribus mortuis nihil agnoſcitur præter humanam conditionem, nihil ab illis ſperatur vel petitur, nec animas exiſtimant in tabellis nomine illorum inſcriptis reſidere, aut in illas, tempore quo ad memoriam & gratitudinis teſtandæ cauſa coluntur deſcendere, aut appoſitorum ciborum fumo paſci.

Solenniori ſacrificii die in templo Tien Tan, ubi loco ſublimiore throno parata impoſita eſt tabella cum nomine *Xam-Ti*, tum Imperator, poſitis veſtibus, indutisque violacei & hyacinthini coloris prima aulæ ſepta ingreſſus cum Miniſtris principibus atque Magnatibus, cætero interim magnifico Mandarinorum comitatu ſubſiſtere exterius juſſo, ſuosque per ordines pulchre diſpoſito, ſolus podii gradus aſcendit, & quidem laterali via non media, quod ipſum a ſubditis erga Imperatorem in palatio obſervatur. Ubi vero attigit ſecundi ordinis gradus ſupremos, non auſus ultra aſcendere, tum dato ſigno, perſtrepente omni muſicorum multitudine Imperator in

* Idem quoque e Sinico vertit Tartarice librum *P. Julii Aleni* de rerum omnium vera origine.

† Chriſtianis *Tien-Chu*, Cœli Dominum.

in genua procumbens, capiteque in ſolum uſque novies, ac per ſtata intervalla demiſſo, una cum numeroſo illo ſuperboque comitantium exercitu reverenter adorat ſacram ſupremi ſuique Imperatoris Majeſtatem. Quod tanto ille ſibi honori ducit, ut libentiſſime audiat a ſuis compellari ſe nomine *Pi-Hia*, quo ſignificatur ipſum, licet totius, ajunt, orbis capitibus impoſitum, eſſe tamen ſub gradu, nempe ſolii *Xam Ti*, ibique poſſe adorare ſcabellum pedum *Ejus*. Adorationem excipit oblatio magnifici Sacrificii, tam Imperatoris, quam Imperii nomine parati, præcone Regio legente interea voce alta & diſtincta, nomine Imperatoris, oblationis formulam lingua Tartarica, muſicis omni inſtrumentorum genere præcinentibus proprius cujusque actionis antiphonas. Hæ vero magnificis plane verbis Divinæ naturæ Poteſtatem, Majeſtatem, Scientiam, Providentiam aliaque attributa & beneficia repræſentant. Imperator non jam ſe Imperatorem, ſed proprio privatoque nomine appellat: tum ſe ſervum ac ſubditum expreſſe dicit, ſeque hæc offerre *Terghi Abcai Hande*, ſupremo Cœli Imperatori. Omnes Spiritus invitat ne graventur in ipſius favorem totam ſuam ſpiritualem intellectualemque virtutem apud ſupremum Dominum ipſi exponendo demiſſi animi ipſius ſenſus, eumque rogando ut dignetur benigne reſpicere hanc oblationem & titulum quem pronus ſummaque veneratione ipſi offerat. *Antiphona Muſici concentus*: In confuſo Mundi primordio non erat niſi informis moles, quinque *ſive planetæ ſive* elementa nondum cœperant circumagi, nondum duo luminaria illuxerant: in medio Solus ſtans (*Xam Ti*) exiſtebat: qui cum non habeat vocem neque formam, revera tamen habet vocem, revera habet formam, utpote Spirituum omnium ſupremus Dominus, ex ſe veluti prodiens, ac rudem Mundi molem componens. Hic in principio diviſit craſſum a ſubtili, condidit Cœlum, condidit Terram, condidit Hominem, ex quibus ſubinde propagatæ ſunt rerum omnium ſpecies. - - Supremus Dominus juſſit & factæ ſunt tres Mundi partes præcipuæ, Cœlum, Terra, & Homo. In medio concluſit populos, ac univerſas rerum ſpecies. Ego ſubditus ſupplico, ut quorum nomina hic adſtant Progenitorum Imperatorum Defunctorum, ii obtineant æternum frui beata Tua præſentia in Regia ac Cœleſti aula.

Intermediæ quidam ætatis Imperator addidit cultum *Heu Tu*, Terræ genii ſive Imperatricis. Sed is ab aliis rejectus exploſusque.

Tien ſu, majores & veteres magiſtros conſtanti cultu gratæ ac venerabundæ memoriæ proſequuntur Chinenſes. Vide Alexandrum de Rhodes lib. 1. c. 27. pag. 81. hiſtoriæ Tunchinenſis.

CONTRA JESUITAS, ET PRO DOMINICANIS.

P. Domingo Fernandez Navarrete Ord. Præd. tratados hiſtoricos, politicos ethicos y religioſos de la Monarchia de China. Madrid 1676. fol.

La Morale pratiqué des Jeſuites, ſecond Volume, ou l'on repreſente leur conduite dans la Chine, dans le Japon, dans l'Amerique & dans l'Europe a Cologne 1683. 12.

l'Eſprit de Mr. Arnauld T. 2 XVIII. Obſervation, p. 177. ſeq.

Theatrum Jeſuiticum (Ildefonſi * Malacenſis Epiſcopi.)

c) In tomo primo collectionis itinerum Anglice editorum Lond. 1703. Hujus Candidii fidei detrahit G. Pſalmanazar in præf. p. XVI. ſeq.

d) Hæc Anglice Lond. 1704. & Gallice Amſt. 1705. 12. & a Philippo Georgio Hubnero Auguſtæ Vindel. 1716. Germanice edita, de cujus auctore vir eruditiſſ. M. Veiſſ. la Croſe in Vindiciis ſcriptorum p. 210. *ſpecimen illud mendaciſſimi hominis qui ſe pro Formoſano apud homines inepte credulos venditavit.* Memoriæ Trevoltinæ A. 1705. April. p. 587. edit. Amſt. *une fiction groſſiere, un pretendu Formoſan joue a Londres a peu pres le méme role que jouoit a Paris il y a quelques années une fauſſe Princeſſe de la Chine.* Unſchuldige Nachrichten A. 1716. p. 444.

* Commanville, tables Geographiques p. 136. Comes Aunoya descriptione itineris in Hiſpaniam Tom. 1. edit Germanicæ pag. 210.

ſtate Indiæ citerioris Cranganore. Vide Jo. Albertum Mandelslohium libro Itineris Orientalis ſecundo, Petrum de la Valle parta quarta & Dellonium itineris in Indiam Orientalem lib. 2. cap. 10.

Poſt Gregorii XIII. & Sixti V. cónatus, Clementis VIII. breve ad Archiepiſcopum Goanum de promovenda per MALABARIAM religione Chriſtiana, refert Ludovicus de Bavia hiſt. Pontifical y Catolica T. 3. p. 269. ſeq. De Miſſionariis Jeſuitis ab extremo ſæculi decimi in illam partem Indiæ Orientalis tendentibus, præter Purchaſium Tom. 2. collectionis itinerum Anglice editæ, Franciſcus Barretus S. J. in relatione de miſſionibus & Chriſtianitate in Provincia Malabarica, Rom. 1645. 8. Italice.

The hiſtory of the Church of Malabar, by *Mich. Geddes.* Lond. 1694. 8. *Mat. Veiſſerius la Croſe* in libro laudato ſupra p. 607. ubi etiam de præclaro ſtudio Miſſionis Danicæ Miniſtrorum noſtratium Lutheranorum in oram Coromandelenſem; de quorum ulteriore Miſſione *Maderaſpatana* ſive *Madraſiam* ſuſcepta vide ſis Rev. Gotthilf Auguſti Franckii præfationem ad Continuationem XXVI. relationis quæ Halæ Sax. Germanice editur Tranquebarenſis.

De recentiſſimis miſſionibus tribus magnis Jeſuitarum in illas oras *Madurenſi*, *Maiſſurenſi* & *Carnatenſi*, toleratisque graviſſimis ab Indorum repugnantia perſecutionibus, multa leguntur in ſæpius laudata mihi ſylloge, quæ pluribus voluminibus prodiit duplici hoc ſub titulo, uno, *lettres edifiantes & curieuſes écrites des miſſions etrangeres*, tomis XIX. & altero: *nouveaux memoires des miſſions de la Compagnie de JEſus dans le Levant*, tomis VI. In his de *Madurenſi* quidem a capite Camorino ad Pondicheriam uſque conſuli poſſunt T. 1. p. 9. 32. 46. 50. 55. T. 2. p. 1. ſq. III. p. 217. V. p. 2. ſq. VI. p. 118. ſq. IX. p. 125. ſq. & 151. ubi P. Martinus in diſtrictu miſſionis ſuæ *Madurenſisque*, *Tanjaurenſi*, & *Nayuarenſi* ditione ait triginta millia Chriſtianorum reperiri. vide & p. 226. ſqq. XII. p. 105. ſqq. XIV. p. 448. & XV. p. 1. ſqq. & 211. ſqq. ubi etiam Charta Geographica inſignis, conferenda cum ea quæ exſtat in Athante Hiſtorico Gallice edito volumine quinto n. 49. p. 129. De perſecutione à Rege Maravenſi T. X. p. 79. ſqq. & a Dalſeris p. 254. ſqq.

De Miſſione in regnum *Naiſſurenſe*, cujus Rex tributa pendit magno Mogori, T. X. p. 99. ſqq. XIV. p. 228. ſqq. ubi ſpeciatim de Miſſione *Devandeſallenſi* & p. 285. ſqq. de *Chinaballabarenſi*.

De *Carnatenſi* denique T. V. pag. 3. & 240. ſeq. ubi trecenti baptizati memorantur pag. 246. vide etiam X. pag. 3. ſeqq. ubi de gravi perſecutione, & XII. p. 233. XV. preface pag. VI. ſeqq.

Caſp. Schillingers Reiſen p. 323.

D. *Chriſtiani Eberhardi Weiſmanni* Theologi Tubingenſis Orationes pag. 323. ſeq.

CAPUT XLIII.

De propagatione Religionis Chriſtianæ in Inſulas AFRICÆ vicinas.

In CANARIAS ſive Fortunatas Inſulas miſſionarii ex Ordinibus mendicantium ab Urbano V. ablegati A. C. 1369. vide Odoricum Raynaldum ad illum annum n. 14. Eæ jam dudum parent Hiſpanis & jam ab A. 1485. In Canaria *Civitas Palmarum* eſt ſedes Epiſcopi, qui ſuffraganeus eſt Archiepiſcopi Hiſpalenſis. De illis præter Peritſolii itinerarium c. XVIII. pag. 115. ſqq. conferendus *le Mayre* in libro edito Priſ. 1695. 12. voyages aux Isles Canaries, Cap verd, Senegal & Gambie.

AZORES in Oceano Atlantico Inſulas, quæ veterum *Caſſiterides* eſſe quibusdam exiſtimantur, Luſitani tenent. Eas ab A. 1449. adire cœperunt Chriſtiani, & præcipuam earum Inſularum Terceram alio nomine etiam JEſu CHriſti Inſulam appellari comperi. In Terceræ inſulæ metropoli *Angra* ſedes Cathedralis Epiſcopi, qui Archiepiſcopi Ulyſſiponenſis eſt ſuffraganeus, cum parochiis quinque, vide Jo. Baptiſtam Labatum T. V. Africæ Occidentalis p. 287.

In Inſula MADERA Epiſcopus *Funchalenſis* ſub eodem Archiep. Ulyſſiponenſi, ſicuti etiam in Inſularum CAPITIS VIRIDIS una, *Ripa* ſive *Riparia* magna: atque huic ſubjectos eſſe Eccleſiaſticos Juris Luſitanici in illis Africæ partibus univerſos, notavit Labatus T. V. Africæ p. 59. ubi de Eccleſia & conventu Capucinorum in Cachaux ad fluvium S. Dominici.

De

De ſacello in Inſula *Calegutana* ſive *Cazegutana* condito in Chriſtianorum uſum ab Idololatra ſed amante Chriſtianos, idem Labatus T. 5. p. 173.

Regem inſulæ *Biſſallenſis* (Biſſaux) qui Luſitanis & ab A. 1700. Gallis locum commercia frequentandi aperuit, non alienum futurum a Chriſtiana Religione admittenda & amplectenda, ſi idonei Miſſionarii ſtudium ſuum impenderent, affirmare non dubitat, & argumentis quibusdam ex veterum quarundam ſuperſtitionum idolatricarum deſertione petitis confirmat Jo. Baptiſta Labatus T. V. itineris in Africam Occidentalem pag. 138. Meminit etiam Eccleſiæ parochialis Franciſcanorum Luſitanorum pag. 139. 196. ſqq. Vide ſi placet quæ idem de Rege *Geregeſeno* pag. 21. & Eccleſia Bintanenſi & Gilfragenſi pag. 5. & de fœdere Commerciorum Bintanenſi cum Gallis pag. 310. ſqq.

In Inſula S. THOMÆ, quam jam ab A. 1405. detexerunt occuparuntque Luſitani, atque A. 1610. & 1641. ereptam a Belgis, iterum recuperavere ac tenent, ſedes Epiſcopi eſt caput Inſulæ *Pavoaſana*. Vide Petitum de la Croix tomo quarto Africæ, & Odoardi Dapperi deſcriptionem inſularum Africanarum, p. 61. quos etiam de aliis plerisque inſulis Africanis cultis per Chriſtianos, ſive Luſitanici ſive Belgici juris aut Hiſpanici conſulere juvabit: & de MELITA ſive MALTHA, Equitum Johannitarum ſubjecta Imperio, eundem Dapperum p. 84. ſeq. de qua jam ſupra pag. 545. dicere me memini quanquam Inſulam Melitam ad quam appulit Paulus Apoſtolus Act. XXVIII. 1. non Maltham iſtam ad meridiem Siciliæ in Africo mari, quam rectius ſentiunt plerique: * ſed Meledam Dalmaticam fuiſſe nuper contendit auctor ſcripti Venetiis 1730. 4. editi cui titulus: *D. Paulus Apoſtolus in mari, quod nunc Venetus ſinus dicitur, naufragus & Melitæ Dalmatenſis inſulæ hoſpes.*

Tttt 3 CAPUT

* Vide Philippum Cluverium lib. 2. Siciliæ antiquæ c. 16. Acta Sanctorum T. V. Junii 29. Octaviani Cajetani iſagogen in Hiſt. Siculam c. 19. & Commendatoris Franciſci Abelæ Melitam illuſtratam p. 172. ſeq. Tomi XV. theſauri Siciliæ, ubi etiam icon ære deſcripta ſinûs *Tal Puales* in quo locum naufragii Pauli hodieque peregrinantibus demonſtrant.

CAPUT XLIV.

Origines & præclari ſucceſſus Religionis Chriſtianæ in AFRICA. Chriſtianiſmi plerisque in locis oppreſſio per Saracenos.

In Africam SIMON Zelotes Apoſtolus Fidem Chriſtianam intulit ſi credimus Menologio Græcorum 10. Maj. nec non libellis qui ſub Dorothei & Hippolyti nominibus circumferuntur, & Nicephoro Hiſt. Eccleſ. II. 40.

De errore duplici eorum qui Philippum Apoſtolum ſcripſere Hierapoli in Africa prædicaſſe, quod de Philippo Diacono & Hierapoli Aſiæ verum eſt, vide Florentinium pag. 150. ad Martyrolog. Hieronymi.

Contra *Baronium* qui ad A. C. 44. n. 38. ab Apoſtolorum temporibus origines Eccleſiæ Africanæ repetit, & contra *Jo. Baptiſtam Grammaye* lib. 2. cap. 2. diſputat *D. Emanuel a Schelſtrate* in Eccleſia Africana ſub primate Carthaginenſi Rom. 1679. 4. diſſ. 1. atque non ante annum CHriſti CXX. initia Fidei Chriſtianæ Carthagine cœpiſſe indeque longe lateque per Africam, propagata fuiſſe contendit.

Martyrologium Rom. 3. Jun. *Carthagine* S. Cæcilii *Presbyteri, qui* S. Cyprianum *ad CHriſti Fidem perduxit.*

S. Auguſtinus XVIII. ult. de Civitate DEI. *Interim quod ſcimus in Civitate notiſſima & eminentiſſima Carthagine Africæ Gaudentius & Jovius Comites Imp. Honorii, quarto decimo Kalendas Aprilis* (circa A. C. 399.) *falſorum Deorum templa everterunt, & ſimulacra fregerunt. Ex quo usque ad hoc tempus per triginta ferme annos quis non videat quantum creverit cultus nominis CHRISTI?*

Quam longe lateque in Africa obtinuerint CHriſti ſacra, conjecturam licet facere ex eo, quod in Concilio Carthaginenſi A. C. 411. Epiſcopi Catholici CCLXXXVI. abſentibus CXX: & quod CCCXXXIV. Epiſcopos Africæ miſſos in exilium ab *Hunerico* Ariano, clauſasque eorum Eccleſias tradit Marcellinus Comes in Chronico ad A. C. 484.

Noti-

Notitiam Epiſcopatuum Africanorum illuſtratam dabunt præter *Jac. Sirmondum* T. 1. var. opuſc. & T. 1. Opp. p. 429.

Emanuel Schelſtratenus in Eccleſia Africana ſub Primate Carthaginenſi Colon. 1679. 4. & Antiquitatis illuſtratæ tomo ſecundo.

Jacobus Baſnage Hiſt. de l'Egliſe liv. IV. T. I.

Steph. Baluzius ad Collationem Carthaginenſem Tom. 1. Concilior. Pariſ. 1683. fol.

Lud. Ellies du Pin in obſervationibus ad Optatum de ſchiſmate Donatiſtarum. Pariſ. 1702. fol.

Henricus Noris in animadverſionibus ad *Joannis Garnerii* notas in inſcriptiones Synodalium Epiſtolarum, inter Epiſtolas Auguſtini 90. ſq. (novæ Editionis 175. ſq.) Tom. 12. edit. S. Auguſtini Amſt. p. 499. & in Noriſii Operibus Tomo 3. Veronæ 1730. fol.

Diligentiſſime tandem accuratiſſimeque *Theodoricus Ruinartus* ad Victorem Vitenſem, inprimis p. 123. - 217. ſeq.

Chriſtianus Lupus diſſ. de Africanæ Eccleſiæ ad ſedem Apoſtolicam provocationibus quam Moguntiæ 1681. 4. edidit poſt *M. Antonii Capelli* diſſ. de appellationibus Eccleſiæ Africanæ ad Rom. ſedem. Pariſ. 1622.

VANDALI in Africa Chriſtiani ſed Ariani, adeo ut Gelimer victus, Patriciorum Ordini ideo a Juſtiniano Imp. non fuerit adſcriptus, ἐπεὶ ȣ̓ μεταϐίϐεσθαι τȣ̃ Ἀρείȣ δόξης ἤθελεν, quia ab Arianiſmo diſcedere noluit, ut refert Procopius II. 9. de bello Vandalico, quem vide ſis etiam cap. 14. ac de Vandalorum in Africam irruptione Baronium ad A. C. 428. & de Juſtiniani Imp. victoria qui eos Africa iterum ejecit, ad A. 533. n. 41. ſeq. & A. 534. n. 51. ſeq.

Melchior Leydeckerus in hiſtoria Eccleſiæ Africanæ illuſtrata, tomo priore. Ultraject. 1690. 4. Acta Erud. 1690. pag. 487.

SARACENI Africam invadunt. Pagi ad A. C. 666. n. 10. 669. n. 5. Juſtiniani II. culpa victores. id. ad A. 691. num. 5. 696. num. 3. ſeq.

Creſconius Afer, cujus Concordiam Canonum habemus, bella & victorias quas Johannes Deſiderius Patricius a Leontio Imp. miſſus

miſſus apud Africam de Saracenis geſſit, hexametris verſibus deſcripſerat aliquot libris, ut ex veteri Codice notavit Jo. Mabillonius itineris Italici pag. 69. ſed illud ſcriptum ad nos non pervenit. Joannis victoriam ſed a Saracenis mox iterum ſuperati memorant Cedrenus ad annum Leontii Imp. tertium pag. 365. Zonaras aliique.

De perſecutione Saracenorum in Chriſtianos, Pagi ad A. C. 707. num. 2.

In ſeptima & octava Synodo nulli Africani Epiſcopi.

In Africa vix quinque Epiſcopi ubi olim ducenti quinque. Pagi ad A. C. 1053. n. 14. qui etiam de ſtatu Chriſtianorum ſub Saracenis ad A. 1073. n. 13. 1076. n. 7. & de victis per Chriſtianos Saracenis in Sicilia & Africa ad. A. 1087. n. 2. ſeq.

Sigebertus ad A. C. 790. *Carolus M. circa pauperes etiam ſollicitus, non ſolum in regno ſuo verum etiam trans maria in Ægypto, in Syria, in Africa, præcipue in Hieroſolymis, liberalitate eleemoſynarum Chriſtianis pauperibus ſolatiabatur, transmarinorum Regum amicitias ob hoc expetens, maxime ut Chriſtianis ſub eis degentibus eſſet relevatio.*

Eccleſiæ Chriſtianæ MOZARABUM adhuc floruere ſæculo XII. antequam ab Almoravidis in Africa & Hiſpania extinguerentur, vide Pagium ad A. C. 1114. n. 3. ſeq. & quæ ſupra p. 108.

De Rege *Geloſenſium* Africæ, baptizato A. C. 1481. cura Joannis Luſitaniæ Regis, *Lud. Caravanial de Marmol* in Hiſtoria generali Africæ quæ Hiſpanice primum, Granatæ 1573. fol. deinde Gallice, Nic. Perroto Ablancurtio interprete prodiit Pariſ. 1667. 4. T. 3. p. 76. ſq.

De Rege *Congi* baptizato cum filio A. C. 1489. ſeq. Marmolius T. 3. p. 92. 93. lib. IX. cap. 24. ſeq. ubi etiam de Rege relapſo ad cultum idolorum cum filio ſecundo genito. Sed primogenitus Patri ſucceſſit & Chriſtianus Chriſtianos protexit. De populis *Manicongi* Chriſtianiſmum amplexis T. 1. pag. 32.

In Africa non modo *Maronitæ*, *Georgiani*, *Græci*, *Copti*, *Neſtoriani*, *Jacobitæ*, & alii Chriſtiani etiam Europæi & commerciorum cauſſa alii ut *Tinceda* in Numidia, de quibus idem *Marmolius* T. 3. pag. 15.

Regni *Sofala* incolæ facilius converti poſſunt, quia credunt unum DEUM nec colunt idola. *Marmol.* T. 3. p. 117. Longe difficilius tamen viſum Mahometanos ad CHriſti ſacra adducere quam Idololatras, ut notavit *Labatus* T. V. Africæ p. 325. T. IV. p. 157. & multis aliis in locis.

De MUSARABIBUS Chriſtianis * in urbe Marocco hæc Marmolius T. 2. p. 54. *il y avoit autrefois deux grans palais ou demeuroient les Chrétiens* Muſarabes, *dont ſe ſervoient les Rois de Maroc a la guerre, & leurs femmes & leurs enfans eſtoient là avec eux.* Jacob Almanſor *les emmena d'Eſpagne pour la garde de ſa perſonne, & ils eſtoient ordinairement 500 chevaux fort bien payez. On les laiſſoit vivre en leur Religion, de ſorte qu'ils avoient une Egliſe au meme quartier, où ils alloient entendre la Meſſe. Ils ont éſté entretenus long-tems de la ſorte, jusqu' à ce que Dom Jean premier, Roy de Caſtille les fit revenir en Eſpagne, & leur donna de grans biens & de grans privileges, comme on voit par ceux des Farfanes des Gots dans l'Andalouſie, & de pluſieurs autres qui en viennent. Les Latins les nomment* Muſtarabes, *& les Arabes* Muſtarabins, *non pour venir de ceux qui ſe mirent au ſervice de* Muça *aprés la defaite du Roy Rodrigue, mais pluſtoſt parce quils ſavoient l'Arabe, & que* Muſarab *ſignifie en cette langue un homme qui ſait l'Arabe. Il eſt vrai qu'il y avoit quelques Gentilshommes parmy eux de la ſuite des enfans du Roy Vitiſa & du Comte Julien, qui peuvent avoir eſté cauſe qu'on les nomma ainſi. Ce nom dure encore en ſept Egliſes Parochiales de la ville de Tolede, ou l'office Muſtarab a lieu avec les ceremonies Gothiques, comme il ſe pratiquoit dans toutes les autres de la méme ville avant que l'Office Romain s'y eſtabliſt. - - - L'an* 1219. S. Belard *& cinq de ſes Compagnons furent preſcher à Maroc & martyriſez par les Maures, parce qu'ils déclamoient contre la ſecte de Mahomet. Mais* Don Pedre, *fils du Roy de Portugal, qui eſtoit alors dans Maroc, emporta leurs reliques dans Coimbre. Depuis cela les* Muſarabes *firent ſi bien envers le Roy, qu'il leur permit d'établir là un Convent de Cordeliers, ce qui eſtant rapporté en Eſpagne, pluſieurs de cet Ordre y firent preſcher*

Uuuu

* De Mozarabum liturgia per Cardinalem Ximenium luci vindicata vide Bzovium ad A. C. 1503. n. IX. les delices de l'Eſpagne pag. 332. ſeq. Joannis Pinii S. J. diſſ. præmiſſam tomo ſexto Act. Sanctorum Julii. Exſtat etiam illa liturgia Latine T. 27. Bibl. Patrum Lugd. 1672. p. 644.

ſcher la Foy Chréſtienne & y ſuffrirent le martyre, par la jalouſie des Alfaquis *ennemis de Dieu & de ſa parole, & entre autres Daniel & ſix de ſes Compagnons, qui y moururent l'en* 1227.

De *Henrici*, qui Regis Luſitaniæ Johannis filius fuit, ſtudio Africæ partes Occidentales detegendi ab A. C. 1419. Marmolius T. 1. p. 97. ſqq. ubi & de aliis inſecutis Luſitanorum in Africam itineribus & expeditionibus.

De Regis *Manicongenſis* converſione ad Chriſtianam Relig. Tom. 1. pag. 104. & Epiſtola ad Julium II. Papam data A. 1512. pag. 109.

Gallorum Chriſtianorum ex Normandia Diepenſium Commercia in Africæ oras A. C. 1364. ſtabilita refert Labatus T. 1. nouvelle relation de l'Afrique Occidentale p. 7. ſeq. quæ ſenſim deinde defecerunt, donec Senegallenſis ſocietas A. 1664. jura ſua ceſſit Corpori mercatorum Gallorum quod ab illo tempore efflorеſcere cœpit ſub nomine Societatis negotiantium in Indiam Occidentalem. Inde à Rege confirmatæ Societates Africana A. 1673. Senegallenſis A. 1681. Guineenſis A. 1685. Senegallenſes novæ A. 1696. & 1709 quæ denique ab A. 1717. conjunctæ cum celebri illa Indiæ Occidentalis Miſiſipienſi. De locis Africæ occidentalis in quibus ſedes negotiis ſuis Galli fixere, a gradu octavo latitudinis ſeptentrionalis ſive fluvio Serrelione ad gradum vigeſimum ſecundum ſive Promontorium album, videndus idem Labatus T. 1. p. 52. ſqq.

A relation of the coaſts of Africk, called Guinée, by the Sieur *Villault*, Eſcuyer, in a voyage made 1666. 1667. Lond. 1670. 8.

Relation du Sieur de *Montauban* en Guineé, A. 1695. Journal de de Berlin 1698. pag. 200.

Voyage du Chevalier des *Marchais* en Guinee, isles voiſines & a Cayenne par le P. Labat, Ord. Præd. Paris 1730. 12. T. 2. pag. 324. ubi de regno *Ardreſitano*, in cujus incolis exigua ſe Religionis veſtigia reperiſſe teſtatus de illorum Rege ſubjungit: *le Roi qui a paſſé ſa jeuneſſe a* l'Isle de S. Thomé *dependante des Portugais, ou il a reçu les teintures de la* Religion Chrétienne *dans un Couvent où il a été élevé, ne paroit point du tout attaché aux folles ſuperſtitions de ſes peuples, il y a méme de grandes eſperances qu'il y renonceroit enticrement, & qu'il rece-*

vroit

vroit le Baptéme, ſans la conſideration, ou plûtôt ſans la crainte qu'il a du grand Marabou, *dont la puiſſance & l'autorité ſont aſſez grandes pour le renverſer du Trône, s'il entreprenoit d'introduire une nouvelle Religion dans l'Eſtat.*

Relation du voyage du Royaume d'Iſſing, côte d'or païs de Guinée en Afrique par *Godefroi Loyer*, prefect Apoſtolique des Miſſions des freres precheurs aux Cotes de Guinée. Paris 1714. 8. Memoir. de Trevoux 1714. p. 1943.

De *Luſitanorum* initiis A. 1444. Labatus T. 1. Africæ p. 69. ſq. & longe fuſius quemadmodum de *Hiſpanorum* quoque Sr. de la Croix, Od. Dapperus, multique alii.

De locis quæ Chriſtiani Luſitani vel Hiſpani obtinuerunt in Africa, Marmolius T. 2. p. 206. &c. de Arzila p. 216. ſqq. & Tangeritana Civitate p. 228. ſq. & Ceuta p. 236. ſq. &c.

De Chriſtianorum mercatorum habitatione in Civitate Fezzana mentio apud Marmolium T. 2. p. 161. & 164. 171. In eadem Civitate verſari pleroſque e poſteris Maurorum pridem expulſorum ex Hiſpania pag. 170. De Maurorum odio adverſus Chriſtianos p. 184. 270. &c.

De *Anglis* vide *Jacobi Houſton* obſervations of the coaſt of Guinea, addreſſed to the Court of Aſſiſtants of the Royal African Company of Great Brittain. Lond. 1725. 12. *Bibl. Angloiſe Tom. 12. pag. 318. Labati* Afrique Occidentale T. 4. p. 274. ſeq.

Belgæ ab A. 1600 non tantum in Capite bonæ Spei, ſed etiam in ora Guineenſi aliisque in locis. *Guilelmi Boſmanni* iter in GUINEAM, Gallice editum Trajecti 1705. 12. & ex Germanico etiam Anglice 1715. & de CAPITE BONÆ SPEI, *M. Petri Kolbens*, Rectoris zu Neuſtadt an der Ayſch, vollſtändige Beſchreibung des Africaniſchen Vorgebürges der Guten Hofnung, der eigenen Einwohner Hottentotten, und von der Europæer abſonderlich der Holländer von A. 1600. geſtiffteten Colonien daſelbſt. Nürnberg 1719. fol. Opus dignum lectu & curioſis refertum obſervationibus. Epitome hujus operis Anglice Lond. 1731. 8. preſent ſtate of the Cap of goode hope, by *Mr. Madley*. Promontorium hoc in ima Africa, quod A. 1493. detexit Bartholomæus Diaz, & *Caput tempeſtatum* appellavit, à Johanne II. Portugalliæ Re-

ge hoc tulit nomen, ut *CAPUT BONÆ SPEI* jam ubique recepto uſu nuncupetur. vide Maxwellum in philoſophicis transactionibus Anglicanis, n. 310. Benjamini Motte epitomen T. 2. parte 2. p. 185. ſq.

Jo. Georgij Bœvingij Beſchreibung und Nachricht von den Hottentotten, Continuatio III. des Berichts von den Miſſionarien nach Tranquebar.

De *Germanorum* conatibus vide Georgii Danielis Seyleri vitam glorioſiſſimi Electoris Brandenburgici Friderici Wilhelmi nummis illuſtratam p. 194. ubi numus cum hac inſcriptione: *DEO Duce, auſpiciis Sereniſſimi Electoris Brandenburgici cœpta navigatio ad oras Guineæ A. MDCLXXXI, feliciter.* Vide etiam Labatum T. 1. Africæ p. 86. ſqq. & Guil. Boſman voyage de Guinée p. 7. ſeq.

In FESSANUM & MAROCCANUM Regnum Miſſio Religioſorum S. Franciſci ab A. C. 1630. vide Urbanum Cerry pag. 222. ſq. ſeqq. qui de aliis etiam miſſionibus in varias Africæ regiones diſſerens conſuli poteſt.

P. Balthaſar de Loyola, antea Muley Mahomet, filius Regis Fez, baptizatus A. C. 1654. & in Societatem JEſu receptus A. 1661. ſi credimus Thyrſo Gonſalez de Santalla S. J. in manuductione ad converſionem Mahumetanorum parte 2. lib. 2. c. 8. p. 53.

Cum autem longum ſit ſingulas Africæ regiones & plurimas numero & ampliſſimas ſingillatim perſequi, de duobus tantum regnis Æthiopico & Ægyptio proximis capitibus deinceps notare pauca quædam ſatis duxi.

CAPUT XLV.

De Chriſtianiſmi originibus & ſucceſſu in regno ÆTHIOPIÆ ſive ABYSSINIÆ.

De CANDACE, Reginæ MEROËS, inſulæ Æthiopicæ, Dynaſta* quem

* Quod nomen Eunuchi, ſive Dynaſtæ illius, Ludovicus de Dieu ad laudatum Actorum locum ex Damiano a Goës refert fuiſſe *Indich*, hoc Ludolfus III. 2. hiſt. Æthiopicæ veriſimili conjectura notat ex nomine Candaces corruptum.

quem Zeylanenſibus * etiam & Felicis Arabiæ incolis ferunt Evangelium prædicaſſe, præter interpretes ad Actor. VIII. 27. Euſebium lib. 2. Hiſt. c. 2. Papebrochium Act. Sanctor. VI. Junii T. 1. p. 618. ſq. Sam. Baſnage ad Baron. T. 1. p. 113. ſqq. adire juvabit Tillemontium T. 2. memoriar. Hiſt. Eccleſ. p. 65. ſqq. 490. ſqq.

De MATTHIA Apoſtolo Florentinium ad Martyrolog. Hieronymi p. 176. ſeq. de MATTHÆO p. 158. ſeq.

De BARTHOLOMÆO Jobum Ludolfum Commentar. ad Hiſt. Æthiopic. p. 279. ſeq.

NUBIANOS convertit THOMAS Apoſtolus, ſi credimus Haythono cap. 58. qui populos illos c. 54. memorans addit: *qui ſunt Chriſtiani, & nigri ſicut pix.*

S. FRUMENTIUS Epiſcopus AUXUMITANUS, verus Æthiopiæ Apoſtolus ante medium ſæculi IV. Æthiopibus Abbas SALAMA. Confer Tillemontii memorias hiſt. Eccleſ. T. 7. pag. 284. 709. Jobi Ludolfi hiſt. Æthiop. III. 2. & Commentar. p. 283. ſeq. Hieronymum Lobo ſive potius Mr. le Grand diſſ. IX. T. 2. p. 13. ſeq. de la Converſion des Abyſſins. Ab eodem *Frumentio* ſucceſſionem *Abbunarum* ſive Metropolitanorum ſuorum repetunt Habeſſini, ut idem Ludolfus III. 7. 17. hiſtor. annotavit.

In Canone Nicæno Arabico XXXVI. edit. Turriani, (Abr. Ecchellenſis XLII.) Epiſcopi Æthiopiæ mentio, ſed hunc Canonem commentitium eſſe probat Ludolfus in Commentario p. 282.

ADAD Axumitarum Rex Anno XV. Juſtiniani Imp. (CHriſti 541.) Chriſtianorum Religionem amplexus, traditur a Nicephoro XVII. 32. & à Cedreno, quod fabuloſum videtur præſtantiſſimo viro Jobo Ludolfo, qui de initio & progreſſionibus Religionis Chriſtianæ apud Habeſſinos copioſe diſſerit libro tertio Hiſtoriæ Æthiopicæ. Tamen & de *HELLESTRÆO* Æthiopiæ Rege, tempore ejusdem Juſtiniani Procopius lib. 1. de bello Perſico cap. 20. χριςιανός τε ὢν καὶ δόξης τῆς δὲ ὡς μάλιςα ἐπιμελόμενος.

—— Martyrolog. Rom. 27. Octobr. *In Æthiopia* S. Eleſbaan *Regis, qui CHriſti hoſtibus expugnatis, miſſo regio diademate Hieroſolymam tempore Juſtini Imp. monaſticam vitam, ut voverat, agens migravit ad Dominum.*

* Vide Phil. Baldæum p. 415. ſq.

De novem viris ſanctis, fidei Chriſtianæ in Æthiopia poſt Frumentium propagatoribus, Ludolfus III. 3. & in commentario pag. 282. ſeq.

Num *Athamus* Habeſſinorum Nagashius Muhammedi ad Islamiſmum ſe invitanti nomen dederit, vide eundem commentarium pag. 284 ubi contra Seldenum & Colomeſium illud negat.

De Hagiologio Habeſſinorum circa A. C. 1262 præfatio Jo. Baptiſtæ Sollerii S. J. ad tomum V. Act. Sanctorum Junii p. VII. De quibusdam Habaſſiæ metropolitis in hagiologio laudatis, Euſebius Renaudotus in Hiſtoria Patriarcharum Alex. pag. 105. ſeq.

Rex Abyſſinus magnis regionibus Africæ imperitans titulo utitur *illuſtiſſimi Dominatorum Religionis Chriſtianæ, & potentiſſimi Regum populi Nazareni, defenſoris acris finium Jeſuanorum, cuſtodis præceptorum Evangelicorum, arbitri æqui inter perſonas Chriſtianas & Muhammedanas; intincti in aqua Baptiſmi*. Vide Epiſtolam a Rege *Adjam Sagedi* ad Gubernatorem Generalem Batavorum in India, datam A. 1689. & obviam in Jobi Ludolfi relatione nova de hodierno Habeſſinæ ſtatu, edita Francof. 1693. fol. ubi exſtat quoque Epiſtola altera Regis *Aelaf Sagedi* miſſa A. 1673. in qua ſe vocat *decus ſectæ Jacobitarum*. Inſigne Regis, Leo crucem duplicatam tenens, cum inſcriptione, *vincit Leo de tribu Juda*. Summam poteſtatem Eccleſiaſticam in externis idem Rex exercet, *Abbunam* ſive metropolitam petente Rege mittit ordinatque Patriarcha Alexandrinus. Abbuna hic alios clericos ordinat, eidem ſubſunt etiam Monachi. * Patriarcham autem vel Archiepiſcopos aut Epiſcopos Abyſſini ignorant: neque Patriarcharum Latinorum ** e Luſitania miſſorum magna fuit in Abyſſinia auctoritas, uti laudatus Ludolfus III. 7. hiſt. Æthiopicæ annotavit, neque Miſſionariorum Franciſcanorum, Jeſuitarum, Dominicanorum ex Chriſtianis Abyſſinis Papæ ſervos facere geſtientium magnus ſucceſſus,

* De Monachis S. Antonii in Æthiopia, Joannes Balthaſar libro Valentiæ edito Hiſpanice 1609. 4.

** Patriarchas Æthiopiæ Jeſuitas ab A. C. 1555. refert Antonius Caetanus de Souſa in Commentariis Academiæ Regiæ Ulyſſiponenſis A. 1722. ſub init.

ſucceſſus, ut facile apparebit ſi quis conſulat ſcriptores † quos de rebus Æthiopum ſive Abyſſinorum ac ſpeciatim Eccleſiaſticis hoc loco juvat commemorare.

Scripta vulgata a Proteſtantibus.

M. V. la Croſe apologia pro Jobo Ludolfo adverſus Euſebium Renaudotum. *Journal literaire* T. IX. pag. 217. & in reſponſione ad Renaudotum. *Europe ſavante* A. 1719. *Août* p. 231.

Matthæi Dreſſeri Oratio de ſtatu Religionis & Eccleſiæ Æthiopicæ ſub Pretioſo Johanne. Lipſ. 1584. & cum aliis ejus Orationibus 1606. 8.

Mich. Geddes church hiſtory of Ethiopia. Lond. 1696. 8.

Jobi Ludolf Erfurtenſis, Hiſtoria Æthiopica libris IV. quorum tertius eſt de ſtatu Eccleſiaſtico, initio & progreſſu Religionis Chriſtianæ. Francof. 1681. fol. Specimen Commentarii 1687. 4. Commentarius ad hiſt Æthiopicam. 1691. fol. Relatio nova de hodierno Habeſſiniæ ſtatu ex India nuper allata 1693. fol. De verſione Gallica, Anglica, Belgica & Moſcovitica Hiſtoriæ vide Chriſtianum Junckerum τὸν μακαρίτην in Ludolfi vita edita Lipſ. 1710. 8. pag. 162. ſeq. Grammatica Amharicæ lingvæ. Frf. 1698. fol. Lexicon Amharico Latinum. 1698. fol. Lexicon Æthiopicum Lond. 1661. 4. & auctius Frf. 1699. fol. Grammatica Æthiopica. Lond. 1661. 4. Frf. 1702. fol. Pſalterium Dividis Æthiopice & Latine ibid. 1701. 4. Confeſſio Fidei, *Claudii* * Regis Æthiopiæ, poſt edit 1655. & Lond. 1661. & in Commentario ad Hiſt. Æthiop. pag. 237. etiam Halæ 1702. 4. Quæſtiones a Ludolfo propoſitæ *Gregorio* Habeſſino viro pio & docto. Journal de Hambourg A. 1695. T. 2. pag. 40. 57. 65. Henr. Wilhelm Ludolfi ad eum Epiſtola. Jo. Frid. Fellerus in ſemeſtribus p. 125. 130.

Dieterici

† Ludolfus vir ſummus præf. ad comment. in Hiſt. Æthiopic. Caſpar Sagittarius introduct. in hiſt. Eccleſ. p. 384. ſq. Alphonſus Laſor a Varea ſive Raphaël Savonavola T. 1. pag. 18. ſeq. Orbis calamo ſcriptorum delineati.

* Cum Ludolfi notis hæc Confeſſio exſtat ad calcem *B. Andreæ Sennerti* ſchediaſmatis de linguis Orientalibus. Witeb. 1681. 4.

Dieterici Lüderi quinque diſpp. de hiſtoria Imperii Abyſſini, Witeb, 1671. 4. quas diligentiſſime congeſtas Ludolfus commendat.

Jo. Henrici Michaëlis, Theologi Hallenſis Leben Petri Heylins. und Reiſe in Æthiopien. Hall. 1674. 8. Unſchuldige Nachrichten A. 1726. pag. 121. Auserleſene Theologiſche Bibl. T. I. p. 1121. ſeq. Journal des Sav. 1729. p. 159.

De infelici exitu miſſionum Franciſcanarum in Æthiopiam, & ſolis in eo præter Habeſſinos jam toleratis Armeniis Græcisque Chriſtianis, vide *D. Weiſmanni*, Theologi Tubingenſis Orationes p. 329. ſeq. Unſchuldige Nachrichten A. 1717. p. 474.

M. Jo. Ulrici Wildtii diſſ. de Eccleſia Æthiopica, Argentorat. 1664. ſub præſidio B. *D. Jo. Conradi Dannhaueri*, inter cujus etiam diſſertationes recuſa legitur.

A. Windhorn's Einleitung in die Habeßiniſche Theologie. Helmſt. 1719. 4. Unſchuldige Nachrichten 1719. p. 556.

Scripta a Miſſionariis ** & aliis Eccleſiæ Romanæ ſociis edita.

Emanuelis Almeyda litteræ ex Æthiopia A. 1626. Luſitanice, & Rom. 1629. 12. Italice. Ejusdem hiſtoria generalis Æthiopiæ ſuperioris, quam ſecutus *Telleſius*, hactenus inedita.

Verdadéra informaçam das terras do Preſte Joan, pello *P. Franc. Alvarez*, Capellan del'Rey de Portugal, Ulyſſipone 1540. fol. Legatiō magni Indorum Imp. Presbyteri Joannis ad Emanuelem Luſitaniæ Regem A. 1513. interprete *Damiano à Goes* Antwerp. 1532. † Dordraci 1618. 8. Hiſtoria de las coſas de Ethiopia, des eſtado y potentia del *Prete Juan* †† Emperador della, de la Religion y cerimonias

** Fratres Ordinis Minorum, Miſſionarii Æthiopiæ confirmantur A. 1701. in bullario Clementis XI. T. 1. Opp. p. 301. 631.

† De hoc Damiano qui A. 1552. Ulyſſipone obiit, vide Nic. Comnenum Papadopoli T. 2. hiſt. Gymnaſii Patavini pag. 200. De Davidis Regis Æthiop. litteris ad Clementem VII. Jul. Bartoloecius T. 1. Bibl. Rabbinicæ p. 43.

†† Supra pag. 691. ſeq.

nias de aquella gente, ſegun que fue teſtigo *Franc. Alvarez* Capellan del Rey don Manuel de Portugal, trad. por *Miguel de Selves*, en Toledo 1588. 8. Hiſtoriale deſcription del' Ethiopie, traduite du Portugais de *Franc. Alvarez*. Plus, une lettre *d' André Corſal*, Florentin, écrite de Cochin aux Indes en 1515. touchant ſes voyages, Anvers 1558. 8. Hoc opus qui ex Gallico vertit Italice *Jo. Baptiſta Ramuſius*, epitomen tantum operis nos habere demonſtravit. Venet. inter itinera varia 1563. fol. Denique Germanice Isleb. 1566. fol. Warhaſtiger Bericht von den Ländern des mächtigen Königs in Æthiopien &c.

Ludovici de Azevedo S. J. qui A. 1605. Æthiopes adiit & cum Lud. Caldera Novum Teſt. in Amaranum ſermonem vertit teſte Philippo Alegambe.

Jacobus Baratti, infra in Urreta.

Thomæ de Barros annuæ litteræ ex Æthiopia A. 1621.

Abraham Bzovius ad A. 1514. 1521. 1524. p. 539. ſeq.

Ludovici Caldeira calendarium feſtorum mobilium ſecundum computum anni Æthiopici.

Urban Cerri, état preſent del' Egliſe Romaine pag. 217. ſeq.

Chriſtophorus Columbus de Æthiopicis Inſulis nuper inventis, & de legatione Regis Æthiopum ad Clementem VII.

Adamii Conzenii, S. J. methodus doctrinæ civilis ſive Habeſſini regni hiſtoria. Colon. 1628.

Antonius Rodericus Coſtus res Æthiopicas pollicitus perſequi in Hiſtoria quam parat ſacra rerum ultramarinarum ab extremo ſæculi XIV. geſtarum a Luſitanis. Vide ejus Epiſtolam obviam in Commentariis Academiæ Regiæ Ulyſſiponenſis poſt 27. Maj. A. 1721.

Aloyſii Dulcebenii S. J. litteræ annuæ Sinenſes & Æthiopicæ 1622. ſeq. Rom.

Franciſci Echinardi tabula Geographica Abyſſiniæ. Giornale de' letterati di Roma 1670. p. 23. ſeq.

Mr. Fourmont, diſſ. ſur l' origine & ancienneté des Ethiopiens d' Afrique. *In memoriis Academiæ Inſcriptionum Pariſ. tomo VII.* Habeſſinos Arabicæ eſſe originis contendit *Steph. Morinus* p. 12. ſq. diſſ. De Habeſſinis in Arabia, *Jo. Gagnierius* ad Abulfedæ vitam Muhamedis pag. 24. vide & pag. 57. 95. 96. 99.

Nicolai Godigni S. J. de Abaſſinorum rebus, deque Æthiopiæ Patriarchis (Latinis) Jo. Nonio Barretto, & Andrea Oviedo libri III. Lugd. 1615. 8.

Damianus a Goës, ſupra in *Alvarez*.

Hieronymus Lobo ſive *Lupus* S. J. qui A. 1640. Indiam repetiit & A. 1678. 29. Jan. æt. 85. eſt defunctus, in itinere hiſtorico in Abysſiniam quod verſum ex MS. Luſitanico prodiit Gallice cum diſſertationibus Jobo potiſſimum Ludolfo oppoſitis interprete *M. le Grand** Paris 1727. 4. atque Amſt. 1728. 12. 2. Volum. Ex illis diſſertationibus quarta eſt de *Presbytero Joanne*, & nona de converſione Abyſſinorum ad Fidem Chriſtianam. Inter alia teſtatur ſe uſum litteris Miſſionarii *Enochi Eliæ*, qui in Abeſſinia fuit ab A. 1705. ad 1718.

Jo. Baptiſta Machaltus de rebus a Patribus S. J. geſtis in Æthiopia A. 1624. 1625. 1626. Paris. 8.

Tho. Malvenda IV. 13. de Antichriſto p. 230. ſeq.

Marmolius libro decimo Africæ T. 3. p. 142. ſeqq.

Alphonſi Mendeſii S. J. ſcripta complura huc pertinentia & magnam partem inedita quæ Romæ aſſervantur à Congregatione de propaganda Fide, memorat Sotwellus Bibl. Jeſuiticæ p. 36.

Didaci Ruiz de Montoya S. J. Catechiſmus pro Æthiopibus ad baptiſmum: editus curante Franciſco Reynoſo Epiſcopo Cordubenſi.

Franciſci Pacconi catechiſmi duo Æthiopico ſermone adverſus quosdam errores circa ſacramentum Baptiſmi qui in regno Angolæ invaleſcebant. Loandæ 1641.

Michaëlis de Pace, Luſitani S. J. annuæ litteræ ex Æthiopia A. 1619.

Gaſparis Paez, annuæ litteræ ex Æthiopia, A. 1624. 1625. 1626.

Petrus Paëz (Pays) S. J. lingua Amarana, quæ curialis in Æthiopia & cæteris cultior eſſe traditur, ſcripſit librum de Æthiopum erroribus: Præterea litteras de ſuo in Æthiopiam ingreſſu A. 1603. & de morte Imperatoris A. 1605. nec non annuas litteras A. 1617.

* Journal des Sav. 1729. p. 55. 154. Acta Erud. 1729. p. 397. Bibl. raiſonnée T. 1. p. 49.

A. 1617. Hiſtoriam Æthiopiæ ab eodem accurate ſcriptam ſervat Romæ Aſſiſtens Luſitaniæ Societatis JEſu. *Hæc Sotwellus p. 689. Bibl. Jeſuiticæ.*

Le voyage de *Mr. Poncet*, Medecin François, en Ethiopie. *recueil IV. des lettres edifiantes des miſſions*, Paris 1704. 1713. 12. *Mem. litteraires de Trevoux* 1705. p. 292. ſq.

Euſebius Renaudotus in apologia * pro hiſtoria Patriarcharum Alex. adverſum V. C. M. V. la Croſe. Gallice Paris 1717. 12. In hac pag. 162. diſſertationis ſuæ de Eccleſia Æthiopica ante plures jam annos abſolutæ meminit, ſed quæ necdum lucem vidit quod ſciam.

Gonſalvi Roderici de Abaſſinorum erroribus & Romanæ fidei veritate, ad Regem Æthiop. Claudium: & de ſua in Æthiopiam legatione & rebus cum Claudio Rege actis, de quibus etiam Nic. Godignus lib. de rebus Abaſſinor. c. 18.

Alphonſi ſive *Ildefonſi de Sandoval* S. J. naturaleça ſagrada y profana, coſtumbres, ritos, diſciplina y catechiſmo Evangelico de todos los Ethiopes. Hiſpali 1627. 4. & auctiore editione de inſtauranda Æthiopum Salute. Madrit. 1647. fol.

Joan dos Santos, Ethiopia Oriental e varia hiſtoria de cauſas notaveis de Oriente. Evora 1609. fol. *Nouvelles de la Rep. des lettres* 1685. p. 1160. *Acta Erud.* 1684. p. 598.

Rich. Simon hiſt. Critique de la creance &c. chap. XI.

Adami Tanneri S. J. anti-Chriſtus cum ſono Evangelii in Æthiopia & Sinarum regno promulgatus, memoratur a Philippo Alegambe p. 4. Bibl. Jeſuiticæ.

Balthaſaris Tellez, † S. J. generalis hiſtoria Æthiopiæ ſuperioris, & de rebus per Jeſuitas in ea geſtis. Luſitanice Conimbricæ 1660. fol. contracta ex commentariis *Emanuelis de Ameida*, *Alphonſi Mendeſii* & *Hieronymi Lupi*. Telleſium in hiſtoricis & Geographicis libenter ſequitur V. C. *Jobus Ludolfus*, ſed in rebus ad dogmata & ritus ſpectantibus *Gregorium* ſuum ſecutus non raro à Telleſio abſcedit.

* Journal des S. 1718. Juillet pag. 67. Mem. de Trevoux 1718. Octobr. p. 639.

† Philoſophical tranſactions T. 1. p. 974.

Franciſci Titelmanni, Ord. Minor. de religione, moribus & cerimoniis Æthiopum. Antwerp. 1534. 8.

Emanuelis de Vega, Luſitani, relatio de ſtatu Chriſtianitatis in Æthiopia ab A. C. 1624. ad 1626. deque ejus reductione ad Eccleſiam Catholicam, & de regni Tibet, ſeu magnæ Catajæ detectione. 1628. 4. Luſitanice.

Hiſtoria Eccleſiaſtica, politica, natural y moral de los reynos de la Ethiopia, monarchia del' Emperador llamado Preſte Juan de las Indias; por fray *Lues de Urreta* Ord. Prædicator. Valentiæ 1610. 4. Ejusd. hiſtoria de la ſagrada Orden de Predicadores en los remotos reynos de la Etiopia. id. 1611. 4. *Antonii Colazi*, S. J. additio ad hiſtoriam Æthiopicam Fr. *Ludovici de Urreta*. 1611. 4. Adverſarium Urretæ ſe profitetur etiam *Nic. Godignus*. Veſtigiis Urretæ inſiſtit *Jacobus Baratti* in ſuo itinerario Habeſſinico, quod ex Italico Anglice prodiit à G. D. Lond. 1670. 8.

Antonii Zuchelli relazione del viaggio e miſſione di Congo nell' Etiopia inferiore occidentale. Venet. 1712. 4. Neuer Bücher-Saal XXVIII. Tom. 3. pag. 263. Unſchuldige Nachrichten A. 1715. pag. 145.

Claudam hoc caput reſponſionibus Abba *Gregorii* ad quæſita Ludolfiana, quæ deſcripta nitide Æthiopico & Latino ſermone ſervat chariſſimus gener meus *Hermannus Samuel Reimarus*, Profeſſor Orientalum Linguarum in hac Urbe Hamburgenſi digniſſimus. Titulum reſponſiones illæ hunc præfixum habent:

THEOLOGIA ÆTHIOPICA,

ſive Mores & Religio Habeſſinorum, XII. Capitibus præcipua Fidei Chriſt. dogmata comprehendens. Quondam Abba GREGORIO *in aula Habaſſiæ Imperatoris Nobilium aulicorum Ephoro, Romæ ob Religionem, quam ſectabatur, patria exuli, ac inde ſumtibus Principis* ERNESTI * *piæ mem. Saxoniæ &c. Ducis GOTHAM A.* 1652. *evocato, per theſes ex variis Autoribus de rebus Æthiopicis ſcribentibus ad reſpondendum propoſita & collecta, opera nobiliſſimi Domini JOBI LUDOLFI, S. Cæſ. Maj. & Ducum Saxoniæ Conſiliarii.*

* Confer quæ ſupra p. 621.

CAPUT

CAPUT I. *De Sacra Scriptura.*

I. Sacra Scriptura apud Æthiopes LXXXI. libros: In Veteri Teſt. libros habent XLVI, in Novo autem XXXV. Inter hos autem computant VIII. libros qui Apoſtolis tribuuntur, *Manda* & *Abtelis* dictos.

II. Tria Concilia Generalia recipiunt: quartum, nimirum Chalcedonenſe non admittunt, ob damnatum Dioſcorum, Patriarcham Alexandrinum, atque rejectam doctrinam de una natura in CHriſto.

Reſponſio GREGORII.

Sacra Scriptura apud Æthiopes continet libros ſequentes: Tomus I. *Lex* dictus continet octo libros qui ſunt Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Tabernacula, Joſua, Ducum, Ruth. Tomus II. *Reges*, continet tredecim, Samuelis 1. 2. Hebræorum 1. 2. Minorum ſeu Inferiorum 1. 2. Eſræ 1. 2. Tobias, Judith, Eſther, Hiob, Pſalterium. Tomus III. *Salomon* continet quinque: Proverbia, Concio, Canticum Canticorum, Sapientia, Siracides. Tomus IV. *Prophetæ*, continet ſeptemdecim: Jeſaias, Jeremias, Threnorum, Baruch, Hezechiel, Daniel, Hoſeas, Joël, Amos, Obadias, Jonas, Michas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Haggæus, Zacharias, Malachias. Maccabæorum 1. 2. Et ſic in Veteri Teſt. dantur libri XLVI, quia Threni Jeremiæ Prophetæ ſeorſim computantur a libro Prophetiæ ejus. NOVUM TESTAMENTUM continet ſequentes. Tom. I. *Evangelium*. Matthæus, Marcus, Lucas, Johannes. Tom. II. *Acta*. Tom. III. *Paulus* continet XIV. Epiſtolas: ad Romanos, ad Corinthios 1. 2. ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Theſſalon. 1. 2. ad Timotheum 1. 2. ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Tom. IV. *Apoſtolus*, continet ſeptem: Jacobus. Petrus 1. 2. Joannes 1. 2. 3. Judæ. Viſio Joannis ſive Abucalemſis.

Verum ſunt nonnulli, qui Novo Teſtamento annumerant Librum *Synodus* dictum, qui in VIII. libros dividitur, quos Apoſtolicos vocant, & ſic illi XXVII. cum his VIII. libris, XXXV. conficiunt.

ciunt. Vox *Manda*, non eſt Æthiopica, Luſitanica fortaſſis, poterit eſſe Mandatum. Vox *Abtelis* Græca videtur & exponitur Canon.

Concilium Nicænum, Cpolitanum & Epheſinum recipiunt bene & obſervant in Æthiopia; non vero Concilium Chalcedonenſe. Etenim Dioſcorus Patriarcha Alexand. ibi expulſus & excommunicatus fuit. Ipſe autem non ſectatus eſt Eutycheten ſicuti nec Æthiopes. De cauſa vero hujus negotii exſtat ſcriptum in Æthiopia, quod ait: Dioſcorus expulſus fuit per æmulationem & injuriam â Conventu Chalcedonenſi, duas in CHriſto naturas dari. Et ob id Dioſcorus rupit diploma Leonis Patriarchæ Romani, quod miſerat illi.

CAPUT II. *De Deo.*

I. Credunt in nomen S. Trinitatis Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, qui Unus eſt Dominus, tria quidem nomina ſed una Divinitas: tres facies, una vero ſimilitudo.

II. Spiritus Sanctus apparens in ſpecie albæ columbæ, cum facie & figura Patris & Filii, apparuit in una Divinitate.

GREGORIUS.

I. De voce *Vultus* vel *facies* notandum, quod lingua Græca ſignificet ὑπόςασιν, quæ vox alias exponitur per vocabulum Perſona; ſicuti ſcriptum exſtat in Epiſtola Pauli ad Hebræos dicentis: Qui eſt in imagine ſ. ſimilitudine Vultus h. e. Perſonæ ejus. Propterea dicunt in Æthiopia, quod ſint tres facies i. e. perſonæ in una Deitate.

II. De eo autem quod apparuit Spiritus Sanctus in ſimilitudine Columbæ, ſcriptum exſtat in Evang. Matthæi: Et quod audita vox de cœlo â Deo Patre, Et Filius baptizatus fuit in aqua; Et ſic apparuit S. Trinitas.

CAPUT III. *De JEſu CHriſto.*

I. *Unam tantum naturam unamque voluntatem in CHriſto dari aſſerunt, quamvis ſine commixtione Divinæ atque humanæ Subſtantiæ.

II. Chriſtum

* Ed. Breerewood. l. 1. p. 109. Math. Dreſſerus de ſtatu Eccleſ. & Relig. in Æthiop. Phil. Nicolai l. 1. de regno CHriſti p. 34.

II. CHriſtum deſcendiſſe ad inferos, ubi erant animæ Adami atque filiorum ejus.

GREGORIUS.

I. JEſus CHriſtus poſt incarnationem ſuam in una Perſona perfectus DEus & perfectus homo eſt & erit in ſecula ſeculorum, idque ſine ſeparatione, ſine commutatione & ſine confuſione. Eutychen vero propterea, quod commiſcuit iſta, rejiciunt, atque excommunicatum cenſent.

II. De deſcenſu CHriſti ad inferos non dicunt Æthiopes, quod iſtud fuerit propter animam ſui ipſius, ſed propter animas Patrum. Verum enim vero deſcenſus CHriſti ad inferos non quidem reperitur in Symbolo Nicæno (quia Symbolum, quod vulgo Apoſtolicum vocatur, in Æthiopia non eſt in uſu). Reperitur autem in libro, cui Titulus: *Fides Patrum*. Præter hoc autem datur locus, ubi vox *Infernus* denotat *Sepulchrum*, idque in Pſ. XVI.

CAPUT IV. *De Spiritu Sancto.*

a) Spiritum Sanctum a Patre & Filio procedere.

GREGORIUS.

De Proceſſione Spiritus Sancti ſic loquuntur in Æthiopia: Procedit â Patre & ſumit de Filio, ſicut ſcriptum eſt in Evangelio b) Johannis.

CAPUT V. *De Baptiſmo.*

I. a) Octavo poſt nativitatem Die, circumciduntur tam mares quam fœmellæ, non quidem ſalutis conſequendæ cauſa, neque etiam ut cæteris Chriſtianis nobiliores, aut Deo acceptiores ſint, ſed more antiquitus recepto: quem jam dudum in deſvetudinem veniſſe perſvaſione b) Melitii Pigæ, Patriarchæ Alexandrini, Græci quidem Peregrinantes retulere.

II. c) Maſculos quadrageſimo, fœmellas octogeſimo die poſt circumciſionem baptizari.

III. d) Aqua, in qua baptizantur, exorciſmis conſecratur & benedicitur.

IV.

a) Tragazaabus in princip. b) Joh. XIV. 15.
a) Traga Zab. p. 221. b) Calixt. in apparat. Theol. p. 101.
c) Tragaz. d) ibid.

IV. e) Et ea ipſa die, qua baptizantur, venerabile corpus Domini accipiunt ſub exigua ſpecie panis.

V. f) Baptizati ſtella ſignantur; Jacobitæ vero (quorum religionem Abeſſini ut plurimum ſequuntur) ſignum Crucis fronti infantium cauterio inurunt. g) Hugo Linſchoten c. XL. *Itin.* ſui refert: *igneum baptiſmum Abaſſinis uſitatum eſſe, atque infantibus quatuor cruces inuri.*

VI. In h) memoriam Baptiſmi Chriſti, ſingulis annis in Feſto Epiphaniæ omnes baptizantur, non quidem ſalutis cauſa, nec alind feſtum majori hilaritate celebratur; Atque in eum finem lacus certi effoſſi ſunt, in quibus ſe aqua i) merſitant. Huc frequentes conveniunt, nudi in aquam deſcendunt, ubi Sacerdos impoſita manu ter illos ſubmergit, dicta conſveta formula: *Baptizo Te in nomine Patris & Filii & Spiritus S.* benedictione Signo crucis facta.

VII. k) Chriſtianorum liberos in utero matrum ſuarum electos eſſe, exemplo *Hieremiæ* Prophetæ & *Johannis* Baptiſtæ. Sanctificari enim ex eo, quod fœminæ gravidæ aſſumant venerabile corpus Domini, atque infantes inde capiant nutrimentum: Eosque ante baptiſmum potius dicendos Semichriſtianos quàm paganos.

GREGORIUS.

I. Infantes circumcidunt in Æthiopia octavo die ob conſvetudinem, & non ob Judaiſmum. (Cum autem opponeretur illi dictum Pauli ad Gal. v. 2. Si circumcidamini, CHriſtus vobis nihil prodeſt; reſpondit:) Quod autem Paulus ait in Ep. ad Galatas de circumciſione, id accipiunt de eo; Si quis id fecerit propter Judaiſmum. Certum autem eſt, quod usque in hodiernum diem ſervant circumciſionem in Æthiopia. Minime vero fit in Eccleſia, aut manu Parochi, quod abſit; ſed â fœminâ cujus id officium eſt, in ſecreto, neque vir ullus voluerit aſpicere illud. De Circumciſione fœmellarum non eſt res digna relatu.

II. Bapti-

e) Tragazab. f) D. Gerhard. loc. de Baptiſmo §. 70. allegans Bernh. Lucemburg. in Chron.
g) Joh. Lud. Gottfried Archontol. Cosmic. p. 715.
h) Traga-Zaab.
i) Gottfried. Arch. Coſm. l. c. k) Traga-Zaab.

II. Baptiſmus maſculorum *XLmo*, fœmellarum vero LXXX die olim peractus fuit. Nunc autem baptizant infantes ſuos pro lubitu ſuo, poſtquam circumciſi fuerunt die *Xmo* aut amplius, prout infirmiores vel robuſtiores fuerint. Ad hæc conſtituunt infanti Patrem Chriſtianiſmi (*Suſceptorem*) & cum baptizatur, inclinant eum verſus IV mundi plagas, in ſignum quod ſanctificetur DEO Domino Univerſi. Nec non inflant in eos; & manum imponunt eis, & ungunt membra eorum oleo ſancto, quod ſanctificavit Metropolita. Verum id neceſſarium non cenſetur, quia tale oleum ubique non reperitur. Ante omnia autem orant ſuper iis, prout moris eſt.

III. Nullatenus exorcizant Satanam ex aqua Baptiſmi, ſed tantum ex infante, dicentes: *Exi Spiritus immunde ex eo.* Aliàs utique preces ſuper aqua habentur.

IV. Non porrigunt S. Cœnam infantibus, tantum modo ora eorum illinunt pauxillo ex calice benedicto.

V. Signum Chriſtianiſmi viſibile non habent neque ſanguinis neque ignis. Quod autem Johannes de Baptiſmo ignis dixit, id impletum fuit tempore Apoſtolorum, cum Spiritus S. ſederet ſuper illo in figura ignis, ſicut ſcriptum eſt in Actis Apoſtolorum.

VI. De Baptiſmo annuo in Feſto Epiphaniæ res certa eſt. Verum non redeunt ad baptiſmum primum Chriſtianiſmi, neque reiterant illum, ſed tantum feſtum recordationis celebrant, in memoriam baptiſmi CHriſti, qui hoc die peractus fuit. Deambulantes in aqua, & cantantes magna lætitia, &, ſi dies jejunii fuerit, intermittunt illud hujus Feſti gratia. Univerſus autem Populus aqua non mergitur, ſed illi ſolum qui voluerint; nulla enim neceſſitas neque lex poſita eſt huic rei. Viri ac fœminæ ſeorſim, quilibet ſuo loco, ſuoque tempore lavantur. Aliqui dicunt Sacerdotibus, qui ibi quoque ſunt: *Benedicite nobis:* & benedicunt illis, dicentes: *Benedicat vobis DEUS*, & ſimiliter; non autem formula in primo baptiſmo Chriſtianiſmi uſitata utuntur.

VII. Non dicunt in Æthiopia quod infantes accipiant nutrimentum ex Evchariſtia matris ſuæ, neque etiam ante Baptiſmum Semi-Chriſtianos appellant. Norunt enim Evangelium Johannis,

quod legitur ſuper infante baptizando, quod dicit: Qui non regeneratus fuerit ex aqua & Spiritu S. non poterit intrare regnum DEI.

CAPUT VI. *De Sacra Cœna.*

I. a) Æthiopes ſacra utuntur cœna ſub utraque Specie & quidem pane triticeo azymo.

II. Tam Clerici quam Laici, ſæpe bis ſingulis ſeptimanis.

III. Nemini privatim ſed tantum publice in templis exhibetur, adeoque nec Rex neque Metropolita, nec quisquam alius quamvis ægrotus euchariſtia domi ſuæ utitur.

IV. Nec Sacerdoti nec Laico nec alii perſonæ cujuscunque conditionis ſumta Venerabili Euchariſtia exſpuere licet, à tempore matutino usque ad occaſum Solis.

V. Singulis diebus una tantum celebratur miſſa, quæ ſacrificii loco habetur, nec plures ex vetere inſtituto celebrare licet. Pro qua miſſa nullum pretium nec merces datur, nec Sacramentum Evchariſtiæ oſtenditur, ut in Luſitania fieri vidit Traga-Zaabus.

VI. Confirmatio & extrema unctio pro Sacramentis apud Æthiopes non habetur, neque in uſu ſunt.

GREGORIUS.

I. Æthiopes utuntur Evchariſtia Panis & Vini, ſive Sacerdos ſive laicus fuerit. Panis fermentatus eſt ſecundum morem Græcorum & Cophtitarum.

II. Tempus Evchariſtiæ ſumendæ in uniuscujusque arbitrio poſitum eſt, & ſi quis ſingulis ſeptimanis voluerit uti ea, non prohibent eum.

III. Verum eſt, neminem privatim Euchariſtia uti ob venerandum & honorandum myſterium. Verum brevi abhinc tempore cœperunt illud deferre ad ægrotos, poſtqvam in eccleſia prius ſanctificatum fuerit. Verum id tantum propter caſtra Regia fit, non autem in aliis remotioribus provinciis.

IV. Poſt

a) Trag. Zaab.

IV. Poſt ſacram Synaxin non exſpuere ſolent toto illo die, in honorem hujus myſterii.

V. Singulis diebus in unoquoque templo unam tantum celebrant Miſſam, idque ſine ulla mercede aut pecunia.

VI. Myſteriorum (*i. e. Sacramentorum*) certus numerus non eſt. Conſtat tamen illos dicere: Myſterium baptiſmi, Myſterium S. Cœnæ, Myſterium Confeſſionis. Alia Myſteria vel Sacramenta non ſunt in uſu.

CAPUT VII. *De Confeſſione.*

I. a) Cum peccatum commiſſum eſt, ſtatim ad confeſſarios accurrunt tam maſculi quam fœminæ, & quotiescunque confitentur, aſſumunt corpus Domini, etiamſi ſingulis diebus id fieret.

II. Confeſſarii pro magnitudine ſingulorum peccatorum pœnitentiam imponunt confitentibus.

GREGORIUS.

I. Si quis peccaverit, confitendi gratia ad ſacerdotem vadit pro lubitu ſuo, quia huic rei lex nulla poſita.

II. Illos, qui pœnitentiam profitentur, jejunare aut eleemoſynos dare jubent; imo ſi magnum fuerit peccatum, peccatores flagellari ſe patiuntur; quia dicunt: Caſtigemus noſmetipſos, ne caſtiget nos DEUS, ſed potius ut miſereatur noſtri.

CAPUT VIII. *De Miniſterio Eccleſiaſtico.*

I. In ordinem Presbyteri niſi poſt trigeſimum annum recipitur nemo, & quidem inito matrimonio; Spurii vero vel nothi nullo modo admittuntur. At monachi uxores non ducunt.

II. Mortua prima Uxore Epiſcopi aut Clerici aliam ducere non poſſunt, niſi diſpenſante Patriarcha; nec concubinam illis habere licet, niſi ſe à ſacris abdicare voluerint, quo facto, res Divinas amplius tractare nequeunt, idque tam ſtricte obſervatur, ut

Yyyy 2 Presby-

a) Traga-Zaabus p. 227. & 228.

Presbyteri ad ſecunda vota transeuntes, ne candelam quidem ſacram attrectare auſint.

III. In unaquaque Parœcia, quarum ultra IV in una urbe non reperiuntur, XIII dantur Clerici, qui munera Eccleſiaſtica obeunt, & in civilibus cauſis jus dicunt.

IV. Ordinatio Presbyterorum à ſolo Patriarcha peragitur, & ſæpe aliquot millia una vice ordinantur, quod bis in anno fieri ſolet. Nec ulla unquam concio parocho ad populum habetur.

V. Patriarcha Æthiopiæ Hieroſolymis â Monachis Abeſſinis eligitur; eum autem Alexandrinum eſſe oportet, ordinis Sancti Antonii Eremitæ.

VI. Patriarchæ munus eſt, contumaces excommunicare, addita inediæ pœna usque ad mortem, niſi reſipiſcant.

VII. Patriarcha mortuo ditiones ac reditus ejus ad Regem redeunt.

IIX. Monachi etiam civilibus muneribus funguntur atque aulicis nec non bellicis officiis occupantur.

IX Presbyteri, monachi & omnes Eccleſiæ miniſtri ſuo labore vivunt: Eccleſiæ enim nullas decimas ſed agros tantum habent, quos ipſi clerici & monachi ſua vel aliorum opera colunt, nec alias habent eleemoſynas, quam quæ gratis in templis offeruntur; nec licet eis vicatim mendicare aut eleemoſynas à populo extorquere.

X. Presbyteri capillos tondent & barbam promittunt, laici contra & comam alunt & barbam radunt. Iſti crucem in pectore, illi vero manu geſtant, ſimulque vas aqua benedicta repletum ferunt, qua tranſeuntes, nec non cibum & potum conſpergunt.

XI. In toto Abeſſinorum imperio nullæ ſcholæ publicæ dantur. Presbyteri vero liberos ſuos erudiunt, ut aliquando ſibi in officio ſuccedere poſſint.

GREGORIUS.

I. Olim nullus Presbyter creatus fuit ante trigeſimum ætatis annum. Nunc vero etiam minores natu conſtituuntur, illegitime natos nunquam ordinant. Quod vero ad matrimonia attinet,

niſi

niſi ordinandus jam habuerit uxorem, non cogunt eum (ut ducat aliquam) Poſtquam vero Presbyter creatus eſt, matrimonium contrahere non ſolet. Si monachus verus fuerit, nunquam ducet uxorem, ſed manebit in monaſterio ſuo. Si nihilominus id fecerit, non quidem caſtigatur in corpore, ſed valde contemtui habetur, atque caſa ſua expellitur. *Ad quæſtionem, quot anni probationis obſervarentur, & num vota jurata DEO nuncuparent, reſpondit :* Antiquis temporibus ferunt, illos probatos fuiſſe VII. annis, quibus monaſterio inſervire ſolebant. Nunc autem unico tantum anno ſervientes Monachatum ingrediuntur. Vota in Æthiopia non præſtant, neque etiam jurant, ſed tantum ſtipulanti ſpondet quisque, Se manſurum Cælibem; Relicturum mundum; Obtemperaturum legibus monaſterii & ſimilia.

II. Presbyter, qui ad ſecunda vota tranſit, deponitur ab officio ſuo, neque licet illi concubinam apud ſe habere.

III. Ædes ſacræ præ magnitudine oppidi alicujus una vel ad ſummum duæ dantur, quæ res legem non habet. Numerus Clericorum vero pro ratione redituum ſacrorum magnus vel parvus eſt; certus enim numerus definitus eſt. Presbyteri vero judicia nulla exercent, neque ſententias ferunt, id enim faciunt Judices Regis in omnibus cauſis.

IV. Cives unius Oppidi eligunt Presbyteros, quos ipſi noverunt. Sed Metropolita ordinat eos, quotcunque venerint ad eum. Conciones in Æthiopia non habentur, tantum legunt in Eccleſia Sacram Scripturam cum Liturgiis.

V. Patriarcha Alexandrinus cum Epiſcopis Ægypti, non autem Monachi Hieroſolymitani eligunt Metropolitam Æthiopiæ, quem vocant *Abbuna*. Iſte autem Æthiopibus *Papas* ſeu *Metropolita* Græcis vocatur. Neque ſemper Alexandrinus eſt, verum tamen Ægyptius ordinis *S. Antonij Eremitæ*.

VI. Metropolita excommunicat maleficos, ad inediam vero illos non condemnat. At hortatur excommunicatos, ne perſeverent in peccato, ſed pœnitentiam agant.

VII. Cum Metropolita mortuus fuerit, Rex capit prædia ejus opesque, quas mox novo Metropolitæ reſtituit.

VIII. Non decet monachos rebus ſecularibus præeſſe, aut negotia laicorum gerere. In caſtra Regia ſæpe qvidam veniunt, cum neceſſitas eorum id urget.

IX. Eccleſiis ſua ſunt prædia, de quorum fructibus Presbyteri vivunt; ſuntque illis coloni, qui arva eorum arant. Eleemoſynas dant illis, qui modo voluerint. Petere vero Eleemoſynas non ſolent, neque opus illis habent, quia prædia ſua illis ſufficiunt.

X. Æthiopes prolixam barbam amant: Quod vero de laicis dictum eſt, quaſi barbam raderent & capillos promitterent, id moris non eſt in Æthiopia. Sacerdotes cum in peregrinas regiones proficiſcuntur, crucem in manu habent, in ſignum Sacerdotii. Verum ſine Chriſto crucifixo, quia ſculptilia non amant, ſed picturas tantum. Laici qui voluerint, in pectore crucem gerunt. Aquam Sanctam (i. e. *benedictam*) in templis non habent. Si vero ægrotus id deſideraverit; Parochus legit Evangelium ſuper eum finaliter, illum conſpergit aqva, ut mos fert, atqve hanc aqvam vocant aqvam orationis.

XI. Scholæ ſecundum morem Europæ non dantur in Æthiopia. Qvi vero cupiverint, ut liberi ſui diſcant libros (*intelligere*), illos vel mittunt in qvoddam monaſterium, vel ad qvendam Presbyterum: vel ad alium qvendam Virum doctum in monaſterio. Unus *διδακτρον* ſolvit, alter non. Apud Presbyteros vero ſive pro mercede ſive pro famulatu diſcunt legere, ſcribere & libros intelligere.

Caput IX. *De Conjugio.*

I. Tam clerici quam laici ſingulas tantum habent uxores, qui ſecus fecerit, eccleſia arcetur, atque pro excommunicato habetur, nec recipitur, priusquam ſupernumerarias dimittat.

II. Benedictio Sacerdotalis non publice in Eccleſia, ſed privatim in domibus Paranymphorum peragitur.

III. Clerici Halleluja canentes ter thorum ambiunt, deinde cincinnos ſponſorum eosque reſectos ac melle tinctos permutant, eosqve aqva benedicta reſpergunt. Poſthæc ſeqvuntur epulæ,

qvæ

qvæ in multam noctem continuantur. Tandem ſponſa in domum ſponſi deducitur, unde menſis ſpatio non egreditur.

IV. Crebra apud Æthiopes contingunt divortia, etiam levibus de cauſis, qvamvis pœna reo conſtituta ſit. Ea vero ſacerdotibus non permittuntur.

V. Solent etiam ſecundum legem Moſaicam fratrum viduas ducere; qvamvis id tantum potentioribus concedatur.

GREGORIUS.

I. Polygamia ſimultanea illicita eſt in Æthiopia. Si quis autem hoc peccatum commiſerit, arcetur à Sacra Synaxi. Qui adulterium commiſerit, damnatur, ac bona rei dantur parti læſæ.

II. Sponſi non publice in Eccleſia conjunguntur, niſi Diaconi fuerint, qvibus Alleluja concinitur.

III. Abſciſſio & permutatio cincinorum ſponſi atqve ſponſæ, in tota Æthiopia in uſu non eſt, ſpecialis fortaſſe alicujus provinciæ mos eſſe poterit; Epulæ vero nuptiales habentur, ut & ſaltationes. Clericos autem ſeorſim in aliqua domo epulis excipiunt. Sponſus & Sponſa intra X dies non egrediuntur, lætantes interim cum cognatis ſuis.

IV. Si quis maritus repudiare voluerit uxorem ſuam, admonetur, ut concors cum ea maneat. Id ſi fieri non poſſit, ſeparantur à ſe invicem, non quidem per judices Eccleſiaſticos, qvi *Komaſat* dicuntur; ſed per Judices regios, (*civiles.*) Presbyteris vero non datur dimittere uxores ſuas. Qvod bona eorum ſpectat, qvi divortium faciunt, Pars lædens alteri dat bona ejus; Si vero mutuo conſenſu à ſe invicem ſeparentur, tunc æqualiter bona ſua dividunt.

V. Fratris defuncti viduam ſecundum legem Moyſis ducere moris conceſſi non eſt in Æthiopia; ſi quis vero id fecerit, prohibetur Sacra Cœna.

CAPUT X. *De Cerimoniis, aliisque rebus adiaphoris.*

I. In memoriam feriæ IVtæ, qua Judæi conſilium de occidendo

dendo CHriſto ceperunt; & feria VIta, quæ eſt paſſionis JEſu CHriſti, ſingulis ſeptimanis jejunare ſolent usque ad ſolis occaſum: Sabbato vero, excepto tempore qvadrageſimali, non jejunant.

II. XL. diebus Quadrageſimalibus, uti nec à Feſto Paſchatos usque ad feſtum Pentecoſtes pane & aqva jejunant. Alii herbis tantum & radicibus ac piſciculis nonnullis veſcuntur. Clerici atque Monachi fere oleribus tantummodo.

III. Monachi atque Moniales ſeveriſſimam agunt pœnitentiam, affligunt corpus ſuum, lumbos catena ferrea cingunt; qvidam toto tempore jejunii non ſedent, qvidam aliqvamdiu in aqua frigida collotenus ſtare ſolent.

IV. Sabbato æqve ac Die dominica ita feriantur, & ab opere abſtinent illo die in memoriam Creationis: hoc vero in memoriam Reſurrectionis CHriſti.

V. Septimana Paſſionis CHriſti, qvæ ſancta vocatur, opulentiores atratis vel cyaneis veſtibus incedunt; Lotionem pedum exercent. In feſto nativitatis CHriſti ſemet flagellant, aut â Sacerdotibus graviter flagellantur.

VI. Menſtruatæ poſt ſeptimum demum diem templa ingrediuntur, bene lotæ, veſtibusque mutatis. Puerperæ maſculorum quadrageſimo, fœmellarum vero octogeſimo die in Eccleſiam veniunt.

VII. Omnes non niſi nudis pedibus templa ingrediuntur. Ea enim ſimilia eſſe dicunt monti Sinai, ubi Moyſes calceamenta ſua exuere juſſus fuit; neque in illis ridere aut obambulare, aut de rebus profanis confabulari, nec ſpuere aut ſcreare licet.

VIII. In templis conſidere non ſolent, atque eam ob cauſam ante januas magna crucicularum copia in promptu eſt, qvibus inſtar claudorum inter ſacra innituntur.

IX. Ethnici ut & canes aliaque bruta animalia foribus templorum arcentur.

X. Ædes ſacræ duo vela habent, unum prope altare, cui campanulæ appendent; quod nemini introire licet, niſi ſacro qvodam ordine præditus fuerit, atque eam ob cauſam multi illuſtres

atqve

atqve nobiles Diaconi creantur, ne illis introitus denegetur. Aliud præterea velum datur in medio templi.

XI. Cibis immundis abſtinent ſecundum præcepta Moyſis & Apoſtolorum. Delectum vero ciborum ab ipſo verbo DEI conſtitutum eſſe ajunt, atque Verbum iſtud poſtea ex Maria virgine natum fuiſſe.

XII. Pictas imagines in templis admittunt, ſculptas minime. Parietes igitur picturis Sanctorum ornantur, S. Georgii præcipue, CHriſtum vero crucifixum haud depingere ſolent, ob triſtem ejus adſpectum.

XIII. IX. Dies Feſtos in CHriſti memoriam celebrant, veluti:

I. Annuntiationis.
II. Nativitatis.
III. Circumciſionis.
IV. Purificationis *Mariæ*.
V. Baptiſmi.
VI. Tranſfigurationis.
VII. Dominicæ Palmar. ſive Feſtum introitus CHriſti in urbem Hieroſol. ad paſſionem ſuam.
VIII. Reſurrectionis.
IX. Aſcenſionis.

XIV. Celebrant etiam diem mortis & aſſumtionis Mariæ Virginis. Ad hæc Imperator *Zera Jacobus*, XXXIII. feſta in honorem B. Virginis celebrari juſſit. Sed neque S. Mariam neque alios Sanctos invocant, quamvis honore maximo eam venerentur.

XV. Ad hæc in memoriam Nativitatis Servatoris noſtri XXV. cujusque menſis diem idem Imperator ſacrum eſſe voluit.

XVI. Nec non unum menſis diem in honorem Archangeli Michaelis.

XVII. Ex conſtitutione Apoſtolorum etiam S. Stephani aliorumque martyrum memoria celebratur.

XIIX. VII. in Æthiopia cathedrales tempore introductæ religionis Chriſtianæ ædificatæ fuerunt. Præcipua harum Auxumæ

 eſt.

S. Mariæ de Zion inde dicta ; quod lapides Altaris inde fuerint petiti. Ibi XLta Canonici & tot Monachi dantur.

XIX. Fœminæ templa non intrant, niſi in urbe *Batzua*, in qva ædes duæ: Una S. Michaeli pro Viris & altera S. Petri & Pauli pro fœminis.

XX. Numerus cœnobiorum incertus eſt. Unum Halleluja dictum XII milliaribus Auxuma diſtat, inde dictum, quod monachus quidam angelos ſic canentes illic loci audiverit.

XXI. Fœminæ, Monachorum clauſtra non ingrediuntur.

GREGORIUS.

I. Feria quarta propter conſilium Judæorum contra CHriſtum, & feria ſexta propter Paſſionem Domini noſtri JESU CHriſti (ſingulis ſeptimanis) in Æthiopia jejunare ſolent. At tempore Pentecoſtes jejunium nullum eſt, excepto tempore qvadrageſimali, uti nec die Sabbati.

II. Quadrageſimæ jejunium non ſola aqua & pane tranſigunt, Niſi unus vel alter ex Monachis fuerit, qui id pro lubitu ſuo facere voluerit. Carne autem diebus jejuniorum non veſcuntur, ob præceptum Eccleſiæ, quamvis non deſint, qui etiam Piſces carnem eſſe dicunt, ſicut ſcriptum exſtat in Epiſtola Pauli ad 1. Corinth. XV. 39.

III. Qvi vero carnem comedunt, ii ſibi non videntur jejunare. Quod de jejunantibus qvibusdam dictum eſt, quaſi *ſolis oleribus* aut radicibus contenti vivant, id de Eremitis intelligendum eſſe videtur, non de aliis.

III. Inter Monachos dantur aliqui, qui lumbos catena ferrea cingunt, pro lubitu nimirum, non certa quadam lege. Stare & non ſedere toto tempore jejunii, in Æthiopia moris non eſt. Id vero negari neqvit, olim repertos fuiſſe, qui tres vel quatuor horas in aqua frigida collotenus ſteterunt. Id vero nunc temporis in uſu non eſt.

IV. Die Sabbati ſulummodo arvum non arant, alia vero opera faciunt.

V. Tem-

V. Tempore Paſſionis CHriſti non exornant veſtes ſuas, non ob legem aliquam, ſed pro mero arbitrio. Neque etiam illa ſeptimana ſacram Synaxim celebrant, excepta feria qvinta. Illo die qvidam è Presbyteris pedes nobilium aut ſenum lavare ſolent ad imitationem CHriſti. Figmentum vero eſt, quod ſemet flagellent in Feſto Nativitatis CHriſti, quia feſtum hoc maxima lætitia transigitur.

VI. Fœmina menſtruata in Eccleſiam venire non ſolet, ſed vel domi manet, vel foras extra templum orat. Cum vero (primum) in publicum egreditur, mutat veſtes ſuas. Puerpera, qvæ marem peperit, XL. diebus: qvæ puellam, LX. domi ſe continet.

VII. Abeſſini templum ingreſſuri, exuunt calceos ſuos, non qvod Moyſes exuerit calceos ſuos in monte Sinai, ſed in honorem Eccleſiæ, ſicut etiam in palatiis Regum aut aliorum Virorum illuſtrium fieri ſolet. Calcei autem in Æthiopia non more Europæorum, ſed Orientalium, in ſpecie Armeniorum confecti ſunt. Non exſpuere ſolent in templis: ſi vero aliqvem natura ad hoc ſubegerit, is foras exit. Tuſſire vero aut ſcreare neminem prohibent. Id vero certum eſt, qvod in templis, maxime cum S. Synaxis habetur, non diſcurſitant, nec turbas cient, ſed quiete & ſilentes ſacris interſunt.

VIII. Tempore Sacræ Cœnæ omnes ſtant, alio vero tempore licet illis ſedere. Cruciculæ autem ſufficientes adſunt pro illis, qvi eis indigent.

IX. Ethnici ipſi timent intrare Templa Chriſtianorum.

X. Singulis Templis ſingula vela ſunt, & qvidem ſine tintinabulis. Cum vero S. Cœnam agunt, campanula ſignum dant, ut auſcultent Evangelium. Dum vero Eccleſia habetur, nemo intrat nec ſedet intra velum, niſi Clerici; qvamobrem nobiles dantur, qui creari ſe faciunt diaconos qvamvis ſine ullo miniſterio, tantum ut poteſtatem habeant, in (honoratum) illum locum intra velum ingrediendi.

XI. Quod ad lege Moſaica vetitos cibos ſpectat, plerique Abeſſinorum illis non veſcuntur, non Judaiſmi gratia, ſed conſvetudinis ergo. Nemo enim libenter de cibis inſolitis edere ſolet.

Deliramentum autem merum eſt, quod dicitur de verbo DEi, per qvod differentia ciborum conſtituta ſit, qvaſi poſtea natum fuerit ex Maria. Sic nullatenus loqvuntur nec ſcribunt Æthiopes.

XII. Picturas in templis habent, ſed nullas imagines ſculptas nec fuſas. Sanctus Georgius Lyddenſis ſæpius depictus exſtat. Etiam imago Crucifixi, ſed nunquam ſculpta nec fuſa. Cruces autem per ſe tam ſculptæ quam fuſæ reperiuntur.

XIII. IX. Feſta in Memoriam Domini noſtri JEſu CHriſti celebrant. Feſtum Baptiſmi ejus in Epiphania eſt. Etiam ſingulis menſibus Feſtum S. Stæ Trinitatis peragitur.

XIV. S. Mariæ Virginis duo feſta habent, Nativitatis & Mortis ſeu Aſſumtionis ejus, qvæ maxima hilaritate obeunt. Sunt quidem & alia nonnulla numero XXXIII. Verum IV. vel V. tantum ex illis celebria, reliqva vero minus celebria ſunt. Ad hæc illam utpote Deiparam honorant, laudantes & genu flexo venerantes eam propter ſanctitatem ejus. Etiam invocant eam ſicuti alios ſanctos, ut nimirum intercedant pro eis. Et certum eſt, quod ſe commendent itercesſioni illorum.

XV. Singulis menſibus feſtum Recordationis habetur in memoriam Nativitatis Servatoris noſtri JEſu CHriſt, cui ſit gloria. Verum non incidit in vigeſimum quintum ſed XXIX. Menſis *Decembris* ſecundum Computum Eccleſiæ Æthiopicæ.

XVI. Michaelis Archangeli Feſtum habetur XIImo quoque unius cujusque menſis die, ſed tantum unus & alter celebris eſt. Etiam Archangelus Gabriel feſtum ſuum habet menſe Decembri.

XVII. In libro *Synodus* dicto conſtitutum etiam eſt Feſtum S. Stephano Protomartyri.

XIIX. In Urbe Auxuma, qvæ Metropolis Regni Tigre eſt & olim totius Æthiopiæ Regia fuit, magnum datur templum, cui nomen Zion Mariæ. Sunt ibi Canonici, at nulli Monachi. Quod de VII. Baſilicis Æthiopiæ narratur, incerta res eſt, neque etiam illud conſtat, qvod de nominis illius origine aſſeritur. Qvoniam multa alia hujus nominis templa dantur. Canonici Æthiopiæ uxores

ſuas habent; & ſcriptum exſtat in Æthiopia, quod Hieroſolymis venerint è tribu Levi. Habent in omnibus Æthiopiæ provinciis ſua prædia, Regi vero tributa non pendunt.

XIX. Fœminæ in templa veniunt (excepto, ut ſupra diximus, menſtrui tempore) etiam apud monachos. Oppidum *Batzua* non datur in Æthiopia; at Matzua inſula eſt maris rubri, ubi olim etiam Chriſtiani habitaverunt.

XX. Monaſterorium Æthiopiæ certus numerus non eſt. Monaſterium *Alleluja* unius diei itinere Auxumâ diſtat. Et ſunt, qui dicunt, Cantum Angelorum illic auditum fuiſſe.

XXI. Clauſtra monachorum fœminæ initio ingreſſæ non ſunt. Nunc autem certo definita res eſt, nec ulla lege prohibita.

CAPUT XI. *De Eccleſiæ Capite viſibili.*

I. Abeſſini ab exordio primitivæ Eccleſiæ Romanum Pontificem ut primum Epiſcopum agnoverunt, cui etiam hodierno die ut CHriſti Vicario parent.

GREGORIUS.

Quod Patriarchas Eccleſiæ Chriſtianæ ſpectat, libenter admittunt omnia, quæ in conciliis habitis ante Concilium Chalcedonenſe conſtituta ſunt. In illis autem ſcriptum exſtat: Patriarcham Romanum eſſe primum in ordine & Seſſione. Quod vero poteſtatem ejus in Eccleſia concernit, majorem non habet quam reliqvi Patriarchæ. Æthiopia autem paret Patriarchæ Alexandrino. Nulla autem hodie eſt amicitia cum Romanis.

CAPUT XII. *De Morte, Mortuorumque Sepultura.*

I. Nullam pro remiſſione animarum faciunt miſſam, ſed mortuos prælatis crucibus ſepeliunt, in qvodam certo loco. Super qvos inter alias Orationes initium Evangelii Johannis legitur.

Poſtridie eleemoſynæ pro iis offeruntur, idque poſtea certis diebus repetitur, ſimulque epulæ funebres habentur.

II. Purgatorium credunt, ſed Sabbato atque Die Dominica animabus quietem concedi, iisqve eleemoſynas prodeſſe. Indulgentias autem pro remiſſione peccatorum à Patriarcha nullas dari, id enim ſoli DEO competere.

GREGORIUS.

I. Mortuos vel in templis vel in ambitu illorum ſepeliunt, hymnis & orationibus, neque ſolum initium Evangelii Johannis ſed & alias lectiones afferunt: & cum effertur mortuus, crux præcedit, ſed nullam ſupra collocare ſolent. Ad hæc eleemoſynas pro defunctis dare conſveverunt.

II. Purgatorium ignorant, quia duo tantum loca credunt, qvo animæ defunctorum commigrant. Aliqvi aſſerunt, animas fidelium ſtatim poſt mortem intrare in regnum cœlorum, ſicuti anima illius latronis pœnitentis in cruce, cui Dominus noſter dixit: Hodie mecum eris in Paradiſo. Sunt etiam aliqvi, qvi dicunt: Animas beatorum Regnum cœlorum non intrare ante adventum CHriſti, & reſurrectionem mortuorum. Metropolita Æthiopiæ indulgentias non impertitur, id enim ſoli DEO competit.

CAPUT XLVI.

De Chriſtianis in ÆGYPTO & aliis AFRICÆ partibus, regnis ac provinciis.

QVæ CHriſto jam puello præbuit perfugium Ægyptus, eam Palæſtinæ viciniorem inter primas regiones etiam Evangelii præcones adiere: illa quippe ſuperſtitionibus maxime dedita, præcæteris luce ſalutaris doctrinæ indigebat. Procopius Gazæus ad hæc Eſaiæ XIX. 1. *Ecce Dominus, & veniet in Ægyptum & concutientur*

tientur manufacta Ægypti a facie Ejus : pag. 263. *Ταύτης γὰρ τῆς ἐπιδημίας οἱ κατ᾽ Αἴγυπτον ἐξαιρέτως ἐδέοντο δεισιδαιμονέστατοι γεγονότες ἁπάντων, ὡς καὶ μέχρι τῆς τῶν ἀλόγων ζώων ἐκπεπτωκέναι λατρείας.* adde p. 191. ſq. 271. ſq. Sozomenus V. 21. ad eundem Eſaiæ locum reſpiciens : *αὐτομάτως σεισθῆναι καὶ πάντα τὰ ξόανα τῶν Αἰγυπτίων ἐπιδημήσαντος τότε αὐτοῖς τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν Ἠσαΐου προφητείαν.* Epiphanius in vita Jeremiæ Prophetæ Tom. 2. pag. 239. *οὗτος ὁ Προφήτης σημεῖον ἔδωκε τοῖς Αἰγύπτου ἱερεῦσιν, λέγων ὅτι δεῖ σεισθῆναι πάντα τὰ εἴδωλα αὐτῶν, καὶ συμπεσεῖν τὰ χειροποίητα πάντα ὅταν ἐπιβῇ ἐν Αἰγύπτῳ παρθένος λοχεύουσα σὺν βρέφει θεοειδεῖ. καὶ ἐγένετο αὐτοῖς.* Reſpicit verba Jeremiæ XLIII. ult. *Et conteret ſtatuas Heliopoleos & quæ in terra Ægypti, & delubra Deorum Ægypti comburet igni,* adde Iſ. Caſauboni Exerc. 2. ad Baronium c. 14.

Africam (quam ab Afare Midianis filio dictam notavit Anaſtaſius Sinaita qvæſt. 28.) ab Aſia ſinus diſtinguit Arabicus : Sinui Arabico proxima adjacet Africæ regionum clariſſima Ægyptus, in qua veteres communi conſenſu MARCUM Evangeliſtam a PETRO Apoſtolo miſſum teſtantur docuiſſe, & ab illo ſucceſſionem *Epiſcoporum Alexandrinorum* repetunt, de qua videndus *Henricus Dodwellus* diſſ. de ſucceſſione Romanorum Pontificum c. VI. p. 53. ſq. ubi Euſebii & antiqviorum, qvos ille eſt ſecutus, ſcriptorum rationes cum junioribus, Syncello, Eutychio, Nicephoro aliisque confert. Hieron. Epiſtola ad Evagrium : *Alexandriæ à Marco Evangeliſta uſque ad Heraclam & Dionyſium* (qvem ex Sabaiſmo converſum ferunt circa A. C. 264.) *Epiſcopos, Presbyteri ſemper unum ex ſe electum in excelſiori gradu collocatum Epiſcopum nominabant.* Plura de originibus Chriſtianis in Ægypto & de ÆRA MARTYRUM a) qua Ægyptii & Æthiopes utuntur, quæque ab 29. Auguſti A. C. 284. incipit, *Athanaſius Kircherus* in prodromo Copto capite 2. *Eutychij* Alexandrini Patriarchæ origines Alexandrinæ ex Chronico ejus (qvod in A. C. 940. deſinit) excerptæ & cum notis *Jo. Seldeni* b) editæ Lond. 1642. 4. & in Tomo

a) Vide Allatium de conſenſione Eccleſ. Orient. & Occidental. pag 1006. Scaligerum de emendatione temporum lib. V. p. 494. ſeq. & lib. VII. pag. 689. ſeq. Baronium & alios ad A. C. 284.

b) Objectionibus Abrahami Ecchellenſis in Eutychio vindicato

Tomo 2. Operum à Clariſſ. Viro Davide Wilkinſio junctim editorum A. 1726. fol.

Vehementer mecum dolebunt veteris Chriſtianæ memoriæ ſtudioſi, juſto Operi quod de Alexandriæ antiquitatibus parabat vir doctiſſimus & admirandæ induſtriæ, *Humfredus Hody*, fata interceſſiſſe. Interim de ſucceſſione Epiſcoporum & Patriarcharum Alexandrinorum conſulendi, præter alios a me T. 6. Bibl. Græcæ p. 597. laudatos *Jo. Mich. Wanslebius* Dominicanus, ſcriptorem Arabem *Abulbaracat* ſecutus, & ab A. C. 1363. in quo ille deſinit, notitiam illam deducens ad ſua tempora, ad calcem libri Gallice editi: Hiſtoire del' Egliſe Alexandrine fondeé par S. Marc. Paris 1677. 12. *Abraham Ecchellenſis* in Chronico Orientali *Abu-arrahebi* quod inter ſcriptores Hiſtoriæ Byzantinæ lucem vidit Latine verſum, atque pertingit uſque ad A. C. 1250. Venetiis autem jam cum iisdem Hiſt. Byzantinæ ſcriptoribus recuditur, addita diſſ. Viri præclari, *Joſephi Simonii Aſſemani*, Bibl. Vaticanæ cuſtodis. *Jo. Baptiſta Sollerius* S. J. in Actis Sanctorum tomo quinto Junii, Antwerp. 1708. fol. quæ eadem Acta quoque conſulenda T. 3. Februar. 28. p. 729. ſqq. ubi de *Proterio* qui in Dioſcori locum Patriarcha electus A. 451. in Concilio Chalcedonenſi. *Euſebius Renaudotus* in hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum ad præſens uſque tempus, Pariſ. 1713. 4. qui idem vir doctus tomo 1. liturgiarum Orientalium pag. 363. ſeqq. obſervat a tempore Dioſcori primi, præſertim vero poſt captam a Saracenis ab A. 639. ad 641. Ægyptum, duos ſemper fuiſſe Patriarchas Alexandrinos, Catholicum unum ſive *Melchitam*, alterum Jacobitam ſive *Coptum*: ubi etiam ritum ordinationis c) Patriarchæ Coptitarum Latine exhibet, converſum ex Pontificali Bibliothecæ Segvierianæ ſive Coislinianæ. Vitæ Patriarcharum Alexandrinorum XLVI. ex Coptico Arabice verſæ à *Michaële* filio *Nadiri*, Diacono ex celeberri-

Rom. 1661. 4. & Dionyſii Petavii in dogmatibus Theolog. de hierarchia Eccleſiaſtica, reſpondet Seldenus præfat. ad ſcriptores rerum Anglicarum.

c) Confer editum ex Kircheri verſione in Allatii ſymmictis pag. 239. & in Jo. Morini opere de ſacris Eccleſiæ ordinationibus pag. 442. ſqq.

berrimi Salomonis Van Till Bibliotheca MStæ apud Nobiliſſimum virum Zacharium Conradum ab Uffenbach, Reip. Francofurtenſis Conſulem.

In antiqvis Notitiis Epiſcopatuum Eccleſiæ Africanæ reperio ἐπαρχίας ſive Provincias Αἰγύπτου α΄, Αἰγύπτου β΄, Ἀρκαδίας, Ἀφρικῆς ἀνθυπατικῆς, Αὐγουσταμνίκης α΄, Αὐγουσταμνίκης β΄, Βυζακίας, ſive Βυζακηνῆς, Θηβαΐδος α΄, Θηβαΐδος β΄, Λιβύης, Λιβύης πενταπόλεως, Μαυριτανίας α΄, Μαυριτανίας β΄, Νουμιδίας, Τριπόλεως.

In Ægypto prima hæ Epiſcoporum ſedes, in iisdem Notitiis ſignantur: Ἀθριβί, Ἀλεξάνδρεια, ἡ Ἀλεξανδρέων χώρα. Ἀνδρονικιάς. ἡ Ἀντινόου. Ἀρσενείτις. Βούβαστος, Διόσπολις, Ἑρμέθη, Ἑρμούπολις, Ἡλιου, Ἡρακλέους, Θηβαΐς, Θμουΐ, Κλεοπατρὶς, Κόπτος, Κόσος, Κοτρίδεως κώμη, Κουσαὶ, Κυνὼ, Κυνὼ καὶ Βούσιρις, Λεοντούπολις, Λεοντὼν, Λητὼ, Λυκώ, Μανελαιτῶν, Μαξιμιανούπολις, Μαρεώτης, Μεμφὶ, Μετηλὶ, Μίλλεως, Ναυκράτεια, Νειλούπολις, Νικιοὺς, Ὀνοῦφις, Ὀξύρυγχος, Πηλούσιον, Πτολεμαΐς, Σάϊς, Σεβεννύτις, Σόνδρα, Σχεδία, Τάνις, Ταῦα, Τάφνα, Τεντύρα, Τερνούθης, Φακουσαὶ, Φαρβεθὼ, Φθενεγὺ, Ψάνεως κώμη.

In Ægypto ſecunda: Βούσιρις, Διόσπολις, Ἐλεαρχία, Κάβασα, Κεινὼ, Ξόεως, κώμη Παριάνη, Παχνέμονις, Ῥεγεὼν παράλιος κώμη Ῥηχομήριον, Σβέννυτος, Φραγόνης.

Monachorum & *Eremitarum* inſtituta notum eſt in Ægypto duxiſſe initia poſt medium ſæculi tertii à Paulo Thebano, S. Antonio cujus vitam Athanaſius ſcripſit, Antoniique diſcipulis Amatha & Macario, nec non S. Amune, Pachomio &c. de quibus Rufinus, Theodoritus, Palladius aliique: & è recentioribus Tillemontius tomo ſeptimo memoriarum. Quamvis etiam Græcæ lingvæ uſus per Ægyptum obtineret, tamen Ægyptiaca qvoqve lingva jam a ſæculi tertii medio ſacras Scripturas ab Ægyptiis lectitatas colligit vir laudatiſſimus, qvi ex Codicibus Bodlejanis, Vaticanis & Pariſienſibus primus verſionem *Copticam* ſive Ægyptiacam Novi Teſtamenti in lucem edidit cum verſione Latina, Oxonii 1716. 4. atque idem Pentateuchum & Prophetas * eadem lingua ad editionem paratos habet. Ita enim ille in eruditis ad hanc verſionem prolegomenis pag. V.

* Hiſt. Critique de la Rep. des lettres T. 8. p. 428.

Scriptores equidem illius ævi alto ſilentio annum & auctores pii hujus operis nobis haud detegunt, non obſcuro tamen argumento ex Athanaſio & Palladio *elici poteſt* Novum Teſtamentum Ægyptium *jam circa medium ſeculi tertij extitiſſe.* Antonius *Ægyptius, genere nobilis, Chriſtianis parentibus ortus & in fide Chriſtianæ ſedulo inſtructus, cum aliis Ægyptiis Græcæ linguæ ignaris aſſiduæ Bibliorum lectioni vacabat, utpote in qua primævi Chriſtiani primarium Religionis ſuæ cultum collocabant. Aſſerit autem* Athanaſius *Tom. I. opp. p. 796.* Antonium *juvenem adhuc XVIII. vel XX. annorum in Eccleſiam ingreſſum eſſe ac audiviſſe Evangelium legi, unde argumenta ad vitam aſceticam ordiendam collegit, id quod factum eſt circa Annum Chriſti CCLXXI. Lectio autem Evangelij præſupponit verſionem ejus extitiſſe, & quidem* in lingua Ægyptia, *quia Antonius litterarum & linguæ Græcæ plane ignarus fuit, uti idem* Athanaſius *in vita ejus affirmat* ὅτι μὴ μεμάθηκε γράμματα *Antonius, quod duobus Græcis Philoſophis, qui Antonium viſitaverunt,* ἔφη δι᾽ ἑρμηνέως; *quod Oratio Antonii ad Monachos in lingua Ægyptia ab eo ſit conſcripta, quam Monachi deinde Græca loquela expreſſerunt, uti habet Clariſſ. Huetius I. de Clar. interpr. p. 169. quod Græcis Sapientibus qui de fide in CHriſtum diſceptandi cauſa ad eum accedebant,* per interpretem *reſponderit Antonius.* Palladius *Chryſoſtomi diſcipulus utriusque linguæ Græcæ & Ægyptiæ gnarus (uti de ſe ipſo ait) c. 26. Hiſt. Lauſiaca, de* Cronio *Presbytero Nitriæ dicit, quod deſcenderit in monaſteria Alexandriæ, ibi colloquia de fide inſtituerit cum Antonio, qui Græca neſciebat,* καὶ λαβὼν εὐαγγέλιον εἰς πίστιν τῶν ἀκουόντων τέθεικεν, ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν. *S.* Auguſtinus *in libri primi de doctrina Chriſtiana Prologo ait: "Quod S. Antonius Monachus ſine ulla Scientia litterarum Scripturas divinas & memoriter audiendo tenuiſſe, & prudenter cogitando intellexiſſe prædicatur. Præterea à* Theodoreto *Tom. IV. Serm. 5.* περὶ φύσεως ἀνθρώπου *pag. 555. edocemur Prophetarum & Apoſtolorum Scripta in linguam Ægyptiam quoque fuiſſe translata:* ἡμεῖς τῶν ἀποστολικῶν καὶ προφητικῶν δογμάτων τὸ κράτος ἐναργῶς ἐπιδείκνυμεν. πᾶσα δὲ ἡ ὑφήλιος τῶν λόγων ἀνάπλεως, καὶ ἡ ἑβραίων φωνὴ οὐ μόνον εἰς τὴν ἑλλήνων μετεβλήθη ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ῥωμαίων καὶ αἰγυπτίων καὶ περσῶν καὶ ἰνδῶν καὶ ἀρμενίων καὶ σκυθῶν καὶ σαυρομάτων καὶ συλλήβδην εἰπεῖν εἰς πάσας γλώττας αἷς ἅπαντα τὰ ἔθνη κεχρημένα διατελεῖ. *Ut nihil dicam de Martyrologio Coptico Romæ adſervato, ex quo & ex* Nicephoro *Kircherus Verſionem noſtram ante* tredecim ſecula, *ſuo tem-*

pore,

pore, jam compoſitam eſſe affirmat; mihi ſufficit præter ea quæ adduxi argumenta, maximam Verſionis Ægyptiæ antiquitatem ex Græcæ linguæ inter Chriſtianos illos defectu, & magna primorum Monachorum pietate, quorum unicum ſtudium erant Sacræ litteræ, adſtruere.

Omitto referre, quam multos, quam præclaros doctores, Pantænum, Clementem, Tatianum, Ammonium, Origenem aliosque quarto inprimis & quinto ſæculo Eccleſiæ præbuerit Ægyptus, ut Religio Chriſtiana vix usquam lætiores ſucceſſus habuiſſet quam in Ægypto, niſi hæreſium ſchiſmatumque longis & graviſſimis contentionibus diſtracta miſere fuiſſet ad invaſionem uſque funeſtam Saracenorum. De Catechetis Alexandrinis dictum ſupra p. 187. ſeq.

De Ægypto per Saracenos occupata exſtat liber dignus lectu *Simonis Ockely* Anglice editus Lond. 1708. 8. qui inſcribitur, *the conqveſt of Syria, Perſia and Ægypt by the Saracens.* Alexandria capta eſt ab Amro Saracenorum duce A. C. 641. a quo cum Joannes Philoponus rogaſſet ut libros Philoſophicos qvi in Bibliothecis regiis ſervarentur, ſibi permitteret, tulit reſponſum, hoc injuſſu Caliphæ Omari fieri non poſſe. At Omarus ab Amro conſultus (Abulpharaio teſte in hiſtoria dynaſtiarum p. 114.) reſpondit: *ſi in libris, de quibus rogas, contineatur quod cum libro DEI* (Alcorano) *conveniat, in libro DEI eſt quod ſufficiat absque illis: quod ſi in illis fuerit quod libro DEI repugnet, neutiquam eſt illis opus, jube igitur e medio tolli.* Juſſit ergo Amarus diſpergi eos per balneas Alexandiæ, quibus calefaciendis per ſpatium ſemeſtre conſumti ſunt.

Quam parum Religionis Chriſtianæ, quam parum litterarum ſucceſſibus faverit hæc Saracenicæ irruptionis & victoriarũ fortuna, ac potentia firmata Saracenorũ, continuataque in præſens uſque Turcarũ Imperium, conjecturã hinc facere quilibet poteſt, & hiſtoriarũ monumennumenta teſtantur. Nec tamen in Ægypto deſierunt eſſe Chriſtiani, Græci alii, alii qvos COPTOS appellant: ita dictos vel corrupto Ægyptiorum a) aut Jacobitatrum b) nomine, ſive ἀπὸ τῆ κόπτεσθαι

a) Copti, qvaſi Ægyptii, Gyptii, Kupti, Gophti. Vide Andreæ Maſii præfat. ad Moſen Mardenum de Paradiſo & Jo. Morinum de ſacris Ordinatt. p. 440. 504.

b) Copti, veluti Cobitæ, Jacobitæ, notum enim jampridem cum illis ſentire. vide Eutychium T. 2. annal. p. 387.

θαι c) quod inſtar Æthiopum circumcidantur, ſive a Copto d) urbe metropoli Thebaidos, ſive denique à Copto e) Miſraimi filio: Atque majorem longe Coptorum quam Græcorum Cairi eſſe numerum, pridem queſtus eſt Cyrillus Lucaris Patriarcha Alexandrinus Epiſtola ad Joannem Uyterbogardum de ſtatu Eccleſiarum Græcarum f) quamquam ubi 600000. fuere olim Coptorum, hodie vix 1500. reperiri, Gemellus Carreri g) teſtatum reliqvit.

In Pontificali Coptico memorantur Coptorum Epiſcopatus quinquaginta, ſed hodie decem Epiſcopos h) Coptos eſſe tradit *P. C. Sicardus.*

c) Cyrillus Lucaris apud Jo. Aymonum, monumens avthentiques p. 156. Jo. Baptiſta Sollerius ad tractatum de Patriarchis Alex. appendice de initiis, erroribus & inſtitutis Copto Jacobiticis, ante Tomum V. Act. Sanctorum Junii. Memoir. de Trevoux A. 1709. Juillet pag. 1131. ſeq. A. 1717. Novembre pag. 1764. Journal des Sav. 1718. pag. 26.

d) Ita præter Kircherum, Rich. Simon hiſt. Critique de la creance des nations du Levant chap. X. & Joſepus Abudacnus.

e) Gemelli Carreri voyage du tour du Monde T. 1. pag. 188. *Caphtorim* Geneſ. X. 14. & 1. Chron. I. 12.

f) Apud Jo. Aymonum, monuments avthentiques p. 157. *Ibi ergo Coptæ iſti tam multi ſunt; ut ſi Græci certatim illis numerarentur, quomodo, de Græcis & Trojanis ſcribit Homerus, decies Coptæ numerum ſuperarent Græcorum, & πολλαί κεν δεκάδες δευοίατο οἰνοχόοιο*, multæ decades egerent pincerna.

g) Gemellus Carreri libro laudato pag. 189. de Coptis: *dans les ſiecles paſſez leur nombre étoit fort conſiderable, puisqu'ils payoient tribut pour ſix cens mille ames: & l'on n'en compte preſentement que quinze mille.*

h) *Nouveaux memoires des miſſions Tom. 2. parte 2. pag.* 15. le Clergé des Coptes eſt composé d'un *Patriarche*, avec le titre de Patriarche *d'Alexandrie*, qvoiqv'il faſſe ſa reſidence ordinaire au *Caire*, comme en la Capitale; de *onze*, ou *douze Eveques*, de pluſieurs Prétres, d'un grand nombre de Diacres, de Clercs inferieurs, de celebres Monaſteres de S. Antoine, de S. Paul & de S. Macaire. *Id. parte 1. p. 201. Manſelouth* eſt un de dix Eve-

Sicardus, S. J. qui de illis dicturum ſe recepit in Opere de Ægypto antiqua & recenti, cujus argumenta ex tomo quinto sylloges cui titulus: *nouveaux memoires des miſſions de la Compagnie de JEſus dans le Levant*, Paris 1725. 12. p. 204. ſi hoc loco referrem, Lectori rem gratam me facturum exiſtimavi.

PLAN d'un Ouvrage ſur l'Egypte ancienne & moderne.

CHAPITRE I.

Ce Chapitre contiendra les Anciennes *Dynaſties*, & les Noms des diverſes Nations qui ont dominé en *Egypte*: la Diviſion ſous les *Pharaons* en 30. *Nomes*: la Diviſion ſous les *Romains* en *Provinces*: la Diviſion *Eccleſiaſtique* en *Métropoles* & Evechez: les dix-*Evechez* qui reſtent aux *Coptes*: la Diviſion ſous les *Turcs* en trente-neuf *Cacheſliks*, ou *Gouvernemens* des *Bacha*: les vingt-qvatre *Beys* ou *Sangiacs*: le nombre des Corps de Milice: la maniere dont les Villes & Villages ſont achetez & gouvernez: comment les terres ſont enſemencées, & miſes tous les ans à l'encan: les Mœurs, les Sciences, & les Coûtumes des anciens Egyptiens, & ce que les Modernes en ont retenu: la Religion des uns & des autres: la fertilité & l'étenduë de l'*Egypte*.

ESTAMPES.

Carte Générale de *l'Egypte Antique & Moderne*.

 CHA-

chéz des Coptes, qui ſont *Nequadé*, *Girgé*, *Aboutige*, *Manfelouth*, *Archemonnain*, *Pheneſſé*, *le Faioum*, *Menouf* dans la Menoufie, & *Jeruſalem*. L'eveque de Jeruſalem eſt le *grand Vicaire né du Patriarche*. Sa Jurisdiction s'étend ſur les provinces de Charquie, Garbie & Beheire & ſur toutes les villes de Mehallé, Manſoura, Damiette, Rozette, Demanchour & Alexandrie. *Id. parte 2. pag.* 17. Celui de Jeruſalem eſt le plus conſiderable, il eſt adminiſtrateur du Patriarchat pendant la vacance du Siege, il fait auſſi ſa reſidence au Caire, par ce qv'il y a peu de Coptes a Jeruſalem, & il ſe contente d'y aller une fois l'an pour y celebrer les Fétes de Pâqves.

CHAPITRE II.

Ce Chapitre comprendra la Province de *Beheiré*, *Alexandrie*, & les bords de la Mer jusqu'à *Roſſete* excluſivement.

Là on verra *Alexandrie* ancienne avec ſes Fauxbourgs, de *Racotis*, de *Necropolis*, de *Nicopolis*, &c. Ses Temples, ſes Colleges le *Serapeum*, l'*Iſeum*, &c. Sa Bibliothéque, ſes Palais, ſes Citernes, ſon Phare, ſes Ports, &c. La liſte de ſes Rois, de ſes Patriarches, &c. Ses révolutions : ce qu'elle eſt aujourd'huy : ſon commerce : le tarif des marchandiſes d'entrée & de ſortie ; la *Colonne de Pompée* : les *Eguilles de Cleopatre* : les Egliſes de Sainte Catherine, de Saint Marc, &c. Nous parlerons enſuite des bords de la Mer ; & de ſes Isles depuis la Tour des Arabes jusques vers *Roſſete* ; de la ſituation maritime des anciennes Villes *Parœtonum*, *Plinthina*, *Eleuſina*, *Schedia*, *Antylle*, *Tepoſiris*, *Archandre*, *Tarichée*, *Tonis*, *Tonis*, *Canopus*, &c. Nous traiterons de la *Beheiré*, de ſes deux Gouvernemens, *Damanehour* & *Terrané* : du Canal à *Chemſié* ou de *Cleopatre* qui porte ſes eaux à *Alexandrie* : des Lacs de la *Mareſte*, de la *Madié*, de la *Beheiré*, du petit Lac de *Natron*, à l'Oüeſt de *Damanehour*. Nous ferons mention de l'*Ichneumon*, des *Autruches*, des oiſeaux *Rakams*, des *Caméléons*, & autres Animaux rares ; du *Coton*, du *Lin*, du *Tabac*, des *Cannes de Sucre*, de l'*Indigo*, du *Barnouf*, des *Hermodates*, & ſemblables Plantes.

ESTAMPES.

Carte Particuliére de la Province de *Beheiré*, & des bords de la Mer. Plan d'*Alexandrie*, de la *Colonne de Pompée*, d'une *Eguille de Cleopatre* : Deſſeins de la Plante de *Coton*, du *Lin*, &c. De l'*Autrouche*, de l'*Ichneumon*, du *Rakam*, du *Cameleon*.

CHAPITRE III.

Le Delta *avec* Roſſete & Damiete, *les* ſept embouchures du Nil.

Nous tâcherons de découvrir les veſtiges des 7. embouchures du *Nil*, les ruines de *Tanis*, *Saïs*, *Bute*, *Mendes*, *Atarbethis*, *Thamais*, *Heraclée*, *Peluſe*, *Xoïs*, *Sebennytus*, *Buſiris*, *Cercaſſore*, *Momemphis*,

phis, *Nicii*, &c. Les Isles *Chemmis & Proſopis* mentionnées par *Hérodote :* les Temples de *Latone*, d'*Iſis*, &c. Nous parlerons des Canaux & Lacs modernes : des Provinces *Menoutié* & *Garbié* : des Villes de *Damiéte*, *Roſſete*, *la Grande Mehallé* : des *Arabes de Balkim*, & autres Peuplades d'*Arabes* : des Egliſes de *ſainte Gemiane*, & autres qui reſtent aux *Coptes* : du *Sel Ammoniac* : des Poulets éclos dans les fours : de la maniere d'arroſer les terres avec des machines à baſcule : des *Colombiers* : des *Pélicans*, des *Ibis*, des *Canards*, des *Oyes du Nil*, des *Poules de ris*, des *Pintades*, des *Sakſak*, des *Abougardan*, & autres Oiſeaux curieux : du *Bouri* & de la *Boutarque* qu'on tire de ce Poiſſon : des *Sycomores*, des *Nabques* ou *Lotus*, des *Palmiers*, des *Caſſiers*, des *Figuiers d'Adam*, des *Figuiers d'Inde*, du *Ris*, du *Carthamum*, du *Nenuphar*, du *Colquas* ou *Arum*, du *Hebelazis*, de la *Meloukié*, de la *Bamié*, & autres Plantes ſingulieres.

ESTAMPES.

Carte Particuliére du *Delta*, Route détaillée du *Caire* à *Roſſete* par le *Nil* : autre route du *Caire* à *Damiete*. Plans du Temple d'*Iſis* à *Bhabeit*, de l'Egliſe de *ſainte Gemiane*, d'un Four à poulets, d'un Four pour le *Sel Ammoniac*, d'une Machine à puiſer l'eau du *Nil*. Figures des Oyſeaux & Plantes rares.

CHAPITRE IV.

L'Iſthme de Sués.

L'on y trouvera la Province d'*Auguſtamnica*, aujourd'hui *Charquié*, les Villes de *Calliopé*, *Atribis*, *Pharboethus*, *Bubaſſis*, fameuſe par ſon Temple d'*Artémis* & ſon *Cimetiere des Chats*, *Lychnos*, *Daphné*, *Magdole*, *Oſtracina*, *Rhinocorura*, *Heropolis*, *Arſinoe*, *Cleopatris*, &c. Le *Lac Sirbon*, le *Mont Caſſius*, où *Pompée* fut tué & enſeveli : la ville de *Mauſoura* où le Roy *ſaint Louis* fut défait : le Canal qui aboutiſſoit du *Nil* à la *Mer Rouge* : le Commerce de *Sués* : les Vaiſſeaux que *Ptolémée Philadelphe* y entretenoit. On fera voir que *Sués* eſt plus près du *Caire* que les Géographes n'ont coutume de le placer. Nous donnerons la deſcription du *Caffé*, celle du *Chameau*, du *Dromadaire*, de la Plante *Henné*.

ESTAM-

ESTAMPES.

Carte particuliére de l'*Iſthme de Suès*: Figures du *Chameau*, des plantes du *Caffé*, & du *Hanné*.

CHAPITRE V.

Le Grand Caire, Memphis, *& leurs environs.*

Nous décrirons le *Grand Caire*, ſon étenduë: le nombre de ſes Habitans, de ſes maiſons, Moſquées, Marchez, &c. Ses Coutûmes pour la Juſtice, la Police, le Commerce, la Nourriture, les Bains, les Mariages, les Enterremens, les Proceſſions, ſurtout celle du *Grand Pavillon de la Meque*, la *Caravanne de la Meque*: la Religion des Turcs: les différentes Sectes des Chrêtiens Schiſmatiques, principalement les *Coptes*: les *Jardins*, les *Etangs* le *Calits* ou *Canal du Caire* nommé par les Anciens *Foſſa Trajana*: le *Château*, le *Puits de Joſeph*, l'Aqueduc, l'Isle de *Rouda*, à la teſte de laquelle eſt la *Tour du Mékias*, ou meſure du *Nil*: le *vieux Caire*, autrefois *Babylone*: *Giſé* autrefois *Memphis*, ſes *Pyramides*, leur nombre, leur meſure, leur deſtination &c. Le *Sphynx*, les *Catacombes des Momies*, & des Oyſeaux embaumez. Nous marquerons la gorge des Montagnes par où les *Hebreux* firent route* vers la *Mer Rouge*: les Villes de *Ramaſſes* de *Sethé*, de *Geſſen*, d'*Heliopolis*, d'*Onion*, de *Troja Civitas*, azile des Troyens fugitifs: les ruines des anciens Monaſtéres. Pour la Botanique, le *Labaka*, le *Zenzelakt*, *Safsaf*, eſpéce de ſaule, le *Satelra*; le *Mach* eſpéce de Haricot, de *l'Iemen*, le Haricot du *Frezzan*, l'*Abdellaui* & le *Domairi*, deux ſortes de Melons.

ESTAMPES.

Carte Topographique du *Caire* & de ſes environs. Plan du *Caire*, du *Puits de Joſeph*, de l'*Eguille d'Heliopólis*, du *Sphynx*, de la *grande Pyramide* pour l'extérieur; coupe de l'intérieur. Plan des ſouterrains; des *Momies* & des Oyſeaux embaumez. Figures des arbres & plantes. Portrait d'un *Egyptien*, d'une *Egyptienne*, d'un *Soldat*, d'un *Juge*, &c.

CHA-

* Diſſertationem de tranſitu Iſraelitarum per mare rubrum P. Sicardus exhibuit tomo ſexto ejusdem ſylloges; *nouveaux memoires des miſſions* &c.

CHAPITRE VI.

Deſert de Sceté *ou de.* S. Macaire.

Etenduë de ce Déſert. Nombre de ſes anciens Monaſté[res] ce qu'il en reſte à préſent: différence des Religieux *Coptes* d'avec les *Anachorétes* des temps paſſez: *Lac de Nitrie*, *Bharbelama*, ou Mer ſans eau: Bateaux pétrifiés: Mines de *Pierres d'Aigle*: Sables divers: *Ocre rouge*: *Sel Gomme* ou *Pyramidal*: Jonc pour les nattes, *Tamarindes*: *Gazelles*, *Hyenes*, *Bœufs ſauvages*, &c. Temple de *Jupiter Ammon.*

ESTAMPES.

Carte de ce Déſert. Plan des Monaſtéres. Portrait d'un Religieux *Copte*: Figure du *Sel Pyramidal*, de *l'Hyene*, du *Bœuf ſauvage*, de la *Gazelle.*

CHAPITRE VII.

Ce Chapitre contient l'étenduë du *Caire* juſqu'à la tête du *Canal de Joſeph*, où ſont compris l'*Isle Heracleopolis*, & les *trois Labyrinthes.*

Vous y verrez les Villes modernes de *Beniſoüef*, du *Fraioum*, de *Bheneſſé*, de *Menié*, de *Mellaüi*, le Puits du Monaſtére de *Jarnous*. Les anciennes Villes d'*Aphroditopolis*, une autre *Buſiris*, une autre *Arſinoé*, *Crocodilopolis*, *Heracleopolis*, *Oxyrinchus*, *Hermopolis*, *Cynopolis*, *This* ou *Thinis*, qui a donné ſon Nom à une Dinaſtie des *Thinites*: *Antinoé* Capitale de la *Baſſe Thébaïde*: le *Canal de Joſeph*, jadis *Foſſa Thineos*: les Lacs *Maurus* & *Mœris*, celui-ci doux, l'autre ſalé: les *trois Làbyrinthes* (contre la prévention commune qu'il n'y en avoit qu'un) dont les ruines ſubſiſtantes quadrent juſte avec la relation de *Diodore de Sicile*: les fameuſes *Grottes Sépulchrales de Benihaſſan*: des Cavernes au Levant du *Nil*: pluſieurs *Pyramides*: une *Eguille de Granite*: des Sacrifices gravez en relief ſur la face des Monts de *Touna* & de *Tebené*: les Monaſtéres des *ſaints Georges*, *Hour*, *Jean le Petit*: *Epitaphe de la Poulie*, *de la Poutre*, & autres: deux Inſcriptions, une Gréque & l'autre Arabe à *Ilahoum*: une autre Gréque ſur le Mont *Tebené*: une Arabe à *Menié*: une troiſiéme Gréque à *Antinoë*: une Coptique au Monaſtére de la *Poutre*; nous aurons occaſion de traiter du *Crocodile*,

dile, du *Tarſé*, de la *Varicle*, du *Bolti*, du *Eacaca*, eſpéce d'*Orbis Marin*, & autres poiſſons : des *Gruës*, des *Hanas*, eſpéce de *Hérons*, des *Archanges*, *Bichots*, *Beccaſſines*, des *Farfours* ou *Canards* à tête bleuë : du *Papyrus*, & autres Joncs du *Nil* : des fruits du *Faïoum* : du *Vin des Coptes* pour leurs Meſſes : des *Myrobalans*.

ESTAMPES.

Carte de l'*Isle Héracléopolis*, & de la Province du *Faïoum* : *Lac Maurus*, & du *Petit Labyrinthe*. Plan du *Grand Labyrinthe*, du *Petit Portique d'Hermopolis* ou *Achemomain* ; de la *Colonne de Sévère Aléxandre* à *Antinoé*, de deux portes entieres de cette Ville : du Sacrifice au Soleil vers *Touna* ; des Grottes de *Beni-haſſan* : Portraits du *Crocodile*, des Oyſeaux rares, &c.

CHAPITRE VIII.

Déſert de la Thébaïde *ou de* Saint Antoine, *avec le paſſage des* Jſraëlites *par la* Mer Rouge.

Noms des Montagnes, vallées ; Plaines, Sources d'eau ; Carriéres de *Talc*, Carriéres de *Marbre* noir, jaune, rouge, & moucheté dans ce Déſert. Monaſtéres de *ſaint Antoine* & de *ſaint Paul*, la proximité de leur ſituation, & l'éloignement de l'un à l'autre par le détour des chemins : Cellules dans les Rochers : Idée des anciens Solitaires : Caractére des *Coptes* qui leur ont ſuccedé : *Mer Rouge*, ſa longueur, ſa largeur, ſon flux & reflux, ſa navigation, le *Corail blanc*, les *Champignons pétrifiez*, les *Conques Tigrées*, les *Ourſins* ſi délicatement tournez, & autres curioſitez de cette Mer. Qu'eſt-ce qu'*Aziongaber* d'où les Flotes de *Salomon* faiſoient voile vers *Ophir* ? Lieu du *Paſſage des Hebreux* à travers les flots. Animaux qui fréquentent ces ſolitudes, ſur tout le *Tigre*, le *Chamois*, l'*Autruche*, la *Gazelle*, le *Quatha* eſpéce de *Perdrix*, l'*Oüaral* eſpéce de *Crocodile terreſtre* ; Simples particuliers.

ESTAMPES.

Carte du *Déſerte de la Thébaïde* avec la *Route des Iſraëlites ſortants d'Egypte*. Veüe des Monaſtéres de *ſaint Antoine* & de *ſaint Paul* : portrait du *Tigre*, du *Quatha*, de l'*Oüaral*, des *Conques*, des *Ourſins*, du *Corail blanc*.

CHAPI-

CHAPITRE IX.

Etenduë depuis la tête du Canal de Joſeph, *juſqu'à la tête du Canal* Abouhomar *au de-là de* Girgé, *Capitale de la Haute* Egypte.

J'ay découvert les antiques Citez d'*Apollinopolis Magna*, de *Lycopolis*, *Veneris Civitas*, *Antoepolis*, *Penopolis*, *Ptolemais Magna*, *Abydus* avec ſon *Palais de Memnon*, & ſon *Temple d'Oſyris*: l'ancien *Canal Lycus*, aujourdihui *Abouhomar*: une Inſcription Gréque dans le Temple d'*Anthée*: une Latine dans le Temple de *Jupiter* vers *Manſelouth*. Nous parlerons des Villes modernes de *Manſelouth*, *Siouth*, *Aboutige*, *Kau*, *Akmim* & de ſon Serpent révéré du Peuple, *Girgé*: des Monaſtéres de *ſaint Mennas*, de *ſaint Sennodius*, de *ſaint Paëſe*, du *Moharray* ſantifié par la préſence de Jesus-Christ, au rapport de *Rufin*: de certains prétendus Poſſédez chez les *Coptes* & les *Turcs*: de la Navigation ſur le *Nil*, des Voleurs plongeurs, des Bateaux de Calebace: de l'Ancienne *Oaſis* à preſent *Elovah*: des *Barbarins* qui aménent les Eſclaves Noirs, portent la poudre d'or, les dents d'Eléphant, les cornes d'une eſpéce de *Lycorne*. Nous expliquerons les quatre ſortes d'*Acacias*, le *Seisſaban*, le *Fetené*, le *Santh*, & le *Sial*, les différentes Huiles en uſage, excepté celles d'Olives.

ESTAMPES.

Carte particuliére du Païs mentionné dans ce Chapitre: Veüe du *Temple d'Anthée*, veüe du *Palais de Memnon à Abydus*, du Monaſtére de *ſaint Mennas*: Figure des Bateaux a Calebace: des differens *Acacias*.

CHAPITRE X.

Etenduë depuis Girgé *&* l'Abouhomar, *juſqu'à* Thébes *excluſivement*.

L'on y remarquera les ruines de *Dioſpolis Parva*, d'*Apollinopolis Parva*, de *Coptos*, de *Berenice*, de *Myoshormos*, de *Tentyra* avec ſon magnifique *Temple de Vénus* encore entier, & ſa *Chapelle d'Iſis*, ſon bois de *Datiers*, & un autre de *Doums*, qui eſt une eſpéce de *Datiers*

 ſauvages:

ſauvages : une Inſcription Gréque au *Temple de Vénus*, une autre Gréque au *Temple d'Apollon de Quôus* : l'*Isle Tabenne* avec les reſtes du Monaſtére de *ſaint Pacôme* : les Monaſtéres de *ſaint Victor*, *de la Croix*, *du Synode*, *de ſaint Palémon* : les burleſques imaginations des *Coptes* ſur les merveilles de leurs Saints : les *Arabes* nommez *Hoüara*, les *Abab-dé*, les *Benioüaſſel*, & autres diverſes Races d'*Arabes* répandus en *Egypte*, leur maniére de gouverner, de vivre, de voler, &c. leur dépendance des *Cachefs* & *Sangiacs Turcs*, leur infatuation pour la Magie, les Sortiléges, la Pierre Philoſophale, la découverte des treſors, leur travail, leur commerce, les Foires reglées toutes les Semaines. Nous parlerons du *Bled d'Inde*, d'une ſorte de long *Melon* nommé *Herch* : d'une Mine d'*Emeraude*.

ESTAMPES.

Carte de ce Climat particulier. Plan du *Temple de Venus*, de la *Chapelle d'Iſis*, copie du *Buſte de Vénus*, de quelques Colonnes du Temple, & de quelques Portes dans les avant-cours ; Veüe des reſtes d'un *Veſtibule d'Apollon à Quous*. Portrait d'un *Arabe armé & à cheval*. Figure du *Doum*, du *Herch*.

CHAPITRE XI.

Thébes.

Etendüe de cette Ville-à-cent-Portes, ſa ſituation, ſon élévation du Pole, Villages ſubſtituez à ſes ruines : les divers Monumens qui ont échapé à la fureur des Siécles, au Levant & au Couchant du *Nil*.

Au Levant du Nil.

1. Le *Château Royal* : ſix ou ſept Portes encore entiéres d'une magnificence extrême : les avenües de ces Portes garnies de centaines de *Sphynx* & d'autres Statuës de marbre : le grand Salon ſoutenu par cent douze Colonnes, Chacune de neuf palmes de haut, & quinze de diametre : ſix Obéliſques de Granit & de Porphire à l'entrée du Salon : des appartements revêtus de Porphire : plus de mille Colonnes en differents Periſtyles : une infinité de ſculptures ſur

les

les Colonnes & les Murs : quatre Coloſſes de Marbre : deux Etangs d'eau nitreuſe.

2. *Le Palais & Sépulchre du Roy Oſymanduas* mentionné par Diodore : pluſieurs certaines de Colonnes ſculpées & non ſculpées : deux Baſtions où ſont gravez les combats & triomphes de ce Roy : deux Obéliſques de Granit, & deux *Sphynx* de Marbre noir au devant des Baſtions : ruines de ſa Bibliothéque : pluſieurs Sales & Temples à-demi-entiers, la Chambre de ſon Sépulchre entiére : Quay ſur la Riviére.

Au Couchant du Nil.

3. Les deux Coloſſes, dont parle Strabon, chargez d'inſcriptions Gréques & Latines.

4. Reſtes du *Palais de Memnon*, & ſa Statüe Coloſſale.

5. Deux Sépulchres Royaux accompagnez de pluſieurs Temples, Cours, Galeries, d'une infinité de Colonnes.

6. Sept autres Sépulchres de Rois dreſſez dans de vaſtes & magnifiques Grottes de la Montagne, dont Diodore fait mention.

7. Pluſieurs autres Tombeaux creuſez dans le Roc.

8. Les cent Ecuries decrites par Diodore. Nous parlerons auſſi de l'*Isle Loüis*, & de deux autres Isles ordinairement couvertes de *Crocodiles* : des ſuperbes ruines de *Madamot* au Nord-Eſt de *Thébes*.

ESTAMPES.

Veüe de *Thébes* & des Plaines d'alentour. Veüe du Chaſteau Royal. Plan des avenuës des Portes ; deſſein de chaque Porte en particulier : Plan du grand Salon, d'une de ſes Colonnes en particulier : des ſix Obéliſques, principalement des deux petits de Porphire : des Appartemens de Porphire : d'un des Periſtyles : veüe du *Palais d'Oſymanduas* : veüe des deux Baſtions avec ſes Obéliſques & ſes *Sphynx* : Plan du Sépulchre & de quelque Salle, ou Temple : Plan des deux Coloſſes au couchant : du *Palais de Memnon* & de ſa Statüe : Veüe des deux grands Sépulchres Royaux : Plan particulier des deux Chambres Sépulchrales : Plan des ſept autres Tombeaux des Rois creuſez dans le Roc : de ce qui reſte des cent Ecuries : des trois Isles infectées de *Crocodiles* : des ruines de *Madamot*.

CHAPITRE XII.

Etendüe depuis Thébes *juſqu'aux premiéres* Cataractes, *& au bout de l'*Egypte.

Nous trouverons l'antique Ville d'*Hermothis*, aujourd'hui *Armant*: une autre *Veneris civitas*, aujourd'hui *Tot*: une autre *Crocodilopolis*, aujourd'hui *Démocrat*: *Latopolis*, aujourd'hui *Aſphoun*: *Lucinæ Civitas*, c'eſt *Aſſena*: *Accipitrum Civitas*, c'eſt *Arfou*: une autre *Apollinopolis*, c'eſt *Manſourié*: *Syene*, c'eſt *Aſſoüan*: *Elephantina*, c'eſt une Isle voiſine d'*Aſſoüan*: les *Cataractes*, & la maniére d'y naviger. Nous décrirons les reſtes des Temples de *Jupiter* & d'*Apollon* à *Armant*, deſquels Strabon fait mention: les reſtes du *Temple de Vénus* à *Tot*: le joli *Temple du Poiſſon Latus* encore entier à *Aſphoun*: le beau *Temple de Lucine* auſſi entier, tout ſculpé en dedans, & en dehors, à *Aſſona*: le célébre *Temple des Dieux* à *Arfou*: celui d'*Apollon* à *Manſourié*: les diverſes formes des Chapiteaux d'un gouſt Pharaonique, qui couvrent les Colonnes de tous les Temples de la *Thébaide*: le Monaſtére & les Tombeaux des Martyrs, dreſſez par *ſainte Helene* au dehors d'*Aſſena*, avec leurs Inſcriptions Gréques: Monaſtéres de *ſaint Pacôme*, & autres: les Carriéres de Pierres *Baram*: les Carriéres de Marbre blanc: la fameuſe Carriére de Marbre Granit proche d'*Aſſoüan*, qui ne fut jamais (ſelon le groſſiére idée de certains Auteurs) une pierre fondüe. Nous parlerons en paſſant de *la Nubie* d'*Ebrim*, ſa Capitale, jadis *Prenoris*, & des autres places que les Turcs y poſſedent. Nous traiterons à fond du *Nil*, de ſa ſource, des cauſes de ſes innondations, des Royaumes qu'il parcourt, de l'*Isle Meroé* ſi renommée de ſes autres Isles, de ſes Cataractes, de ſes Ecueils, de ſes Canaux, &c.

ESTAMPES.

Carte depuis *Thébes* juſqu'aux *Cataractes*: Plan des *Temples de Jupiter* & *d'Apollon* à *Armant*: du *Temple de Latus* à *Aſphoun*: de celui de *Lucine* à *Aſſena*, de celui des *Dieux* à *Arfou*, & d'*Apollon* à *Manſourié*: des Chapiteaux du vieux temps, du Monaſtére des Martyrs: de la Carriére de Granit.

CHA-

CHAPITRE XIII.

Récapitulation génerale par pluſieurs Liſtes qui peuvent ſervir de Table.

1. Liſte des différentes Dynaſties, & des Souverains qui ont regné en Egypte.

2. Des trente *Nomes* anciens.

3. Des Provinces ſelon la diviſion des Ptolémées & des Romains.

4. Des trente-neuf *Cacheſliks* ou Gouvernemens ſous les Turcs.

5. Des vingt-quatre Beys.

6. Des ſept Corps de Milice.

7. Des anciens Evêchez mentionnez dans les Conciles & ailleurs.

8. Des dix Evechez qui reſtent aux *Coptes*.

9. Des anciens Monaſtéres des Déſerts de la *Thébaide* ſupérieure & inférieure, de *Scété*, & le long du *Nil*.

10. Des Monaſtéres d'à-préſent, de ceux qui ſont habitez par des Religieux, & de ceux qui ne le ſont pas.

11. Des anciennes Villes dont il reſte des veſtiges.

12. Des Villes modernes.

13. Des Bourgs & Villages, ſur tout le long du *Nil*, & des Canaux.

14. Des Temples qui reſtent entiers, ou à demi ruinez.

15. Des Inſcriptions Gréques, des Latines, des Coptiquez, des Arabes.

16. Des principaux Jéroglyphes, & de l'ancienne Langue des *Egyptiens*.

17. Canaux du *Nil*.

18. Des Embouchures antiques & modernes.

19. De ſes Isles, des *Cataractes*.

20. Des

20. Des Lacs d'*Egypte* : des *Birkes* ou Etangs paſſagers.

21. Des Fontaines & Puits.

22. Des Montagnes.

23. Des Grottes Sépulchrales, & autres.

24. Des Pyramides.

25. Des Periſtyles, & des Colonnes dètachées

26. Des Obéliſques.

27. Des Animaux terreſtres ſinguliers.

28. Des Oyſeaux curieux.

29. Des Poiſſons du *Nil*, & des productions ſingulieres de la *Mer Rouge*.

30. Des Plantes particuliéres.

Hactenus P. C. Sicardi Ægyptus Vetus & Nova.

Editio liturgiæ Copticæ promiſſa ab Oxonienſibus in præfatione ad *Joſephi Abudacni* ſeu *Barbati*, nati in Cairo ſive Memphi Ægypti metropoli, *hiſtoriam Jacobitarum* ſeu *Coptorum* in Ægypto, Lybia, Nubia, Æthiopia tota & parte Cypri inſulæ habitantium, editam Latine Oxon. 1675. 12.

Cyrilli Alexandrini liturgia Coptice cum verſione Arabica exſtat in hac Urbe Hamburgenſi apud hæredes Joachimi Morgenwegii τ̃ μακαρίτȣ inter libros MStos qui olim fuere deſideratiſſimi D. Abrahami Hinckelmanni: Codex autem iſte redemtus e Bibl. eruditiſſimi Viri Stephani le Moyne, Latine ſimilis exſtat in Euſebii Renaudoti Liturgiarum Orientalium collectione Tom. 1. pag. 38. ubi etiam aliæ Alexandrinorum liturgiæ S. Baſilii p. 57. S. Gregorii p. 90. & quæ S. Marci Evangeliſtæ præſe fert nomen p. 131.

Ad Calendarium Copticum, quod Arabice edidit *Seldenus* III. 15. de Synedriis Hebræorum, conferenda obſervata *Jobi Ludolfi*, ubi illud cum Calendario confert Æthiopico, commentario ad Hiſtor. Æthiopicam pag. 389. ſeq. & *Hottingeri* in promtuario ſive Bibliotheca Orientali p. 83.

Fundamenta lingvæ Copticæ, quibus Orationem Dominicam analyſi Grammatica illuſtratam ſubjunxit, debemus Rev. D.

Chriſtiano

Chriſtiano Gotthilf Blumbergio, Superintendenti Cygneo: Sed præcipuam facem ſtudioſis hujus lingvæ accenſum iri non eſt dubium vulgato Lexico Ægyptiaco Latino, quod ex antiqvis Gentis monumentis ſummo ſtudio collegit vir inſigniſſimus *Maturinus Veiſſerius la Croze*, cujus præfationem edidit celeberr. *Jo. Arnoldus Noltenius* in Bibliotheca Hiſtorico Philolog. Theol. Bremenſi T. V. p. 745.

Quæ ſub Paulo IV. acciderunt miſſo ad Coptos Anno 1561. Jeſuita Roderico, ad illam Eccleſiam Papæ ſubjiciendam, & quæ de ſimulata illa (ante pecunias Româ acceptas) unione refert Franciſcus Sacchini in parte ſexta hiſtoriæ Societatis JEſu, ad eam relationem conferendus Richardus Simon, hiſtoire Critique de la Creance des Nations du Levant, chap. X.

Quæ Baronius ad calcem tomi ſexti Annalium refert de Coptorum legatione ad Clementem VIII. Papam & *Gabrielis* Archiepiſcopi Alexandini ad eum data A. C. 1593. Epiſtola & altera *Joannis Comus* Alexandrini Chorepiſcopi, una cum Coptorum *Confeſſione* in qua Synodus Tridentina recipitur, & Papa Romanus totius agnoſcitur caput Eccleſiæ Chriſtianæ: hæc Cyrillus Lucaris in Epiſtola apud Jo. Aymonium, *monumens authentiques* pag. 189. non dubitat fuiſſe commentum quorundam e Coptis, Papam cupientium pecuniis emungere. *La finta e falſa legatione delli Copti, V. S. ben comprendera quanto han ſaputo fare certi manigoldi Copti per agattare eſſo Clemente, comme l'hanno fatto. Ma puoi Baronio per adular il Papa ha ditato quanto V. C. vedera* &c. Eandem in rem conſuli poſſunt quæ Thomas à JEſu VII. 6. de ſalute Gentium procuranda pag. 158. Opp. Thuanus lib. CXIV. ad A. 1595. Hottingerus T. V. Hiſt. Eccleſ. ſecul. XVI. p. 63. 85. ſq.

De præſenti ſtatu Coptitarum noviſſime uberiorem notitiam tradiderunt Jeſuitæ in ſylloge, nouveaux memoires des miſſions, Paris 1717. 12. tomo 2. parte 2. pag. 4. ſeq. & A. 1727. tomo 6. pag. 279. ſeqq.

Quamquam fertur vox Mohammedis, ſuos monentis: *benefacite Coptitis Ægypti, ſunt enim vobis genere & affinitate juncti*: & *Chriſtiano Coptitæ qui nocet, mihi nocet.* Tamen qui Ægyptum adiere, miſeram præ cæteris hodie conditionem Coptorum eſſe teſtantur, e quibus Wanslebius*: *Il faut avoüer, qu'il n'y a point de Nation en*

* Voyage fait en Egypte p. 288. Paris 1677. 12.

Egypte qui ſoit tant tyranniſée que celle des Coptes. Cela vient de ce qu'ils n'ont plus perſonne entr'eux qui ſe puiſſe faire conſiderer des Turcs par ſon ſçavoir, ou ſe faire craindre par ſon authorité: ceux qui eſtoient puiſſans, & riches, eſtans tous peris par la cruauté des Mahometans. C'eſt pourquoy ils ne les conſiderent que comme le rebut du monde, & ils les eſtiment meſme moins que le Juifs. Ils les maltraitent ſuivant leur caprice; ils leur ferment leurs Egliſes, & la porte de leurs maiſons, quand il leur plaiſt, ſous des pretextes legers, & tout-à-fait injuſtes, pour leur extorquer quelque ſomme d'argent.

De Chriſtianæ Religionis initiis per Luſitanos Hiſpanosque in MONOMOTAPAM, tractum ZANGVEBARITANUM, MONZAMBICUM & alias Africæ regiones atque Inſulas illatis videri poſſunt *Cornelius Hazartus*, S. J. im Catholiſchen Chriſtenthum tomo ſecundo, & *Henricus Scherer* S. J. parte 2. Geographiæ Hierarchicæ p. 44. ſeq.

CAPUT XLVII.

De AMERICA, num in illam quoque Apoſtoli penetraverint.

Non injucunda ſunt, ſed ambigua nimis & incerta ad originem populorum inde concludendam, quæ de convenientia morum rituumque Americanorum cum Judaicis obſervavit *Joſ. Fr. Lafitau* S. J. in opere erudito & amœno lectu, *Moeurs des Sauvages Ameriquains, comparées aux moeurs des premiers temps.* Paris 1724. 4. duobus Volum. Nec-non Anonymus in diſſ. *ſur les peuples d'Amerique & ſur la conformité de leurs coutumes avec celles des autres peuples anciens & modernes:* ante tomum primum Operis editi Amſt. 1724. fol. cui titulus: *Ceremonies religieuſes des peuples Idololatres, deſſinées & gravées par B. Picart.* Sicut quæ de convenientia rituum Judaicorum & Indorum collecta leguntur in libro Gallico qui inſcribitur *conformité des Coutumes des Indiens Orientaux avec celles des Juifs, & des autres peuples de l'Antiquité par Mr. de la C*** Bruxellis 1704. 12. In Bibliotheca Anglica V. C. Armandi de la Chapelle T. 12. p. 263. *Mr. Long, Miniſtre, qui eſt depuis peu revenu du fort S. George, dans les Indes Orientales, m'a permis de le citer pour cela, que les* Gentouſes, *peuple d'Orient, que leurs Coutumes & d'autres choſes font croire à des perſonnes tres judicieuſes, etre deſcendu de ces Juifs qui ne retournerent point de la*

Captivité : que ces Gentouſes , *dis je , ont à Chillembrum , prés de Porto Novo , ſur la Côte de Coromandel , un temple , qu'ils appellent le temple de Zuliman , auquel ils ſe rendent avec la meme devotion que les Juifs marquoient autre fois pour le temple Jeruſalem , & qui eſt diviſé en Cours , de la meme maniere , & ſur le meme plan que le temple de Jeruſalem paroit aupres du P. Lamy.* Nonnulla jampridem de morum rituumque Americanorum congruentia cum Judaicis annotavit *Menaſſeh ben Iſrael* in *ſpe Iſraelis* ſive libello quo reliquias decem tribuum * in Americam translatas eſſe diſputat pag. 28. ſeq. *Cui leges , ac conſuetudines Indorum , Hebræorumque , conferre libet , in multis convenire eas videbit ; unde facilè colligere eſt , Indos illas debere Hebræis cum ipſis habitantibus , ante vel poſtquam occultos montes quærerent. Jucatanenſes , & Acuzainilenſes Indi ſe circumcidebant. Totones Novæ Hiſpaniæ , ac Mexicani , prout Jo. Roman , & Francicus Lopes de Gomara , in generali Indorum hiſtoria teſtantur , veſtes lacerant , ſi vel repentinum aliquod infortunium , vel mors alicujus ſupervenerit. Gregorius Garcias in Monarchia Ingaſonum inſulæ Peru narrat Guainacapacum , intellectâ filii Ataguàlpæ ob inimici exercitum fugâ , rupiſſe veſtimenta. Mexicani , & Totones , ſive Totonacæzenſes , in aris ſemper ignem alebant , ut jubet DEUS in Levitico ; Peruenſibus idem in templis Soli dedicatis facientibus. Nicaraguazenſes vetabant feminas , quæ partum nuperè edidiſſent , templa ingredi , priusquam menſtruo forent purgatæ. Inſulæ* Hiſpaniola *incolæ peccare eos ajunt , quibus res eſt cum femina recens enixa ; & Indi novæ Hiſpaniæ graviſſimè puniebant Sodomiæ reos. Sepeliebant etiam plurimi Indorum ſuos mortuos in montanis , qui mos etiam eſt Judæorum ; & nomen Chana iſtis in locis inventum , referente Gregorio Garcia. Id mireris , quod ab iisdem jubilæum quinquaginta annorum in urbe Mexico , ut totius provinciæ metropoli , magna cum* pompa

Cccc c 2

* Confer Venerandi *Wolfii* noſtri Bibl. Hebraïcam T. I. p. 125. 783. 1146. *Voëtium* Tom. I. diſpp. ſelect. pag. 144. ſeq. *Jo. Calvortii* , Naphthali ſive de reditu decem tribuum & converſione Judæorum , Lond. 1672. 4. pag. 253. ſqq. *Auguſtini Calmeti* diſſ. *ſi les dix tribus ſont revenus de leur captivité dans la terre d'Iſraël* , præmittitur Commentario in Ezechielem , Tom. 6. pag. 356. ſeqq. Ejusdem diſſ. *ſur le pays ou les dix tribus d'Iſrael furent transportez & ſur celui ou elles ſont aujourdhui* , T. 3. p. X. ſqq. ante Commentar. in I. Paralipom.

pompa celebraretur. Quid quod die Sabbati omnes cerimoniis, ac ſacrificiis, in templo faciendis, intereſſe tenebantur. Iidem divortium faciebant a feminis, quæ quid minus honeſtum patraſſent. Fratrum defunctorum viduas ducebant Indi inſularum Peru, Novæ Hiſpaniæ, & Guatimalæ. An non ex hiſce judices habitaſſe illic locorum Judæos, à quibus Gentes iſtæ talia acceperint? Supradictis adde & illud, quod notitiam creati mundi, ac diluvii univerſalis, quam habebant Indi, Iſraëlitis acceptam ferre debeant.

Illum Menaſſæ Iſraëlidis librum Amſtelodami A. 1650. 8. editum in Anglicam lingvam convertit *Moſes Wall*, atque circa idem temporis *Thomas Thorowgood* libellum edidit cui titulus: *Jewes in America, or probabilities that the Americans are of that race.* Lond. 1650. 4. In eandem ſententiam nuper *Ludovicus Hennepinus* in ſuo Itinere A. 1704. edito ex eadem exigua rituum & morum qvorundam conformitate Americanorum originem à Judæis repetit. *Ils ſont leur cabanes en forme de pavillon comme les Juifs; Comme ceux ils s'oignent d'huile, & s'attachent ſuperſtitieuſement aux ſonges: ils pleurent leurs morts avec beaucoup de lamentations. Leurs femmes portent le dueil de leurs proches un an entier, pendant lequel elles s'abſtiennent de toutes ſortes de danſes & de feſtins, & portent une maniere de chaperon ſur leur tête. D'ordinaire le pere & le frere du defunt ont ſoin de la veuve. Du reſte il ſemble que la malediction de Dieu repoſe ſur ces Sauvages de l'Amerique, comme ſur les Juifs. Ils ſont brutaux & opiniatres au dernier point. Ils n'ont nulle demeure fixe & arretée. Ils ſont fort impudiques. Quand on leur dit, que leurs ames ſont immortelles, ils demandent ce qu'elles mangeront dans l'autre monde. D'ailleurs on voit quelques traces de la créance des Juifs ſur l'origine du Monde.* B. D. Jo. Conrad Dannhauerus hodomoriæ Calvinianæ phantaſmate IX. T. 2. p. 1856. ex Georgii Hornii præf. ad libros IV. de originibus Americanis refert „quoſdam Judæorum una cum Scythis Americam immigraſſe, ita, „ut nec tribum conficerent nec peculiarem nationem, ſed exuta „paulatim inter barbaros, ut fieri ſolet, natura, etiam Judæi eſſe „deſierint: ſic tamen, ut quædam antiquitatis ſuæ & originis veſti„gia retinerent. Qualia ſunt Joſephi nomen apud Hurones, & in „Souriquoſiorum Cantilenis vox Alleluja frequens, Eſcarboto teſte: „ac quod apud Jucatanenſes plurimi barbarorum narrant, ſe à ma„joribus ſuis accepiſſe, provinciam illam primum cultam fuiſſe à gen„tibus, quæ ab Oriente poſt varios errores eò venerint, & Numi-

„nis

„nis auxilio ab aliarum gentium injuriis liberatæ, per mare, apertis utrimque fluctibus evaſerint. Non tamen, ſcribit l. I. c. 10. p. 56. vel noſter orbis ignotus Americanis, vel illorum nobis fuit. Nam Californiani noverant, idque ſibi à majoribus traditum aſſeverabant, gentes in alio orbe barbatas, & veſtitas reperiri. Sic Mexicani, ſed advectos ex alia Orbis parte in Americam, retulerunt, apud quos etiam communis opinio, fuit, venturam ab oriente gentem, quam apud Jucatanos celebris vates Chila Cambel, ut videtur, propagavit. Unde Hiſpani interrogati: an ab Oriente venirent? Idem Mechoacanis prædictum fuit. Priſcis quoque ſcriptoribus noſtris cogniti fuerunt ultra Oceanum orbes alii, de quibus Clemens Alexandrinus in epiſt. quadam teſte Hieronymo in cap. II. Epiſt. ad Epheſ. Nihil nunc de Atlantide Platonis dico, res notior eſt, quam ut referenda ſit. Memorabile eſt, quod Ælianus l. 3. hiſtor. refert, Silenum Midæ narraſſe: Europam, Aſiam, Lybiam, inſulas Oceano circumfuſas eſſe; extra eas continentem quandam infinitæ magnitudinis, quæ nutriat grandia animalia, & homines duplo majores, & longæviores, quam noſtri ſint. Ibidem eſſe magnas civitates, diverſa vitæ inſtituta, & leges noſtris contrarias. Adjecit: hanc Terram poſſidere grandem vim auri & argenti, ita ut inter illos populos minoris pretii ſit, quam apud nos ferrum. Hæ ſunt magnæ illæ inſulæ, de quibus ex Ariſtotelis & Theophraſti mente Apulejus lib. de mundo. In *Senecæ ſuaſoriis* Avitus teſtatur communem opinionem jactari: fertiles in Oceano jacere Terras, ultraque eum rurſus alia littora, alium jacere orbem. Quo Senecæ, Tragœdi prædictiones in Medea pertinent:

„Venient annis
„*Secula ſeris*, quibus Oceanus
„Vincula rerum laxet, & ingens,
„Pateat Tellus * Typhisque novas
„Detegat urbes, nec ſit terris ultima Thule.

„Hæc non profecta fuerunt ex mera incerta conjectura, quod arbitrantur Acoſta & alii, ſed ex illa notitia jacentium in Oceano terrarum. Et cum Marcellinus inquit: In Atlancico mari Europæo orbe potior inſula, nonne Americam digito quaſi oſtendit? l. 2. c. 5 Hornius

* adde Jo. Baptiſtæ Ferreti Muſas lapidarias V. 4. p. 310.

„probat Phœnices in Americam ex Africa & Hiſpania non infre-
„quentes navigaſſe, ibid. cap. 8. Salomonis navibus Americanas
„Terras fuiſſe haut inacceſſas, l. 3. cap. 19. refert Braſilianos meminiſ-
„ſe pag. 218. cujusdam Sancti Viri, & ut ex narratione ipſorum pa-
„tet, Chriſtiani, quem Meyre Humane vocant. Guarais, qui pro-
„vinciam Sanctæ Crucis in montibus tenent, Paicuma dicitur: un-
„de & primos Monachos Hiſpanos Paicumas appellarunt. Hunc S.
„Thomam eſſe duplici argumento colligimus, ex nomine & Hiſto-
„ria. Nomen quod attinet: Meyr ipſis in genere peregrinus dici-
„tur, barbatus, veſtitus. Human ex voce Thomas expreſſum eſt,
„ſolo T abiecto. Terminatio in diverſis linguis plerumque variat, ſi-
„cut ὀδυσσεὺς & Vlyſſes, Ajax & Aias. Hiſtoria magnam lucem huic
„narrationi affert. Quæ enim Braſiliam de Marie Humane, eadem
„Orientales Indi Malabares de S. THOMA narrant. Lerius: ante in-
„numerabiles Lunas veniſſe ad majores ſuos virum barbatum, & ve-
„ſtitum, qui fidem in DEum tradiderit more Chriſtianorum. Qua-
„re cum & nomen, & quod narrant barbari, ſi tonſuram excipias,
„Thomæ conveniat, non ignotus ipſis videtur fuiſſe. De hoc quæ-
„ritur: Veneritne Thomas in Americam; & ibi prædicarit, an ex
„Tartaria ejus notitiam intulerint illæ gentes? Quorum prius Lerio
„probatur, eo argumento, quia in omnem terram exivit ſonus A-
„poſtolorum: altera tamen ſententia certior, nam multa indicio
„ſunt Braſilianos à Tataris ortos. Deinde conſtat Thomam in Tata-
„ria, Sinis, India, Evangelium prædicaſſe, & ibi occiſum: nulla verò
„notitia eius in Americam profectionis & reditus. Unde ejus ex
„Tataria memoriam illatam putarim, vel ab ipſis Braſilianis, vel iis
„unde hoc acceperunt, populis. Celebratur & jam apud Indos ali-
„us Mar Tomas, id eſt, Dominus Thomas, qui collapſam religionem
„Chriſtianam ibidem inſtaurarit circa Annum Chr. DC. De quo Lu-
„dovicus Guzmanus in Indicis expeditionibus & Johan. de Bairos, ac
„alii. Hæc ille, habetque ὁμόψηφον Gerh. Joh. Voſſium de philologia
„§. 26. p. 63. & de Mathemat. cap. 42. § 10. pag. 242. quibus ſuc-
„centuries licet Malvendam l. 4. de Antichriſto c. 38. pag. 307.
William ſive Wilhelmus Penn, Anno 1712. denatus, in litteris ad com-
miſſarios ſocietatis Mercatorum Londinenſium, datis Philadelphiæ
VIII. Auguſt. 1683. editisque cum alibi tum in Penſylvaniæ deſcri-

ptione

ptione Germanice vulgata Francof. 1700. 8. pag. 131. originem incolarum illius regionis in America ſeptentrionali, ſimiliter à Judæis deducit: Ihren Urſprung achte ich, daß er herkomme von den 10. Stämmen der Juden. 1) Weiln ſie in einem Lande müſſen herum ziehen, und mögen wohl aus dem äuſerſten Theil Aſiæ in das allerweſtlichſte Theil (Americæ) gekommen ſeyn. 2) Weiln ſie und ihre Kinder von Angeſicht den Juden gantz gleich ſehen, wie die Zigeuner * (adde ibid. pag. 28. & 126.) 3) Mit den Juden in Ceremonien gantz übereinkommen. Sie opffern ihre Früchte, rechnen nach dem Mond, legen ihren Altar auf zwölff Steine &c. Braſilianos ſimiliter in America Meridionali à Judæis habere originem, alii ſuſpicantur. *Il y a des conjectures aſſez fortes pour dire que les habitans du Braſil viennent de quelques Juifs jettez ſur les côtes de l'Amerique. On y voit encore quelques traces des ceremonies Judaiques, telles que ſont celles d'appeller Paraſce une de leur plus grandes feſtes.* Hæc Memoriæ litterariæ Dombenſes ſive Trevoltinæ A. 1702. p. 355. ex Jo. Joſephi de S. Thereſia Hiſtoria belli Braſilienſis. Vide ſis etiam Peritſolii itinera mundi p. 70. & Thomam de Pinedo ad Stephanum Byz. pag. 331. Joſephum Acoſtam de natura novi Orbis lib. I. c. 23. ubi argumentum ex IV. Eſdræ 13. 40. petitum refellit. Tho. Malvendam de antiChriſto IV. 28. p. 281. ſeq. Olfert Dapperi Americam p. 26. & Hugonem Grotium de origine gentium Americanarum pag. 9. & ad eum notas Joannis de Laet: Theophilum Spizelium in elevatione relationis Montezinianæ. Baſil. 1661. 8. & Rich. Kidderum in demonſtratione adverſus Judæos parte III. pag. 434. ſeq. Hottentottorum ita populo ritus multos cum Judæis communes probat Petrus Kolbe in deſcriptione Capitis bonæ ſpei, edita Germanice Norimb. 1719. fol. pag. 352. 413. 415. 416. 425. 429. 431. 433. 449. 457. ſeq. Nec minus cum priſcis Troglodytis p. 352. 355. 370. 405. 425. 448. Sic Judæos in China verſantes eſſe reliquias decem tribuum ſuſpicabatur Euſebius Renaudotus notis ad veteres relationes itineris in Indiam Chinamque p. 324. ſeq. Hermannus vero Witſius in δωδεκαφύλῳ ſive libello de decem tribubus, qui Ægyptiacis ejus ſubjicitur cap. VIII. p. 371. poſtquam Menaſſæ Iſraelidis ſententiam rejeciſſet, qvod

* Cingaros origine eſſe Judæos, variis argumentis probat Clariſſ. Wagenſeilius in pera libror. juvenilium loculamento 2. ſub extrem.

qvod præter Spizelium aliosqve jam laudatos facit etiam Wagenſeilius Tomo II. peræ librorum juvenilium parte 2. pag. 123. *non paullo doctius*, inqvit, *viri præſtantiſſimi Caduſios Mediæ aquilonaris & montanæ incolas Colchos, Tartaros, Turcas aliasque gentes ex Iſraeliticis paullatim in gentiliſmum degenerantibus ortos hariolantur: ſed quam tenuibus conjecturis & eruditis erroribus, oſtendit amicus noſter Wilhelmus Wilhelmius.* Pro illa ſententia etiam Stephanus Morinus in diſſ. de cognatione Lacedæmoniorum & Hebræorum (inter diſſertationes VIII. Dordraci 1700. 8. junctim editas pag. 87.) *Adde in Mengrelia Colchidis regione adhuc hodie feſtum religioſe obſervari, quod cum Judæornm Paſchate & agno à ſingulis familiis edendo magnam habet affinitatem. Teſtis Jo. Baptiſta Tavernerius lib. III. c. 12. itinerum Perſiæ, qui addit vicinos Tartaros è propriis tribubus ſolis uxores ducere, quod etiam ſecundum Legem, Iſraelitæ obſervabant. c. 15. Sane inter ipſos Tartaros Colchis vicinos etiam Ilordæ ſive turmæ* Nephtalitarum *inveniuntur, teſte Agathia lib. IV. Imo* Danitarum, *à quibus volunt* Danos *nomen accepiſſe, & celeberrimus Thuanus lib. 67. obſervat circumciſos fuiſſe antequam Muhametes ipſis innoteſceret, quod non eſt leve argumentum reliquias eſſe Iſraelitarum, qui è Colchide in vaſtas Tartariæ ſolitudines diffuſi ſunt, & ob quandam Mahumetiſmi cum ſuis veteribus cerimoniis ſimilitudinem ad ipſum amplectendum proni fuerunt. Nota hiſtoria illius qui ſe jactabat Regem* Tibur, *in meditullio Tartariæ, nempe* טבור umbilicus *eſt, & à Franciſco I. Rege humaniter exceptus, & initio etiam à Carolo V. ſed tandem combuſtus ejus mandato, quod aulicos ad Judaiſmum ſollicitaret. Mitto teſtimonia Judæorum aſſerentium maximam Iſraelitarum multitudinem, Septentrionalem plagam occupaſſe, & eos qui volunt plurimos eorum in India degere, quamvis à noſtris mercatoribus non inveniantur, qui forſan aliquid audiverunt de profectione in Colchidem & Colchos, eamque verſus Indiam tetendiſſe exiſtimaverunt, quia Colchos & Colchicum ſinum in India repererunt.* Confer Epiſtolam de Judæis in ora Malabarica degentibus, quæ inſerta legitur Bibliothecæ novorum librorum Anno MDCXCVIII. p. 868. ſeq. & qvæ de Judæorum Synagoga apud Chinenſes * in provincia Honam ante CHriſtum natum, ut ajunt fundata, Gozanus S. J. commemoravit in Epiſtola de qva Ephemerides Pariſ. Anni MDCCVII. menſe Majo pag. 227. narrans Judæos

* Lettres edifiantes des Miſſions, T. VII.

Judæos de Meſſia in Lege promiſſo rogatos, atqve de JESU monitos, nomen ejus penitus ignoraſſe, JEſum Sirachi filium cognitum habuiſſe. Cui geminum qvod Semedi & Bernierii fide narrat Celeberr. Jablonskius prolegom. ad Biblia Hebræa §. 38. Judæorum Synagogas quasdam repertas in China fuiſſe, & penes eos fuiſſe librum Legis Hebraicum ante annos ſexcentos & amplius, ſine punctis vocalibus deſcriptum, Judæos vero iſtos de CHriſto nihil unqvam audiviſſe, unde liqveat ante ejus adventum illuc appuliſſe: immo nomen ignoraſſe Judæorum, ſed vero Iſraelitas ſe profeſſos eſſe. Unde veriſimile eſſe ajunt reliqvias eos habendos decem tribuum qvæ abductæ in captivitatem erant, nam poſt illud tempus nomen Iſraelitarum in uſu vulgari minus fuit qvam Judæorum. Deniqve conſtat *Olaum Rudbeckium*, celeberrimi Atlanticæ ſcriptoris non minus ingenioſum filium, nec minus paradoxa eruditis amantem propinare, in Lapponia ſua illuſtrata probatum iviſſe, reliqvias decem tribuum qværendas eſſe neqve in Aſia neqve in Africa, nedum in America, ſed vero in regione ſeptentrionali Europæ Lapponia, qvod itidem tum aliis qvibusdam conjecturis reddere probabile, tum ex congruentia rituum qvorundam & morum evincere ſtudet. Cæterum ex qvalibuscunqve ejusmodi veſtigiis morum eorundem atqve inſtitutorum, (ne dicam & illa haud tam expreſſa qvidem eſſe, ut interdum à ſcriptoribus venditantur) neutiqvam firmiter colligi poſſe populi alicujus originem, recte obſervavit Henricus Witſius diſſ. 2. de Evangelio in America non prædicato, ubi reſpondet ad jactatas apud novi orbis incolas reliquias Chriſtianorum rituum, pag. 92. *In omni*, inquit, *religione quantumvis Idololatrica, ac Diabolica plane aliquid animadverti poteſt, quod ad Divina inſtituta accedere quodammodo videatur. Ludit mirabiliter ingenii humani varietas, & in tam immenſa cultuum diverſitate vix eſt ut non aliqua etiam deprehendatur convenientia. Quæ ſi vel minima ſit, ab iis quorum intereſt ut major habeatur, augeri ſolet & exornari, eo quandoque tractis quæ aliorſum ſpectant.* Jacobus Saurinus diſſ. Hiſtorico Criticis Theologicis & moralibus Gallice editis Amſt. 1720. 8. Tom. 2. pag. 322. *Parmi les rapports que Spencer trouve entre les rites Levitiques & ceux des Idololatres, il y en a un grand nombre qui peuvent s'y rencontrer, ſans que les Peuples, qui les ont obſervez, ſe ſont réglez les uns ſur les autres. Que l'on compare la maniere dont on ſert Dieu*

 à Rome

à Rome & à Iſpahan, on y verra divers raports. Et cependant qui oſeroit ſoutenir que Rome s'eſt moulée ſur Iſpahan, ou qu'Iſpahan s'eſt moulé ſur Rome - - Dés que vous ſuppoſez une Religion, il eſt naturel de ſuppoſer auſſi des lieux ſacrez, des ceremonies exterieures, des emblemes & des ſymboles. Ces établiſſemens doivent leur naiſſance à la nature des choſes, non au genie particulier des peuples qui les ont reçus. Jacobus Baſnage V. C. in Hiſtoria Judæorum lib. VI. cap. 3. Tom. 4. pag. 964. *il ne ſuffit pas qu'on trouve chez ces peuples barbares quelque trace de Judaiſme; car il y a beaucoup de Rites qui ont été communs aux Religions idolâtres & aux Juifs. Ceux qui donnent trop au Diable, ſe plaignent il y a long tems qu'il a imité Dieu, & tâchent de rendre ſes myſteres & ſon culte parfaitement ſemblable à celui de l'Etre ſouverain. Mais ſans tirer le Demon des Enfers, l'eſprit humain étant d'une même trempe, a ſouvent les mêmes ſentimens ſur la matiere du culte. Il n'eſt pas beſoin que l'Idolâtre aille puiſer toutes ſes ceremonies dans la veritable Egliſe. Combien d'Idolâtres, qui ne ſe ſont jamais conus, ont eu les mêmes idées des Dieux, & leur ont rendu à peu près les mêmes hommages? Sans quitter la matiere que nous traitons, les Americains n'ont pas plus labouré avec les Manichéens qu'avec les anciens Egyptiens ſur les deux Principes. Cependant ils diſent au Perou qu'un homme puiſſant, nommé* Con, *avoit formé les hommes; mais qu'un autre Principe plus puiſſant, fils du Soleil & de la Lune, nommé* Pachacama, *les transforma en ſinges, en Perroquets & en ours, & fit les Indiens. Ils * adorent ces deux Principes, & le dernier a plus d'adorateurs, parce qu'on craint qu'il ne faſſe du mal, & qu'il transforme les hommes en bêtes. On a pu de même imiter les Juifs en Amerique ſans avoir commerce avec eux. L'autel élevé ſur douze pierres, l'obligation des premices, & le calcul par les Lunes peuvent avoir été imaginées dans tous les païs. La Circonciſion forme un caractere plus parlant; mais le fait eſt tres-incertain. Pierre Martyr † l'aſſure:* Ils immolent leurs enfans à l'honneur des Idoles, & ſont circoncis. *Gomara dit que quelques-uns coupent leur prepuce; mais qu'ils ne le font pas tous.* Retaianſe a junque no todos. *Mais Acoſta, qui avoit fort étudié ce païs-la, remarque que les Americains ne peuvent être Juifs, parce qu'ils n'ont jamais circoncis leurs enfans, & qu'ils ne le font pas; & quand ils ſeroient circoncis, combien d'autres peuples ont ôté leur prepuce? Il*

* Zarate l. 2. c. 11. pag. 49.
† Petrus Martyr Decad. cap. 4.

Il ne faut donc pas s' arrêter à quelque ombre de conformité, ni precipiter ſes concluſions ſur quelque reſſemblance de Religion, comme ſi les uns devoient neceſſairement deſcendre des autres.

APOSTOLOS etiam penetraſſe in Americam, multi contendunt ex Propheticarum prædictionum, ex mandati CHriſti, & teſtimoniorum Apoſtolicorum univerſalitate generali ſine exceptione ad totum qui ſub cœlo eſt terrarum Orbem & univerſum genus humanum pertinente. Prophetica dicta audiamus. * Pollicitus Filio Pater eſt, daturum ſe ei *gentes*, imo & *fines terræ*, in poſſeſſionem ſuam. Pſ. II. 8. dominaturum eum eſſe *a mari uno ad alterum, & a fluminibus uſque ad terminos orbis terrarum.* Pſ. LXXII. 8. Zach. IX. 10. ad montem domus JEhovæ adfluxuras eſſe *omnes gentes*: doctrina prodeunte ex Zione, & verbo JEhovæ Hieroſolymis. Jeſ. II. 2. 3. ut *inſulæ maris* legem Meſſiæ, neque fruſtra, exſpectent; & JEhovam novis canticis celebrent, ac laudem ejus *ab extremitate terræ*. Jeſ. XLII. 4. 10. 11. ipſaque adeo *terra plena ſit ſcientia JEhovæ*, veluti *aquis alveum maris operientibus*. Jeſ. XI. 9. Futurum etiam eſſe ut JEhova unus ſit, & nomen ejus unum ſuper *totam terram*. Zach. XIV. 9. Porro converſurum eſſe JEhovam ad *populos* labium purum, quo invocent *omnes* nomen JEhovæ, colendo eum humero uno; atque *e transfluvialibus partibus Æthiopiæ* ſupplices JEhovæ cum filia diſperſorum ejus adferant ipſi munus Zeph. III. 9. 10. Quibus conſonum eſt alterius Prophetæ oraculum: *Ab ortu ſolis uſque ad occaſum ejus* magnum futurum nomen DEI, *in gentibus* & *in omni loco* ſuffimentum adferendum nomini ipſius & munus purum; *quia magnum nomen meum erit in gentibus, ait JEhova exercituum.* Malach. I. 11. Iterumque aliud: *Ut revereantur inde ab occaſu nomen JEhovæ, & inde ab ortu ſolis gloriam ejus.* Jeſ. LIX. 19. Denique: *Congregabo omnes gentes & linguas, quæ venientes viſuræ ſunt gloriam meam. Ponam in his ſignum, & mittam ex his qui evaſerint ad gentes, in Oceanum, Pulem, & Ludum, jaculantes arcu, Thubalem & Javanem; regiones denique longinquiſſimas quæ non audiverant famam meam, neque viderant gloriam, ut indicent gloriam meam in gentibus, &c.* Jeſ. LXVI. 18. 19. Ad hæc, & quæ hiſce gemina multa exſtant vaticinia, obſervari velim I. Deſcribi illis ſtilo Prophetico genium

* Herm. Witſii Miſcellanea Tom. 2. pag. 402. ſeq. confer quæ ſupra capite I.

genium atque indolem regni Meſſiæ, id eſt, religionem & cultum ſpiritualis Chriſtianiſmi, prout exercendus erat glorificato in cœlis JEſu: cujus promotioni, Evangelii prædicatio unice inſervit. II. Doceri ſpiritualis illius cultus amplitudinem, diffuſam per omnes gentes, omnes terræ cardines, terram univerſam, ab ortu ſolis ad Heſperium cubile: iis locutionibus, quibus neque grandiores neque efficaciores vel mente conceperis. III. Quum amplitudo regni CHriſti gloria & gaudium Chriſtianorum ſit, nequaquam noſtræ eſſe pietatis, ut quæ magnificentiſſimis carminibus cecinere vatum antiquiſſimi, ea nos quæſitis ſubtilitatibus intra arctiores juſto limites coerceamus.

CHriſti mandata exſtant Matth. XXIV. 14. 19. Marc. XIII. 10. XVI. 15. Luc. XXIV. 47. Actor. I. 8. Teſtimonia vero Apoſtolica Marc. XVI. 20. Actor. XVII. 30. Rom. X. 18. Coloſſ. I. 6. & 23. ad quæ loca præter interpretes conferri poterunt:

Georgij Zeamanni fernere gründliche Offenbahrung des Uncatholiſchen Pabſthums T. 1. p. 232. ſeq.

D. *Joannes Gerhardus* Confeſſ. Cathol. lib. 2. artic. 3. c. 6. T. 2. pag. 756. ſqq.

D. Jo. Hulſemann de auxiliis gratiæ diſſ. 2. c. 1. §. 19. p. 142. ſeqq. qvi inter alia, *non tenemur*, inqvit, *per inductionem ſingularum provinciarum, civitatum, pagorum, qui hodie in Orbe habitabili poſſunt nominari, & ex conſenſu hiſtoricæ relationis probare, in hoc vel illo pago, hoc vel illo anno, menſe, die prædicatum eſſe Evangelium, quomodo actus judiciales ſolent per inſtrumenta Notariorum publica demonſtrari: ſed inhæremus univerſali itemque Divinæ adſertioni*, Omni Creaturæ ſub Sole *prædicatum eſſe aliqvando Evangelium.*

Jacobus Götten Lubecenſis lib. 1. obſervationum cap. 6. pag. 27. ſeqq.

D. Georgius Mœbius Theologus Lipſienſis Oratione de Evangelio per Apoſtolos in Americam propagato, quæ exſtat ad calcem libri de Oraculis, editi Lipſiæ 1685. 8. *Nouvelles de la Rep. des lettres A.* 1686. p. 678. Inter alia idem Mœbius p. 199. ſeq. diſputat adverſus ſententiam *D. Johannis Henrici Urſini*, qui in Analectis ſacris

pag.

pag. 356. ſeq. lib. VI. c. 24. negat Americam iis temporibus quibus Mundo Apoſtoli annunciarunt ſalutare præconium Evangelii, habitatam & hominibus freqventatam fuiſſe.

Hermannus Witſius Exercitatt. Academicarum dodecade, diſſ. 1. & 2. & T. 2. Miſcellaneorum ſacrorum, editorum Trajecti 1700. 4. qui Exercitatione XIII. pag. 400. ſq. diligenter colligit ea qvæ Evangelium Apoſtolico præconio ad Americanos propagatum ſvadere poſſunt, ubi etiam inter alia de THOMA Apoſtolo Braſilienſium, atque de veſtigiis Chriſtianiſmi * repertis in America, & quæ de Americæ veteribus Ægyptiis, Phœnicibus, Carthaginienſibus, Græcis ut videtur non ignota † feruntur: ſed Exercitatione XIV. pag. 426. ſqq. eadem expendenda ſibi ſumit ac refellenda.

 Qui

* De illis *Thomas Malvenda* lib. IV. de Antichriſto cap. 38. p. 306. ſeqq. qui tamen parum certa illa Evangelii in Novo Orbe ab Apoſtolis prædicati documenta eſſe haud diffitetur, ſicut & *Mottanus Vayerus* de la vertu des Payens Tom. 1. Opp. pag. 558. ſeq.

† Vide *Jac. Perizonium* ad Æliani III. 18. p. 217. ſeq. *Reineri Reineccii* methodum legendi Hiſtoriam p. 22. *Thomæ Brown* notas ad religionem Medici ſect. XXI. *Voſſium* de Philologia c. XI. §. 27. & de ſcientiis Mathematicis cap. 42. §. 10. & pag. 456. *G. Caſp. Kirchmaierum* diſſ. de Atlantide Platonis, Witeb. 1685. 4. Chriſtianum Franciſcum Paulini in der Zeit-kürtzenden erbaulichen Luſt cap. XXI. &c. De originibus Gentium Americanarum, præter *Rob. Comtæum* Amſt. 1644. qui a Carthaginienſibus illas repetit, nec non *Hornium*, *Laëtium*, *Grotium*, *Lerium*, *Spitzeliumque* libris ſupra laudatis: tum *Jo. Baptiſtam Poiſſonum* animadverſ. ad Grotium, Leriumque Pariſ. 1644. 8. *Joannem Euſebium Nierembergium* lib. V. hiſt. nat c. 1. 2. 27. *Caſp. Schottum* Phyſicæ curioſæ pag. 834. ſeqq. & *Jo. Hoorbeekium* de converſione Gentilium pag. 59. ſeqq. videndus *Matthæus Hale* in opere præclaro de primis generis humani initiis & originibus, p. 660. ſqq. edit. Germanicæ, Breslav. 1688. 8. & *Anonymus* Gallus in Epiſtola inſerta Novo Mercurio A. 1721. menſe Januar. & Ephemeridibus Pariſ. ejusdem Anni menſe Auguſto, Gelehrte Zeitungen A. 1721. p. 729.

Qui inconſulta vel ſusque deque habita hiſtoriarum fide experientiaque generis humani, litteram & vim verborum ſacrorum propriam urget unice, nec ullam explicationem aliam admittunt, cum illis incaſſum contendas ut Apoſtolos neges etiam ante excidium a) Hieroſolymitanæ Urbis Americanis Evangelium prædicaſſe, aut certe ſonum prædicationis Apoſtolicæ ad eos ab illo jam tempore emanaſſe. Mihi autem minime contemnenda videtur Theologi pii atque eruditi D. Joannis Quiſtorpii ſententia, qui ad locum Apoſtoli Coloſſ. I. 23. hæc annotavit: *Quum ex indiciis non obſcuris colligatur nunquam Evangelium in novo ut appellatur Orbe ante nuperam hujus partis terræ detectionem prædicatum fuiſſe: videntur tum Apoſtoli tum Patrum in toto orbe prædicatum eſſe Evangelium aſſerentia dicta accipienda eſſe vel de Orbe tum cognito, vel hyperbolice*, b) *quemadmodum de Romanis Apoſtolus ſcribit, eorum fidem annunciari in toto Mundo, Rom. I. 8. obedientiam eorundem omnibus innotuiſſe, Rom. XVI. 19.*

De

a) De illo enim excidio, & de interitu Reip. Judaicæ accipienda eſſe recte obſervant Verba CHriſti Matth. XXIV. 14. *Et prædicabitur hoc Evangelium Regni in univerſo Orbe, in teſtimonium omnibus gentibus*: καὶ τότε ἥξει τέλος. *& tunc veniet conſummatio*, illa nempe, de qua ſtatim ſequitur: *cum ergo videritis abominationem deſolationis* &c.

b) Hyperbole eſt figura locutionis, omnibus uſurpata linguis, Orientalibus autem frequentata maxime, ad rem cum ornatu & gratia augendam minuendamve, ut quadam ſuperjectione verum pulchrius ac vividius intelligatur. Hanc non protinus traducendam pro mendacio, atque ideo ſacris litteris proſcribendam eſſe, contra Reformatos quosdam Doctores facile probant Theodorus Hackſpanius lib. 2. Miſcellaneorum cap. 4. & D. Chriſtoph. Auguſtus Hermannus tomo tertio poeciles lib. 3. pag. 347. ſeq. Quanquam ſobrie & non niſi neceſſitate jubente, ſalvaque & integra rerum admirandarum veritate admittendam recte viri præclari monuerunt. Qui vero nullam plane in ſacra Scriptura dari hyperbolem contendunt, hoc ipſum, ne quid amplius dicam, utique affirmare videntur ὑπερβολικῶς, idque non illibenter ſibi perſvadebit qvi cum Danielis Gerdeſii & venerandi Viri D. Val. Erneſti Lœſcheri, in limine eruditi ſui ſtromatei, ob-

De extremis orbis tunc cogniti regionibus locus inſignis eſt Coſmæ Indopleuſtæ, quo verbis CHriſti fidem facit, eaque luculenter impleta eſſe refert, libro tertio Topographiæ Chriſtianæ p. 178. cujus teſtimonio caput hoc concludere juvat.

Ἐν τῇ Ταπροβάνῃ νήσῳ ἐν τῇ ἐσωτέρᾳ Ἰνδίᾳ, ἔνθα τὸ Ἰνδικὸν πέλαγός ἐστι, καὶ ἐκκλησία χριστιανῶν ἐστὶν ἐκεῖ καὶ κληρικοὶ καὶ πιστοὶ, οὐκ οἶδα δὲ εἰ καὶ περαιτέρω. ὁμοίως καὶ εἰς τὴν λεγομένην Μαλὲ, ἔνθα τὸ πέπερι γίνεται· καὶ ἐν τῇ Καλλιάνᾳ δὲ τῇ καλουμένῃ, καὶ ἐπίσκοπός ἐστιν ἀπὸ Περσίδος χειροτονούμενος. ὁμοίως καὶ ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Διοσκορίδους κατὰ τὸ αὐτὸ Ἰνδικὸν πέλαγος, ἔνθα καὶ οἱ παροικοῦντες Ἑλληνιστὶ λαλοῦσι, πάροικοι τῶν Πτολεμαίων τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ὑπαρχόντων, καὶ κληρικοί εἰσιν ἐκ Περσίδος χειροτονούμενοι καὶ πεμπόμενοι ἐν τοῖς αὐτόθι, καὶ χριστιανῶν πλῆθος, ἣν νῆσον παρεπλεύσαμεν, οὐ κατῆλθον δὲ ἐν αὐτῇ· συνέτυχον δὲ ἀνδράσι τῶν ἐκεῖ Ἑλληνιστὶ λαλοῦσιν, ἐλθοῦσιν ἐν τῇ

In Taprobana inſula ad interiorem Indiam, ubi Indicum pelagus exſtat, Eccleſia Chriſtianorum habetur, ubi clerici & fideles reperiuntur: an ulterius etiam, ignoro. Similiter in Male, ut vocant, ubi gignitur piper. In Calliana vero (ſic nuncupant) Epiſcopus eſt, in Perſide ordinari ſolitus. Similiterque in inſula quæ Dioſcoridis vocatur, in eodem mari Indico ſita, cujus incolæ Græce loquuntur, ſuntque coloni a Ptolemæis Alexandri Macedonis ſucceſſoribus iſtuc deportati, clerici reperiuntur, ex Perſide; ubi ordinantur, eodem tranſmiſſi: ibi etiam Chriſtianorum multitudo verſatur. Cui inſulæ adnavigavi, neque tamen eo deſcenſum feci: verum cum quibusdam ejus incolis Græce loquen-

Αἰθιο-

ſervatis conferet Iſidorum Peluſiotam lib. 2. Epiſt. 99. Salomon. Glaſſium lib. V. philologiæ ſacræ c. 19. & Hermeneuticæ ſacræ ſcriptores B. D. Dannhauerum pag. 272. Pfeifferum pag. 447. & celeberrimum Rambachium lib. 3. c. 2. §. 6. Chriſtiani Chemnitii diſſ. de hyperbole, Jen. 1638. 4. Carolum le Cene libro Gallice edito, Projet d'une nouvelle verſion Françoiſe de la Bible, capite tertio, Maximilianum Sandæum libro de hyperbole, vulgatum Moguntiæ 1619. 8. &c.

Αἰθιοπίᾳ. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ Βακτροις, καὶ Οὔννοις, καὶ Πέρσαις, καὶ λοιποῖς Ἰνδοῖς, καὶ Περσαρμενίοις, καὶ Μήδοις, καὶ Ἐλαμίταις καὶ πάσῃ τῇ χώρᾳ Περσίδος καὶ ἐκκλησίαι ἄπειροι καὶ ἐπίσκοποι, καὶ χριστιανοὶ λαοὶ πάμπολλοι, καὶ μάρτυρες πολλοὶ, καὶ μονάζοντες ἡσυχασταί. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τὴν Αἰθιοπίαν, Αξώμην τε, καὶ πᾶσαν τὴν περίχωρον· Ἀραβάς τε τοὺς Εὐδαίμονας, τοὺς νῦν καλουμένους Ὁμηρίτας, πᾶσαν Ἀραβίαν καὶ Παλαιστίνην, Φοινίκην τε καὶ πᾶσαν Συρίαν καὶ Ἀντιόχειαν μέχρι Μεσοποταμίας, Νωβάτας τε καὶ Γαραμάντας, Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν, Ἀφρικὴν καὶ Μαυριτανίαν ἕως Γαδείρων, τὰ πρὸς νότον πανταχοῦ ἐκκλησίαι χριστιανῶν εἰσι, καὶ ἐπίσκοποι, μάρτυρες, μονάζοντες, ἡσυχασταὶ διαπαντὸς, ὅπη ἐστὶ κηρυττόμενον τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. ὁμοίως πάλιν Κιλικίαν, Ἀσίαν, Καππαδοκίαν, Λαζικὴν, καὶ Πόντον, καὶ τὰ ὑπερβόρεια μέρη Σκυθῶν, Ὑρκάνων, Ἐρούλλων, Βουλγάρων, Ἑλλαδικῶν τε καὶ Ἰλλυρίων, Δαλμάτων, Γότθων, Ἰσπανῶν, Ῥωμαίων, Φράγγων, καὶ λοιπῶν ἐθνῶν μέχρι τῶν Γαδείρων τοῦ Ὠκεανοῦ κατὰ τὸ βόρειον μέρος, πιστευσάντων καὶ καταγγελλόντων τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν

tibus colloquia miſcui, qui in Æthiopiam proficiſcebantur. Itemque apud Bactros, Hunnos, Perſas, reliquos Indos, Perſarmenos, Medos, Elamitas, atque in tota Perſidis regione, Eccleſiæ infinitæ ſunt, epiſcopi item, Chriſtianique populi magno numero, martyres multi, Monachi & Heſychaſtæ. Similiterque in Æthiopia, in Axumi, & in univerſa circum regione. Apud Arabas quoque Felices, qui jam vocantur Homeritæ, in univerſa Arabia, Palæſtina, Phœnice & tota Syria, Antiochiâ uſque ad Meſopotamiam, Nobatas & Garamantas, in Ægypto, Libya, Pentapoli, Africa & Mauritania uſque ad Gades verſus meridiem ubique Eccleſias Chriſtianorum videas, & Epiſcopos, Martyres, Monachos, Heſychaſtas, ubi prædicatum fuit Evangelium CHriſti. Itemque in Cilicia, Aſia, Cappadocia, Lazica, Ponto, & in Hyperboreis partibus Scytharum, Hyrcanorum, Herulorum, Bulgarorum, Helladicorum, Illyriorum, Dalmatarum, Gotthorum, Hiſpanorum, Romanorum, Francorum, & reliquarum gentium uſque ad Gades Oceani verſus ſeptentrionalem plagam: qui omnes crediderunt, ac Evangelium CHri-

ἀνάστα-

ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν ὁμολογούντων. καὶ πληρουμένας ὁρῶμεν τὰς προῤῥήσεις εἰς πάντα τὸν κόσμον.

ſti annuntiant, reſurrectionemque mortuorum confitentur. Atque ſic prædictiones in univerſo mundo completas videmus.

CAPUT XLVIII.

De AMERICÆ ſeptentrionalis regionibus ac provinciis, & Chriſtianiſmi in illis originibus ac ſtatu.

Neminem fugit ab A. 1492. auſpiciis FERDINANDI Caſtellæ Regis, & JOHANNIS II. atque EMANUELIS Regum Luſitaniæ novum orbem detectum à *Chriſtophoro Columbo* a) Placentino, *Americo Veſputio* b) Florentino. *Ferdinando Magellano* aliisque, quorum nomina & expedititones ordine chronologico refert B. Rudolfus Capellus noſter in ſylloge edita Hamb. 1678. 4. cui titulus: Norden, p. 219. ſq. & Jo. Baptiſta Ricciolus Geographiæ reformatæ III. 22. p. 92. ſq. c) Columbus & proprio ingenio excitatus, & invitatus charta Geographica *Martini Behaim* d) Patricii Norimbergenſis, monitionibusque nautæ periti *Alonzo Sanchez de Helva* e) & memoriis adjutus *Antonii Zeni* f) tantam rem primus tanto ſucceſſu ſuſcepiſſe traditur. Inter Hiſpanos Luſitanosque quicquid terrarum inſularumque deinceps detegeretur, pro autoritate ſua diviſit, ductaque à polo

Eeeee ad

a) Ubertini Carrere S. J. Columbus, poëma editum Romæ 1715. 8. Mem. de Trevoux 1715. p. 1848.

b) Paulus Jovius in elogiis bellicis lib. 6. p. 348. Iſaacus Bullart T. 2. Academiæ ſcientiarum p. 265.

c) Idem Ricciolus de navigationibus circa totum orbem ſuſceptis conſulendus III. 24. p. 104. ſeq. V. 26. p. 166. ſq.

d) Confer Petrum Kolbe de capite bonæ Spei pag. 351. Jo. Frid. Stuvenium de vero novi Orbis inventore, Francof. 1714. 8. Neue Hälliſche Bibliothec parte XXXVII. p. 533. ſeq.

e) Garſilaſſo de la Vega hiſt. des Yncas liv. 1. c. 3.

f) Neue Bibliothec XXXVII. p. 537. 539.

ad polum per Picum montem linea, quæ ad Orientem, Luſitanis, quæ ad Occidentem ſita alterius Chriſtiani Principis non fuerint, Hiſpanis attribuit Alexander ſextus Pontifex, in bulla nobili quæ incipit *Inter cætera Divinæ Majeſtati bene placita opera*, atque exſtat apud Bzovium ad A. C. 1493. n. 20. & in bullario magno Laur. Cherubini Tom. 1. p. 466. in qua Religionis Chriſtianæ propagatio illis inter alia commendatur his verbis: *hortamur vos quam plurimum in Domino & per ſacri lavacri ſusceptionem, qua mandatis Apoſtolicis obligati eſtis, & viſcera miſericordiæ Domini noſtri JEſu CHriſti attente requirimus, ut cum expetitionem hujusmodi omnino proſequi, & aſſumere proba mente orthodoxæ fidei Zelo intendatis, populos in hujusmodi inſulis & terris degentes ad Chriſtianam Religionem ſuſcipiendam inducere velitis & debeatis, nec pericula nec labores ullo unquam tempore vos deterreant, firma ſpe fiduciaque conceptis, quod DEUS omnipotens conatus veſtros feliciter proſequetur.* Ab eo tempore gloriam multas novas terras inſulasque detegendi occupandique certatim cum Hiſpanis Luſitanisque creverunt Angli, Belgæ, Galli.

Quanquam initio ab Europæis Americam adeuntib⁹, Hiſpanis præſertim, in miſeros illos mortales permittente juſto Vindicis Numinis judicio multa admiſſa crudelius, atque nullo colore eos convertendi aut ad ſaniorem mentem adducendi, ſed injuſto exſpoliandi ſtudio & dira excruciandi eos modis omnibus ac delendi eorū nominis* libidine: ſicut intra XLV. annorum ſpatiū dicuntur igne ferroque & fame perdita plus quam quinquagies millena incolarum novi Orbis millia: tamen negari non poteſt, interjecto tempore, ex quo Coloniæ Chriſtianarum gentium in illum deductæ, pacatis rebus ſedes figere, & magis ac magis amplificari cœperunt, januam apertam fuiſſe ampliſſimam non modo Chriſtianorum ſacrorum in illas longe lateque patentes regiones inferendi, eaque colendi ibi à Chriſtianis, ſed etiam multos ex Indis idololatris, quos ſuperiorum temporum atrocitas reliquos fecit, Chriſtiana doctrina imbuendi, hancque ipſam latius latiusque propagandi. Cumque America omnis, vulgatiſſimâ diviſione in

* Videnda præ cæteris *Barthol. de las Caſas* narratio Hiſpanice primum A. 1552. edita & deinde recuſa Latine, Gallice, Italice, Germanice, Anglice, Belgice. De hoc Bartholomæo & aliis ejus ſcriptis Jacobus Echardus in Bibliotheca ſcriptorum Dominicanorum T. 2. p. 193. ſeq.

in *ſeptentrionalem* & *auſtralem* diſtinguatur, placet *SEPTENTRIONALEM* primum paucis percurrere, & Chriſtianiſmi in illa ſucceſſus pro gentium Europæarum, colonias ibi obtinentium, diverſitate luſtrare. Præcipuæ HISPANORUM in illa ſunt partes, *Novam Hiſpaniam* regnumque *Mexicanum* ab A. 1521. & partem *Floridæ*, pluresque inſulas ex *Antillis*, aliisque habentium in poteſtate.

In urbe *Mexico* præter Archiepiſcopum † etiam Academia** & tribunal Inquiſitionis. Sub Archiepiſcopo *MEXICANO* Epiſcopi 1) in nova Mexico, in urbe *S. Fidei* (S. Fé.) 2. Gvadalajaritanus *Quadajara* in nova Galicia. 3) *Durangi* in nova Biſcaja. 4) *Mechoacani* (Valladolid) in provincia Mechoacanenſi. 5) *Angelopoleos*, (los Angelos) in provincia Tlaſcala. 6) *Antequeræ* in provincia Gvaxaca. 7) *Meridæ* in provincia Jucatanenſi. 8) *Civitatis S. Jacobi* (S. Jago) in provincia Gvatimalenſium ubi etiam Academia. 9) *Civitatis Regiæ* (Ciudad Reale) in provincia Chiapa. 10) *Truxilli* (Valladolid) in Provincia Honduras. 11) *Veræ Pacis* in Provincia Vera Paz. & 12) *Leonis* in Provincia Nicaragva. 13) *S. Conceptionis* in provincia Veragva.

In Inſula *S. DOMINICI* inter Antillas Archiepiſcopus, ſub ſe habet Epiſcopos 1) *Conceptionis* in Inſula Hiſpaniola. 2) *S. Jacobi* in Inſula Cuba. 3) *S. Joannis in Portu diviti*, in Inſula ejusdem nominis: & 4) *Corenſis* (S. Anne de Coro) in provincia Venezuela Terræ firmæ.

Quantus autem numerus Monachorum Ordinis S. Dominici, Minoritarum ſive Franciſcanorũ, Eremitarum S. Auguſtini, S. Mariæ de Miſericordia, Jeſuitarum, Carmelitarum diſcalceatorum, Capuccinorum, Eremitarũ S. Hieronymi, Fratrum de Miſericordia, Religioſarumque Virginum varii generis in America jampridem verſetur, incrementaque capiat quotidie, vel inde licet capere conjecturam, quod Nicolaus Sanſonius tradit ſolum Ordinem Eremitarum S. Auguſtini ab A. 1500. ad 1600. facile ducenta Monaſteria in novo Orbe condidiſſe.

De Mexicano regno per Ferdinandum Corteſium A. 1521. ſubjugato, *Gemellus Carreri* tomo ſexto itineris per Orbem ſuſcepti.

Eeeee 2 Hiſtoria

† Atlas hiſtorique T. 1. No. 35. Henr. Schereri Geographia Hierarchica T. 2. p. 107. Urrutigoytas p. 642.

** *Thoma Gage* Neu-Spanien P. 103.

Hiſtoria de la conquiſta de la nuova Eſpanna por *Bernal Diaz de Caſtillo.* Madrid 1632. fol.

Hiſtoire de la conquête de Mexique, ou de la nouvelle Eſpagne par Ferdinand Cortes. Paris 1704. 8. 2 Vol. ex Hiſpanico Dom *Antonio de Solis.*

Thomas Gage in Beſchreibung von Neu Spanien. Lipſ. 1693. 4. Germanice è Gallico. Pariſ. 1676. 12. Journal des Sav. 1676. p. 57.

Gonzalo de Illeſcas T. 2. hiſt. Pontifical y Catolica p. 315. 340. Thuanus initio libri 78. ad A. C. 1583.

Joannis de Solorzano de Indiarum jure, ſive de juſta Indiarum Occidentalium inquiſitione, acquiſitione & retentione. Lugd. 1672. fol. 2 Volum.

La decouverte des Indes Occidentales par les Eſpagnols, & les moyens dont ils ſe ſont ſervis pour s'en rendere maitres, par Dom *Balthaſar de las Caſas.* Paris 1701. 8. ex Hiſpanico.

* Adverſanus in regno Neapolitano.
Advocatenſis in Africa Occid.

* (*Aire*)

* Adurenſis ſive Vicojulienſis in Vaſconia (*Aire*) ſub Archiep. Auſcienſi. *T.* I. *Gallia Chriſt.* p. 1147. edit. novæ: (vet. T. 2. p. 15.)

Æcanenſis, Æcæ ad radices Appennini montis. *Ughellus T.* 10. p. 5.

Æclanenſis in regno Neapolitano. Æculanenſis, Quintodecimanus. *id. p.* 6.

Æcolenenſis vide Engoliſmenſis, in Aquitania.

* Æduenſis, Eduenſis ſive Auguſtodunenſis in Burgundia. *Claudii Saulnier* Autun Chreſtien 1686. 4. Sammarthani T. 2. Galliæ Chriſt. p. 25.

* Ægadenſis ſive Achadenſis in Hibernia.

Ægarum ſive Egaræ in Aſia Proconſulari.

Ægeitanus, Ægeon, Ægæarum, Αἰγειάς in Cilicia ſecunda.

Ægiali in ſecunda Cycladum.

Ægii in Achaja.

* Æginæ, Αἰγίνης in Cycladibus Inſulis in provincia maris Ægæi. Avtocephalus.

Ægitanienſis. vide Odoricum Raynaldum ad A. C. 1329. n. 92.

Ægypti Epiſcopi quorum meminit Athanaſ. apologia contra Arianos, T. I. edit. novæ pag. 187. ſeq. ſub Alexandrino: Ἀθριβί, ὁ ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων χώρᾳ, Ἀντινόου, Ἀρσενοίτης, Βουβάστου, Διοσπόλεως, Ἑρμέθης, ἡλίου, Ἡρακλέους, Θηβαΐδος, Θμουΐ, Κλεοπατρίδος, Κόπτου, Κουσῶν, Κυνῶ, Κυνῶ καὶ Βουσίριδος, Λεοντῶν, Λητῶ, Λυκῶ, Μαξιμιανουπόλεως, Μεμφί, Μετηλί, Νειλουπόλεως, Νικίους, Ὀξυρύγχου, Πηλουσίου, Πτολεμαΐδος, Σαΐδος, Σεβεννύτιδος, Τάνυδος, Τεντυρῶν, Φακουσῶν, Φαρβεθῶ, Φθενεγύ.

* Aël ſive Agel in Armenia.

Æladis ſive Æliæ in tertia Palæſtina.

Æliæ, vide Hieroſolymæ.

Æmimonti in Thracia.

* Æmonienſis in Iſtria, vide Civitatis novæ. *Ughell. T.* 5. & T. 10. p. 198.

* Ænarienſis in inſula regni Neapolitani.

* Æni Epiſcopus, in Rhodopenſi Thraciæ provincia. Αἴνου, Avtocephalus, deinde μητροπολίτης. Nilo Doxopatro ἡ Αἴνος.

Æpolienſis in prima Cappadocia.

* Æquenſis vici, in regno Neapolitano. *Ughellus T.* 6. adde T. 10. p. 8.

Ærindeles in Moabitide.

Æſculanus ſive Aſculanus in Marchia Italiæ Anconitana. *Ughellus T.* I. p. 436. ſeq.

* Æſernienſis, in regno Neapolitano. *Ughellus T.* 6.

* Æſidis ſive Æſinus in Marchia Anconitana. (*Jeſi*) vide Ughellum T. I. Italia Sacræ.

Æſonenſis, vide Auſonenſis.

De Æthiopiæ Epiſcopis & Patriarchis dictum ſupra cap. 45. de Epiſcopis Africæ cap. 44.

Agaæ in Aſia Proconſulari.

Agabrenſis, Egabrenſis, in Hiſpania. Agvirre Tom. I. Concil. Hiſpaniæ p. 297. ſeq.

Aſuſenienſis in Byzacena Africæ Occid.

Agæ in Africa Proconſulari.
Agadboënſis in Hibernia.
Aganenſis A. 1439. interfuit Concilio Florentino.
S. Agapeti in Galatia ſecunda.
Agarenſis ſive Egarenſis, iu Catalonia. vide Agabrenſis
✱ S. Agathæ ſive Agathopolis (*S. Agatha de Gothi*) in principatu ulteriori regni Neapolitani. *Ughellus T.* 8.
✱ Agathenſis in Gallia, ſub Archiep. Narbonenſi. (*Agde*) Sammarthan. T. 2. Galliæ Chriſt. p. 57.
✱ Agathopolis in Thracia. Ἀγαθȣπόλεως ſub Metropolita Adrianopolitano.
Ἀγαθῆς κώμης in Phrygia ſecunda Capatiana.
Agathonices in Thracia.
Agathyrſi in Sicilia.
✱ Agennenſis, Aginnenſis in Aquitania Galliæ (*Agen*) ſub Archiep. Burdegalenſi. *T.* 2. *Gallia Chriſtiana* edit. novæ (vet. T. 2. p. 66. ſeqq.
Agenſis in Africa Proconſulari.
Aggaritanus ſive Aggeritanus, Aggeritenſis in Byzacena Africæ Occid.
Aggivæ ſeu Augivæ in Africa Occid.
Agienſis ſive Agrenſis A. 1438. interfuit Concilio Florentino.
Aginnenſis, vide Agennenſis.
Agnenſis in Mauritania Cæſarienſi.
Agninus Epiſcopus *Aſahel ſubſcribit* Concilio Lateranenſi A. C. 1139.
✱ Agramenſis in Croatia. (Zagabriæ.)
✱ Agraphæ in Theſſalia.
Agrenſis ab Agra Africæ.
✱ Agrienſis in Hungaria inferiore. (Erla, Hungarice Eger) ſub Archiep. Strigonienſi.
✱ Agrigentinus Ἀκραγαντος in Sicilia. Vitas Epiſcoporum compendio traditas à Petro Tognoletto, MSS. memorat Mongitor. T. 2. p. 161. vide Rochum Pirrum T. 2. Siciliæ ſacræ, Volum. 3. theſauri Siciliæ.
Agrii in Greta Inſula.
✱ Agrippinenſis, vide Colonienſis
Agropolitanus in regno Neapolitano.
✱ Agulitanus in Armenia.
Ajacenſis ſive Adjacenſis in Corſica.
Ajaſſi in finibus Ciliciæ, Epiſcopatus Armen.
✱ Aichſtadienſis, Eyſtetenſis, Aureatenſis in Franconia Germaniæ. Vide Gretſerum ad calcem Philippi Eyſtetenſis, Ingolſtad. 1617. 4. le Cointe ad A. C. 742. T. 5. pag. 64. & ad A. 745. p. 137. Baronis Jo. Frid. de Falckenſtein hiſtoriam quam parat Epiſcopatus Aureatenſis ſ. Aichſtadienſis memorant Acta FrancorumErudita & Curioſa pag. 1. ſq. 225 ſqq. Adi & Gruteri Chronicon Chronicor Eccleſiaſt. T. 1. pag. 1007. ex Bruſchio. Gabrielem Bucelinum T. 1. p. 15. ſq. Clariſſimi Jo. Hubneri noſtri quæſtiones hiſtoricas Germanice editas tomo VII, Anonymi Hiſt. Eccleſiaſtique d'Allemagne Tom. I. p. 67. a Bruſſelle, 1724. 8.

Aila-

Ailanus Αἰλίας in Palæſtina prima.
Airthirconachti Epiſcopus in Hibernia ſubſcripſit Synodo A. C. 1152.
Ajurenſis ſive Azurenſis in Numidia.
Alabandenſis in Caria.
Aladenſis in Hibernia. vide Innocentium III. lib. 2. Epiſt. 17.
Alæſanus in Sicilia.
Alalcomenius in Bœotia.
Alalius in Alalide Phœniciæ.
Alamiliarenſis in Mauritania Cæſarienſi.
Alaniæ ſub Patriarcha CPol. metropolitanus.
Alandi ſive Alindorum in Caria.
Alaſſius, Alaſſi in Phœnicia. Concil. Nicæn. p. 41. in Codice Can. Petri Pithœi.
Alathenenſis in Italia.
* Alatrienſis ſive Alatrinus in Campania. *Ughell. T.* I. *Italiæ ſacra.*
Alavenſis, Alavæ in Hiſpania. Vide Albæ.
Albæ Helviorum (*Alby*) in Gallia Viennenſi. vide Albienſis.
Albæ (*Alava*) in Biſcaja Hiſpaniæ.
* Albæ (*Elvas*) in Luſitania.
Albæ Juliæ in Transſylvania. Conſtitutiones Synodales Albenſis Epiſcopi Ladislai Tſereb. A. 1460.
* Albæ Pompejæ, ſub Alpibus Cottiis. *Ughellus Tom.* 4. *Montfaucon ad Athanaſ. Tom.* I. *p.* 322.
* Albanenſis, Albanus in Campania Romana. *Ughell. Tom.* I. *Italia* S. T. 10. pag. 198. Mabillon T. 2. Muſei Ital. p. 97. Epiſcopi Cardinales. Gruter. T. I. Chronici Chron. Eccleſiaſt. p. 660.
* Albaracinenſis ſive Lobetanus in Arragonia. Catalogum Epiſcoporum & Ordinationes ſynodales edidit Andreas Balaguer Epiſcopus, Ord. Præd.
Albenſis in Liguria. olim ſub Archiep. Mediolanenſi.
* Albienſis ſive Albigenſis, Albenſium Civitatis, in Gallia Aquitanica. *Alby* Archiep. ab A. C. 1676. Sammarthan. T. I. p. I. Galliæ Chriſtianæ edit. novæ. (vet. T. 2. p. 78. ſqq.) Journal des Savans 1717. p. 107. ſqq. Dachery T. 7. ſpicileg. *Alphonſi del Bene* Ord. Ciſterc. hiſtoria prædeceſſorum ſuorum Epiſcopum Albienſium, Ruinartus ad Victorem *Vitenſem* p. 502.
* Albingaunenſis, Albenganenſis, in Liguria, olim ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi. *Ughellus Tom.* 4.
* Albintimilienſis ſive Vintimilienſis in Genuenſium ditione. *Ughellus T.* 4.
ad Albulas, Albulenſis in Mauritania Cæſarienſi.
* Alburgenſis in Jutia. Vide Aalburgenſis & infra Binglavenſis.
Aloadus, vide Altabenſis.
* Alcedoniæ vide Laquedoniæ, in regno Neapolitano.
Alceuenenſis, lege Arcenſis.
Aldenborgenſium Epiſcoporum (vide infra, Oldenborg.) in Wagria, Chronicon Conradi Ewermot edidit Chriſtianus Franciſcus Paullini, ſyntagmate rerum Germanicar. Frf. 1689.

1689. 4. Summarius Pontificum Aldenburgenſium & Lubecenſium Eccleſiarum in Erpoldi Lindenbrogii ſcriptor. ſeptentrional. p. 221. Lubecam tranſlata cathedra Epiſcopi à Geroldo qui A. C. 1162. obiit. vide Cranzii metropolin VI. 38. Sedes diviſa in tres Epiſcopales, Lubecenſem, Suerinenſem & Raceburgenſem A. 1149. Vide laudati Staphorſtii noſtri hiſtoriam Eccleſiaſticam Hamb. T. 1. & T. 3. pag. 419. Gabr. Bucelinum T. 1. p. 53. & Jo. Hubneri quæſtiones Hiſtoricas tomo VIII.

Aldili Epiſcopus Synodo Photianæ interfuit.

Alectryopoleos in Macedonia ſecundâ.

* Alecti ſive Aletii, in Languedocia ſive Occitania Galliæ ab A. 1318. ſub Archiep. Narbonenſi. Sammarthani T. 2. Galliæ Chriſt. p. 89.

Ἀλίνων Aleenſis, Alinorum in Phrygia Pacatiana.

Alenſis, ſuffraganeus Arborenſis, in Alas ſive Aleſia civitate Sardiniæ. Vide Salvatoris Vitalis Annales Sardiniæ (T. 15. theſauri Siculi pag. 32.

* Alerienſis, Alerinus, in Corſica. *Ughellus T. 3. Italiæ* ſacræ.

* Aleſiæ, in Occitania inferiore ſub Archiep. Narbonenſi. (*Alais*)

Aleſinus, Ἀλεσις Aleſinæ ſ. Aleſæ, & Drepanenſis. in Sicilia. Vide Rochum Pirrum T. 1. Siciliæ ſacræ l. 2. Volum. 3. theſauri Siciliæ.

* Aleſſanenſis ab Alexano (d'*Aleſſano*) Salentinorum, in regno Neap. ſub archiepiſcopatu Hydruntinorum, unitus cum Epiſcopatu di Capo di Leuca.

* Aletienſis, Aletii Aletinus ſive Licienſis in Calabria ſub eodem archepiſcopatu. *Ughellus T.* 9. (*Lecce.*) & T. 10. p. 199. *Dominici de Angelis* inter ſcripta inedita [illegible] T. 33. diarii eruditorum Italiæ parte 2. pag. 262. annotationes & additamenta ad Chronologiam MS. Epiſcoporum Aletinorum compoſitam à *Nicolao Faltone*, Canonico Aletino. MS. Italice in fol.

Aletenſis ab A. C. 541. le Cointe T. 1. p. 604. in Galliæ provincia Turonenſi: tranſlatus poſtea Maclovium.

Aletrinus in Campania Romana.

* Alexandrinus in Ægypto, Patriarcha. Succeſſionem Epiſcoporum Vide ſis T. VIII. Bibl. Græcæ p. 594. ſqq. Eutychii Notitiam Epiſcopatuum ſub Patriarcha Alex. Sec. X. Bevereg. in Synodicum magnum p. 148. ſqq Seldeni Orig. Alexandrinas &c.

Alexandrinus in Cilicia.

* Alexandrinus in Lombardia, conditus A. C. 1175. vide Pagium n. 4. (Aleſſandria della Paglia) *Ughellus T.* 4.

ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων χώρᾳ. Hermopoleos parvæ. vide Montfaucon. ad Athanaſ. T. 1. p. 188. Supra in Ægypti.

* Alexanenſis (*Aleſſano*) in Otranti provincia regni Neapol. olim Leucadienſis. *Ughellus T.* 9. & T. 10. p. 203. Supra, Aleſſanenſis.

Algarenſis in Sardinia. *Alguer.* Vide Salvatoris Vitalis annales Sardiniæ (T. 15. theſauri Siculi) p. 203.

Algizenſis in Aſia Pro-Conſulari.

Algusgvancenſis in Armenia.

Alicarnaſſenſis in Caria. Vide Halicarnaſſ.

Alienſis ſive Alicienſis in Georgia.

Aliſa-

Aliſanenſis. vide Alliphanus. Staphorſt T. II. Hamburg. Kirchen-Hiſtoria p. 631.
Alindenſis ſive Alindenus, Alindorum in Caria.
Al[illegible]norum. vide Alcenſis. in Phrygia Pacatiana.
Alladenſis in Hibernia. Cell-alaid, Kill-alla, ſub Archiep. Tuamenſi.
∗ Alliphanus, Aliſanenſis in Samnio Italiæ, ſub archiepiſcopatu Beneventano. *Ughellus Tom.* 8.
∗ Alme[illegible]ienſis in Bætica Andaluſia Hiſpaniæ, olim Magni Portus, & loco antiquæ Abderæ (Adra)
Almiſſæ ſive Dalmitæ in Dalmatia.
Alopecenſis in prima Phrygia Salutari.
Altabenſis in Mauritania Cæſarienſi.
Altabenſis in Numidia.
Altaburitanus. vide Altiburitanus.
Altiburitenſis in Africa Pro-Conſulari. Altaburitanus, Altoburitanus, Altubutitanus.
Altinæ civitatis, Altinenſis in Veneta ditione. *Ughellus T.* 10. pag. 8. Acta Stor. Tom. I. Julii p. 645.
Altiſſiodorenſis vide Autiſſidorenſis, (*Auxerre*) in Burgundia.
Alverſtedienſis vide Halberſtadienſis, in Saxonia inferiori.
∗ Amacaënſis (*Macao*) in ora Meridionali regni Chinenſis.
Amaccuræ, Amacurrenſis ab Accura in Africa Occidentali, vitioſe Amatruræ.
Amaderenſis ſive Ammederenſis in Africa Proconſulari.
Amadenenus ſive Amadaſſenus in Phrygia Salutari.
∗ Amalfitanus Archiepiſcopus à Sergio III. Amalfi in Campania in regno Neapol. *Ughellus T* 7. Vide & Melphienſis
Amanculénſis in N[illegible] [illegible]torum Epiſc.
Amantheanus *dell' Amanthea* junctus Tropejano in Civitate littorali Bruttiorum. *Ughellus T.* 10. p 11.
ab Amantia, in provincia novæ Epiri.
Amarmitanus in Meſopotamia.
∗ Amaſenus Amaſeæ in Helenoponto. (*Amaſia.*) Ἀμασείας, παντὸς Εὐξείνȣ πόντȣ. metropolitanus
Amaſenus in tertia Armenia.
Ἀμάςρης, Ἀμαςρίδος, Amaſtridis ſive Amaſtrianus in Paphlagonia, Metropolitanus. Nilo Doxopatro Amaſtris Ponti.
∗ Amathuntis in Inſula Cypro.
Amathuntis in Palæſtina ſecunda.
Amaurenſis in Mauritania Cæſarienſi.
∗ Ambianenſis in Picardia Galliæ. (*Amiens*) ſub Archiep. Remenſi. Sammerthan. T. 2. Galliæ Chriſt. p. 90. Andreas de la Morliere in antiquitatibus Ambianenſibus Gallice editis. Pariſ. 1642 fol.
Ambienſis in Mauritania Cæſarienſi.
Ambladenſis in Paphlagonia ſ. Lycaonia.
Ambracienſis in Luſitania. Vide Luitprandi Chronicon p. 310.

Ambrenſis in quarta Armenia, in exarchatu Ponti.

* Ambrun. vide Ebrodunenſis.

Amburenſis ſive Amburcenſis, Amphorenſis, Amporenſis in Numidia in Africa Occidentali.

ab. Amedera in Africa Proconſulari.

Amelinus in Provincia Romaniæ, ſubſcripſit Concilio Lateranenſi A. C. 1179.

* Amenapercicenſe monaſterium, ſedes archiepiſcopi Armenii.

Americanorum Epiſcoporum notitiam & vitas edidit Hiſpanicæ Gilbertus Gonſalez Davila. Madrit 1649. 1655. fol.

* Amerinus (*Amelia*) in Umbria Italiæ. *Ughell. T.* I. *Italia ſacra.* & T. 10. p. 20.

Amersfurdenſis in Belgio.

Amidenus Meſopotamiæ metropol. Amidæ quæ Nigra, *Kara Amid* Turcis.

Amiſenus ſive Aminſenus in Helenoponto.

Amiterninus, Amiternenſis hodie S. Vittorino in Valeria, in regno Neapolitano. *Ughell. T.* 10. *p.* 12. Martyrolog. Rom. 5. Sept. ubi de B. Victorino.

Ammeniarum Turrium, vide Turrium.

Ammoniacenſis in Libya Cyrenaica, ſub Patriarchatu Alex.

Ἀμμωρίου, Ἀμορίου, Amorianus in Galatia ſecunda. (*Æmorium ſive Amorium.*) Metropolitanus Andronico Palæologo.

Amorianus in Phrygia Salutari.

Amphipolitanus in Armenia.

Amphipolitanus in Macedonia.

Amphiſſenſis (*Salona*) in exarchatu Macedoniæ.

Amphorenſis, Amporenſis, Amburenſis, Amaburenſis, Amburenſis in Numidia. (*Amphora vel Ambura*)

Amplulochiæ, vide Aurienſis.

Ampurienſis ſive Apurienſis, in Sardinia. vide Civitatenſis.

Amucinus in Armenia.

Amurdaſenſis I. rectius Amudarſenſis in Byzacena Africæ.

Amyclarum in Peloponneſo ſeu Morea ſub Archiep. Spartano.

Amyzonius in Caria.

Anagabathenſis in prima Syria.

Anagari, fortaſſe in confinio Navarræ & Caſtellæ veteris.

* Anagniæ, Anagninus, Anagnienſis, Martene T. 2. anecdot. p. 634. in Campania Romana. *Ughellus T.* I. *Italia ſacra.* & T. 10. p. 206.

Anapolitanus in Piſidia.

Anargvienſis in Mingrelia ſive Colchide Aſiæ.

Anaſarthæ in Syria. Vide Onoſarthæ.

Anaſtaſiæ in Oſrhoëne, ſub Patriarcha Antiocheno.

S. Anaſtaſiæ Cardinalis, baſilicæ Rom.

Anaſtaſiopolitanus in Caria.

Anaſtaſiopolitanus in Galatia prima.

Anaſtaſiopolitanus in Phrygia Capatiana.

Anaſtaſiopolitanus in Thracia.

Ana-

Anatetartæ in Caria Aſiæ.
Come Anatoles & Duſmon, ἀνατολῆς καὶ δυσμῶν ſub Patriarchatu Hieroſol.
Anazarbenſis in Cilicia ſecunda.
Anburenſis, vide Amporenſis.
Ancæ pro Aucæ. Vide Caſtellæ veteris & Aucenſis.
* Anchiali avtocephalus in eparchia Rhodopes, in provincia Æmimonti Thraciæ. Ἀγχιάλου πάσης μαύρης θαλάσσης, maris rubri.
Anchiaſmi veteri Epiro.
* Anconitanus Epiſcopus in Marchia Anconitana Italiæ. *Ughellus T.* 1. *Italia S.* & T. 10. pag 206.
Ancuſenſis in Byzacena Africæ.
* Ancyranus in Galatia. Ἀγκύρας, πάσης Γαλατίας metropolitanus.
Ancyræ Ferreæ in Phrygia ſecunda Capatiana, in exarchatu Aſiæ.
Ancyræ Sinai, in eadem Phrygia.
* Andegavenſis in Gallia. (*Angers*) ſub Archiep. Turonenſi. Demochares, Severtius, Robertus, Chenutius, Hiretus, Arthaldus, Sammarthan. Tom. 2. Galliæ Chriſt. pag. 110.
Anderenſis Epiſcopus in Teuthrania Myſiæ ſive Æolidis.
Andicanorum civitatis (*Angers*) vide Andegavenſis.
Andrapenus in Helenoponto.
Andraſiæ in Phrygia Pacatiana.
* S. Andreæ ſive Andreapolitanus in Scotia.
S. Andreæ ſ. Lavanti in Carinthia inferiore. Hubnerus T. VIII. Hiſtoriſche Fragen p. 314.
S. Andreæ in Scotia, ad quem Innocentii tertii lib. 2. Ep. ſt. 5. ſeq. & 29.
* Andreaſicenus in Armenia.
* Ἄνδρου, Andri in inſulis Cycladibus.
* Ἀνδριανουπόλεως Metropolita. lege Ἀδριανουπόλεως.
* Andrienſis (*Andria*) in provincia Barenſi regni Neapolitani. *Ughell. T.* 7.
Andronicenſis in prima Ægypto. Andronenenſis, Andropolitanus.
Andropoleos in Ægypto prima.
Andruſenſis in Achaja.
Anææ, Aneæ, Aneorum, Aneatarum in Aſia Proconſulari.
Anelii Magneſiæ in Aſia Proconſulari.
Anemurii in Iſauria, ſub Patriarcha Antiocheno.
Anenyſiæ. Harduin. ſuſpicatur Ἀνίνετα in Aſia Proconſulari.
* Angamalenſis in ora Malabarenſi, Epiſcopus Chriſtianorum S. Thomæ. vide M. V. la Croſe hiſtoriam Chriſtianiſmi in India, Gallice editam Hagæ 1723. 12. Bibl. Patrum T. 27. edit. Lugd. p. 670. E.
Angariæ in Germania.
Cardinalis S. Angeli in Piſcaria Romæ.
S. Angeli de Lombardis, in principatu ulteriore regni Neapol unitus cum Biſaccienſi, *Ughellus T.* 6.
Angeli Papalis Fanum (*Callium*) in Ducatu Urbinenſi Italiæ.
* Angeli Vadenſis Fanum (*Tifernum Metaurum*) in eodem Ducatu. *Ughellus T.* 2.

* Angelopolitanus, Cidade dos Anjos, ou Puebla de los Angeles, in Mexicano regno Americæ Septentrionalis.
Angelopolitanus Longobardorum in regno Neapolitano. Supra, S. Angeli.
De Angliæ Epiſcopis dictum ſupra cap. XVIII.
Angionenſis in Apulia Italiæ. *Ughellus T.* 7. Turſum translatus.
* Angers in Gallia, vide Adegavenſis.
Angolenſis in Africa.
* Angrenſis in inſula Tercera. vide S. Salvatoris.
Angvienſis in Numidia.
Ani (*Ani Kagri*) ſedes olim Patriarcharum Armeniorum.
Anianenſis, in Latio fortaſſis.
Anicienſis ſive Vellaunenſis, in Aquitania-Galliæ. (*Anicium* alio nomine *Podium*, *le Puy*.) du Mont Anis. ex urbe Vellava ad montem Anicium translatus Epiſcopatus.
Anineti in Aſia Proconſulari.
Anithenſis (*Canothes*) ſub Patriarcha Hieroſol. in Arabia Petræa.
Aniuſenſis (*Angvia*) provinciæ Byzacenæ in Africa Occidentali.
Annecienſis ſive Annexiatenſis, ſub Duce Sabaudiæ.
Anſanenſis Archiepiſcopus ſive Lancianenſis in Aprutio citeriore. *Ughellus T.* 6. *Italia ſacra.*
Anſarenſis in Dalmatia.
* Ansloanus in Norwagia.
Antandri in Aſia Proconſulari.
Ἀντάραδος Athanaſ. T. 1. p 321. 347.
Antaradi in Phœnicia maritima. Anteradenſis. (Tortoſæ ſ. Orthoſiæ.)
Antæi ſive Anteorum in Thebaide.
* Antequerenſis in America Sept. ſub Archiepiſcopo Mexicano. vide Gvaxacenſis.
Anthedonis in Palæſtina prima.
Antheonis in prima Thebaide.
S. Anthimi vel Antonini in Italia in provincia Romana.
Antiatinus olim in Latio. *Ughellus T.* 10. p. 13.
* Antibarenſis, Antibaritanus Archiep. in Albania, ſub Imperio Turcico. (*Antivari*) vide *Dioclea*, & Philippi Riceputi Illyricum ſacrum.
Anticyræ in provincia Helladis.
Antincës in Thebaide prima.
Ἀντιοχείας, Antiochiæ Lamotidis in Caria. (*Antiochia Mæandri.*)
Antiochenus in Iſauria, ad Tragum.
* Antiochenus Piſidiæ metropolita.
* Antiochenus in Syria, Θεουπόλεως, Ἀντιοχείας καὶ πάσης ἀνατολῆς. Patriarcharum ſucceſſionem vide T. 14 Bibl. Græcæ p. 38. ex Petri Boſchii S. J. T. IV. Act. Sanctorum Julii, & ſeparatim Antw. 1725. 4 Act. Er. 1726. p. 197. & T. 9. ſupplem. p. 68. Vide etiam Valeſium ad Philoſtorg. III. 15. pag. 137 & Blaſium Terzum in Syria ſacra Italice edita, Indicemque Epiſcoporum Antiochen. adjunctum Eutychii annalibus; Rodericum a Cunha in tractatu de primatu Bracharenſis Eccleſiæ p. 202. Exſpectatur etiam notitia Epiſc. Antiochenorum a celeberr. Joſepho Simonio

monio Aſſemano in poſtremis quæ adhuc latent inedita, Bibl. Orientalis Clementinæ voluminibus; à Michaele le Quien viro doctiſſ. in Oriente Chriſtiano, & à V. C. Hermanno van de Wall, qui jam ab aliquot omnis hiſtoriam Antiochenam molitur Amſtelodami. Vide Bibl. hiſtorico Theol. Bremenſ T. 6. p. 205. Notitiam Epiſcopatuum ſub Patriarch. Antiocheno dabunt geſta DEI per Francos T. 1. p. 1044. Schelſtraten. T. 2. antiquitatis illuſtratæ p. 738.

Antipatridis in Palæſtina prima.

Antiphellenſis in Lycia.

Antii in Campania Romana.

Antiphrenſis; Antiphrorum in Libya.

Antipolitanus in Provincia Aquenſi Galliæ. (*d'Antibe.*)

Antipyrgi in Libya.

* Antiquerenſis in regno Mexicano.

* Antiſſiodorenſis (*Auxerre*) in Gallia Lugdunenſi. Vide Henricum Monachum T. 1. Bibl. nov. MSS. Labbei, intra in Autiſſiodorenſis.

Antithoenſis in ſecunda Auguſtamnica ſub Patriarcha Alex.

* S. Antonii monaſterium, Mar Anton, in monte Libano, ſedes archiepiſcopi Maronitarum.

* Antwerpienſis in Brabantia, ab A. C. 1562. ſub Archiep. Mechlinienſi. Vide Antwerpienſium præſulum ſeriam poſtumam editam ab Hermanno Hugone S. J. Antwerp. 1611. 8. Gabr Bucelinum T. 1. p. 61. Sammarthan. T. 2. Galliæ Chriſt. p. ... Jo. Baptiſtam Lud. de Caſtillion p. 503. ſeq. ſacræ Belgii Chronologiæ. Danielis Papebrochii S. J. annales Antwerpienſes usque ad A. C. 1700. ad prælum parati memorantur in memoriis Trevoltinis A. 1718. p. 79.

Antzitenenſis in Armenia majore.

Ἀπαμείας, Apamenus, Apameæ avtocephalus in Bithynia prima.

Apamenus in Phrygia vel Piſidia.

* Apamenus in Syria ſecunda. Procopius l. 11. de bello Perſico.

* Apamiarum Apamienſis (*Pamiers*) ab A. C. 1296. in Occitania ſive Gallia Narbonenſi Languedocio ſuperiore, ſub Archiep. Toloſano. Sammarthani T. 2. Galliæ Chriſt p. 157.

Apathuntis (*Regeon Apathus*) in prima Palæſtina.

Aphnaites in Auguſtamnica Ægypti provincia.

Aphræ ſive Apharæ & Gab in tertia Palæſtina.

Aphrodiſiadis vel Aphrodiſiæ in Caria.

Aphrodiſiadis in Thraciæ exarchatu.

Aphrodites ſive Aphroditopoleos in provincia Arcadiæ Ægypti.

Aphroditonenſis ſive Aphridopolitanus in Arcadia.

Aphthæi ſive Aphnei in prima Auguſtamnica; ſub Patriarcha Alex.

Aphuborum Caſtri, in Meſopotamia.

Apiræ ſive Apiæ in Phrygia Capatiana.

Apiarenſis in Mœſia ſecunda.

Apicrenſis in Italia.

Apiſſanenſis in Africa.

Ἄπνου vitioſe pro Ἄπρου apud Carolum a S. Paulo p. 9.
Apolloniadis in Bithynia.
Apolloniadis in Caria.
Apolloniadis ſive Theotocianorum in Aſia minore.
Apolloniadis in Lydia.
Apollonis ſive Apolloniæ in Ægypto.
Apolloniæ in Creta inſula.
Apolloniæ in Epiro nova.
Apollonos in prima Thebaide.
Apollonos in Thebaide ſecunda.
Apollonos hierites (*fani Apollinis*) in Lydia.
Cardinalis XII. Apoſtolorum, Romæ.
Apratienſis, vide Aprutinus.
Ἄπρου Nilo Doxopatro Ἄσπρου, Apri in Thracia Europæ, Theodoſiopolitanus. Ἄπρω ex Archiepiſcopo metropolitanus. Andronici notitia, & jus Græco Rom. T. I. p. 231. 411
Aprillæ ſive Arpelæ in Lycia.
✱ Aprumiati, Bruniati, (*Brugnet*) ſub Metropoli Genuenſi.
✱ Aprutinus in Aprutio ulteriore Italiæ. (*Teramo*) vide Ughellum T. I. Italiæ ſacræ.
✱ Aptenſis (*Apta Julia*) in Provincia, Galliæ. (*Apt.*) ſub Archiepiſcopo Aquenſi. Sammarthan. T. I. Galliæ Chriſt. p. 349. edit. novæ (vet. T. 2. p. 173.) Petrus de Marmet in libro cui titulus *la maiſon de S. Auſpice* Pariſ. 1685. 12.
Aptucenſis in Africa Proconſulari.
Aptuchi fani, in Libya Pentapolitana.
Aptungenſis in Africa Proconſulari.
Apurienſis in Sardinia.
Aquenſis in Arzugibus, Africæ.
Aquenſis in Mauritania Cæſarienſi.
Aquialbenſis, Aquæ Albanenſis ſive Aquenſis in Byzacena Africæ.
Aquiſalbenſium, Aquæ Albenſis ſive Aquenſis in Mauritania Sitifenſi.
Patriarcha ad Aquas Gradatas, hodie Venetiis. Vide Philippi Riceputi Illyricum ſacrum, & infra Aquilej. & Gradenſis.
Aquenenſis, Aquenſis, Aquæ Nobenſis (al. *Aquæ novæ*) in Numidia. Megarmitanus; vitioſe Magarmelitanus.
✱ Aquæ Auguſtæ, infra, Aquenſis.
✱ Aquæpendentis, in Patrimonio Pontificis Rom. *Ughellus T.* I. *Italia ſacra.* Vide & infra, Caſtri.
Aquæputridæ in Campania per aliquod tempus ſedes Quintodecimanorum Epiſcoporum. *Ughellus T.* 10. *p.* 14.
✱ Aquæ Sextienſis (*Aix*) in Gallia Narbonenſi. J. S. Pitton *annales de l'Egliſe d'Aix* Lugd. 1668. 4. cum diſſ. Hiſtoricis contra Launojum.
✱ Aquæ Statelliæ in ducatu Montisferrati. (*Aqui*) *Ughellus T.* 4.
✱ Aquæ Auguſtæ, Tarbellicæ (*Acs* vel *Dacqs*) in Vaſconia. infra, Aquenſis.
Aquæ Tibilitanæ in Numidia. vide Tibilitanus.
Aquævivenſis in regno Neapolitano.

Aquæ-

Aquævivenſis in Tuſcia in Vicariatu Romano. *Ughellus T.* 10. *p.* 15.

Aquenſis in Mauritania Cæſarienſi.

Aquenſis in Dacia litorali.

Aquenſis fortaſſe in Etruria. Carol à S. Paulo habet Aquenſem in provincia Elusana & alterum in provincia Sardicenſi.

Aquenenſis ſubſcripſit Synodo Auguſtanæ A. C. 952.

* Aquenſis (*Aix*) in Provincia, Galliæ, Archiep. *Sammarthanus T.* 1. *Gallia Chriſt.* pag. 298. edit. novæ (vet. T. 1. p. 1.) Honoratus Bouchius in hiſtoria Provinciæ.

* Aquenſis ſive de Aquis Tarbellicis, ſive Auguſtis, (*Acqs* & *Dacqs*) in Vaſconia, ſub Archiep. Auſcienſ. *T.* 1. *Gallia Chriſt.* p. 1035. edit. nov. (vet. T. 2. p. 187.) Bertrandi de Compaigne diptycha. Orthesii 1661. 8.

Aquenſis (*Aqui*) in Ducatu Montisferrati.

Aquisregienſis, Aquenſium Regiorum (*Aqua Regia*) in Byzacena Africæ Occidentalis.

Aquiabenſis in Byzacena Africæ.

* Aquilonicanus, Aquilanus in Aprutio regni Neapolitani. (*dell' Aquila.*) *Ughellus T.* 1. Italiæ ſacræ. Clementis XI. bullarium T. 1. Opp. p. 149. 155. 834.

* Aquilenſis (*Aitou*) in Epiro veteri.

Aquilenſis (fani Apollinis) in Lydia.

Aquilejenſis Aquilegjenſis, Martene T. 2. Anecdot. p. 530. 533. in Forojulio, novæ Aquilejæ quæ Venetiæ & Iſtriæ caput, Patriarchæ ſedes olim, deinde Gradum translata, denique Venetias A. 1451. *Ughelius Tom.* 5. & T. 10. p. 207. Philippus Riceputus in Illyrico ſacro. Steph. Luſignanus Ord. Præd. Pariſ. 1580. 8. vulgavit Catalogum virorum illuſtrium Vet. & Novi Teſt. tum Pontificum Eccleſiarum Romanæ, CPolitanæ, Antiochenæ, Alexandrinæ, & Hieroſolymitanæ, nec non Aquilejenſis, Ravennatenſis, Mediolanenſis, Pariſienſis, &c. cum cauſis diſſenſionis Romanæ Eccleſiæ & Orientalis, Lud. Antonius Muratorius tomo quarto anecdotorum Latinorum edidit notitiam & brevia geſta Patriarcharum Aquilej. usque ad Nicolaum fratrem Caroli IV. Imp. electum A. C. 1350. Vide etiam Acta Sanctor. T. 3. Julii 12. p. 251. ſeq. ubi de Hermagora quem à Petro Apoſtolo Epiſcopum Aquilejæ, ProtoEpiſcopum provinciæ Italiæ conſecratum fabulantur. Marcum Battaglinum de erectione Patriarchatus Aquilejenſis ſub Vigilio &c. in ejus hiſtoria Conciliorum Italice edita Venet. 1686. fol. p. 128. Philippus à Turre, Epiſcopus Adrienſis promiſit hiſtoriam Patriarcharum Aquilejenſium, in monumentis vet. Antii p. 257.

Aquilinus (*Azolo*) in Marchia Tarviſina, Italiæ.

* Aquinas ſive Aquinatenſis in Provincia Laboris, in regno Neapol. *Ughellus T.* 1. Italiæ ſacræ & T. 10. p. 208.

Aquiſirenſis Epiſcopus in Mauritania Cæſarienſi.

Aquitanenſis in Africa Occidentali Metropolitanus Aquitaniæ civitatis qui centum viginti præerat Epiſcopis, memoratur à Victore Vitenſi lib. 1. c. 7. adde Ruinarti notas p. 150.

De Epiſcopis trium provinciarum Aquitaniæ ætate Clovei I. Carolus le Cointe in Annalibus Francor. T. 1. p. 239. ſq.

Aquitanus vitioſe pro Accitano in quibusdam Codd. Concilii Illiberitani.

Arabii ſive Arabenus in Auguſtamnica ſecunda in Patriarchatu Alex.

Arabiſſenſis, Arabiſſi, in Armenia ſecunda.

Arabra-

Arabrachenus in Armenia.
Arachenus, vide Arcenus.
Araclitæ in Palæſtina prima.
Aracuenus ſive Marachlenus in Phœnicia maritima.
Aradilenus in Africa Proconſulari. Paulo à S. Carolo rectius Araditanus, ita & in notitia provinciarum Africæ Sirmondiana.
Aradi, Aradæ, Aradenſis, Aradius, in Phœnicia maritima.
Aragonenſis, Arragonenſis in Hiſpania.
Ararum Epiſcopus in Africa Occidentali, ſ. Mauritania Sitifenſi.
Aranenſis Epiſcopus in Lycaonia, in exarchatu Aſiæ.
Arathienus in prima Cappadocia.
* Arauſicus ſive Arauſicenſis (*Orange*) in confinio Delphinatus ſub Archiep. Arelatenſi *Sammarthan. T.* 1. *Galliæ Chriſt.* p. 763. edit. novæ (vet. T. 2 p. 197.)
Araxenus, Araxi, in Lycia.
Arazi, lege Araxi.
* Arbenſis, Arbanenſis, Arbinenſis, in inſula Dalmatiæ.
* Arborenſis (*Oriſtagni*) in Sardinia Archiepiſcopus. Vide Salvatoris Vitalis annales Sardiniæ p. 35. T. 15. theſauri. Siciliæ, Innocentii III. lib. 1. Epiſt. 329.
Arcabricenſis in Hiſpania.
Arcadiæ in Creta inſula.
* Arcadiæ ſive Chriſtianopoleos, in exarchatu Macedoniæ.
Arcadiopolitanus in Aſia Proconſulari.
Arcadiopoleos ſive Bergulæ in Europæa Thracia. Ἀρκαδιουπόλεως, Metropolitanus.
Arcæ, Arcenus, Ἀρκαίων, Arcenſis, Arachenſis, in Phœnicia maritima.
Arcæ Arcenus, in Armenia ſecunda ſive minore.
Arcavicenſis in Hiſpania.
Archangeli in exarchatu Aſiæ ſecundæ.
* Archangelopolitanus in Moſcovia.
Archelaidenſis in Palæſtina prima.
Archenſis in Samnitibus vel Aprutio citeriore.
* Archni in Armenia.
* Arpiſuanch ſive Argenſanus in Armenia.
Arcobrigenſis in Hiſpania.
Ardaghenſis, Ardachadenſis Conmacnæ in Hibernia, ſub Archiep. Armachano. Eccleſia cathedralis Hiberniæ antiquiſſima à S. Patricio fundata.
* Ἀρδαμερίου, ſub metropolita Theſſalonicenſi, in Macedonia.
Ardcarnenſis in Connacia Hiberniæ.
* Ardfertenſis ſive Ardartanus Kierenſis in Hibernia. ſub Archiep. Caſſelienſi.
Ardmorenſis in Hibernia, ante A. 1152.
Ardonitanus in Armenia.
Ardſrathenſis, ſ. Ardratenus in Ultonia Hiberniæ, ante A. 1152.
Areapolitanus, vide Hierapolitanus.
Arecanus ſub Archiep. Tarraconenſi apud Luitprandum p. 503.

* Arela-

* Arelatenſis in Provincia, Galliæ. (*Arles*) Archiep. *Sammarthan.* T. I. *Galliæ Chriſt.* 516. edit. vet. p. 28. *Petri Saxii Pontificium Arelatenſe*. *Aquis Sextiis* 1629. 4. & T. I. ſcriptorum rerum Germanicorum a D. Jo. Burchardi Menckenii, Lipſ. 1728. fol. Diptychon Arelatenſe Mabillon T. 3. Analect. p. 432. & ſ. 220. edit. novæ, Gilles du Port hiſt. de l'Egliſe d'Arles. Pariſ. 1690. 12. Journal des Sav. p. 314. Ejus metropolitana dignitas. le Cointe T. I. p. 262.

Arenenſis in Africa Occidentali.

Arenſis in Africa Proconſulari.

Areopolitanus in Lydia.

Areopolitanus in Palæſtina tertia.

* Arequipatanus in Peruvia Americæ Meridionalis.

Areſertenſis ſive Ariſidienſis (*Arſat*) in pago Rutenenſi, Galliæ, Provinciæ Bituricenſis. vide Thomam Aquinatem à S. Joſepho, Carmelitam. Pariſ. 1644. 4. le Cointe T. I. p. 333. ſeq.

* Arethuſius in Syria ſecunda.

ab Aretiis, id eſt Arethuſius.

* Aretinus ſive Aretinenſis in Thuſcia. Arezzo. *Ughell.* T I. Italiæ ſacræ & T. 10. p. 208. Scipionis Ammirati, Veſcovi di Fieſole, di Volterra e d'Arezzo. Florent. 1637. 4. Benedicti Falconcini, Volaterrani Chronologia Epiſcoporum Aretinorum MS, Giornale de' letterati d'Italia T. 37. p. 331.

Argenſis ſive Argivus in provincia Helladis ὁ Ἄργους, metropolitanus.

* Argentea ſive Plata in Peruvia Americæ Meridional.

* Argentinenſis ſ. Argentatenſis. Argentinus, Strasburgenſis, Transburgenſis, Aſtratzburgenſis, in Alſatia Germaniæ. ſub Archiep. Moguntino. *Gabr. Bucelinus.* T. I. p. 6. ſq. *Jac. Wimphelingii Catalogus Epiſcoporum Argentinenſium* 1508. 1651. 1661. 8. *Franciſcus Guillimannius* Friburg. 1608. 4. & *Gruteri* Chronicon Chronicorum Eccleſiaſt. T. I. p. 825. ex *Bruſchio*, *Sammarthani* T. 2. Galliæ Chriſt. p. 205. *Jodoci Coccii* Dagobertus Rex, Argentinenſis Epiſcopatus fundator. Molshem. 1623. 4. Sed jam A. C. 346. interfuit Amandus Argentinenſium Epiſcpus Synodo Agrippinenſi; ſi genuina ejus Acta *Carolus le Cointe* T. 2. p. 787. vide etiam T. 7. p. 480. & D. Balthaſ. Bebelium in antiquitatibus Argentinenſis Eccleſiæ p. 65. ſeq. *Louis Laguille* S. J. hiſtoire de la Province d'Alſace depuis Jules Ceſar juſqu'au mariage de Louis XV. Strasbourg 1727. fol. *Erkenbaldi* carmen, & alia T. 2. introduct. Sagittarianæ in hiſt. Eccleſ. p 404. ſeq. *Ammani* Hiſt. Eccleſiaſtique d'Allemagne T. 1. p. 82. *Jo. Hubneri* Hiſtoriſche Fragen T. VII. p. 307.

Argizæ in Helleſponto.

Argolicenſis (*Argos*) in Peloponnenſo.

* Arhuſienſis in Jutia, Danici regni provincia, vide Aarhuſienſis ſub Archiep. Lundenſi. ultimus ante Reformationem Avo Biede. vide Cypræum p. 439.

Ariachon ſub Patriarchatu Hieroſol.

* Arianenſis in pricipatu ulteriore regni Neapol. *Ughellus Tom.* 8. & T. 10. p. 209.

Ariarathiæ in Armenia ſecunda.

Ariaſſenus ſ. Ariaſſenſis, Ariaſſi, in Pamphylia ſecunda.

Ariathæ Samoſæ, ſub Patriarchatu Hieroſol.

Aricienſis in Latio.
Arienſis, vide Adrienſis.
Arimachorum in Meſopotamia.
✱ Ariminenſis ſive Ariminas, in Romandiola ſive Piceno in vicariatu Rom. *Ughell. Tom.* 2. & T. 10 p. 209.
Arindelenſis in Palæſtina tertia.
✱ Aringitanus in Armenia.
Ariſidienſis ſive Ariſitanus, Ariſitenſis vide Areſetenſis.
Ariſonenſis ſub Archiep. Tarraconenſi. Liutprand. p. 503. Opp.
Ariſtæ ſ. Ariſtii, Ariſtanus in prima Bithynia.
Ariſtii in Phrygia Capatiana.
Aritienſis inter Friſingenſem & Radesbonenſem ſubſcripſit Synodo Auguſtanæ A. C. 952.
✱ Armachenſis ſive Armachanus in Hibernia. Archiep. vide Jac. Waræi Hiberniam p. 84.
Armeniæ, Armeniæ majoris. Vid. quæ ſupra, cap. XXXVIII.
Armentanus in Saide Ægypti.
Arnienſis Epiſcopus in Lycia.
Arodiadis, in Nubia.
Arogamus, Dom Fr. Antonio Biſpo de Aroga A. 1426 ſub Bracharenſi.
✱ Aroſienſis in Suecia. ab A. C. 1278. Catalogum Epiſcoporum exhibet Jo. Meſſenius c. X. Chron. Epiſcopor. Sueciæ p. 128. ſeq. Mich. O. Wexionius deſcript. *Sveciæ* in Frid. Sim. Hahnii T. 2. collect. monumentor. p. 441. ſeqq. vide & Laurentii Wicandri diſſ. de Aroſia. Holmiæ 1720. 8. acta lit. Sueciæ 1721. p. 228.
Arpienſis in Apulia in regno Neapolitano. Arpenſis. *Ughellus* T. 10. p. 16.
✱ Arrabonis ſive Javarini in Hungaria.
De Arragoniæ Archiep. & Epiſcopis Martinus Carilla addidit vitæ S. Valeſii Epiſcopi Cæſarauguſtani, editæ Hiſpanice Cæſareæ Auguſtæ 1618. 4. Hieron. Zurita ejusque Analium ab anno 1556. continuator Vincentius Blaſius de Lanciſa. 1622. fol.
Arras, vide Atrebatenſis.
Arſenariæ (*Arzon*) in Africa Occidentali. ſ. Mauritania Cæſarienſi.
Arſicaritanus in Numidia.
Arſinnaritanus in Mauritania Cæſarienſi.
Arſinoës ſive Arſinoënſis, in inſula Cypro.
Arſinoites in provincia Arcadiæ Ægypti, ἐν Ἀρσενοΐτῃ Athanaſ. T. I. p. 187. edit. novæ.
Arſuritanus in Byzacena Africæ.
✱ Artæ ſub Naupacto in Acarnania, Epiri regione. (*Ithaces*) ad Ambracium ſinum.
Articlavorum ſive Viroduni in Gallia.
Artzetii, in Armenia.
Arvaſtinenſis in Dalmatia.
Aruernenſis, Aruernus, Aruernorum civitatis, in Galliæ Provincia Bituricenſi. Vide *Claromontanus*. le Cointe T. 3. p. 568. ſeqq. Martyrolog. Rom. 1. Novembr.
Aruſvenſis, vide Arhuſienſis.
✱ Arzevitanus in Aſia minori.
Aſanenſis in Phrygia Capatiana.
✱ Aſaphenſis, Aſſavenſis (*S. Aſaph*) in Anglia. vide H. Warthonum in Epiſcopis & Decanis Aſaphenſibus ad A. 1540. Lond. 1695. 8. Nouv. Rep. lettr. 1704. T. 2. p. 665.

Asbath-

Asbath-kah kau, apud Coptos in Egypto.
Aſcalonitanus in Palæſtina prima. Aſcalonenſis T. 2. rerum Mogunt p. 450. (*Scalona*)
Aſceimunienſis Epiſcopus Paulus Albuſcius qui Arabice ſcripſit in Apocalypſin.
* Aſculanus, Æſculanus, Aſculanenſis, in Aſculo Piceno Vicariatus Romani, in Marchia Anconitata. *Ughellus Tom. 1. Italiæ ſacra* p. 436. ſeq
* Aſculanus, (*Aſcoli*) in Aſculo Satriano regni Neapolitani. *Ughell. T.* 8.
* Aſculanus, vide Tuſculanus.
Aſenemſalenſis in Africa. Vide Senemſalenſis.
Aſenus, vide Aſſius.
Aſephitanus apud Coptos in Ægypto.
Aſinas in Italia. Aſiſinati, Innocentius III. lib. 2. Epiſt. 156.
Aſindi ſive Aſſidonæ in Bætica Hiſpaniæ.
Aſiſinatium civitetis Epiſcopus in Italia. Marcellinus Comes in Chron. ad A. C. 547.
Asloënſis, vide Hasloënſis.
Aſpendius, Aſpendi, in Pamphylia.
Aſponenſis, Aſponæ, in Galatia prima. Ἄσπονα, Ἄσπυνα Vol. IX. Bibl. Græcæ p. 3.
Aſpri, vide Ἄπρες.
* Aſpteritanus, in Armenia.
* Aſptiruvanchitanus, in Armenia.
Aſſabenſis in Numidia.
Aſſaſenſis in Mauritania Sitifenſi.
Aſſenemſalenſis, a Senemſalis in Africa Proconſulari.
Aſſidonenſis in Bætica, Hiſpan.
* Aſſiſienſis, Aſſiſinas, Aſſiſinatenſis, in Umbria, Ital. *Ughellus T.* 1. *Italia ſacra* & T. 10. p 210.
Aſſius, Aſſi, in Aſia Proconſulari.
Aſſumtionis, in Paragvaja Americæ meridionalis.
Aſſuritanus, ab Aſſuris, in Africa Proconſulari.
* Aſtapatenſis in Armenia.
* Aſtenſis in ditione Ducis Sabaudiæ. *Ughellus T.* 4. (Aſti.)
Aſtagitanenſis, Aſtigitanus in Bætica, Hiſpan.
Aſtorga. Vide Aſturicenſis.
Aſtoricenſis, vide Aſturicenſis.
* Aſtracanenſis in Moſcovia.
Aſtranicæ in Armenia.
Aſtunenſis ſive Oſtunenſis in provincia Hydruntina regni Neapol.
* Aſturicenſis (*Aſtorga*) in regno Legionis, Hiſpan. Auſturiæ Auguſtæ, ſub Archiep. Compoſtellano. Vide Petri Juncii fundacion, nombres y armas de la Ciudad de Aſtorga. Madrit 1639. 4. Petri Aiege de Eſpeleta fundacion de la ſanta y Cathedral Igleſia de Aſtorga, vida, predicacion y martyrio de ſu primer Obiſpo S. Ephrem, diſcipulo del Apoſtol Sant Jago. Madrit. 1634. 4. Rodrigo Mendes Sylva na poblacion general de Eſpanna, na deſcripçaon de Reyno de Leaon cap. 18.
Aſtygis in Bætica Hiſpan. Vide Aſtigitanus.
Aſtypalæenſis in inſula una ex Cycladibus, ſub Archiepiſcopo Rhodii.

Aſunenſis in Cappadocia ſecunda.
Aſuoremitanus ſ. Aſvoremixtenſis in Mauritania Sitifenſi.
✱ Atalantæ, ſub Metropolitano Athenienſi.
Atellenſis, Atellanus in Campania Romana, *Ughell. T.* 10. p. 16.
Atenoæ ſive Atmeniæ in Piſidia.
Aterni in Piceno, in Vicariatu Romano.
✱ Atfich apud Coptos in Ægypto.
Athacliath, Dublinenſis Epiſcopus in Hibernia.
Athanaſſi in Phrygia Capatiana.
✱ Athenienſis in Græcia, ſive Achaja. Ἀθηνῶν, πάσης Ἑλλάδος. Avtocephalus olim inde metropolitanus.
Athenrienſis in Hibernia.
Ἀθριβί, Athribites, Athribeos, in Auguſtamnica ſecunda, ſive Heliopolitana provinc. Ægypti. Athanaſ. T. 1 p. 187. ed t. novæ.
Atinenſis in Campania, in Vicariatu Romano. *Ughellus T.* 6. & T. 10. p. 19.
✱ Atrebatenſis ab A.C. 1094. (*Arras*) in Belgio; antea unitus Archiep. Cameracenſi. Vide Baldericum in Chronico Atrebatenſis & Cameracenſis Eccleſiæ, Duaci 1615. 8. cum notis Georgii Colvenerii: & Guilelmum Gazæum, Atrebat. 1604. 8. Sammarthani T. 2. Galliæ Chriſt. p. 212. & T. 1. p. 232. ſeq. Gabriel. Bucelinum T. 1. p. 61. Jo. Baptiſtæ Lud. de Caſtillon ſacra Belgii Chronologia p. 309. ſeq. 361. ſeq. Pagi ad A. C. 1094. n. 17. ſeq.
Atrei ſive Atribitanus, in Patriarchatu Alexandrino.
Atrienſis, vide Adrienſis.
Atribitanus, Atrei in Auguſtamnica ſecunda Ægypti.
Attabiæ, in Galatia prima.
Attachæ, in Meſopotamia.
Attadi, vide Attudenſis.
Attalienſis, Attaliæ, in Lydia.
Ἀτταλείας, Attalienſis, in Pamphylia ſecunda, metropolitanus; avulſus ab Epiſcopatu Sylæi, teſte Nilo Doxopatro.
Attenſis ſub Archiep. Narbonnenſi.
Attudenſis, Attudi ſive Attudeorum in Phrygia Capatiana.
✱ Aturitanus in Vaſconia. (*Aire*) vide Vicojulienſis, & Adurenſis.
✱ Atyrenſis in exarchatu Traciæ.
De Avanticenſi Epiſcopatu in Gallia Sequanorum, diſſertationem promiſit auctor eruditi libri de Avantico, quod Helvetiis plerique præter rem adſcripſere. Mem. de Trev. 1712. p. 1603. *Infra*, Avennicus.
Avarenſis in Patriarchatu Hieroſol. in Arabia Petræa.
Avaritanenſis ſ. Abaritanus, in Africa Proconſulari.
ab Avaſaſa in Africa Proconſulari.
Avatri in Aſia minore.
Amboritanus in Mauritania Cæſarenſi.
Aucandenſis in Lycia.
Auccitanus ſ. Accitanus, (*Guadix*) in regno Granatæ.

Aucen-

Aucenſis in Hiſpania Tarraconenſi.
Audactæ, in exarchatu Ponti.
Audazorum in Meſopotamia.
* Audomarenſis (*S. Omer*) ab A. C. 1562. in Arthesia Jo. Baptiſta Lud. de Caſtillion ſacra Belgii Chronologia p. 447. ſeq. Sammarthani T. 2. Galliæ Chriſt. p. 223. ſub Archiepiſc. Cameracenſi. Audomaripolitanus.
Avela in Hiſpania, *Concil. Ouetenſe* A. C. 877.
Avelbergenſis, vide Havelbergenſis.
Avellanenſis olim in Campania Felice.
Avellinenſis ſ. Abellinus, junctum habens Freqventinum in regno Neapol. Avellini Epiſcoporum vitas ſcribere molitus Michael Juſtinianus teſte Oldoino p. 424. de ſcriptoribus Liguriæ
* Avenionenſis Avinionenſis in Provincia, Galliæ. Archiep. (*Avignon*) antea ſub Archiep. Arelatenſi; ab A. 1475. Metropolitanus. Polycarpus de la Riviere & Andreas Valladier MS. Franciſcus Nogerius in Hiſt. Chronologica Eccleſiæ Aven. 1660. 4. Sammarthan. T. 1. Galliæ Chriſt. p. 793. (edit. vet. p. 73.)
Avennicus ſive Aventicus, Aventicenſis, (*Avenches*) ſub archiepiſcopo Veſuntino, hodie Lauſannenſis, in Helvetia. Claudii Antonii Dudingii ſtatus Eccleſiæ Aventicenſis. Bernæ 1724. 12. Bibl. Germanique T. 13. p. 141.
* Averſanus in provincia Laboris, regni Neapol. *Ughellus T.* 1. *Italia ſacra.*
Aufumanus, Aufinas (*Ofena*) in Piceno, in vicariatu Rom. *Ughellus T.* 10. p. 28.
Augaſenſis in Aſia prima.
Augurenſis ſive Auguritanus in Numidia.
Auguſtadorum in Phrygia Salutari.
Auguſtanus ſive Auguſtopolitanus, Auguſtæ in Cilicia prima.
* Auguſtæ Auſciorum, (*Auſch*) in Vaſconia, vide Auſcienſis.
Auguſtæ Rauracorum, in vicinia Baſileæ. Abraham Boſſet traité de la Chronologie des anciens Eveques d'Augſt aux Rauraces. Nova Literaria Helvetica 1704. p. 62.
* Auguſtanus, Auguſtæ Vindelicorum, Auguſtæ ad Lycum, ſive Auguſtenſis (Augſburg) in Germania, ſub Archiep. Moguntino. *Jo. Georg Eccard T.* 2. *ſcriptor. medii ævi p.* 2239. *Bernh. Pez.* præf. ad T. 2 anecdot. p. XIX. ſeq. alii apud Sagittarium T. 1. p. 485. introduct. ad H. E. Gruteri Chron Chronicor. Eccleſiaſt. T. 1. p. 937. ex Bruſchio. Gabr. Bucelinus, T. 1. p. 12. ſeq. Anonymi Catalogus Epiſcoporum Auguſtanorum 1614. 4. Henr. de Mayſach MS. Carolus Stengelius commentario rerum Auguſtano Vindelicarum. Ingolſtad. 1647. 4. Hierarchia Auguſtana P. Corbiniani Khamm, Ord. S. Benedicti, Auguſtæ Vindel. 1709. 4. quatuor Volum. Auguſtanum Chonicon Eccleſiaſticum, in ſcriptoribus German. Piſtorii. Hiſt. Eccleſiaſtique d'Allemagne T. 1. p. 116. ſeq. *Jo.* Hubneri Hiſtoriſche Fragen T. VII. p. 372. Jo. Ulricus Pregizer appendice ad Sveviam & Würtembergiam ſacram p. 480 ſeqq. Tubing 1717. 4. Chronicon Auguſtenſe T. 1. Freheri p. 492 509. Vita S. Udalrici in Operibus M. Velſeri p. 505. ſeq.
* Auguſtenſis (*Auguſta Salaſſiorum, Aouſta*) in Pedemontio, ſub Archiep. Tarantaſienſi. Auguſtæ Prætoriæ. *Ughellus T.* 4.
Auguſtæ Sveſſionum (*Soiſſons*) vide Sveſſionenſis, in Gallia.

* Auguſtæ Trevirorum. Vide Trevirenſis, in Germania.
* Auguſtæ Viromandnorum, vide Veromandenſis
* Auguſtodunenſis, Æduorum, Eduenſis ſ. Heduenſis (*Autun*) in Burgundia, ſub Archiep. Lugd. *Sammarthan. T.* 2. *Gallia Chriſt. p.* 226.
Auguſtomagenſis ſive Silvanectenſis (*Senlis*) in Gallia. *Hiſt. ou Annales des Eveques de Senlis, par Charles Jaulnay. Pariſ.* 1648. 8.
Auguſtonemeti, vide Nivernenſis.
Auguſtopoleos in tertia Palæſtina.
Auguſtopoleos in Phrygia Salutari.
* Auharenſis in Armenia.
Avila, vide Abulenſis.
Avimocienſis in Hetruria vel Umbria.
Avinſenſis, corrupte pro Aniuſenſi, in Byzacena Africæ.
Aulicæ ſive Aulicenſis Epiſcopatus Hildeſiam translatus. le Cointe ad A. C. 814. Tom. 7. pag. 324.
Aulii ſive Auliocomæ in Aſia Proconſulari.
Aulocrorum in Phrygia Salutari.
Auloneæ in Epiro nova.
Aulonis, in exarchatu Macedoniæ.
Aulopotami, in Inſula Creta.
Auraſicenſis, vide Arauſicus.
Aureatenſis vide Aichſtetenſis, le Cointe T. 1. p. 448. T. 5. p. 64. Jo. Alex. Doederlinus de numis bracteatis Germaniæ mediæ p. 138.
* Aureliæ, Aurelianenſis, Aurelianorum, (*Orleans*) in Gallia, ſub Archiep. Pariſ. De hoc, Caroli de la Sausſay Annales Aurelianenſis Eccleſiæ, ſæculis & libris XVI. Pariſ. 1615. 4. Franciſci le Maire, 1645. 4. & auctior 1648. fol. Symphorianus Guyon 1647. & 1650. fol. Carolus Meusnier cum collectione ſtatutorum Synodalium 1667. 4. Sammarthani T. 2. Galliæ Chriſt. p. 233.
Aureliopolitanus ſive Areopolitanus in Lydia; alius in prima Aſia.
* Aurenſis in India Orientali. juris Gallici.
* Aurienſis ſive Auriſinus, Auriæ, Aurenſis, Orenſis, Aureſinenſis, Amplulochiæ in Gallæcia Hiſpan. Innocentii tertii II. 117. Epiſt. & 136. Rodrigo Mendes Sylva, poblacion general de Eſpanna, na deſcripçaon do Reyno de Galliza cap. 5.
* Avrincenſis, vide Abrincenſis.
Auriſinus, vide Aurienſis.
Auroclanenſis in Phrygia Salutari.
Auruſulianenſis ſive Auriſiliarienſis in Africa, al. Aurujulianenſis.
Auſa, vide Auſonæ vicus.
ab Auſafa, vide ab Avaſafa.
Auſanæ, Auſanenſis ſ. Auſafenſis, in Africa Proconſulari.
* Auſarenſis, (*Anſarenſis ſ. Abſorenſis*) in Inſula Dalmatiæ.
* Auſcienſis, Auſcenſis ſive Auxitanus, (*Auſch*) in Vaſconia, Archiep. Pagi ad A. C. 1032. n. 4. le Cointe T. 3. p. 372. ſeq. Chemnitius, Robertus, Arnaldus Oihenartus. Sammarthan. *T.* 1. *Gallia Chriſt*, edit. vet. p. 94. & novæ p. 959.

Auſc-

Auſegarenſis in Byzacena Africæ.
Auſenſis ſive Auſonenſis, in Catalaunia.
Auſonenſis in Hiſpania Tarraconenſi. (*Auſona vicus.*)
Auſſimenſis apud Coptos in Ægypto.
Auſuccurenſis in Numidia.
ab Auſvinga, vide Auzuagenſis.
Auſugabrenſis, in Africa.
ab Ausvagga, vide Auzvagenſis.
Auſugabrenſis in Africa Occidentali.
Autenti, Autentenſis, Autenienſis, in Byzacena Africæ.
* Autiſſiodorenſis, Autiſſiodori, ſupra Antiſiodorenſis, (*Auxerre*) in Burgundia, ſub Archiep. Senonenſi. Erici Monachi Geſta Epiſcoporum Autiſſiodor. T. I. Bibl. novæ MSS. Labbei p. 411. ſeq. Sammarthani T. 2. Galliæ Chriſt. p. 266. Carolus le Cointe T. 5. p. 202. ſeq. Tillemont. memoires Eccleſiaſtiqu. T. 15. Mem. de Trev. 1711. p. 1121. ſeq. Nic. Camuſæus Trecis 1608. 4. Carolus de Villiers usque ad A. 1635. MS. in Bibl. Colbert. Ludovicus Natalis &c. De Erico Mabillonius pag. 423. Analect. edit. in fol.
Autudenſis, vide Attudenſis.
Auxerenſis, Auſarenſis, Auſſerenſis, (*Oſero*) in Dalmatia.
Auxerres in Gallia, Autiſiodorenſis.
* Auximanus, Auximas ſive Auximanenſis, (*Oſimo*) in Marchia Anconitana. *Ughellus T. 1. Italia ſacra.*
Auxitanenſis, Auxitanus, vide Auſcienſis.
Αὐξέμεως, Auxumis, Auxumitanus in Æthiopia ſuperiore. Athanaſ. T. I. p. 314.
Auzagerenſis ſive Auzegerenſis in Byzacena Africæ.
Auziritanus in Africa Proconſulari.
Auzuagenſis in Africa Proconſulari.
Axumitanus, vide Auxumitanus.
Azani, Azanenſis, Azanitarum, Azanorum, in Phrygia Capatiana.
Azotius, Azotenſis, Azoti, in Palæſtina prima.
Azugenſis, vide Auzuagenſis.
Azurenſis, vide Ajuſenſis in Africa Proconſulari.

B.

Baæ, fortaſſe in Macedonia.
Babenbergenſis, in Germania, vide Bambergenſis.
Babienſis ſive Babrenſis in Numidia.
Babylonis ſive Babillonæ potius, in Ægypto, prope Cairum. Babylonis in Perſide Epiſcopus Polychronius Martyrolog. Rom. 17. Febr.
Bacanarienſis in Mauritania Cæſarienſi.
Bacathorum, Βακάθων, al. Βακάνθων, in Palæſtina prima.
Baccaricienſis. vide Vaccaricienſis, in Capitanata regni Neapol. *Ughellus Tom.* 10. p. 181.
a Bacobia, in Mauritania Cæſarienſi.

* Bacoviæ (*Baçou*) in Walachia.
Bactrorum prope montem Caucaſum.
Badajoz. Vide Pacenſis.
Badenſis, Badienſis ſ. Vadenſis, in Numidia.
Bætiræ in provincia Narbonenſi.
Baëza in Hiſpania, junctus Epiſcopatus cum Jaënnenſi A. 1248. vide Martinum de Ximena in opere de diœceſi Jaënnenſi p. 61. ſeq.
Bagaienſis, à Bagais, Bagaitanus, Bajanenſis, in Numidia.
Bagnienſis ſ. Bigni, (*Vaga*) in Numidia.
* Bagdadenſis, Bagdati ſive Irenopoleos, ad Tigridem fluvium, ſedes archiepiſcopi Neſtoriani.
Bagenſis, Bagæ ſive Banæ, in Lydia.
Bagonitiæ Epiſcopus interfuit Synodo Photianæ.
Bahannenſis in Africa Byzacena, al. Bana ſive Boana.
Bahaſnenſis in Hungaria.
Bahia, vide *S. Salvatoris*.
Bajanenſis ſ. Vajanenſis in Numidia. vide Bagnienſis.
Bajeſitanus in Numidia.
* Bajocenſis in Normannia, ſub Archiepiſcopo Rotomagenſi (*Bayeux*) Sammarthani T. 2. Galliæ Chriſt. p. 331. Hermantii Hiſt. du diœceſe de Bayeux. Caen. 1705. 4. Journal des Sav. p. 743. 751. Epiſcoporum Catalogus memoratus in Bibl. Telleriana p. 439.
* Bajonenſis, circa A. C. 900. Lapurdi ſ. Civitatis Boatium in Vaſconia. (*Bajonne*) ſub Archiep. Auſcitano, *Tom.* I. *Gallia Chriſt. p.* 1309. edit. novæ. (vid. Tom. 2. pag. 347.) Bertrand de Compagne, Chronique de la ville & diœceſe de Bayonne. Pariſ. 1660. 4.
Bajulutanus (Caſtri Bajuluos) in Armenia.
Balaneus in Syria ſecunda. Carolo à S. Paulo Balanææ in Theodoriade. Βαλανεαι Athanaſ. T. I. p. 321. 347.
Balbaſtrenſis in Aragonia, vide Rotenſis.
Balburenus in Lycia.
Balcenus in Aſia Proconſulari.
* Balech ſive Bitlis, ad Tigridem fluvium, ſedes Epiſcopi Armenii.
Balianenſis Epiſcopus in Mauritania Cæſarienſi.
Ballitanus ſive Vallitanus, in Numidia.
* Balnenſis vel Balneoregienſis (*Bagnarea*) in patrimonio S. Petri. *Ughellus T. 1. Italia S.* & T. 10. p. 210.
* Balſora, ad ſinum Perſicum, ſedes Epiſcopi Neſtoriani & Epiſcopi Chriſtianorum S. Joannis.
Balu Epiſcopus, in Armenia.
Balvetanus (*Caſtri Balves*) in Meſopotamia.
Bamaccorenſis ſeu Vamaccorenſis, in Numidia.
* Bambergenſis, Babenbergenſis, Bavenbergenſis in Germania A. C. 1007. vide Pagium ad A. 1006. n. I. A. 1011. n. I. Acta Stor. T. I. Julii p. 354. & T. 3. Julii 14. ubi de Henrico II. Imp. fundatore p. 734. ſeq. & 757. 770. ſeq. 771.

775. Andreæ Goldmeyers Hiſtoriſche Beſchreibung der Stadt und Biſthums Bamberg. Norimb. 1644. 4. Jo. Petri Ludewig ſcriptores rerum Epiſcopatus Bambergenſis. Lipſ. 1718. fol. (ubi Martinus Hofmannus, Jo. Cygnæus 1630. &c.) Gabr. Bucelinus T. I. p. 23. Hiſt. Eccleſiaſtique d'Allemagne T. I. p. 196. ſeq. Gruter T. I. Chronici Chronicor. Eccleſiaſt. T. I. p. 1095. ex Bruſchio. Hubner Hiſtoriſche Fragen VII. p. 140.

Bammacura, Bamaccorenſis, in Numidia.

Banabæ in Iſauria.

Banabetorum, in Meſopotamia.

Banenſis, Banæ, Boanenſis in Byzacena Africæ provincia.

Banæ ſive Bagæ in Lydia.

Banenſis (*Natheni*) in Ægypto, Coptorum Epiſc.

Banaſi in Albadia Nubiæ, Coptorum Epiſc.

Banavſæ (corrupte Manavæ vel Manææ) in prima Pamphylia.

* Bangorenſis, Banchorenſis in Anglia. (*Bangor*)

Banzarenſis in Africa.

Baparenſis in Mauritania Cæſarienſi.

Βάρης, Baræ, in Helleſponto. Avtocephalus. Vide Odyſſi.

* Barancenſis (*ſanctæ Crucis de Barança*) in Peruvia Americæ.

Baratæus, Barates, in Lycaonia.

Barbalitanus in Syria Euphrateſia, ſub Patriarcha Antiochen.

Barbaſtrenſis ſive Balbaſtrenſis, in Aragonia.

Barbenſis ſive Berbienſis, in Pamphylia ſecunda.

Barbulorum ſ. Barburæ in Lycia.

Barbylionis, Bargylionis, Bargyli in Caria.

Barcæ ſive Barces in Lybia, pentapoli. adde Seldeni Origines Alex. p. 149. ſeq.

* Barcinonenſis in Catalaunia, Hiſpaniæ provincia, ſub Archiep. Tarraconenſi. Luitprand. p. 503. Gruter. T. I. Chron. Chronicor. Eccleſiaſt. p. 124. Hieron. Paulus deſcriptione urbis Barcinonenſis & Epiceporum Catalogo, T. 2. Hiſpaniæ illuſtratæ.

Barcuſenus ſive Barcuſorum in Phrygia Capatiana.

* Bardioritæ (*Vardaro, Polianina*, in prima Macedonia.

Bardovici, in Ducatu Luneburgenſi. Chriſtiani Schlöpken Chronica der Stadt und des Stiffts Barderwick Lubec. 1704. parte 2. c. 9. p. 134. Epiſcopatus Verdam translatus. Confer Jo. Conradi Knauthii Saxoniam vet. & novam p. 269. ſeq.

* Bardulienſis (*S. Bartholomæi*) in Armenia.

* Barenſis ſive Baritnus, Barii in Apulia Archiepiſcopus in regno Neapolitano. *Ughellus T. 7* Vide infra, Canuſinus. Baluz. de Papis Avenion. II. p. 935. Urbanum VI. de Epiſcopis Barienſibus ſcripſiſſe, auctor eſt Eiſingrenius. Anonymi Barenſis Chronicon T. 5. Muratorii ſcriptorum Italiæ, Philippus Riceputus in Illyrico ſacro.

Bareos ſive Barenſis, in Piſidia.

Barenſis in Helleſponto.

Bare in Ægypto.

Baretorum ſive Barguſæ, in Aſia Proconſulari.

Bargalenſis in Macedonia ſecunda.
Bargazenſis in Aſia, *Carolo à S. Paulo*.
Bargylii in Caria.
Barianes, in ſecunda Theſſalia.
* Barianus, Barii, Barienſis, vide Barenſis, in Apulia.
Bariſitanus in Piſidia.
Bariſſæ, Beriſſæ, Veriſſæ, in Armenia prima.
* Βάρνης, Barnæ ſ. Varnæ, Odeſſi in Myſia inferiore ad mare Euxinum, vide Tiberiopoleos.
